Digitized by Google

VITT. EMANUELE
M
Digitized by Google

13-6-17-10

I

A Vc 29

Digitized by Google

Digitized by Google

TRACTATVS
DE
CONSERVATORIBVS
IVDICIBVS,

AVCTORE IOANNE PETRO MONETA
Mediolanenſi, Presbytero Congregationis Clericorum
Regularium S. PAVLI:

NVNC PRIMVM IN LVCEM EDITVS.

In quo de Conſeruatorum Iudicum Natura, Speciebus, Origine, Qualitatibus, & Poteſtate, eiuſq; tum exercenda, tum proroganda, vel minuenda, tum demum impedienda, ac terminanda ratione fuſius, & apta cum methodo diſputatur.

Adiectis ſummariis, ac duplici Indice; altero Capitum, & Quæſtionum; altero Rerum ſingularium locupletiſſimo.



BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

LVGDVNI,
Apud Hæredes Gulielmi Rouilli
SVB SCVTO VENETO.

M. DC. XIX.

Cum Priuilegio, & licentia Superiorum.

Digitized by Google

INDEX CAPITVM, ET QVÆSTIONVM,

Quæ in hoc Tractatu continentur.

CAPVT I.

De Etymologia, & definitione Conſeruatorum; & habet duas Quæſtiones. fol. 3.

I. *Vnde dicantur Conſeruatores.* ibid.

II. *Quomodo definiri poßit Conſeruator.* 6

CAPVT II.

De variis Conſeruatorum ſpeciebus, ac formulis: & habet duas Quæſtiones. fol. 13.

I. *Quot ſint ſpecies Conſeruatorum.* ibid.

II. *Quæ ſint Conſeruatorum formulæ.* 15

CAPVT III.

Quo iure introducti ſint Conſeruatores: & habet tres Quæſtiones. fol. 30.

I. *An iura antiqua de Conſeruatoribus aliquid diſpoſuerint.* 30

II. *An iure aliquo nouo introducti ſint Conſeruatores.* 33

III. *Quam ob cauſam introducti ſint Conſeruatores.* 38

CAPVT IV.

A quibus dari poſſint Conſeruatores: & habet ſeptem Quæſtiones. fol. 43.

I. *An Papa indiſtincte dare poßit Conſeruatores.* ibid.

II. *An Concilium generale poßit conſtituere Conſeruatorem.* 47

III. *An Cœtus Cardinalium poßit dare Conſeruatorem.* 51

IV. *An Legati Papæ poßint dare Conſeruatorem.* 53

† 2

V. *An Epiſcopus poßit Conſeruatorem dare.* 59

VI. *An, & quando ſupremus Princeps ſecularis poßit dare Conſeruat.* 61

VII. *An ſeculares Principes ſuperiorem recognoſcentes, aut alij inferiores dare poßint Conſeruatorem.* 66

CAPVT V.

Quinam dari poſſint Conſeruatores: & habet vndecim Quæſtiones. fol. 73.

I. *An Laici poßint eſſe Conſeruatores.* 74

II *An Regulares dari poßint, ſeu eligi Conſeruatores.* 90

III. *An S.R.E. Cardinales deputari, eligíve poſſint in Conſeruatores.* 94

IV. *An Epiſcopi, Patriarchæ, & ſimiles poßint eſſe Conſeruatores.* 96

V. *An Vicarij Epiſcoporum deputari poßint Conſeruatores.* 102

VI. *An Abbates, Priores, & Commendatarij poßint deputari Conſeruatores.* 114

VII. *An quilibet obtinentes dignitatem, Perſonatum, aut officium Eccleſiaſticum deputari poßint Conſeruatores.* 116

VIII. *An Canonici Eccleſiæ Cathedralis poßint deputari Conſeru.* 128

IX. *An ſubditus poßit eſſe Conſeruator eius, cui ſubditus eſt.* 136

X. *An Conſeruatores debeant eſſe iudices ſynodales.* 140

XI. *Quænam ætas, & ſcientia, quíve mores requirantur in Conſer.* 146

CAPVT VI.

Quibus dari poſſint Conſeruatores: & habet quatuor Quæſtiones. fol. 155.

I. *An Laicis perſonis ſiue ſingularibus, ſiue vt vniuerſitatem conſtituentibus dari poßint Conſeruatores.* ibid.

II. *An Clericis ſecularibus poßint dari Conſeruatores.* 158

III. *An Regularibus dari poßint Conſeruatores.* 160

IV. *An Militaribus Religionibus, carúmve Militibus, aut alijs perſonis dari poßint Conſeruatores.* 166

CAPVT VII.

De Iuriſdictione, ac poteſtate Conſeruatorum: & habet duodecim Quæſtiones. fol. 217.

I. *An poteſtas, & iuriſdictio Conſeruatorum ſit ordinaria, vel delegata.* 218

II. *An, & quomodo Cõſeruatores poßint alteri committere vices ſuas, ſeu conſtituere Subconſeruatorem.* 240

III. An

Digitized by Google

III An Conſeruator poſſit cognoſcere de ijs, quæ requirunt iudicialem indaginē, ſeu de alijs, quàm de manifeſtis iniurijs, & violētijs. 253
IV. An Conſer. poſſit cognoſcere de cauſis criminalibus, vel mixtis. 304
V. An poſſit Conſeruator cognoſcere de iuribus, quæ alicui ex ceſsione competunt. 361
VI. An poſſit quis coram ſuo Conſeruatore aliū in iudicium trahere. 369
VII. Quibus locorum finibus circumſcribantur Conſeruatoris iuriſdictio, eiuſq; exercitium. 377
VIII. An iuriſdictio Conſeruatorū conſenſu partium poſſit prorogari. 390
IX. An Conſeruatoris iuriſdictio præſcriptione, vel conſuetudine acquiri, vel prorogari poſſit; aut etiam tolli, vel minui. 425
X. An iuriſdictio Conſeruatoris extendatur ad familiares eius, qui literas Conſeruatorias impetrauit. 465
XI. An ratione connexionis, ſeu continentiæ cauſæ poſſit iuriſdictio Conſeruatoris extendi. 473
XII. Quas pœnas incurrāt qui Conſeruatoris iuriſdictione abutūtur. 478

CAPVT VIII.

De modo procedendi Conſeruatorum: & habet decem Quæſtiones. fol. 520.

I. Quis ordo iuris ſeruandus ſit à Conſeruatore in procedendo quoad cauſas non ſummarias, præcipuè in notorijs. 520
II. Quem iuris ordinem ſeruare debeat Conſeruator in cauſis, quæ illi committuntur ſummariè, ſimpliciter, de plano, & ſine ſtrepitu, ac figura iudicij, aut aliàs ſummarijs. 560
III. An Conſeruator poſſit recipere, & examinare teſtes in cauſis, quarum eſt iudex competens. 587
IV. An Conſeruator poſſit inhibere Ordinario etiam Legato, aut alteri delegato, vel Conſeruatori. 589
V. Quomodo procedere debeat Conſeruator in ferendis cenſuris Eccleſiaſticis, alijſq; pœnis inferendis. 596
VI. Quomodo à Conſeruatore facienda ſit ciuilis æſtimatio iniuriæ, ac damnorum, & intereſſe ex iniuria prouenientium. 605
VII. Quomodo Conſeruator procedere debeat in prolatione ſentētiæ. 611
VIII. An Conſeruatores, eorùmve Aſſeſſores, vel Notarij munera, expenſas, vel ſalaria accipiant. 616
IX. An, & quando Conſeruator exequatur ſuam ſententiam. 632
X. An Conſeruator inuocare poſſit brachium ſeculare præcipuè ad executionem ſuæ ſententiæ. 636

Digitized by Google

CAPVT IX.

Qua ratione impediatur, ſeu retardetur iuriſdictio Conſertorum: & habet quinque Quæſtiones. fol. 652.

I. *An, & quando poſſit Conſeruator tamquam ſuſpectus recuſari.* 653

II. *Quandonam Conſeruator, & qualem ſibi Aſſeſſorem aſſumat.* 665

III. *An Conſeruatori ab aliquo iudice inhiberi poſſit.* 681

IV. *An, & quando iuriſdictio Conſeru. poſſit ſuſpendi, aut retardari per compromiſſum, vel reductionem laudi ad arbitriũ boni viri.* 692

V. *An, & quando iuriſdictio, & officium Conſeruatoris retardetur, vel impediatur per appellationem, aut dictionem de nullitate.* 707

CAPVT X.

Quomodo expiret iuriſdictio, & officium Conſeruatoris: & habet decem Quæſtiones. fol. 753.

I. *An, & quando iuriſdictio, vel officium Conſeruatoris expiret per auocationem cauſarum ab eo factam.* 755

II. *An, & quando per mortem naturalẽ, vel ciuilem concedentis expiret iuriſdictio, ſeu officium Conſeru. etiam quoad negotia cœpta.* 775

III. *An, & quãdo per mortem naturalem, vel ciuilem Conſeruatoris, aut Subconſeruatoris expiret in Conſeruatore illius officium, ſeu iuriſdictio.* 811

IV. *An, & quando expiret in Subconſeruatore iuriſdictio, ſeu officium Conſeru. per alterius eorum mortem ciuilem, vel naturalem.* 857

V. *An, & quando per mortem naturalem, vel ciuilem impetrantis litteras Conſeruatorias, vel aduerſarÿ expiret iuriſdictio, & officiũ Conſeruatoris.* 867

VI. *An, & quando iuriſdictio, & officium Conſeru. expiret per lapſum temporis in litteris Conſer. præſtituti, ſeu quanto tẽpore duret.* 883

VII *An, & quando iuriſdictio, & officium Conſeruatoris expiret per illius renuntiationem ab ipſo Conſeruatore factam.* 895

VIII. *An per renuntiationem impetrantis, ſeu electionis Conſeruatoris ab impetrante, vel eligente factam expiret iuriſdictio, & officium ipſius Conſeruatoris.* 901

IX. *An expiret iuriſdictio, & officium Conſeru. per expreſſam, vel tacitã reuocationem eiuſdem ab impetrante, ſeu eligente factam.* 907

X. *An, & quando iuriſdictio, & officium Conſer. expiret per non vſum litterarum Conſeruatoriarum, ſeu facultatis eligendi Conſer.* 920

Finis Indicis Capitum, & Quæſtionum huius Tractatus.

Facultas

Digitized by Google

Facultas R.P.D.Coſmi Doſſenij Congregationis Cler.Regul. S.Pauli, Præpoſiti Generalis.

CVM opus de CONSERVATORIBVS IVDICIBVS inſcriptum, à P.D. Io.Petro Moneta, noſtræ Congregationis Sacerdote compoſitum, duo eiuſdem Congregationis Theologi, quibus id commiſimus, recognouerint, atque in lucem dari poſſe probauerint, poteſtatem facimus, vt ad publicam vtilitatem Typis imprimatur, ſi ſuperioribus, quibus id competit, ita placuerit. In quorum fidem has manu noſtra ſubſcriptas dedimus. Mediolani in Collegio noſtro S S. Apoſt. Pauli, & Barnabæ.

DON COSMVS DOSSENIVS
Præpoſitus Generalis.

APPROBATIO.

IOANNES CLAVDIVS DE VILLE, in ſacra Theologia Magiſter, in S. PAVLI Lugdunenſ. Canonicus, & in Lugdunenſi diæceſi à Domino D. Dionyſio Simone de Marquemont, Illuſtriſſimo & Reuerendiſſimo Archiepiſcopo, librorum Cenſor deſignatus: Fidem facimus, Nos D. Ioan.Petri Monetæ Mediolanenſis Clerici Regularis S. Pauli, Tractatum de Conſeruatoribus Iudicibus; *vidiſſe, legiſſe, nihilq́ in eo ab Eccleſiæ Catholicæ, Apoſtolicæ, & Romanæ fidei dogmatibus alienum inueniſſe; ſed omnia cum præclarè, tum doctè ſcripta viſa nobis. In alma Orbis Vrbe. V. Calend. Auguſti. M. DC. XVII.*

DE VILLE.

Conſenſus

Conſenſus Aduocati Regis.

VIſa atteſtatione ſupradicti Doctoris Theologi, quantum ſpectat pro Rege, non impedio quin hic liber imprimatur per Hæredes Gulielmi Rouillij, cum defenſionibus ne quis alius Bibliopola, vel Typographus huius Vrbis & Præfecturæ ſpatio ſex annorum illum imprimat, ſeu imprimi curet. Datum Lugdun. 30. Martij, M. DC. XIX.

Bolliovd.

Permiſſio Locumtenentis Generalis.

I*Mpreßio dicti libri conceditur Hæredibus Gulielmi Rouillij, cum defenſionibus requiſitis. Datum Lugdun.* 30. *Martij, M. DC. XIX.*

Seve.

Digitized by Google

IO. PETRI MONETÆ MEDIOLANENSIS, CLERICI REGVLARIS S. PAVLI,

TRACTATVS DE Conſeruatoribus Iudicibus.

TRACTATIONEM hanc ope, ac dono Dei Opt. Max. à quo auxilium, omnéque datum optimum, ac donum perfectum deſcendit tamquam à patre luminum, ſubciſiuis horis, quæ à ceteris occupationibus reliquæ nobis ſunt, de CONSERVATORIBVS IVDICIBVS conſcripturi; qua de re nullus, quem viderim, Tractatus hucuſque prodiit in lucem: vniuerſam hanc materiam, quæ non omnino explicatu facilis, & cuique peruia eſt, ſed immò ardua, atque ita inuoluta, vt eam vix ingreſſi quidam Recentiores, quorum inferiùs, cùm proprius id locus poſtulabit, mentionem non ſemel facturi ſumus, egredi ſine frequenti lapſu nequierint; maioris gratia perſpicuitatis, eum ſequentes ordinem, qui illi haud planè diſſimilis, quem adhibuimus in Tractatu de Diſtributionibus quotidianis, omnino idem cum eo eſt, quo in duobus aliis Tractatibus, altero de Decimis, altero de Optione Canonica vſi ſumus; in decem ſumma Capita diuidemus; quæ ſingula in Quæſtiones aliquot, inutilibus quibúſque reſecatis, & quoad fieri poterit, præciſis iurium, aut Doctorum deciſionibus agentes diſtinguemus.

Primò igitur videbimus de Etymologia, & definitione Conſeruatorum.

Secundò, de variis Conſeruatorum ſpeciebus, ac formulis.

Tertiò, Quo iure introducti ſint Conſeruatores.

Digitized by Google

Quartò, A quibus dari poſſint.

Quintò, Quinam dari poſſint Conſeruatores.

Sextò, Quibus perſonis, aut locis dari poſſint.

Septimò, De poteſtate, & iuriſdictione, quam habent Conſeruatores.

Octauò, De modo procedendi Conſeruatorum.

Nonò, Quomodo retardari, aut impediri queat iuriſdictio Conſeruatorum.

Decimò, ac poſtremò, Quanto tempore duret, ſeu quando expiret iuriſdictio, & poteſtas Conſeruatorum.

Tractatum autem hunc ideo de Conſeruatoribus Iudicibus inſcripſimus, vt conſtaret, non de Conſeruatoribus Patrimonij, ac ſimilibus, ſed de iis tantùm hîc nos agere, qui iuriſdictionem exercent, & à Concilio Tridentino Conſeruatores Iudices appellantur.

SVMMÆ RERVM.

1 *Etymologia non mediocris eſt vſus, atque ius.*
2 *Argumentum ab etymologia non valet niſi negatiuè.*
3 *Conſeruatores vnde dicantur.*
4 *Conſeruatores dici etiam poſſunt tutores, & defenſores.*
5 *Argumentum ex etymologia Conſeruatoris negatiuum, vel affirmatiuum quomodo procedat.*
6 *Conſeruator, cuius facultas ampliatur per reſcriptum, conſuetudinem, vel partium conſenſum, retinet nomen & naturam Conſeruatoris.*
7 *Definitio Conſeruatoris, quam affert Rebuff. & Fuſc. reiecta.*
8 *Definitio Conſeruatoris ab auctore allata; & latiùs explicata. nu. ſeqq.*
9 *Conſeruator eſt iudex. non tamen ita propriè ſicut cæteri. num.* 10. *eſtq́; delegatus ad vniuerſitatem cauſarum, qui æquiparatur ordinario; diciturq́; datus. num.* 11.
12 *Cauſa præcipua, & finalis, ob quam dantur Conſeruatores.*
13 *Conſeruatoriæ dantur principaliter perſonis.*
14 *Iuriſdictio Conſeruatoris iuxta terminos iuris communis circa quid verſetur.*
15 *Iniuriæ nomen in definitione Conſeruatoris comprehendit etiam violationem priuilegiorum.*
16 *Violentiæ nomen ſatis continetur ſub nomine iniuriæ ſaltē manifeſtæ.*

Digitized by Google

17 *Manifeſta iniuria quomodo ſumatur in definitione.*
18 *Notorium quid ſit, & quot modis ſumatur.*
19 *Superfluum non eſt, quod adijcitur declarationis, vel dubitationis tollendæ gratia.*
20 *Definitio Conſeruatoris cum poteſtate vltra terminos iuris communis.*

CAPVT I.

De Etymologia, & definitione Conſeruatoris.

CIRCA primi huius capitis de etymologia, & definitione Conſeruatoris materiam duæ occurrunt dumtaxat quæſtiones proponendæ; prior pertinens ad quid nominis, vnde nimirum dicantur Conſeruatores, ſeu vnde eorum nomen ducatur; poſterior complectens quid rei, quomodo nimirum definiantur.

QVÆRO *igitur primò, vnde dicantur Conſeruatores.*

Præmiſſis autem, vel potiùs prætermiſſis quæ fuſiùs hoc loco de nominum deriuatione, quam etymologiam vocant, generatim afferri in medium poſſent, quoniam id ſatis præſtitimus cùm in d.tract. de option. canon. cap. 1. num. 11. & ſeq. tum latiùs d.tract. de diſtribut. quotid. par. 1. quæſt. 1. à num. 2. vſque ad 8. vbi etiam oſtendimus † maximum eſſe vſum etymologiæ, eámque definitioni fore præmittendam, illud hîc attigiſſe ſufficiat, non exiguam eſſe illius vim, & poteſtatem, cùm det proprium verbis ſignificatum, & intellectum, l. notionem, l. tugurij, l. pupillus, §. territorium, cum ibi not. per gloſſ. ff. de verb. ſignific. & colligitur ex cap. forus, vbi Doct. extra. eod. tit. optimúmque ab ea duci argumentum, vt conſtat ex l. 2. §. appellata, ff. ſi cert. pet. cum aliis adductis per Euerar. in topic. iur. loco ab etymol. lib. 1. & 9. & Io. Bellon. de argum. leg. c. 1. nu. 1. & 4. vbi etiam probant, † regulariter non valere argumentum huiuſmodi ab etymologia ſumptum niſi vbi negatiuè concipiatur, quod & nos d. num. 8. docuimus, & tradit Dec. cap. 1. lect. 2. nu. 3. de conſtit. & in rubr. de re iudic.

1 *Etymologiæ vis & vſus.*

2 *Argumētū ab etymologia quando validum.*

Digitized by Google

Quoad propriam verò huius nominis Conſeruatorum etymologiam breuiter dicendum eſt, † eos ſic vocari, quoniam aliquos à moleſtiis,& iniuriis tuentur,ac defendunt,& in poſſeſſione,ſeu quaſi bonorum, rerum, ac iurium ſuorum manu tenent, & conſeruant; id apertè conſtat ex Trident. Concil. ſeſſ. 14. cap. 5. de reformat. vbi hoc ipſum totidem, imò iiſdem planè verbis habetur; idem verò in ſpecie adnotauit inter cæteros Ioan.Monach.cap.1.num. 1. & ibid. Archid. Ioan. An. in cap.fin.num.4.de off.deleg.in 6. & ibi Gemin. §. fin. num. 2.atque etiam ſentit D.Ioan.Bapt.confect. in ſummar.mater.priuil. ordin.quod poſt eorundem priuilegiorum collectionem nuper edidit tit.4.cap.1.in fine,ex quibus,iuncto eo, quod habetur d. cap.fin.ibi, à manifeſtis iniuriis, & violentiis tueantur, † dici quoque poſſunt tutores, prout eos appellat inter alios Ioan. An.d.cap.fin. in princ.verbo,tueantur. poſſunt etiam eadem ratione dici defenſores, prout colligi licet ex illis verbis Trident. Concil.loc.cit. (tueantur,ac defendant,) & illis (defendere poſſint,quos eis committimus defendendos) quæ leguntur in cap. 1.de off.deleg.in 6. & hoc nomine defenſorum eos appellat inter cæteros Petr. Gregr. Tholoſ. vir eruditiſſimus in Syntagm. iur. vniu. lib.47.cap.22.num.25. ad ſimilitudinem defenſorum ciuitatum,& locorum, de quibus in tot. tit. de defenſ. ciuit. in Cod. & Authent. quamuis communiter nunc Conſeruatorum dũtaxat nomine vocentur cum per Practicos,vt videre eſt apud Specul.tit.de offic.deleg.§.fin.& Mandos. in Prax. ſignat. Grat. verbo,Conſeruatoria, tum per ſcribentes cap.1.2. & fin.de off. deleg.in 6.ac Rot.Roman.deciſ.5.de off.deleg.in antiq.alióſque Doctores paſſim,tum denique per Trid.Concil.d. cap. 5. atque ipſos ſummos Pontifices canonum conditores tam in prædictis iuribus,quàm etiam in litteris Conſeruatoriarum,quas plærunque ad fauorem eccleſiarum, ac piorum locorum, aut S. R. E. Cardinalium aliarúmve perſonarum concedunt.

3 *Conſeruatores vnde dicti.*

4 *Conſeruatores dici etiã poſſunt tutores & defenſores.*

Ex prædictis autem infertur, † valere quidem, ac procedere hoc argumentum negatiuè conceptum, hi iudices ſunt, ad quos non ſpectat perſonas aliquas conſeruare in poſſeſſione bonorum, ac iurium, ſeu illas à manifeſtis iniuriis, & moleſtiis tueri,ac defendere, igitur ij Conſeruatores non ſunt; non autem illud argumentum conceptum affirmatiuè, iſti ſunt iudices,quorum munus eſt quaſdam perſonas conſeruare in poſſeſſione

5 *Argumentum ex etymologia Cõſeruatoris negatiuum vel affirmatiuum quomodo procedat.*

Digitized by Google

ſione bonorum, ac iurium, ſeu illas à manifeſtis iniuriis, & moleſtiis tueri, ac defendere, igitur Conſeruatores ij ſunt; nam etiam iudices ordinarij habent hanc eandem poteſtatem conſeruandi in poſſeſſione, ac defendendi & tuendi à manifeſtis iniuriis, & moleſtiis, vt cuique notum eſt, & patebit ex iis, quæ dicemus infr. cap. 3. q. 3. & cap. 4. q. 5. nec tamen Conſeruatores dicuntur, ſicut procedit hoc argumentum negatiuum, De meo tuum non fit, igitur non eſt mutuum, vt conſtat ex d. §. appellata, cum ibi not. non autem illud affirmatiuum, De meo tuum fit, ergo mutuum eſt: nam in emptione, & venditione de meo tuum fit, cùm in ea transferatur dominium, non tamen eſt mutuum, prout ex Bellon. & Euerar. loc. cit. deduximus in materia Diſtributionum quotidianarum d. quæſt. 1. num. 8.

Quod autem diximus argumentum hoc ex etymologia ſumptum tam in hac Conſeruatorum, quàm in alia qualibet negatiuè quidem conceptum procedere, non item affirmatiuè, ita eſt accipiendum, vt verum id ſit, cùm ab ipſamet etymologia, ſeu nominis deriuatione arguitur ad deriuatum, non autem cum è conuerſo à deriuato ad etymologiam formatur argumentum, nam tunc oppoſitum omnino ſtatuendum eſt; quare valebit argumentum affirmatiuum, Iſti iudices Conſeruatores ſunt; igitur eorum munus eſt illos, quorum ſunt Conſeruatores, in poſſeſſione bonorum, ac iurium ſuorum conſeruare, eoſdémque tueri à manifeſtis iniuriis, & moleſtiis; non illud negatiuum, Non ſunt Conſeruatores, ergo non conſeruant in poſſeſſione, ſeu tuentur, ac defendunt à moleſtiis: ſicut etiam valet, Mutuum eſt, ergo de meo tuum fit; non autem valet, Mutuum non eſt, ergo de meo tuum non fit.

Denique pro complemento huius materiæ de nomine Conſeruatorum illud adnotandum eſt, † quòd licèt facultas Conſeruatoris amplietur per reſcriptum vltra id, quod ei de iure ſcripto competit, de quo nos latiùs infr. cap. 7. q. 2. & ſeq. nihilominus retinet nomen & naturam Conſeruatoris, vt in ſpecie monet Io. And. d. cap. fin. nu. 4. per ea, quæ idem tradit eod. c. fi. verſ. dictam. quod idem eadem ratione dicendum erit vbi ea facultas extendatur, ſeu prorogetur per conſuetudinem vel partium conſenſum, de quo fuſiùs d. cap. 7. quæſt. 8. & 9. Interim verò finis ſit primi huius cap. quæſtioni, in qua vidimus quod ſpectat ad quid nominis Conſeruatorum, nunc autem

6 *Conſeruator quãdo retineat nomen & naturam Conſeruatoris.*

itized by Google

videndum eſt quid rei: in quo illa vnica dumtaxat quæſtio pertractanda eſt, quæ definitionem complectatur.

QVÆRO *igitur ſecundò, Quid ſit, ſeu quomodo definiri poſſit Conſeruator?*

Et quidem omiſſa illa definitione, vel potiùs deſcriptione, quam affert Rebuff. in l. ſolutum, aliàs l qui neque. §. ſolutum.
7 in fin. ff. de verb. ſignific. quòd ſit † qui datur vniuerſitatib. vel collegiis ad tuendum à manifeſtis iniuriis, & violentiis, cùm ea non declaret, an Conſeruator ſit iudex, & an delegatus, vel ordinarius, atque adeò non contineat genus, ac prætereà reſtringere videatur iuriſdictionem Conſeruatoris ad tuendum vniuerſitates, & collegia, cùm detur etiam plerumque ad tuendum perſonas ſingulares, vt infr. cap. 6. demonſtrabimus: denique non contineat tamquam ſui partem, quòd Conſeruator non exerceat iudicialem indaginem, quod tamen requiritur ſaltem ad maiorem declarationem, vt ex infrà dicendis in hac ipſa quæſt. & cap 7. quæſt. 3. patebit. Omiſſa, inquam, hac Rebuf. deſcriptione, atque item illa litterarum Conſeruatoriarum quam affert Paul. Fuſc. tract. de viſit. libr. 2. cap. 23. num. 1. quòd ſint quæ certis iudicibus diriguntur, vt aliquem à moleſtiis, & iniuriis tueantur manutenendo eum in poſſeſſione iurium ſuorum, cum & ipſa ex eo deficiat, quòd nec manifeſtæ iniuriæ, nec iudicialis indaginis mentionem faciat,

Definitio Conſeruatoris à Fuſc. & Rebuff. allata reijcitur.

8 Definiri congruè poteſt Conſeruator, † quòd ſit iudex datus ad tuendum aliquos contra manifeſtas iniurias omnes, vel certas iudiciali non vtens indagine. Hanc definitionem inter cæteros in ſpecie afferunt S. Ant. in tract. de excommun. cap. 37. num 3. Gemin. d. cap fin. § fin. & §. Conſeruatores autem num. 5 poſt Io. Calder. in quæſt. quæ incipit, Dom. Papa dedit Conſeruatorem. Io. An. eod. cap. fin. num. 4. & Anchar. d. cap. 1. nu. 1. Butr. num. 2. de off. deleg. in 6. nouiſſimè Io. Azor. Inſtit. Moral. part. 2 lib. 5. cap. 34. quæſt. 1. aſſerentes hanc ipſam definitionem ex prædictis iuribus probari, quod nos quoque omnino non negamus. Illum tamen fuſiùs explicantes,

Definitio Conſeruatoris ab auctore allata.

Dicimus primo loco in definitione poni, quòd ſit (iudex) loco
9 generis, in quo conuenit Conſeruator cum cæteris, qui iudicandi habent poteſtatem: quòd enim † Conſeruator iudex ſit, quicquid voluerit Goffred. in ſumm. rubr. de off. deleg. num. 34. aſſerens eos eſſe meros executores, patet tum ex omnibus præcit.

Definitio Conſeruatoris explicata.

Digitized by Google

præcit.Doct.Rebuff.excepto; tum ex Concil.Trid.d.ſeſſ.& c.5. in principio,ibi,certos iudices per litteras conſeruatorias deputari obtinent,qui illos à moleſtiis, & iniuriis tueantur,ac defendant,&c.& paulò poſt,ibi,in ciuilibus etiam cauſis, ſi ipſe actor extiterit, aliquem ei apud ſuos Conſeruatores iudices in iudicium trahere minimè liceat; & ibi, aut ſi qua inter ipſos iudices Conſeruatorem,& Ordinarium;ac tandem ibi, non liceat quoque Conſeruatoribus iudicibus vllum habere tribunal erectum: tum etiam ex d.cap.fin.de off.deleg.in 6. dum verſic. vices quoque ſupponitur à Conſeruatoribus ferri ſententias, quod iudicum proprium eſſe conſtat;& in verſic. circa munera præcipitur in Conſeruatoribus obſeruari conſtitutionem editam in iudicibus delegatis circa munera, expenſas, aſſeſſores, notarios,ac teſtes, quæ eſt cap. ſtatutum.§.inſuper, cum ſeq.de reſcript.in 6.tum denique tam ex d.cap.fin. quàm ex cap.1.& 2. eod.tit.de off.deleg.in 6.in quibus iuribus de Conſeruatoribus diſponitur, dum hi canones ſub rubr.de off.& poteſt.iud.deleg. ponitur. Nam ſumi poteſt argumentum à rubrica pro eliciendа qualitate poteſtatis eius, de cuius officio in rubr. vel titulo tractatur;ex quo enim aliqua materia ponitur ſub aliquo rubro, ex hoc iudicatur eſſe illius naturæ,cuius eſt rubrum,vt poſt glo. d.cap.1.& cap.tibi quæ, de reſcript.eod.lib.& clem.vn.de offic. deleg. totidem,imò iiſdem ferè verbis tradit Euerar. in allegat. topic. iur. ſiue locis argumentorum legal. loc. à rubro num. 4. Fateor tamen, nudos Conſeruatores, & in terminis iuris communis ſumptos † non ita propriè iudices dici poſſe, ſicut reliquos ſiue ordinarios, ſiue delegatos, ídque ſolùm concluditur ex eo,quod obiici poterat tum ex d.cap.1. & fin. dum iis prohibetur,ne de aliis,quàm de manifeſtis iniuriis cognoſcant,neque ad alia, quæ iudicialem exigunt indaginem, ſuam extendant poteſtatem;tum etiam ex d. cap.2.de off.deleg.in 6.dum ibi dicitur, (à iudicibus, vel Conſeruatoribus à ſede Apoſtolica deputatis,) quaſi Conſeruatores non veniant ſub nomine iudicum; nam dictio (vel) regulariter eſt diſiunctiua l. cum pater. § pen.ff.de leg.2. & l.triplici,ff.de verb.ſignif. ponitúrque inter diuerſa l.1.ff.de reb.dub.& rubr. ff. de acquir. vel omitt. hæred. cum aliis, quibus id adſtruit Rebuff. l.lege obuenire ff. de verbor. ſignif. & hoc eſt, quod Archid. d.cap.1. num.1. poſt Hoſt. dicit Conſeruatores non eſſe iudices per omnia.

10 *Conſeruator quomodo iudex dici poſſit.*

Subditu-

Subditur deinde in definitione, (datus,) hoc eſt deputatus vt loquitur text. d. cap. fin. verſic. Conſeruatores; non autem, (delegatus,) vt intelligamus, † Conſeruatorem, licèt verè,& propriè ſit iudex delegatus, id quod ſimili argumento ſumpto à rubrica comprobantes tradiderunt gloſſ. & Doct. d. cap. 1. & fin. Io. An. & alij d. cap. 2. de off. deleg. in 6. gloſſ. 3. d. cap. tibi qui de reſcript. in 6. Euerard. d. loco à rubro. num. 5. Mandos. in prax. ſignat. Grat. verbo, conſeruatoria, verſic. Conſeruatores dicuntur, non tamen præciſè delegatum eſſe, ſed delegatum ad vniuerſitatem cauſarum, qui quidem æquiparatur ordinario, vt poſt gloſſ. in cap. cum cauſam de appellat. & in l. à iudice, vbi Iaſ. num. 8. C. de iudic. tradunt Vant. de nullit. ſent. tit. coram quo nullitas proponi poſſit. num. 17. & D. Iacob. Menoch. toto iam diu orbe celeberrimus Iureconſultus de arbitr. iud. libr. 1. quæſt. 67. num. 52. qui etiam num. 26. & 35. vſque ad 39. multa affert, vnde conſtat, iudices datos eos dici, qui aliquid de ordinariis participant, cuiuſmodi ſunt Rotæ Romanæ Auditores. & quamuis Conſeruatores regulariter non eſſe dicendos, nec fore delegatos ad vniuerſitatem cauſarum, ſed potiùs ad certum genus apertè doceat idem D. Menoch. dict. quæſt. 67. num. 63. ob eam rationem, quòd Conſeruatores dentur non ad omnes cauſas vnius territorij, ſed vnius generis perſonarum vt puta Congregationis S. Pauli, Militiæ S. Ioannis Hieroſolymitani, & ſimilium, contrarium tamen ſentire videtur Stephan. Aufer. in addit. ad deciſ. Tholoſ. 38. num. 2. & plerique tradiderunt, quos ipſi ſequemur hac de re latiùs differentes infr. cap. 7. quæſt. 1. Non ideo tamen Conſeruatores minus cenſendi ſunt delegati, quòd tamquam ad vniuerſitatem cauſarum delegati ordinariis in aliquibus æquiparentur, cum etiam iſti delegati ad vniuerſitatem cauſarum in multis æquiparentur delegato ad vnam cauſam, vt probat Dec. in cap. in litteris, num. 5. de off. deleg. & alij relati à D. Menoch. d. quæſt. 67. num. 57. & ſeq. & nos deducemus d. quæſt. 1. vnde gloſſ. d. cap. cum cauſam. & ibi Franc. nu. 20. quos refert & ſequitur Menoch. d. nu. 59. illum delegatum quaſi ordinarium appellant.

11 Conſeruator ad vniuerſitatem cauſarum delegatus & ordinario æquiparatus.

Subiicitur præterea in definitione Conſeruatoris (ad tuendum) quod ſimul cum ſequentibus ponitur in hac definitione loco differentiæ, vt Conſeruator diſtinguatur ab aliis iudicibus etiam delegatis: dictio autem (ad) ponitur, vt ſignificetur

tur † cauſa principalis, ſeu finalis præcipua, ob quam dantur Conſeruatores; cum quo tamen ſtat, quòd eorum poteſtas extendatur per reſcriptum, vel conſuetudinem, vt infr. cap. 7. q. 8. & 9. latiùs dicemus, iuxta id quod de dictione, ad, tradit Bal. & alij in l. ex arrali, C. de act. empt. Illud autem verbum (tuendum) quod ſequitur, deſumptum eſt ex d. cap. fin. in princip. ibi, vt Conſeruatores, qui aliquibus, vt à manifeſtis iniuriis, & violentiis tueantur eoſdem, plerumque à ſede Apoſtolica conceduntur, nec non ex Trid. Concil. d. cap. 5. initio ibi, qui illos à moleſtiis, & iniuriis huiuſmodi tueantur, ac defendant, ex quibus Concilij verbis, atque illis, quæ habentur d. cap. 1. ibi, à manifeſtis iniuriis, & violentiis defendere poſſint quos eis committimus defendendos, ſatis liquet; ſicut in definitione dictum eſt, ad tuendum, dici quoque potuiſſe, ad defendendum. 12 *Cauſa ob quam Conſeruatores dantur.*

Quod verò ſtatim ſubditur (aliquos) apertè refertur ad perſonas, † quarum fauore principaliter Conſeruatoriæ dantur, licet propter res, hoc eſt moleſtias, ſeu iniurias, quæ illis inferuntur, vt apertè conſtat ex Concil. Trident. d. cap. 5. in princ. dum ibi dicitur, quòd nonnulli ſub prætextu, quòd ſuper bonis, & rebus, ac iuribus ſuis diuerſæ eis iniuriæ, ac moleſtiæ inferuntur, certos iudices per litteras conſeruatorias deputari obtinent, qui illos à moleſtiis, & iniuriis huiuſmodi tueantur, ac defendant, & in poſſeſſione, ſeu quaſi bonorum, rerum, ac iurium ſuorum manuteneant, & conſeruent, nec ſuper illis eos moleſtari permittant. idem etiam patet ex illis verbis d. cap. fin. paulò antè relatis, ex quibus illud verbum (aliquibus) ibi poſitum non poteſt referri ad loca quicquid in contrarium ſentiant Io. An. d. cap. fin. verbo, aliquibus, & Gem. num. 6. dum verbum hoc exponunt de perſonis, vel locis, cum, inquiunt, ſic generaliter loquatur: nam, cum ſtatim poſt illud verbum (aliquibus) ſubiiciantur illa (vt à manifeſtis iniuriis, & violentiis tueantur eoſdem,) ſolùm de perſonis intellexit ibi Pontifex, niſi fortè locorum nomine acceperint Ioan. An. & Gemin. loca ipſa prout perſonas continent, qualia ſunt Monaſteria, Collegia, & alia huiuſmodi, quibus dari poſſe Conſeruatores oſtendemus infr. cap. 6. quæſt. 2. 13 *Conſeruatoriæ fauore perſonarum principaliter tribuuntur.*

Sequitur autem in definitione (contra manifeſtas iniurias) vt id ſignificetur, circa quod Conſeruatoris iuriſdictio verſari duntaxat poteſt, nimirum † circa iniurias manifeſtas, ſi Con- 14 *Circa quid verſetur Conſeruatoris iuriſdictio.*

ſeruatorem ſumamus iuxta eam poteſtatem ſolam, quam à iure communi habet, prout etiam hoc loco à nobis definitur, qua etiam præcipuè ratione in definitione nō poſuimus nomen moleſtiæ, quo vtitur Trid. Concilium cum latiùs pateat, quàm nomen iniuriæ aut violentiæ, vt oſtendemus infr. cap. 7. quæſt. 5. concl. 1. paulò poſt medium. hæc autem verba (manifeſtas iniurias) ſumpta ſunt ex d. cap. 1. & fin. & quidem nomine iniuriæ, quod etiam habetur in Concil. Trid d. ſeſ. 14. cap. 5. vbi de Conſeruatoribus loquitur, ex propria verbi ſignificatione venit quicquid iure non fit, vt per text. Inſtit. de iniur. in princip. ad hanc rem traduint inter cæteros Ioan. An. d. cap. 1. in princ. ad verbum, iniuriis, & ibi Gemin. num. 1. Franc. & Archid. num. 2.
15 comprehenditque hoc nomen † violationem quoque priuilegiorum; nam iniuria eſt violare priuilegia vt ſingulariter adnotauit Ioan. An. d. cap. fin. num. 3. vnde in hac definitione ſatis comprehenditur ſpecies illa Conſeruatorum, qui dantur ad tuenda priuilegia, de qua ſpecie dicemus cap. ſeq. quæſt. 1. non de omnibus tamen iniuriis cognoſcere poteſt Conſeruator, ſed tantùm de manifeſtis, vt cauetur d. cap. 1. & fin. vnde in definitione additur, (manifeſtas) hoc eſt, notorias, ita vt nulla poſſint tergiuerſatione, id eſt, diſſimulatione celari, & adeo pateant, vt non ſit locus inficiationi, vt per text. in c. vlt. de cohabit. cler. & mul. exponit Archid. d. cap. 1. num. 1. & ibi gloſſ. 2. nec egent aliqua examinatione vt ex text. in cap. bonæ il. 1. §. contra legati de elect. & cap. euidentia, de accuſat. poſt Hoſt. explicant ibid. Archid. & Io. And. & Io. Monach. num. 3. de quo tamen nos fuſiùs infr. cap. 7. quæſt. 3. & cap. 8. quæſt. 1. diſſeremus. Non additur autem in definitione, (& violentias) quod tamen verbum adiicitur d. cap. 1. & fin. poſt illa (manifeſtis iniuriis) quoniam
16 † ſatis continetur nomen violentiæ vel ſub nomine iniuriæ, vt voluit Franc. d. cap. 1. num. 2. vel certè ſub nomine manifeſtæ iniuriæ iuxta not. per Doct. in c. cum dilectus, de ord. cog. rub. & toto ferè tit. ff. de vi & vi arm. ff. ad leg. Iul. de vi pub. & ff. quod vi, aut clam, & in l. filius familias §. 1. ff. de procur. l. ſi quis in tantam C. vnde vi, cum aliis adductis per Rebuff. l. liberationis. ff. de verb. ſignif. Doct. in rubr. l. 1. & l. extat. ff. quod met. cauſ. idque ſumpto præcipuè manifeſti nomine pro eo, quod certum, ac notorium eſt de iure iuxta illud Apoſtoli ad Galat. 5. manifeſta ſunt autem opera carnis, quæ ſunt fornicatio, &c. l. in traditionib.

Iniuriæ nomen in definitione Cōſeruatoris cōplectitur priuilegiorū violationē.

Nomē violentiæ nomine iniuriæ manifeſtæ comprehenduntur.

tionib.ff.de pact.l.vnde.ff.pro ſoc.cum ſimil.vnde illa dictio(&) poſita in d.cap.1.& fin. inter verba illa,(manifeſtis iniuriis,) atque illud (violentiis) ſtabit non copulatiuè,ſeu ampliatiuè, ſed expoſitiuè pro, id eſt, iuxta text. in l.1. vbi gloſſ. & Doct. ff. de pact.& cap.in ſynodo 63.diſt. & alia, de quibus per Rebuſ.in l. coniunctionem,verſic.ſeptimò colligitur,& nouiſſimè per Oct. Vulpel.in tract.de coniunct. verbo,&, circa medium,vel potius declaratiuè,ſeu exemplificatiuè,nimirum afferendo exemplum principalis ſpeciei contentæ in genere mox memorato, vt in rubr.ff.de vi & vi armat.niſi dicere velimus tam in d.rubr.quàm in d.c.1.& fin.dictionem(&)nõ poni inter genus & ſpeciem,ſed inter duas ſpecies, vt latiùs explicabimus infr.cap 7. q.3. concl. 1 poſt medium.

Subiicitur verò in eadem definitione, (omnes, vel certas) quoniam aliqui Conſeruatores dantur ad defendendum ab omnibus iniuriis, & offenſis, quidam ad tuendum ab aliquibus tantùm, vt adnotauit gloſ. 2.d. cap. 1. & ibi Io. Monach.num. 1. & patebit ex iis,quæ infr cap.ſeq. de variis ſpeciebus Conſeruatorum,& formulis Conſeruatoriarum latiùs afferemus.

Denique additur in definitione,(iudiciali non vtens indagine) quæ particula deſumpta eſt ex d.cap.1.& fin.de off.deleg.in 6. Et quamuis in hac definitione ſuperuacanea videatur, quaſi ſufficienter contineatur ſub illis verbis ſuperiùs appoſitis(contra manifeſtas iniurias) cum manifeſta iniuria † hîc ſumatur 17 pro notoria,vt ſupra diximus,notorium autem † illud ſit,quod examinatione non eget,d.cap.bonæ.il 1.§.contra legati,de elect. tamen cum & hoc non niſi per conſequentiam,& quidem mediatam, & tamquam effectus ex illo deducatur, ita vt explicatione opus eſſet, ac declaratione; & præterea tam manifeſta 18 offenſa,quàm notorium plures habeat ſignificationes, vt conſtat ex text.in cap.cum olim,de verb.ſignif.& iis,quæ affert gloſſ. in cap.veſtra,& cap.vlt.de cohabit.cler.& mul.& Archidiac.d.cap. 1. num. 1. & dubitari poterat, an ſi non tenetur, poſſet ſaltem Conſeruator in his manifeſtis iniuriis vti iudiciali indagine, de 19 quo nos latiùs infr.cap.7.quæſt.3. & cap.8.quæſt.1.ſatis conſtat, fruſtra non fuiſſe adiecta illa verba; cum maximè † quod etiam maioris declarationis duntaxat, ſeu dubitationis tollendæ gratia adiicitur,non fruſtra poſitum,aut ſuperuacaneum fore manifeſtum ſit ex l.1.§.ſed ſciendum ff. de ædilit. edict. cum

Manifeſta iniuria hic pro notoria vſurpatur.

Notorium quid & quotupliciter ſumatur.

Quod dubitationis tollẽda gratia adycitur, ſuperfluũ non eſt.

aliis congeſtis per Dec. in l. 2. §. creditum ff. ſi cert. petat. Tiraq. de retract. lign. §. 21. gloſſ. vnic. num. 5. cum ſeq. nec non per Iacob. Alb. conſ. ij. num. 29. & ibi Add. ex his igitur ſatis explicata, ſimúlque comprobata manet hæc definitio Conſeruatoris iuxta illam ſumpti poteſtatem dumtaxat, quam à iure cõmuni habet: ſi enim magis genericè ſumamus Conſeruatoris nomen, prout eum quoque comprehendit, qui de aliis, quàm de manifeſtis iniuriis cognoſcit, iudicialémque habet indaginem, tunc definiri poterit, † quòd ſit iudex datus ad tuendum aliquos contra iniurias: quæ definitio ſatis comprobata manebit ex iis, quæ in mox ſequenti cap. afferemus.

20 *Definitio Conſeruatoris cum poſtate vltra terminos iuris.*

SVMMÆ RERVM.

1 *Species ſubalterna Conſeruatorum cum poteſtate iuxta terminos iuris communis vnica eſt, habens ſub ſe tres ſpecies infimas. generatim verò ſumptorum duplex; altera ſecundum ius commune, altera ſecundum ius ſpeciale. num. 2. & hæc plures habet ſpecies ſaltem accidentales. num. 3.*

4 *Conſeruatores alij dantur à Papa, alij ab inferioribus. Item alij dantur perſonis ſingularibus, alij Collegijs, & vniuerſitatibus nu. 5. Item alij deputantur ſub nomine perſonæ, alij ſub nomine dignitatis. num. 6.*

7 *Formulæ variæ ſupplicationum pro Conſeruatorijs Apoſtolicis, & ipſarum Conſeruatoriarum, cum num. ſeqq.*

8 *Formula ſupplicationis pro Conſeruatoria ſingularis perſonæ ſecundum ius commune contra inferentes iniurias illi, eiuſq́; rebus. Tenor litterarum remiſſiuè. num. 9.*

10 *Formula ſupplicationis pro Conſeruatoria Capituli iuxta ius commune contra inferentes iniurias eius reb. eiuſdemq́; priuilegia violantes.*

11 *Concilium generale de duabus dietis quodnam ſit.*

12 *Formulæ Conſeruatoriarum contra violantes priuilegia, & immunitates eccleſiæ Collegiatæ, & Vniuerſitatis ſtudiorum.*

13 *Formulæ Conſeruatoriarum cum maiori poteſtate, quàm de iure communi Conſeruatoribus competat.*

14 *Formulæ Conſeruatoriarum ſigillatim contra violantes priuilegia cum poteſtate vltra ius commune, remiſſiuè.*

15 For

Digitized by Google

15 ***Formulæ Conſeruatoriarum pro aliquibus, & viciſſim contra aliquos, cum poteſtate vltra terminos iuris communis, remiſſiuè.***

CAPVT II.

De varijs Conſeruatorum ſpeciebus ac formulis.

DVÆ dumtaxat in hoc capite occurrunt tractandæ quæſtiones; altera de ſpeciebus Conſeruatorum; altera, quæ ferè ex hac ſequitur, de variis formulis, quibus Conſeruatoriæ litteræ conceduntur.

QVÆRO *igitur primò in hoc 2. cap. Quot ſint ſpecies Conſeruatorum.*

Si ſumamus Conſeruatores præciſè iuxta eam poteſtatem, quam iis permittunt Pontificiæ ſanctiones, & de qua nos in definitione tradita, & explicata in præcedenti quæſt. certum eſt, † vnicam ſpeciem ſubalternam, vt cum Dialecticis loquar, ſeu vnicum dumtaxat proximum genus Conſeruatorum conſtitui poſſe, quod deinde in tres infimas ſpecies diuiditur, quas innuit Fuſc. de viſit. lib. 2. cap. 23. num. 2, & Io. An. d. cap. 1. num. 2. de off. deleg. in 6 in Nouella, expreſsè verò enumerat, ac diſtinguit idem Io. An. in gloſſ. 2. ad eundem text. verſic. ſcire debes, & ibidem Archid. num. 1. pòſt Innoc. & Hoſt. nec non Io. Monach. eod. cap. 1. num. 1. Franc. de Platea tract. de excom. §. 55. nu. 2. cùm aſſerunt, iſtos Conſeruatores interdum dari, vt aliquos defendant contra latrones, & prædones; interdum contra eos, qui eorum priuilegia infringunt; interdum latiùs, vt defendant ab iniuriis, & offenſis, & in nullo dictorum caſuum, inquit Io. An. d. gloſſ. 2. & Innoc. d. cap. 1. num. 1. habent iudicialem indaginem d. cap. d. cap. 1. & fin. ab iniuriis, inquam, & offenſis manifeſtis, prout hæc duo iura ab iis citata loquuntur. Si verò eoſdem Conſeruatores magis generatim ſumamus, prout eos quoque comprehendunt, quorum iuriſdictio, & poteſtas ita per reſcriptum, aut præſcriptam conſuetudinem extenſa eſt, vt de aliis etiam, quàm de manifeſtis iniuriis cognoſcere poſſint, ſeu de iis, quæ iudicialem exigunt indaginem, tunc duæ ſpecies ſub-

1 *Species ſubalterna Cõſeruatorum cũ poteſtate vltra terminos iuris vnica eſt, habens ſub ſe tres ſpecies infimas.*

2 alternæ,† ſeu duo genera Conſeruatorũ conſtitui poſſunt,alterum illorum,quos paulo ante recenſuimus,ac tres in ſpecies diſtribuimus; alterum verò eorum,quorum nunc meminimus,& hanc diſtinctionem ſatis agnoſcit gloſ.2. d.cap.1.expreſſiùs verò Io.An.d.cap.fi.num.2.& 4.Gemin.ibid.§.Conſeruatores num.4.& 5.Mandos. in Prax.ſign. grat.tit. de Conſeruatoria verſic. an autem vltra præmiſſa,dum aſſerunt,poteſtatem,quæ Conſeruatoribus de iure communi competit, aliquando extendi per reſcriptum. eandem afferre videtur D. Ioan. Bapt. Conf. d. ſummar.mater.priuil.ord.tit.4.cap.2.dum propoſita quæſtione,quot ſint Conſeruatorum ſpecies,ſtatim ſubiicit Conſeruatores alios dici ſecundùm iura, qui cum limitata poteſtate conceduntur, de quibus ſacri canones loquuntur; alios ſecundùm priuilegia, qui ſacris Ordinib.eorúmque profeſſoribus Regularib.iuxta facultates in ipſorum priuilegiis contentas deputantur. Verùm tam hæc diſtinctio allata per Confet. quàm illa per Doct. ſignificata in eo deficit,quòd in poſteriori illius membro nulla mentio conſuetudinis fit, vel certè ea nequit contineri ſub nomine reſcripti, vel priuilegij; & tamen per conſuetudinem extendi poſſe poteſtatem, quæ Conſeruatoribus de iure communi conuenit,oſtendemus infr.cap.7.quæſt.8.quare diſtinctio hæc concipi ſic debet, vt Conſeruatores alij ſint ſecundùm poteſtatem, quæ illis competit iure communi,alij ſecundùm eam,quæ competit eiſdem iure ſpeciali: hoc autem ſecundùm Conſeruatorum genus

Conſeruatorum generalium ſumptorum duplex ſpecies.

3 † aliquas & ipſum,ſpecies ſaltem accidentales,quas vocant,admittit,cum in litteris, quibus hi Conſeruatores dantur, aliquando iis concedatur facultas cognoſcendi etiam de cauſis criminalibus, vel mixtis; aliquando de ſolis ciuilibus, vt patet ex Concil.Trid.de ſeſs.14.cap.5.de reform.circa medium; plerumque etiam dicetur,vt in iis,quæ iudicialem requirunt indaginem,Conſeruatores procedant ſummariè,ſimpliciter,& de plano, ac ſine ſtrepitu, & figura iudicij; aliquando verò id non exprimatur, ſed in propriis, & integris terminis iudicum cum plena cauſæ cognitione relinquantur,vt ex variis formulis litterarum Conſeruatoriarum in ſeq.queſt.inſerendis apparebit,quę quia ex ſtylo Romanæ Curiæ prodeunt, optimum, ac neceſſarium argumentum inducunt iuxta cap. fi. de for. compet. cum aliis adductis per Grauat. in addit. ad Veſtr.in Prax.Rom. Cur. lib.5.cap.3 num.6.& Franc.Burſat.conſ.393.num.15.lib.4.Pariſ.

Species ſecũda Cõſeruatorũ plures ſpecies, accidentales ſaltẽ, admittit.

riſ. de reſig. benef. lib. 1. quæſt. 2. num 8. imò etiam ſtylus Romæ Curiæ, præſertim verò Cancellariæ pro lege habetur, cap. ex litteris, de conſtit. & cap. quam graui, vbi Doct. de crim. falſ. Rot. Rom. deciſ. 55. num. 2. de conceſſ. præb. & deciſ. 1. de fil. presbyt. cum ſimil. de quibus per Burſat. & Pariſ. loc. cit. Poſſunt etiam † conſtitui aliæ ſpecies Conſeruatorum omnino accidentales, ſi attendantur vel perſonæ concedentium literas Conſeruatorias, vel eorum, quibus illæ conceduntur: nam dici poteſt, aliam eſſe ſpeciem Conſeruatorum, qui dantur à Papa; aliam eorum, qui à legatis, epiſcopis, vel inferioribus; aliam illorum, qui à Principe ſeculari, poſito tamen, quòd Conſeruatores dari poſſint ab alio, quàm à Papa, de cuius rei veritate latiùs diſſeremus infr. cap. 4. quæſt. 2. & ſeqq. item † aliam eſſe ſpeciem eorum, qui dantur perſonis ſingularibus ſiue eccleſiaſticis, ſiue laicis; aliam illorum, qui collegiis, & vniuerſitatibus ſiue Clericorum, ſiue Regularium, ſiue etiam Laicorum. Huiuſmodi etiam diuiſio, hoc eſt in ſpecies accidentales, illa eſt, quam affert Tholoſ. lib. 47. ſyntag. iur. vir. vniu. cap. 22. num. 24. vt † vna ſit ſpecies Conſeruatorum electorum nominatim, & perſonaliter, vt, ſi Petrus detur Conſeruator pro conſeruando Titio, vel eius priuilegiis; altera eorum, qui electi ſub nomine dignitatis dicũtur, vt, cùm datus eſt Abbas S. Saturnini Conſeruator priuilegiorum in Academia Tholoſana ſtudentium. & aliæ ſimiles. de quibus omnibus agemus infr. cap. 6. per totum. Interim verò ad alteram huius capitis quæſtionem veniamus.

4 *Conſeruatores alij à Papa, alij ab inferioribus conſtituuntur.*

5 *Conſeruatores alij dantur perſonis ſingularib. alijs collegiis & vniuerſitatibus.*

6 *Conſeruatores alij deputatur ſub nomine perſonæ, alij ſub nomine dignitatis.*

QVÆRO *igitur ſecundò, & poſtremò in hoc capite de variis formulis Conſeruatorum.*

Afferemus autem hoc loco † formulas Conſeruatorũ dumtaxat Apoſtolicorum, tum quòd de his dumtaxat Conſeruatoribus tractandum nobis præpoſuimus, tum quòd vel Conſeruatores ab alio, quàm à Papa dari nequeunt, vel huiuſmodi certè Conſeruatoriarum formulæ in vſu non ſunt, eas autem formulas litterarum Conſeruatoriarum, quibus à Papa Conſeruatores conſtituuntur, hîc lubet inſerere, tum quod ab iis, cum ex Romana Curia, & Cancellaria prodeant, arguere licet, vt paulò ante deduximus; tum ne aliquid, quod ad hunc tractatum maximè pertineret, aut etiam eius proprium eſſet pro tenuitate noſtra pateremur deſiderari.

7 *Diuerſæ formulæ ſupplicationũ pro Conſeruatoriis Apoſtolicis, & ipſarum Conſeruatoriarum.*

Sequemur autem eum ferè ordinem, quo in præcedenti queſtione

ſtione ſpecies Conſeruatorum recenſuimus, quoniam quæſtio hæc ex illa pendet, præmiſſis quibuſdam etiam formulis ſupplicationum, quas apud Doctores potuimus reperire; verùm omiſſa illius ſpeciei formula, cum iam in vſu non ſit, quæ contra latrones, ac prædones dumtaxat datur.

8 Prima igitur formula † erit ſupplicationis pro perſona ſingulari eccleſiaſtica obtinente beneficia contra inferentes iniurias ipſi perſonæ, eccleſiæ, & beneficiis, atque adeo comprehendens etiam illatas à prædonibus, & conſequenter primam, ac tertiam ſpeciem Conſeruatorum iuxta poteſtatem eiſdem in meris terminis iuris communis competentem. Illam verò inſeremus, quæ habetur apud Mandos. in prax. ſignat. grat. tit. de Conſeruatoria, non autem eam, quam affert. Phil. Prob. in addit. ad Io. Monach. d. c. 1. cum illa Mandos. plenior ſit, & exactior, exprimens clauſulas opportunas, quibus tamen addi debet illa clauſula (& ad quinquennium) in huiuſmodi ſupplicatione pro ſingulari perſona, ſicut in litteris ſuperinde expeditis apponi debet ac ſolet illa (præſentibus ad quinquennium dumtaxat valituris) idque propter diſpoſitionem Trid. Concil. d. ſeſs. 14. cap. 5. de reformat. de qua latiùs infr. cap. vlt. huius tract. Formula ergo ſupplicationis à Mandos. relata, & cuius etiam mentionem facit, ad eam ſe remittens, Iacob. Sbroz. tract. de vic. Epiſc. lib. 2. quæſt. 27. num. 2. talis eſt.

Formula ſupplicationis pro perſona ſingulari iuxta exigentiam iuris cōmunis aduerſus iniurias faciẽtes illi, eiuſq́; rebus.

BEATISSIME PATER. *ſupplicat humiliter S. V. deuotus illius orator. N. Rector parochialis eccleſiæ. P. quatenus ipſius oratoris, ac dictæ eccleſiæ omniumq́; aliorum, & ſingulorum beneficiorum eccleſiaſticorum cum cura, & ſine cura ſecularium, & regularium, quæ in titulum, & in commendam obtinet, & in poſterum obtinebit, indemnitati opportunè prouidendo aliquos Conſeruatores dare, & deputare, qui eccleſiam, beneficia huiuſmodi, ac oratorem ipſum aduerſus inferentes ſibi, eccleſiæ, & beneficijs præfatis, in fructibus, decimis, obuentionibus, &c. alijsq́; bonis ſpiritualibus & temporalibus, iniurias, moleſtias, iacturas, atque damna iuxta formam militantis eccleſiæ in quinterno Cancellariæ deſcriptam, & cum poteſtate aggrauandi, & reaggrauandi toties quoties opus fuerit, ac etiam citandi per edictum publicum, quatenus ad citandos tutus non pateat acceſſus, etiã inuocato &c. ad hoc auxilio brachij ſæcularis, dare, deputare dignemini de gratia ſpeciali Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis etiam Bonifacij Papæ VIII. de vna &c. ſtylo palatij, cæteriſq́; cõtrarijs non obſtantibus quibuſcunque cum clauſulis opportunis, & conſuetis, & cum abſolutione*

Digitized

tione à cenſuris,&c. & de Conſeruatoria in forma vt ſuprà, & cum poteſtate citandi, etiam per edictum publicum: quatenus ad citandos conſtito, &c. & cum inuocatione brachij ſæcularis quatenus opus fuerit,& cum poteſtate aggrauandi, & reaggrauandi vt præfertur, & cum derogatione præmiſſorum,&c.

Atque hæc quidem eſt forma ſupplicationis, quæ mutatis mutandis pro Cardinali, Epiſcopo, alióve Prælato poterit adhiberi. Sequeretur nunc,vt tenorem ipſum litterarum Conſeruatoriarum vi prædictæ ſupplicationis cõceſſarum afferremus: ſed quoniam nullum hucúſque reperire potuimus, cùm caſus euenerit, † adhiberi poterit tenor litterarum, quas Illuſtriſſimo Cardinali à Montealto conceſſit ſanctiſſimus D. N. Paulus V. infra in quarta formula Conſeruatoriarum inſerendus; detractis tamen iis verbis, quæ habentur in corpore ſtatim ante medium (etiam ſi ſis extra loca, in quibus deputatus es Conſeruator,& iudex,) ex iis,quæ leguntur ſtatim poſt mediũ d. litterarum, (illis videlicet,quæ iudicialem requirunt indaginem, ſummariè,ſimpliciter,& de plano,ſine ſtrepitu,& figura iudicij, in aliis verò prout qualitas eorum exegerit;) nec non illis verbis derogatoriis, (ſeu ne iudices, & Conſeruatores à ſede præfata deputati extra ciuitatem, & diœceſim, in quibus deputati fuerint, contra quoſcunque procedere, aut aliquos vltra vnam dietam à fine diœceſis eorundem trahere præſumant, ſeu quod de aliis quàm manifeſtis iniuriis, & violentiis,ac aliis,quæ iudicialem requirunt indaginem, pœnis in eos,ſi ſecus egerint,& in id procurantes adiectis, Conſeruatores ſe nullatenus intromittant.) Quin etiam cautius erit omittere illa quoque verba derogatoria (ne quis extra ſuam ciuitatem, & diœceſim, niſi in certis exceptis caſibus, & in illis vltra vnam dietam à fine ſuæ diœceſis ad iudicium euocetur;) nam licèt intelligat de conſtitutione Bonif. in c. ſtatutum de reſcript. in 6. vbi expreſsè non loquitur de Conſeruatoribus, ſed de iudicibus delegatis ſimplicibus; tamen & Conſeruatores iudices delegati ſunt, vt cap. præc. q. 2. oſtendimus,& d. verba etiam habentur in d. c. fi. vbi de Cõſeruatoribus agitur;ideo,vt dicebamus cautius erit illa omittere; ſicut & clauſulam illam integram, (cæterum volumus) in fine poſitam,vſque ad ea verba(præſentibus poſt quinquẽnium minimè valituris) quæ omittenda non erunt etiam in hac prima formula Conſeruatoriarum ratione non multò ante adducta.

9 *Tenor litterarum remiſſiuè.*

10 *Formula ſupplicationis pro Conſeruatoria Capituli ſecundum ius cõmune contra inferentes iniurias eius rebus, eiuſdẽmque priuilegiorũ violatores.*

Secunda formula ſupplicationis †erit pro Capitulo Cathedralis, vel Collegiatæ ad impetrandas ei litteras Conſeruatorias contra inferentes moleſtias eiuſdem bonis, rebus,ac iuribus,ſimúlque contra violantes eiuſdem priuilegia pariter iuxta poteſtatem, quæ Conſeruatoribus de iure communi ſcripto competit, eáque vtemur, cum optima ſit,quam ſecundo loco ponit Probus d. cap. 1.paucíſque mutatis adaptari poterit Collegio Monachorum, ſeu Clericorum Regularium, Hoſpitali, Militiæ equitum, præſertim Hieroſolymitanæ & ſimilibus; quamuis horum pleriſque iam per priuilegium ſpeciale inſertum in volumine priuilegiorum eiſdem à S. ſede Apoſtolica conceſſorum ſub variis formis data ſit facultas eligendi Conſeruatorem. Formula verò ſupplicationis, de qua nunc agimus ex Probo deſumpta huiuſmodi eſt.

BEATISSIME PATER. *Vt deuoti oratores veſtri Decanus,Capitulum,Canonici, Vicarij, & perſonæ eccleſiæ Iornacen. ab indebitis moleſtationibus releuentur,ſupplicant humiliter S. V. Decanus, & Capitulum, Canonici,& perſonæ præfati quatenus eorum ſtatui,& indemnitati opportunè conſulentes, ipſoſq; ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequentes: eis Conſeruatoriam contra omnes,& ſingulos etiam Archiepiſcopos,& Epiſcopos &c.eorumq; Vicarios,& officiales, ac alios exemptos, & non exemptos etiam Cluniacen. Ciſtercien. Premonſtraten. S. Benedicti, S. Auguſtini Hieroſolymitani, & aliorum ordinum, & militarium religioſos inferentes iniurias,moleſtias, grauamina, vel damna, eiſdem omnibus, ac eorum familiaribus,& ſeruitoribus,cuiuſcunque dignitatis,excellentiæ &c.& eorum ſingulos ſuper bonis debitis iuribus etiam patronatus eccleſiaſtici, iuriſdictionibus,penſionibus annuis, fructibus,pecuniarum ſummis,& rebus alijs, etiam ratione perſonarum ſuarum, ac menſæ prædictæ, nec non quorumuis aliorum beneficiorũ cum cura,vel ſine cura per eos quomodolibet pro tempore obtentorum, & aliàs coniunctim, vel diuiſim pertinent. nec non priuilegijs & indultis eis tam per Romanos Pontifices,& Imperatores,Reges,ſeu alios & aliàs conceſſis,cum poteſtate citandi, monendi, requirendi etiam per edictum publicum,conſtito ſummariè de non tuto acceſſu,ac etiam inhibendi ſub cenſuris, & pœnis etiam pecuniarijs declarandi &c. ac aggrauandi,& reaggrauandi &c.& aliàs in forma militãtis eccleſiæ in quinterno Cancellariæ Apoſtolicæ annotata, concedere dignemini de gratia ſpeciali: non obſtantibus Fel.record.Bonifacij Papæ VIII. S.V. prædeceſſoris de vna,& Concilij generalis de duabus dietis,& quibuſlibet alijs conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, nec non quibuſuis priuilegijs, & indultis*

zed by Google

indultis quibuſuis Cathedralibus etiam Metropolitanis, vel Collegiatis, & alijs monaſterijs, domibus, hoſpitalibus, & pijs locis, nec non omnibus militijs, ciuitatibus, terris, caſtris, villis, oppidis, & locis conuentualibus, & perſonis eccleſiaſticis, & ſæcularibus ac Regularibus cuiuſcunque dignitatis ſtatus, gradus, & etiam Archiepiſcopali, Epiſcopali &c. nec non laicis etiam Ducibus, Comitibus, Marchionibus, Principibus temporalibus etiam per modum ſtatuti perpetui motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de poteſtatis Apoſtolicæ plenitudine etiam de non trahendis illis aut eorum ſubditis extra eorum loca ſeu dominia vel coram eis, & eorum Iudicibus, & Conſeruatoribus etiam vigore quarumcunque litterarum Apoſtolicarum ad ius commune reducendarum, & alijs quibuſuis modis, & ſub quibuſuis verborum formis & clauſulis etiam per ſanctitatem veſtram, & ſedem Apoſtolicam conceſſis, & confirmatis, & in poſterum concedendis, & confirmandis, quibus omnibus etiam ſi de illis &c. tenores &c. placeat hac vice derogare, cæteriſq; contrarijs cum clauſulis opportunis, & conſuetis.

Cæterùm circa duas formulas ſupplicationum mox relatas duo adnotanda ſunt: alterum, quòd † Concilium illud generale de duabus dietis, cuius implicitè mentio fit in prima ſupplicatione, explicitè verò in ſecunda, eſt Concilium generale Lateranenſe, de quo in cap. nonnulli, de reſcript. Alterum quòd, licèt in vtraque formula nulla mentio fiat manifeſtę iniurię, vel violentiæ, non ideo tamen minùs vtraque eſt iuxta poteſtatem Conſeruatori de iure communi dumtaxat competentem; id enim ſatis ſignificatur iis verbis, (in forma militantis eccleſiæ in quinterno Cancellariæ Apoſtolicæ annotata,) quæ in prædictis formulis ſupplicationum habentur.

11 Conciliū g nerale d duabus di tis quodn ſit.

Tenorem verò litterarum Conſeruatoriarum iuxta proximam ſupplicationem hîc non inſeremus, cum adhuc talem reperire non potuerimus, iſq; facilè conſtrui, & confici poſſit paucis mutatis ex litteris Societati Ieſu conceſſis, quas paulò poſt iuxta quartam formulam afferemus. Interim verò ponamus ex Phil. Probo loc. cit. binas litteras Conſeruatorias, alteras eccleſiæ Collegiatæ, alteras Vniuerſitatis ſtudiorum † contra violantes earum priuilegia, & immunitates dumtaxat; harum autem tenores, qui tertiæ formulæ loco eſſe poterunt, tales ſunt.

2 Formula Conſeruato riarum ad uerſus vio lantes priui legia & im munitates eccleſia Co legiata, & vniuerſita tis ſtudior.

CLEMENS *Epiſcopus, &c. Pium eſſe dignoſcitur, vt ijs, qui gloriantur in malitia per nos taliter obſiſtatur, quòd oppreſſi eorum inſultibus vacantes diuino cultui liberius poſſint in obſeruantia mandatorum Domini delectari. Sanè petitio dilectorum filiorum Capituli eccleſiæ Briuaten. Ro-*

manæ eccleſiæ immediatè ſubiectæ Sancti Flori diœceſis nobis nuper exhibita continebat, quod ipſi, & eorum eccleſia, ac ipſius eccleſiæ membra à nonnullis, qui nomen Domini in vanum recipere non formidant contra tenores priuilegiorum per nonnullos prædeceſſores noſtros Romanos Pontices eis conceſſorum, multiplices patiuntur moleſtias. Quare pro parte dictorum Capituli nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt in præmiſſis eorum prouidere quieti, & malignantium moleſtijs obuiare de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos itaque huiuſmodi ſupplicationibus inclinati diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut vnus veſtrum per vos, vel alium, ſeu alios eiſdem Capitulo, & eccleſiæ atque membris efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes non permittatis eoſdem Capitulum, ac eccleſiam, & membra huiuſmodi contra indulta dictorum priuilegiorum ab aliquibus indebitè moleſtari; moleſtatores huiuſmodi, & contradictores quoſlibet, & rebelles per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo, inuocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis. Non obſtantibus &c. (vt in ſecunda ſupplicatione.) Cæterùm volumus, & auctoritate Apoſtolica concedimus, quòd quilibet veſtrum valeat proſequi articulum etiam per alium inchoatum, quamuis idem inchoans nullo fuerit impedimento Canonico præpeditus, quodq; à data præſentium ſit vobis, & vnicuique veſtrum in præmiſſis omnibus, & eorum ſingulis cœptis, non cœptis præſentibus & futuris perpetuata poteſtas, & iuriſdictio attributa, vt eo vigore, eaq; firmitate poſſitis etiam in non cœptis præſentibus, & futuris, & pro prædictis procedere, ac ſi prædicta omnia, & ſingula coram nobis cœpta fuiſſent, & iuriſdictio veſtra & cuiuſlibet veſtrum in præmiſſis omnibus, & ſingulis per citationem, vel modum alium perpetuata legitimè extitiſſet. præſentibus poſt quinquennium minimè valituris. Datum Romæ, &c.

Clemens Epiſcopus, &c. Iuſtis petentium deſiderijs, illis præſertim, per quæ prauorum hominum malitijs obuiari debeat, & quæ vacare volentium ſtudio litterarum commoda reſpiciunt, libenter annuimus, illaq; fauore proſequimur opportuno. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte vniuerſorum Doctorum, magiſtrorum, & ſcholarium ſtudij Tholoſani petitio continebat, quòd nonnulli ex eis contra priuilegia, libertates, & immunitates etiam eccleſiaſtica, tam à iure, quàm ab homine conceſſa, indebitè moleſtantur, & etiam iniuriantur. Quare pro parte ipſorum nobis extitit humiliter ſupplicatum, vt prouidere eis ſuper hoc paterna diligentia dignaremur. Nos igitur cupientes huiuſmodi obuiare malitijs, ac perſonis eiſdem, vt meliùs vacare valeant ſtudio litterarum, prouidere; huiuſmodi ſupplicationibus inclinati &c. Mandamus quatenus vos, vel duo &c. Priuilegia

Digitized by Google

uilegia, libertates, & immunitates, prout iuſta, & rationabilia fuerint, faciatis auctoritate veſtra inuiolabiliter obſeruari. Non permittentes eos, ſeu eorum aliquem contra priuilegia, libertates, & immunitates huiuſmodi ab aliquibus indebitè moleſtari, vel eis grauamina, vel iniurias irrogari: moleſtatores, & iniuriatores huiuſmodi, nec non contradictores quoſlibet, & rebelles cuiuſcunq; dignitatis, gradus, ordinis, ſtatus, conditionis extiterint, auctoritate noſtra per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo, inuocato ad id, ſi opus fuerit auxilio brachij ſecularis. Non obſtantibus &c. Caterum volumus &c. vt in formula præcedenti.

Quarta denique formula erit † iuxta alterum genus Conſeruatorum, qui maiorem poteſtatem habent, quàm Conſeruatoribus à iure communi tribuatur, hoc eſt, vel ferè, vel omnino æqualem illi, quæ cæteris iudicibus ſiue ordinariis, ſiue delegatis competit. Nos verò hîc formam litterarum Conſeruatoriarum hoc in genere inſeremus, vt ante polliciti ſumus, quæ conceſſæ fuerunt tum Illuſtriſſimo Cardinali à Montealto, tum Collegiis Societatis Ieſu. Id autem eo etiam libentiùs quoad has ſocietatis facimus, quòd & paucis mutatis pro Collegiatis eccleſiis, Hoſpitalibus, aliiſque locis piis poſſint deſeruire, & contineant Conſeruationem tam contra violantes eiuſdem Societatis priuilegia, quàm contra eidem inferentes quęcunque damna, vel iniurias, & exactiſſima atque abſolutiſſima ratione ſint conſcriptæ; ac præterea cum gratia quidem facta, ſignatáque fuerit à fel. rec. Pio V. litteræ verò expeditæ ſub Gregorio XIII. eius ſucceſſore, forma ſimul in his litteris habebitur expediendi litteras Apoſtolicas ſub ſucceſſore, cùm expediri non potuerunt ſub prædeceſſore, à quo tamen gratia ſignata fuerat. Prædictarum autem ambarum litterarum tenor eſt huiuſmodi.

13 *Formu[...] Conſer[...] riarum maiori [...] ſtate q[...] de iure [...] muni [...] ſeruato[...] compet.*

PAVLVS *Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei Venerabili fratri Archiepiſcopo Mediolan. ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Ad regendum vniuerſalis eccleſiæ firmamentum fratres noſtri S.R.E. Cardinalis aſſiſtendo nobis ſubmiſſis humeris operoſa ſedulitate laborant cum tam ipſius eccleſiæ, quàm vniuerſi orbis incumbentia onera indefeſſis nobiſcum ſollicitudinibus patiantur: Quare decens, & debitum eſſe conſpicimus vt ipſi, quos dicimus tanquam præcipuas, & ſublimes eccleſiæ prædicta columnas prærogatiua ſublimauit honoris, quiq; in eccleſiarum defenſione, & conſeruatione libertatum, & iurium eorumdem indeſinenter ſtudia, & labores impendunt apud nos prærogatiuam fauoris inueniant, & gratiarum plenitudinem in ſuis opportunitatibus conſequantur, & præſertim vt bona & iura*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

eorum præſeruentur à conatibus peruerſorum protectionis noſtræ munimine circumfulta. Nuper ſiquidem ex conqueſtione dilecti filij noſtri Alexandri S. Laurentij in Damaſo Diaconi Cardinalis Montiſalti nuncupati S. R. E. Vicecancellarij percepimus quòd nonnulli Archiepiſcopi, Epiſcopi, alijq́; eccleſiarum Prælati, & Clerici, atque eccleſiaſticæ perſonæ tàm ſeculares, quàm regulares; nec non Duces, Marchiones, Comites, Barones, Nobiles, Milites, & Laici, cōmunitates ciuitatum, vniuerſitates oppidorum, caſtrorum, villarum, & aliorum locorum, & aliæ ſingulares perſonæ ciuitatum, & diœc. ac aliarum partium diuerſarum occuparunt, & occupari fecerunt caſtra, villas, & alia loca, terras, domos, poſſeſſiones, iura, & iuriſdictiones, necnon cenſus, fructus, redditus, & prouentus vnius S. Mariæ Clareuallis Ciſtercien. & alterius S. Lanfranchi vallis vmbroſæ, ac reliqui monaſteriorum S. Laurentij, S. Benedicti ordinum, nec non Præpoſituræ monaſterij per Præpoſitum gubernari ſoliti olim ordinis fratrum humiliatorum dudum Apoſtolica auctoritate ſuppreſſi S. Abundij Mediolanenſ. Cremonenſ. & Papien. reſpectiuè ciuitatum, vel diœc. quæ dictus Alexander ex conceſſione, & diſpenſatione Apoſtolica in commendam ad eius vitam præter prædictum monaſterium S. Laurentij, quod dilectus filius Alexander Vrſinus Clericus Roman. ex ſimili conceſſione ad eius vitam obtinet; omnes tamen, & ſinguli fructus, redditus, & prouentus iura, obuentiones, & emolumenta demptis ducentis ducatis pro dicto Alexandro Vrſino prædicto Cardinali Apoſtolica auctoritate reſeruati exiſtūt, obtinent & nonnulla alia bona mobilia ſpiritualia & temporalia ad monaſteria, & Præpoſiturā huiuſmodi ſpectantia, & ea detinent occupata, ſeu ea detinentibus præſtant auxilium, conſilium, & fauorem; nonnulli etiam ciuitatum & diœ. ac partium prædictarum eidem Alexandro Cardinali ſuper prædictū caſtris, villis, locis, & alijs terris, domibus, poſſeſſionibus, iuribus, iuriſdictionibus, alijsq́; mobilibus, & immobilibus bonis ad monaſteria & Præpoſiturā huiuſmodi ſpectantibus multiplices moleſtias, & iniurias inferunt, & iacturas. Quare prædictus Alexander Cardinalis nobis humiliter ſupplicauit vt cùm ſibi reddatur valde difficile pro ſingulis querelis ad ſedem Apoſtolicam habere recurſum monaſteriorum & Præpoſituræ huiuſmodi indemnitati conſulere, aliaſq́; in præmiſſis opportunè prouidere paterna diligentia curaremus: Nos igitur huiuſmodi ſupplicationibus inclinati aduerſus occupatores, detentores, præſumptores, moleſtatores, & iniuriatores huiuſmodi illos volentes Alexandro Cardinali, & monaſterijs ac Præpoſituræ prædictis in præmiſſis remedio ſubuenire, per quod ipſorum compeſcatur temeritas, & alijs aditus committendi ſimilia præcludatur; Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus quatenus ſaluis Concilij

Tridentini

Tridentini decretis dumtaxat per te vel alium, ſeu alios etiam ſi ſis extra loca, in quibus deputatus es Conſeruator, & Iudex prædicto Alexandro Cardinali efficacis defenſionis præſidio aſsiſtens, non permittas eum ſuper his à quibuſlibet alijs indebitè moleſtari, vel ei grauamina, ſeu damna, vel iniurias irrogari. facturus eidem Alexãdro Cardinali, cum ab eo, vel procuratoribus ſuis, aut eorũ aliquo fueris requiſitus, de prædictis, & alijs perſonis quibuſlibet ſuper reſtitutione huiuſmodi caſtrorũ, villarum, terrarum, & aliorum locorum, iuriſdictionum, iurium, & bonorum mobilium, & immobilium, redditũum quoque, prouentuum, & aliorum quorumcunque bonorum, nec non de quibuſlibet moleſtijs, & iniurijs, atque damnis præſentibus, & futuris illis videlicet, quæ iudicialem requirunt indaginem ſummariè, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij; in alijs verò prout qualitas eorum exegerit iuſtitiæ complementum, occupatores, & detentores, ac præſumptores, moleſtatores, & iniuriatores huiuſmodi, nec non contradictores quoſlibet, & rebelles cuiuſcunque gradus, ſtatus, ordinis, & conditionis extiterint quandocunque, & quotieſcunque expedierit auctoritate noſtra per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Non obſtantibus tam Fel. record. Bonifacij Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, in quibus cauetur, ne quis extra ſuam ciuitatem, & diœceſim niſi in certis & exceptis caſibus, & in illis vltra vnam dietam à fine ſuæ diœceſis ad iudicium euocetur, ſeu ne Iudices, & Conſeruatores à ſede prædicta deputati extra ciuitatem, & diœceſim, in quibus deputati fuerint contra quoſcunque procedere, ſeu alij, vel alijs vices ſuas committere, aut aliquos vltra vnam dietam à fine diœc. eorundem trahere præſumant, dummodo vltra tres dietas aliquis auctoritate præſentium ad iudicium non trahatur, ſeu quod de alijs manifeſtis iniurijs, & violentijs, ac alijs, quæ iudicialem requirunt indaginem peius in eos ſi ſecus egerint, & in id procurantes adiectis Conſeruatores ſe nullatenus intromittant, quàm alijs quibuſcunque conſtitutionibus à quibuſcunque prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus tàm de Iudicibus delegatis, & Conſeruatoribus, quàm perſonis vltra certum numerum ad iudicium non vocandis, aut alijs editis, quæ tua poſſent in hac parte iuriſdictioni, aut poteſtati, eiuſq; libero exercitio quomodolibet obuiare, ſeu ſi aliquibus communiter, aut diuiſim ab eadem ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari, aut extra & vltra certa loca ad iudicium euocari non poſsint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi, & eorum perſonis, locis, ordinibus, & nominibus proprijs mentionem, & qualibet alia dictæ ſedis indulgentia generali vel ſpeciali cuiuſcunque tenoris exiſtat, per quam præſentibus non expreſſam vel totaliter

taliter non inſertam tuæ iuriſdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri, & de qua cuiuſque tenore habenda ſit in noſtris litteris mentio ſpecialis. Cæterùm volumus, & auctoritatem prædictam decernimus, quod tu proſequi valeas articulum etiam per alium inchoatum, quamuis idem inchoans nullo fuerit impedimento canonico præpeditus, Quodq; à data præſentium ſit tibi in præmiſſis omnibus, & eorum ſingulis cæptis, & non cæptis præſentibus & futuris perpetua poteſtas, & iuriſdictio attributa, vt eo vigore eaq; firmitate poſſis in præmiſſis omnibus cæptis, & non cæptis præſentibus & futuris, & pro prædictis procedere, ac ſi prædicta omnia, & ſingula coram te cæpta fuiſſent, & iuriſdictio tua in prædictis omnibus & ſingulis per citationem, vel modum alium perpetuata legitimè extitiſſet conſtitutione præfata ſuper Conſeruatoribus, & alia qualibet in contrarium edita non obſtante, præſentibus poſt quinquennium minimè valituris. Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo ſexcenteſimo quinto, pridie Calendas Nouembris, Pontificatus noſtri anno primo, &c.

BVLLA PII V. per Gregorium XIII. edita, qua conceditur Societati IESV, ac ſingulis illius perſonis facultas aſſumendi certas perſonas in ſuos Conſeruatores, & Iudices ordinarios, anno 1573.

GREGORIVS *Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam: Aequum reputamus, & rationi conſonum vt ea, quæ de Romani Pontificis gratia proceſſerunt, licet eius ſuperueniente obitu litteræ Apoſtolicæ deſuper confectæ non fuerint, ſuum ſortiantur effectum. Dudum ſiquidem felicis recordationis Pio Papa V. prædeceſſori noſtro pro parte dilectorum filiorum Præpoſiti generalis, & Religioſorum Societatis Ieſu expoſito, quod cum dicta ſocietas benedicente Domino, longè, lateq; eſſet propagata, ac ad Dei laudem, & honorem, militantiſq; eccleſiæ profectum in dies augeretur, & propter diuerſa bona temporalia, quæ Collegia ſcholariũ ſub eorum cura inſtituta poſſidebant conſeruanda, & recuperanda, lites, aliaq; forenſia frequenter ſubire neceſſariò cogeretur, exindeq; fieret, vt eius perſonæ, quæ animarum ſaluti implicitæ litium anfractus, qui ab eorum inſtitutis valdè diſſonabant, euitare cupiebant, ab earum miniſterio non ſine animi ſui dolore, cum animarum huiuſmodi diſpendio diſtraherentur, & eidem prædeceſſori, pro parte eorumdem Præpoſiti generalis, & Religioſorum*

Digitized by Google

rum aſſerentium eorum bona à quorumcunque locorum ordinariorum iuriſdictione libera, & exempta, ac ſub Romani Pontificis, & ſedis Apoſtolicæ protectione aliàs recepta fuiſſe, humiliter ſupplicato, vt eorum quieti more pij patris, ac aliàs in præmiſsis opportunè conſulere, de benignitate Apoſtolica dignaretur: idem prædeceſſor, qui ad gratos Deo, & vniuerſæ Reipublicæ Chriſtianæ vtiles, & neceſſarios fructus, quos ſocietatis prædictæ perſonæ in vinea Domini ſemper proferebant, debitum reſpectum habebat, facere nullo modo poterat, quin ipſis ea concedere, per quæ ipſi, eorumq; res, & bona à noxijs iuſtitiæ miniſterio præſeruarentur; eoſdem Præpoſitum generalem, & Religioſos, ac eorum ſingulos, à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijsq; eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus, quomodolibet innodati exiſtebant ad effectum infraſcriptorum dumtaxat conſequendum abſoluens, & abſolutos fore cenſens, huiuſmodi ſupplicationibus inclinatus: ſub data videlicet octauo Kalendas Iunij Pontificatus ſui anno tertio, eidem ſocietati, ſingulisq; illius perſonis, ac eorum familiaribus clericali charactere tamen inſignitis, vt in quibuſcunque cauſis tam ciuilibus, quàm criminalibus ac mixtis, etiam in eis, in quibus actores, vel conuenti rei forent, ipſis contra quaſcunque communitates, & collegia huiuſmodi, omnes, & ſingulos Archiepiſcopos, & Epiſcopos, ac Abbates, nec non alias perſonas in dignitate eccleſiaſtica conſtitutas, ac Metropolitanarum, & aliarum Cathedralium Eccleſiarum Canonicos, ac eorundem Archiepiſcoporum Vicarios in ſpiritualibus, & officiales generales vbilibet conſtitutos, in ſuos poſſent aſſumere Conſeruatores, & Iudices ordinarios indulſit; ipſis verò ſic electis, vel duobus, aut vni eorum, vt per ſe, vel alium, ſeu alios etiam ſi ſint extra loca, in quibus Conſeruatores, & Iudices deputati forent, eidem ſocietati efficacis deffenſionis præſidio aſsiſtentes non permitterent ſocietatem, collegiaq; huiuſmodi ſuper terris, locis, domibus, poſſeſsionibus, & iuribus, nec non fructibus, cenſibus, redditibus, & prouentibus, ac quibuſcunque alijs bonis mobilibus, & immobilibus, ſpiritualibus, & temporalibus, nec non priuilegijs, & indultis eis, & dictæ ſocietati tam Apoſtolica, quàm ordinaria, & aliàs ritè regia auctoritatibus conceſsis, & alijs rebus ad dictam ſocietatem communiter, vel diuiſim ſpectantibus à quibuſcunque perſonis tam ſecularibus quàm eccleſiaſticis, ac quacunque auctoritate, & ſuperioritate fungentibus, quoquomodo indebitè moleſtari, vel eis grauamina, damna, aut iniurias irrogari: facerentq; cum ab ijſdem ſocietate, aut perſonis, vel procuratoribus ſuis ſeu aliquo ex eis, forent requiſiti ſuper reſtitutione locorum, terrarum, domorum, poſſeſſionum, iurium, & bonorum mobilium, & immobilium, reddituum quo-

Google

que & prouentuum, & aliorum quorumcunque bonorum, nec non priuilegiorum, & indultorum eis tunc, & pro tempore conceſſorum obſeruatione; nec non de quibuſlibet moleſtijs, iniurijs, damnis tunc præſentibus, & futuris, in illis videlicet, quæ iudicialem requirerent indaginem ſummariè, ſimpliciter, & de plano ſine ſtrepitu, & figura iudicij; in alijs verò, prout eorum qualitas exegiſſet iuſtitiæ complementum: occupatores, ſeu detentores, præſumptores, & iniuriatores huiuſmodi, nec non contradictores quoſlibet, & rebelles, etiam ſi aliàs, quàm vt præfertur qualificati exiſterent, quandocunque, & quotieſcunque expediſſet, auctoritate Apoſtolica per ſententias, cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, aliaq; opportuna iuris, & facti remedia appellatione poſtpoſita, compeſcendo: legitimiſq; ſuper his habendis ſeruatis proceſſibus, eos, quos ſententias, cenſuras, & pœnas per eoſdem Conſeruatores, ſeu Iudices pro tempore latas incurriſſe, eis conſtitiſſet; eas incurriſſe declararent, & quoties opus fuiſſet, etiam iteratis vicibus aggrauarent; nec non auxilium brachij ſæcularis inuocarent commiſit, & mandauit. Ac inſuper ſi ipſis per ſummariam informationem, per eos ſuper his habendam conſtitiſſet, quod ad loca in quibus occupatores, præſumptores, moleſtatores, & iniuriatores huiuſmodi, ac alios, quos litteræ tunc deſuper conficiendæ concernerent, pro tempore morari contigiſſet, pro monitionibus, & inhibitionibus ipſis, ac citationibus eis faciendis, tutus non pateret acceſſus, Iudicibus, & Conſeruatoribus huiuſmodi monitiones, & citationes præfatas, ac inhibitiones quaſlibet per edicta publica locis publicis affigenda, de quibus eſſet veriſimilis coniectura quod ad ipſorum monitorum, citatorum, & inhibitorum notitiam peruenire valerent, faciendi; nec non eiſdem occupatoribus, detentoribus, præſumptoribus, moleſtatoribus, iniuriatoribus, contradictoribus, rebellibus, etiam ſub cenſuris, & pœnis eccleſiaſticis ac etiam pecuniarijs eorum arbitrio moderandis, inhibendi, ac quibuſuis inhibitionibus eis pro tempore etiam prætextu quarumcunque litterarum Conſeruatoriarum, ſeu priuilegiorum Apoſtolicorum, quibuſlibet conceſſorum, & concedendorum pro tempore factis non obſtantibus eorum iuriſdictionem liberè exercendi, loca, ad quæ eos declinare, & in quibus ſcienter ſtare permiſſi forent eccleſiaſtico interdicto ſubijciendi plenam, & liberam facultatem conceſſit. Ac monitiones, requiſitiones, inhibitiones, & citationes, ſic factas perinde ipſos monitos, requiſitos, inhibitos, & citatos arctarent, ac ſi eis perſonaliter factæ, inſinuatæ, & intimatæ forent, ac tunc deſuper conficiendis litteris, & in eis contentis diſpoſitionibus per quaſcunque derogationes in quibuſuis litteris Apoſtolicis gratiam, vel iuſtitiam, & mixtim continentibus per eundem prædeceſſorem, & ſedem Apoſtolicam etiam cum derogatoriarum derogatorijs alijſq; effica

Digitized by Google

efficacioribus,& inſolitis clauſulis, & per quas earundem litterarum tunc deſuper conficiendarum tenor, ac ſi de verbo ad verbum in eis inſertus foret, pro expreſſo haberetur quibuſcunque perſonis ſeu in eorum fauorem etiam motu proprio,& ex certa ſcientia,ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine conceſſas,& factas, ac faciendas; & concedendas nullatenus derogatum cenſeretur, aut derogari poſſet niſi tenor earundem tunc deſuper conficiendarum litterarum de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, foret in illis inſertus, & derogatio pro tempore facta huiuſmodi per trinas diſtinctas litteras eumdem tenorem continentes, tribus ſimiliter vicibus eidem ſocietati intimata,& inſinuata foret; & quod aliter earundem litterarum tunc deſuper conficiendarum pro tempore factæ derogationes nemini ſuffragarentur. Quodq́; quilibet Iudicum & Conſeruatorum prædictorum valeret proſequi articulum etiã per alium inchoatum,quamuis idem inchoans nullo foret canonico impedimento præpeditus: quodq́; cuilibet Conſeruatorum & Iudicum eorundem ab eadem die octauo Kalend. Iunij eſſet in præmiſſis omnibus, ac eorum ſingulis cœptis, & non cœptis tunc præſentibus,& futuris perpetuata poteſtas,& iuriſdictio attributa; vt eo vigore, eaq́; firmitate poſſent in præmiſſis omnibus cœptis,& non cœptis tunc præſentibus,& futuris,& pro prædictis procedere,ac ſi prædicta omnia & ſingularia coram eis cœpta fuiſſent, & eorum ac cuiuſlibet ipſorum iuriſdictio de præmiſſis omnibus & ſingulis per citationem vel modum alium perpetuata legitimatione extitiſſet, ſicq́; per quoſcũque Iudices,& commiſſarios, & cauſarũ palatij Apoſtolici Auditores, ac S. Romanæ eccleſiæ Cardinales ſublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debere; & ex tunc ſi ſecus ſuper his à quoque quauis auctoritate ſcienter,vel ignoranter atteſtari contingeret irritum,& inane decreuit. Non obſtantibus piæ memoriæ Bonifacij Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, qua cauebatur ne quis extra ſuam ciuitatem,vel diœceſin,niſi in certis exceptis caſibus,& in illis vltra vnam dietam à fine ſuæ diœceſis euocaretur ad iudicium, ſeu ne Iudices à ſede prædicta deputati extra ciuitatem vel diœceſin in quibus deputati forent, contra quoſcunque procedere præſumerent;& duabus dietis in Concilio generali edita, dummodo non vltra tres dietas aliquis vigore earundem litterarum tunc deſuper conficiendarum extraheretur, & quibuſuis alijs Apoſtolicis,ac in Prouincialibus,& Synodalibus Concilijs editis generalibus vel ſpecialibus conſtitutionibus,& ordinationibus, ac quibuſuis iuramento,confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis,& conſuetudinibus,priuilegijs quoque indultis,& litteris Apoſtolicis quibuſuis Regibus,Ducibus,Comitibus,cæteriſq́; cuiuſcunque dignitatis, qualita-

itized by Google

tis,& præminentiæ,ac ordinis etiam Mendicantium,& conditionis exiſtentibus perſonis in genere, vel in ſpecie,ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsq; efficacioribus, & inſolitis clauſulis,irritantibusq; & alijs decretis quomodolibet etiam iteratis vicibus conceſſis, approbatis, & innouatis; Quibus omnibus idem Pius prædeceſſor, etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis eorumq; totis tenoribus ſpecialis,ſpecifica,expreſſa,& indiuidua,ac de verbo, ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes,mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad id ſeruanda foret; tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma,in illis tradita obſeruata inſerti forent pro ſufficienter expreſſis habens, illis aliàs in ſuo robore permanſuris,ea vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſè derogauit; cæteriſq; contrarijs quibuſcunque.Voluit inſuper idem Pius prædeceſſor quòd litterarum tunc deſuper conficiendarum tranſumptis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, ac ſigillo alicuius perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadẽ prorſus fides adhiberetur,quæ ipſis originalibus litteris adhiberetur, ſi forent exhibitæ,vel oſtenſæ. Ne autem de abſolutione, indulto,& alijs præmiſſis pro eo, quod ſuper illis ipſis Pij prædeceſſoris eius ſuperueniente obitu litteræ confectæ non fuerunt, valeat quomodolibet hæſitari, ipſaq; ſocietas illorum fruſtretur effectu, Volumus, & ſimiliter Apoſtolica auctoritate decernimus quod indultum, & alia præmiſſa perinde à dicta die octauo Kalend.Iunij, ſuum ſortiantur effectum, ac ſi ſuper illis ipſis Pij prædeceſſoris litteræ confectæ fuiſſent prout ſuperius enarratur. Quodq; præſentes litteræ ad probandum plenè abſolutionis indultum, &

14 *Formula Conſeruatoriarũ ſigillatim cõtra violãtes priuilegia.*

alia præmiſſa vbique ſufficiant, nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ voluntatis, & decreti infringere vel ei auſu temerario contraire; ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud S.Petrum anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſecundo, octauo Kalend.Iunij, Pontificatus noſtri anno primo.

15 *Et pro aliquibus, & contra aliquos cũ poteſtate vltra terminos iuris cõmunis, remiſſiuè.*

Aliæ verò formulæ, quæ afferri poterant litterarum Conſeruatoriarum vel ſigillatim † contra violantes priuilegia,vel pro aliquibus,& contra eoſdem viciſſim † cum facultate tamen in vtriſque litteris circa ea, quæ iudicialem exigunt indaginem, conſultò hic omittuntur,ne nimis longum faciamus, cum præſertim illæ quidem ſatis elici, & confici poſſent ex formula litterarum ſocietatis Ieſu mox allata, omiſſis iis,quæ ad rerum, ac

bono

bonorum defenſionem pertinent; hæ autem habeantur in extrauag. vnic. de iud. in commun. vbi pro Archiepiſcopo, & Clero Burdegali contra quoſdam Religioſos, & viciſſim pro Religioſis contra Archiepiſcopum, & Clerum pro obſeruatione clem. dudum de ſepult. Conſeruatores deputantur; licèt quinam hi fuerint ex ea extrauag. colligi non poſſit. Iam verò ad tertium ex initio propoſitis cap. tranſeamus.

SVMMÆ RERVM.

1 *Conſeruatores in vſu erant ante cap. 1. de off. deleg. in 6. de ijs tamen nulla ſanctio Pontificia expreſsè diſponebat.*

2 *Conſeruatores ſimilitudinarij ſunt omnes epiſcopi, præſidentes Capitulis prouincialibus, præfecti nundinis, Principes, & alij huiuſmodi.*

3 *Iura ciuilia, & Doctores aliqui egerunt de Conſeruatoribus ante cap. 1. de off. deleg. in 6. cum num. ſeq.*

5 *Canones aliqui antiqui tacitè de Conſeruatoribus diſpoſuerunt.*

6 *Ius nouum Pontificium de Conſeruatoribus expreſsè diſpoſuit; & quodnam illud ſit. num. 7.*

8 *Canones aliqui noui præter illos de off. deleg. in 6. de Conſeruatoribus tacitè diſpoſuerunt. Conſeruatoresq́; iure dicuntur iudices certi, & incerti.*

9 *Clementinæ quid de Conſeruatoribus decreuerint.*

10 *Extrauagantes vſque ad Concilium Lateranenſe ſub Leone X. an liquid de Conſeruatoribus diſpoſuerint.*

11 *Conciliũ Lateranenſe ſub Leone X. quid ſtatuerit de Conſeruatoribus.*

12 *Concilium Tridentinum de Conſeruatoribus quid decreuerit.*

13 *Litteræ pleræque Pontificiæ tam ante, quàm poſt Trid. Concilium circa Conſeruatores emanatæ vim legis non habent, præter quaſdam Greg. XIII. num. 14.*

15 *Conſeruatores non ſunt per nouum ius Pontificium ita in vſum inducti, vt eos concedendos ſtatuerit, ſed eorum poteſtati data de nouo forma. num. 16.*

17 *Conſeruatores introducti ſunt, vt aliquos tueantur à manifeſtis iniurijs, & quæ huius rei ratio ſit. num. 18.*

19 *Conſeruatoriæ litteræ aliquo modo fauorabiles ſunt, ſed potiùs odioſæ & reſtringendæ. num. 20. tamquam contra ius tam ciuile, quàm Canonicum, num. 21.*

22 *Conſeruatoriæ litteræ continent tam futura, quàm præſentia negotia.*
23 *Conſeruatoriæ litteræ eximunt ab Ordinariorum iuriſdictione ſaltem in aliquibus.*

CAPVT III.

Quo iure introducti ſint Conſeruatores.

POSTQVAM vidimus, quot ſint Conſeruatorum ſpecies, & formulæ, videndum eſt, an eæ omnes, vel aliquæ ſaltem à iure Pontificio antiquo, aut nouo ſint inuentæ, atque inuectæ; ac ſimul etiam, quam ob cauſam introducti ſint, in vſúmque venerint Conſeruatores; quod ſingulis quæſtionibus breuiſſimè tamen præſtabimus.

QVÆRO *igitur primò in hoc Cap. An iura antiqua aliquid de Conſeruatoribus diſpoſuerint.*

1 *Conſeruatores in vſu fuerunt ante cap. 1. de &c. nulla tamen de iis ſanctio Põtificia expreſſè diſponebat.*

Reſpondeo † ante conſtitutionem cap. 1. de off. deleg. in 6. quæ fuit Innoc. 4. vt ex eius inſcriptione apparet, fuiſſe quidem in vſu Conſeruatores, nullam tamen Pontificiam ſanctionem de iis expreſsè diſpoſuiſſe. Prior pars huius concluſionis patet ex tex. d. cap. 1. ibi, Conſeruatores, quos plerunque concedimus, apertè enim ſuppoſuit ſolitam tunc fuiſſe ſedem Apoſtolicam Conſeruatores dare, vnde ad eorum poteſtatem explicandam, ac declarandam conſtitutio illa emanauit. Poſterior autem pars ex eo probatur, quòd ante eam conſtitutionem cap. 1. nullus canon ſiue Decreti, ſiue Decretalium de Conſeruatoribus mentionem facit, id autem apertè docet Archid. d. cap. 1. num. 1. circa princip. & ibid. Io. An. in primis verbis, & Gemin. num. 2. in fi. Quòd autem idem Io. An. in Gloſſ. 2. poſt Bern. (Gloſſatorem nimirum decretalium, cuius nos gloſſam ad d. cap. 1. non habemus,) contrarium innuit, dum ait, quòd de illis Conſeruatoribus per iura antiqua parum, vel nihil habemus, † exponendum eſt de ſimilitudine quadam Conſeruatorum, quæ in antiquis canonibus reperiebatur; vnde ad id refertur, quod ſtatim eadem gloſſ. ſubiicit, dum ait, poſſunt tamen dici Conſeruatores

2 *Conſeruatores ſimilitudinarij quinã cenſeantur.*

Epiſcopi,

Epiſcopi, qui habent conſeruare, & defendere viduas, pupillos, & orphanos, & alias perſonas miſerabiles ab oppreſſionibus, & iniuriis, cap. ex parte B. & cap. ex tenore extra de for. compet. cap. 1. & 2. 87. diſt. & cap. adminiſtratores 23. quæſt. 5. licèt hic text. potiùs de Principe laico loquatur. ſimiliter Diœceſani, & præſidentes capituli prouincialibus defendere debent Monaſteria proninciæ, cap. in ſingulis §. fin. vbi Io. An. Innoc. Hoſt. & alij, de Ant. Mon. quod idem ferè habetur in c. querelam, vbi Innoc. de ſimon. & adnotauit Archid. d. cap. 1. num. 1. & c. ſicuti de præben. in 6. verùm vt optimè admonuit inter cæteros I. Eman. Roderic. quæſt. regular. tom. 1. quæſt. 65. art. 1. circa medium, & poſt Io. de Imol. Gemin. d cap. 1. num. 5. circa medium, & Franc. num. 3. in fi. iſti non ſunt propriè Conſeruatores, de quibus loquitur hic text. quia ipſi poſſunt cognoſcere etiam de iis, quæ requirunt iudicialem indaginem iuxta cap. 1. c. cum ab eccleſiarum, & cap. quanto cum ibi not. de off. ord. non ſic Conſeruatores, de quibus d. cap. 1. & fin. niſi id aut ex forma reſcripti habeant iuxta ea, quæ cap. præced. adduximus, ſiue ex conſuetudine legitimè præſcripta, de quo infr. cap. 7. quæſt 9. Huius generis Conſeruatores ſunt illi quoque præfecti nundinis, defendentes omnes mercatores venientes, & inter ipſos iuſtitiam exercentes, quorum ex Rebuff. de merc. min. vend. §. 15. meminit Paul. Fuſc. de viſit. lib. 2. cap. 23. num. 15. eadem ratione Rex ſolet dici Conſeruator ſuorum vaſallorum, vt nemini iniuria fiat, & quiſque ſuum liberè poſſideat, vt ex cap. Regni, quod incipit, ad regale faſtigium, Gram. deciſ. 78. & aliis tradit Fuſc. d. cap. 23. num. 16. quibus addi poſſunt, c. Principes, & c. regum. 23. quæſt. 5. Húic ſimile eſt quod idem affert num. 17. ex Vlpiano in l. fin. ff. quod met. cau. reſpondente per ius ciuile prouidere timenti violentiam ſibi inferri, quòd aliquem adeat poteſtate præditum, qui prohibeat eum vim pati. Hi enim omnes impropriè Conſeruatores dicuntur, & ſunt. Dixi autem ſupra nullam Pontificiam ſanctionem de his Conſeruatoribus ante decretalem d. c. 1. diſpoſuiſſe, tum quòd † inter Doct. Gofred. de his notauerat in ſum. tit. de off. deleg. §. item quid de Conſeruatoribus, prout Archid. d. cap 1. num. 1. initio eum refert; quem ideo tempore præceſſiſſe diſpoſitionem eiuſdem cap. 1. eiúſque conditorem Innoc. 4. dicendum eſt, ac de Conſeruatoribus egiſſe, quoniã in vſu erant; tum etiam † quòd circa quædam

3 *De Conſeruatoribus tractauêre iura ciuilia & Doctores ante decretalem c. 1. de off. deleg.*

4

dam ciuilia magis expreſsè, quàm antiqua Canones de Conſeruatoribus mentionem fecerunt, quæ recitat Io. An. d. cap. fin. num. 2. circa medium, & ibi Gemin. §. Conſeruatores autem nu. 4. & Anchar. d. cap. 1. num. 3. nimirum in Auth. vt iud. ſin. quoquo ſuffrag. ſi. collat. 2. §. nulli quoque iudici, vbi dicitur, nulli quoque iudici penitus concedimus, neque ciuili, neque militari mittere per ciuitates prouinciæ, quibus præſidet, eos, qui vocantur loci ſeruatores, & §. interdicimus autem, legitur; interdicimus autem & glorioſiſſimo magiſtro militum orientis, & omnibus noſtris iudicibus, aut latronum inſectatores, aut violentiarum inhibitores, aut armatos, aut aliquos tales deſtinare in prouincias; quos quidem loci ſeruatores vocat ibi Bart. & alij & in Auth. de mand. Princ. collat. 3. §. eos autem ſeu veriùs §. illud tamen verſic. eos autem, habetur; eos autem, qui vocantur loci ſeruatores, dare iudices in ciuitatib. prouinciæ, cui præſident, licèt ſpectabiles viri vel Clariſſimi, vel Præſides ſint, omnibus interdicimus modis; & in Auth. vt nulli iudic. hab. loc. ſeruat. collat. 9. in princ. & §. nunc. verò, ac §. ad maiorem. autem decernitur, quòd nullus iudicum poteſt emittere loci ſeruatorem, niſi Imperator conceſſerit. hæc autem iura ciuilia condita fuiſſe multis nedum annis, verùm ſeculis ante conſtitutionem cap. 1. de off. deleg. in 6. quæ eſt Innoc. 4. ex eo liquet, quòd Innoc. 4. ex Platina, aliiſque chronographis in eius vita fuit ad Pontificatum aſſumptus anno Domini 1243. at verò Iuſtinianus I. Imperator, qui auctor fuit Authenticorum, vnde prædicta iura ciuilia ſumpta ſunt, imperare cœpit anno Domini 527. vt ex Sigiberto in Chronic. inter cęteros tradunt Antonius Cõtius in Chronologia imperij Iuſtiniani, quæ volumini Cod. eiuſdem Iuſtiniani adiecta eſt, & Petr. Matthæus in catalog. Pontific. quem præpoſuit ſummæ conſtitutionum ſummorum Pontificum non multos ab hinc annos à ſe editæ, & vtrumque conſtat ex annalib. æt. mem. Card. Baron. & Chronologia Illuſtriſſimi Card. Bellarm. Denique diximus in noſtra concluſione nullum antiquum canonem expreſsè de Conſeruatorib. diſpoſuiſſe, quoniam † tacitè ſaltem de iis Conſeruatoribus, qui habent iudicialem indaginem, & omnino iudicibus exæquantur, videtur diſpoſuiſſe prohibendo Lucius 3. in c. ad hæc, de reſcript. vbi declarat, non valere litteras ab aliquibus impetratas, per quas eorumdem omnia negotia vnius iudicis, vel plurium,

3 Antiqui Canones tacitè de Conſeruatoribus egerunt.

quos

Digitized by Google

quos ſibi elegerint, arbitrio committuntur; de quo tamen latiùs infr. hoc eod. cap. quæſt. 3 ad fin.

Qværo *ſecundò, An iure aliquo nouo introducti ſint Conſeruatores.*

Quæſtio hæc duplicem ſenſum habere poteſt; illum nimirum, qui reſpondet poſteriori parti præcedentis quæſtionis, an ius aliquod nouum de Conſeruatoribus mentionem fecerit ac diſpoſuerit; item illum, an huiuſmodi nouum ius in vſum induxerit officium Conſeruatorum, eóſque concedendos eſſe decreuerit, & iuxta duplicem hunc cenſum duas quoque diſtinctas ſtatuemus concluſiones.

Prima igitur concluſio ſit. Certum omnino eſt, † ius no- 6
uum Pontificiarum ſanctionum de Conſeruatoribus, & men-
tionem feciſſe, & manifeſtè diſpoſuiſſe. Etenim † in ſexto De-
cretalium libro de iis quatuor Canones habemus; nimirum
cap. 1. de off. deleg. quæ decretalis fuit, vt iam admonuimus, In-
nocentij 4. ſtatuens, vt Conſeruator à manifeſtis defendat iniu-
riis, nec ad alia, quæ iudicialem exigunt indaginem, ſuam ex-
tendat poteſtatem: eam verò decretalem ante Sexti compila-
tionem à Bonifacio 8. eiuſdem Innoc. poſt duodecim interie- 7
ctos Pontifices ſucceſſores factam inter cæteros, quorum meminit Archid. d. cap. 1. in princ. gloſauit ipſemet Innoc. cuius gloſam legimus impreſſam in eius apparatu ad libros Decretalium poſt cap. vlt. tit. de off. deleg. Habemus deinde cap. 2. ſub eod. tit. de off. deleg. in 6. quæ vt ex inſcriptione apparet fuit decretalis Alex. IV. qui extitit immediatus Innoc. 4. ſucceſſor, vt ex Platina, & aliis hiſtoricis liquet, nihil aliud de Conſeruatoribus decernens, quàm, vt in coactionibus, & pœnis epiſcoporum deferant eorum dignitati, ita vt ingreſſus primò ipſis eccleſiæ, vel ſacerdotali interdicatur miniſterium, ac deinde ab officio ſuſpendãtur, & ſubſequenter contra eos aggrauetur cenſura eccleſiaſtica, niſi fortè aliter fieri ſuaſerit nimia eorum contumaciæ proteruitas, ſiue culpa, de quo latius infr. cap. 8. q. 5. concl. vlt. Tertia Decretalis eſt Bonif. VIII. quæ habetur in cap. fin. eod. tit. de off. deleg. in 6. ſumpta pro parte de extrau. Alex. IV. incipiente, quia de Conſeruatoribus, vt monet gloſ. 1. d. cap. fin. cuius etiam extrau. meminit ibi Archid. num. 1. & Specul. tit. de off. deleg. §. vlt. ad fin. ſtatuitur autem d. cap. fin. quinam poſſint eſſe Conſeruatores, vbi procedere debeãt, & alia plurima, quo-

Ius nouum Pontificium de Conſeruatoribus expreſſam fecit mẽtionẽ, & quidnã illud ſit.

rum partim iam ſuo loco meminimus, partim infra, cùm opus erit, mentionem faciemus. Quarta Decretalis eſt eiuſdem Alex. IV. in cap. auctoritate, quod eſt 4. de priuil. eod. lib. vbi reuocantur ſententiæ latæ ab ipſis Conſeruatoribus contra Ordinarios, qui compeſcunt exemptos conſtruentes Oratoria, ſiue Capellas in loco exempto ſine eorum licentia, aut in ſic conſtructis, vel tempore interdicti, (exceptis vſibus in iure expreſſis, diuina celebrantes, aut celebrari facientes; & aliud quid prohibetur, de quorum primo aliquid agemus cap. 7. quæſt. 4. concl 2. limit. 2. & & cap. 9. quæſt. 3. concl. 2. de ſecundo latiùs eod. cap. 7. quæſt. 10. limit. vlt. & quæſt. 11. concl. 2. ad fin. & hæc ſunt, quæ de Conſeruatoribus in ſexto Decretalium expreſsè cauentur.

8 *Canones aliqui noui de Cõſeruatoribus tacitè cauerunt.*

Tacitè verò † cautum de iis eſt ſub nomine certi iudicis in cap. 1. quod eſt Innoc. IV. de priuil. eod. lib exemptos, vel priuilegiatos à ſede Apoſtolica, vt non teneantur niſi ſub certo iudice reſpondere, poſſe conueniri coram locorum ordinariis non quidem ratione domicilij, ſed ratione delicti, contractus, aut rei, ſi hæc ſita, & illa inita ſint in loco non exempto, quæ conſtitutio innouatur à Trid. Concil. ſeſſ. 7. cap. 14. de reform. de ea verò nos fuſiùs agemus d. quæſt. 4. concl. 2. limit. 2. Nec mirum videri debet, Conſeruatorem ſub nomine certi iudicis comprehendi, cum tamen vt infr. quæſt. 3. oſtendemus, incertus iudex dicatur; nam vt ibi quoque admonebimus, certus iudex appellatur reſpectu Ordinarij loci, incertus quatenus determinata perſona, ſed generatim Conſeruator plurium deputatur. Quod autem d. cap. 1. ſub certo iudice contineatur, ſentit gloſſ. recepta d. cap. auctoritate verbo, compeſcantur, & verbo, reuocamus.

9 *Clementinæ de Cõſeruatoribus aliquid diſpoſuerunt.*

In Clementinis † nihil de Conſeruatoribus cautum reperio, præter id quod habetur in clem. vn. de exceſſ. prælat. vbi præmiſſo in verſic. proceſſus, quòd Prælati eccleſiarum proceſſus iuſtè factos ſeu ſententias iuſtè latas à Conſeruatoribus pro exemptis publicari ſeu executioni mandari à ſuis ſubditis non permittebant, iiſdem Prælatis diſtinctè præcipiendo mandatur, vt à prędicto, & aliis grauaminibus ipſi omnino ceſſent, & ceſſare ſuos ſubditos faciant, vt patet ex verſ. vniuerſis itaque.

10 *Extrauagãtes etiam vſq; ad Lateran. Concilium ſub Leone X.*

In extrauagantibus quoque poſt Clementinas emanatis vſque ad Conc. Lateran. ſub Leone X. nihil, quod vim communis, & perpetuæ legis habeat, † diſponitur. licèt enim Ioan. XXII. qui fuit Pontifex ab anno 1315. ad 1335. in extrau. vn. de iud. inter

inter commun. dederit quoſdam Conſeruatores quibuſdam Prælatis, Capitulis, & Conuentibus viciſſim pro obſeruatione Clem. dudum, de ſepult. tamen vel eſt conſtitutio temporalis, vel certè localis, per ea, quæ tradunt Doct. in rubr. & l. 1. ff. de iuſt. & iur. l. cunctos populos, C. de ſacroſ. eccleſ. & cap. 1. de conſtit. cùm ſimil. quin immò potiùs priuilegij, vel reſcripti, quàm conſtitutionis naturam habet, vt mox de ſimilibus oſtendemus. Quamuis etiam Xiſtus IV. in Bulla Maris Magni, quæ incipit, Regimini, anno 1484. & Iul. 2. in Bulla, Aliàs Venerabilem, 1507 facultatem dederint, ille Ordini Prædicatorum, & Minorum, hic Minimorum eligēdi ſibi Conſeruatorem; tamen id potiùs gratiæ, vel priuilegij, quàm legis vim habet; prout etiam illa Clem. 7. Conquæſtionem, poſt Concil. Lateranenſ. pro eodem Minimorum Ordine data anno Domini 1524. In Concilio verò Lateranen. ſeu Bulla Leon. X. in eodem Concilio edita decernitur, † vt Conſeruatores non iuris periti aſſumant aſſeſſorem; de qua nos latiùs infr. cap. 9. quæſt. 2. in alia verò Bulla Leonis X. in eodem Concilio edita, quæ incipit, Sacro approbante Concilio, dum intra mentis, inter cætera, quoad Fratres quorumcunque Ordinum præſertim Mendicantium ſtatuitur, vt Conſeruatores eiſdem Fratribus pro tempore à ſede Apoſtolica deputandi doctrina, & probitate præſtantes, & in eccleſiaſtica dignitate conſtituti eſſe debeant, & coram eis per eoſdem Fratres, quibus dati fuerint, vltra duas dietas, à loco ſuæ ſolitæ habitationis nullus trahi poſſit. Priuilegiis ſuper hoc aliàs eis conceſſis nullatenus ſuffragantibus. A Conc. porrò Lateran. vſque ad Trid. ſi quæ Bullæ à Clem. VII. aut aliis Pontificibus emanarunt, de quibus ſimul cum cæteris huius generis litteris latiùs infr. cap. 6. agemus, eæ priuilegiis potiùs, quàm communis legis vim, & naturam habent, vt iam admonuimus, & mox fuſiùs oſtendemus. In Trid. autem † Concil. d. ſeſſ. 7. cap. 14. de reformat. decernitur, quòd in ciuilibus cauſis mercedum, & miſerabilium perſonarum clerici ſeculares, aut regulares extra Monaſterium degentes quomodolibet exempti etiam ſi certum iudicem à ſede Apoſtolica deputatum in partibus habeant, in aliis verò cauſis, ſi ipſum iudicem non habuerint, coram locorum Ordinariis tamquam in hoc ab ipſa ſede delegatis conueniri, & iure medio ad ſoluendum debitum cogi poſſint priuilegiis, exemptionibus, Conſeruatorum deputationibus, & co-

11 *Concilium Later. ſub Leone X. quid de Cõſeruatoribus decreuerit.*

12 *Quid Concilium Trid. de Cõſeruatoribus ſtatuerit.*

rum inhibitionibus aduerſus præmiſſa nequaquam valituris; quod ſanè Concilij decretum Gutier.lib. 3. pract. quæſt. quæſt. 10. vbi de certo iudice mentio fit, de Conſeruatore intelligit; at verò I.Eman.Roderic.tom.1.quæſt.regular.quæſt.65. art. 13. ad fin.ea verba decreti (Conſeruatorum deputationibus) ad illum duntaxat caſum referendum contendit, vbi in aliis cauſis, quàm mercedum, vel miſerabilium perſonarum certum iudicem quis non habeat, habeat tamen Conſeruatorem; non autem ad eum caſum, vbi quis habeat certum iudicem, qui quidem ſecundùm eum Conſeruator eſſe non poteſt;de quo tamen nos infra c.7. quæſt.4.concl.2. Porrò hoc ipſum Trident. Concilij decretum quoad cauſas mercedum, & miſerabilium perſonarum ſeruari mandatur ſeſ. 14.cap. 5.de reform.ſæpiùs alleg. vbi alia pleraque de iis Conſeruatoribus ſtatuuntur, quæ aliis conceduntur, quàm vniuerſitatibus generalibus, ac Collegiis Doctorum, ſeu ſcholarium, vel Regularibus locis,aut Hoſpitalibus actu hoſpitalitatem ſeruantibus corúmve perſonis. quæ quidem d. cap. 5. ſtatuta cum in ſummam congruè redigi nequeant ſummatim ea non perſtringemus, quod mox in iuribus ex Sexto & Clem. deſumptis præſtitimus, ſed de illis ſeiunctim agemus, cùm proprius id locus poſtulabit.Denique idem Concil.ſeſſ.21.cap.8.de reform.decreuit Conſeruatorias non obſtare,quin beneficia quæcunque ſecularia, vel Regularia qualitercunque commendata etiam exempta, ab epiſcopis etiam tanquam Apoſtolicæ ſedis delegatis annis ſingulis viſitentur,curentúrque congruentibus remediis etiam per ſequeſtrationem fructuum,vt quæ renouatione indigent,aut reſtauratione,reficiantur; & cura animarum,ſi qua illis,vel eorum annexis immineat, aliáque debita obſequia rectè exerceantur. Poſt Trident. au-

13 tem † Concil. licèt Pij V. & aliorum Pontificum litteræ circa Conſeruatores ad fauorem præcipuè Regularium emanarint, quarum latiùs infra cap. 6. mentionem faciemus; tamen, cum ad commodum non commune, ſed particulare aliquorum editæ, & contra ius ſint, priuilegij potiùs,vt iam non ſemel dictum eſt,quàm legis vim habent, cap. priuilegia 3. diſt.c.Abbate, de iurib.ſig.eum ibi not. Lex enim communis eſſe debet, & commune commodum continere, l. 1.& l.iura,vbi inter alios Alex. Turamin.de leg.cap.erit autem lex. diſt.4. neque legi contraria eſſe debet, c. cum expediat, de elect. in 6. & l. ſi quando C.de inoff.

Pōtificiæ nō paucæ litteræ,ſiue ante, ſiue poſt Cōcil.Trid.circa Cōſeruatores emanatæ, vicem legis non obtinent.

inoff. teſt. cum notatis vtrobique per Doct. & Canoniſtas cap. 1. de conſtit. extra. & in 6. ac Legiſtas in rubr. de leg. iunctis iis, quæ traduntur in rubr. & cap. ſanè, de priuil. & cap. 1. eod. tit. extra. & in 6. alibique paſſim; ex quibus etiam patet, longè differre à lege priuilegium, quod & ſingulariter adnotauit gloſ. d. c. 1. verbo certo iudice, de priuil. in 6. & Iuram. d. l. iura. num. 1. & 2. ff. de leg. & certum eſt ex text. d. cap. erit autem lex diſt. 4. & c. priuilegia diſt. 3. cum vtrobique notat. per Doct.

Ex his verò Pontificiis litteris poſt Trid. Concil. emanatis † conſtitutionis, & canonis nomen præ cæteris magis meretur illa fel. record. Gregor. XIII. edita de anno 1580. incipit, Romanum decet Pontificem, qua multa ſtatuuntur à Conſeruatoribus circa notarios, aſſeſſores, ſententias ferendas, ſalaria, munera, & alia huiuſmodi in prouincia Mediolanenſi obſeruanda. cuius conſtitutionis tenor licèt legatur tum in quibuſdam voluminibus Actorum eccleſiæ Mediol. tum poſt Concil. 6. prouinc. eiuſdem eccleſiæ ſeorſim impreſſum; quia tamen nō paſſim habetur, ac plurimarum illius partium crebra mentio ſuis locis habenda erit, præcipuè verò cap. 8. ibidem poſt octauam quæſtionem ſtatim inſeretur; ſummatim verò hîc nō perſtringetur, cum breuem, congruámque ſummam non admittat. Itémque illa Gregor. XIV. edita nono Kalend. Iunij, quæ incipit, cum alias, vbi decernit, Conſeruatorem non poſſe dare licentiam extrahendi delinquentem ab eccleſia, neque cognoſcere, an is gaudere debeat immunitate Eccleſiæ. de quo nos infra cap. 7. quæſt. 4. concl. 1. in fi.

14 *Inter cæteras Pontificum literas illa Gregorij XIII. vim legis ſibi vēdicat.*

Extat denique de Conſeruatoribus Regula quædam, ſeu ordinatio fel. rec. Clementis 8. illud præcipuè ſtatuens, vt Conſeruatores quorumuis ordinum, Capitulorum, Collegiorum, militiarum, ac vniuerſitatum præter cæteras qualitates à Bonif. VIII. in c. ſtatutum de reſcript. in 6. requiſitas, illam etiam habeant, quòd electi, ac deſignati ſint in Concilio Prouinciali, vel Diœceſano ad formam Tridentini Concilij. quam autem vim nunc habeat prædicta ordinatio, eiuſdem inſerto tenore; latiùs diſſeremus infr. cap. 5. quæſt. penul. Interim verò ad alteram huius quæſtionis concluſionem tranſeamus.

15 *Conſeruatores per nouū ius Pontif. nō ſunt ita in vſum inducti vt eos concedendos eſſe cēſuerit.*

Secunda concluſio. Per hoc nouum ius † non ſunt in vſum inducti Conſeruatores, ita, vt eos concedendos eſſe ſtatuerit. Prior pars huius concluſionis ſatis comprobata remanet ex

priori parte concluſionis, quam in præcedenti quæſtiono ſtatuimus. Poſterior autem pars ex eo patet, quòd nullibi in d.cap. 1.2. & fin. de off. deleg. in 6. aut in vlla alia conſtitutione, ſeu ordinatione Pontificia, aut etiam in locis Trid. Concil. ſuperiùs relatis, in quibus ſolis mentio fit Conſeruatorum, decernitur, aut præcipitur, quòd Conſeruatores aliquibus concedantur, ſed poſito, quòd ij dentur, de eorundem poteſtate, officio, & qualitatibus diſponitur; ſicut in ſimili docuimus in tract. de diſtribut. quotid. part. 1. quæſt. 5. ſtatim poſt medium, eaſdem diſtributiones non eſſe inſtitutas, ac præceptas ante Trident. Concil. quamuis pleraque iura ante illud de iiſdem mentionem fecerint, ac diſpoſuerint.

Neque huic concluſioni obſtat, quod poſt Io. An. d. cap. 1. nu. 1. initio, tradit Gemin. ibid. num. 2. in fine. ideo poni in d. cap. 1. 1. verbum (ſtatuimus,) non autem (declaramus) quòd in iſta materia non cadit verbum declaratiuum, quia per iura antiqua non erat adinuentus modus iſtorum Conſeruatorum, ſed de nouo introducitur, verbum enim (ſtatuimus) eſt inductiuum noui iuris, ſicut verbum (declaramus) explicat iam inductum, vt notant glo. & Doct. in Clem. fin. de reſcript. & Clem. ſtatutum, de elect. Nam præterquam quod id perpetuum non eſt, cum verbum (ſtatuimus) etiam in aliqua lege, vel conſtitutione poſitum aliud nonnunquam ſignificet, vt patet ex cap. ſuper quæſtionum §. verùm, vbi gloſſ. in verbo, ſtatuimus, & alij de off. deleg. adhuc

16 ſatis dicitur, † per illud verbum (ſtatuimus) induci d. cap. 1. nouum ius quoad hoc, vt conſtituatur poteſtas Conſeruatorum, cum antea, licèt in vſu eſſent, non foret tamen ſtatutum, ad quid eorum iuriſdictio extenderetur; ſicut etiam in cap. 1. de cler. non reſid. in 6. per idem verbum (ſtatuimus) datur tunc primùm forma acquirendi diſtributiones quotidianas, licèt eæ iam in vſum eſſent introductæ; & hoc duntaxat voluiſſe Io. An. & Gemin. ſupra allegatos, ex eo conſtat, quòd ſe remittunt ad gloſ. 2. d. cap. 1. vbi quatenus ad rem attinet ſolùm dicitur, quòd de iſtis Conſeruatoribus per iura antiqua parum, aut nihil habebamus.

Conſeruatorũ iuriſdictionis forma de nouo impoſita.

17 QVÆRO *tertiò, & poſtremò in hoc capite quam ob cauſam introducti ſint Conſeruatores.*

Quare introducti Cõſeruatores. vide etiam num. ſeq.

Ex definitione Conſ... pr. c. 1. q. 2. allata, ſatiſque, ni fallor, explicata, conſtat † Conſeruatores dari ad tuendum

aliquos

aliquos contra manifeſtas iniurias; quod idem pluribus verbis docuit Mandos.in Prax.ſign.grat. verbo, Conſeruatoria, verſic, Conſeruatores dantur, dicens, Conſeruatores dari ad tuendum, & defendendum, ſeu conſeruandum aliquem, bona, res, ſeu beneficium, ac priuilegia à manifeſtis iniuriis, ac violentiis, præalleg. cap. 1.& fin.de off.deleg.lib.6.& vtrobique per glo.& Doct. illam verò huius rei rationem probabilem tamen, non neceſſariam poſt Hoſt.afferunt Archid. Io.An.& Anchar.d.cap. 1 num. 1.& ibi Gemin.num. 3.Io.Monach. num. 2. quoniam † ad officium iudicis, præſertim verò Papæ, ſpectat occurrere litigiis, defendere à manifeſtis iniuriis, & quemlibet in ſua poſſeſſione tueri, l.æquiſſimum, ff.de vſufr.l.1.ff.ne vis fi.ei, qui in poſſ.mitt. & cap.querelam in fi.de ſimon.cum aliis adductis ſupr.quæſt. 1. huius cap. cum de Conſeruatoribus impropriè dictis loqueremur. Ex quo fit, vt dici non improbabiliter poſſit, † ex hoc capite litteras Conſeruatorias fauorabiles eſſe tamquam generalibus iuris regulis non repugnantes, ſed potiùs conformes iuncto præſertim, quòd Reip.intereſt, ne delicta maneant impunita, l. ita vulneratus ff.ad leg.Aquil. & in terminis defenſorum, l. per omnes C. de defenſ. ciuit. & ius ſuum cuique facilius tribuatur § iuris præcepta.Inſtit. de iuſt. & iur.cum ibi not.& ſuis concor. quod per Conſeruatores maximè deputatos iuxta fines d.cap. 1. & fin. præſtatur, qui non priuatiuè ad Ordinarios ſed potiùs cumulatiuè dantur, vt infr. cap. 7. oſtendemus. & ſic ſuſtineri poterit, quod dixit Mandos.d.verbo Conſeruatoria initio, Conſeruatorias, iure canonico incognitas, ac ab illo diſſonas non eſſe; quamuis, dum ſtatim ſubiecit, ea verba, (prout videre eſt in cap. 1.& 2.de off.deleg.in 6.) intelligere potius voluit de approbatione quædam permiſſiua; iuxta quem vtrumque ſenſum etiam conſuetudinem optandi; quæ alioqui contra ius eſt, & odioſa potiùs, quàm fauorabilis, quodammodo à iure approbatam, & æquitati canonicæ inniti conſtat ex iis, quæ poſt gloſ. in cap.fin. verbo, antiquiores, de conſuet. in 6. & alios tradidimus in tract.de Option.Canon. cap. 2. quæſt. 1. iunctis iis, quæ ibidem adduximus quæſt. 2. concl. 1. quin etiam fauorabiles eſſe Conſeruatorias, ideóque extēdi ad negotia futura, poſt Imol.in cap.ad hæc, de reſcript.allegatur Io. An. d.cap. 1. voluit Bened, Capr. reg. 48. num. 9. & 10.fauorabiles quoque eas eſſe ait Iaſ. conſ. 145. num. 1.poſt Gem. 1, cum in illis §. 1. in fi.de præb.in 6, quem

18

19

Conſeruatorum litteræ aliqua ratione fauorabiles ſunt.

quem refert etiam, & ſequitur Fel. in cap.eam te,num.15.verſ. quarti declaratio,de reſcrip.probatus à Neuizan. conſ.35.nu.7.

Si verò magis ſpeciales iuris deciſiones ſpectemus, tunc ap-
20 parebit, † huiuſmodi litterarum Conſeruatoriarum, & Conſeruatarum conceſſionem contra ius eſſe, ideóque potiùs odioſam eſſe, quàm fauorabilem, atque adeo etiam reſtringendam iuxta text.in c. odia,iuncto cap. quæ à iure,de reg. iur. in 6.cum notat vtrobique. & alibi paſſim per gloſſ. Dyn.& alios,quod in ſpecie inter cæteros adnotauit Nauar. conſil. 3. num. 3. de off. deleg.Rot. Rom. deciſ.171. par.3. lib.2. in nouiſſ. diuerſ. Vital. Clem.2.num.40.de reſcript.& ibi Imol.num.30. poſt Butr.lap. Abb.d.cap.fin.num.4.de off.deleg.in 6. quem etiam referunt,& ſequi videntur Anchar.ibid.num.3. & Gemin.§.fin.nu.1. Nam præter iura ciuilia adducta ſupr.hoc eodem cap.quæſt.1. ſtatim
21 poſt medium, quibus † ſatis expreſsè reprobantur Conſeruatores,idem etiam non obſcurè colligitur ex canonicis ſanctionibus, tum illis, quibus prohibetur dari iudices incertos, quos nimirum pars ſibi eligere voluerit, cap.ad hæc, de reſcrip. ſicut etiam arbiter incertus eſſe non debet, cap. innotuit, de arbit. quam ob cauſam Conſeruatoriæ, quæ monaſteriis, aliiſque locis regularibus conceduntur,contra ius erunt,cum in iis litteris facultas detur prædictarum locorum adminiſtratoribus ac perſonis eligendi ſibi quem maluerint in Conſeruatorem, ac iudicem; tum illis, quibus reprobatur cõmiſſio generalis omnium negotiorum,& cauſarum præſentium & futurorum vt d.cap.ad hæc,cap.ſedes cap.paſtoralis, & cap.vlt.de reſcript. cap. diſpendia & cap.cum in multis eod.tit.in 6.iunctis ibi not. per gloſ. & Doct.idque ob eam præcipuè rationem, quam aſſignant gloſ.&
22 alij d.cap.ad hæc, quia per huiuſmodi generalem commiſſionem abſorbetur iuriſdictio ordinarij, quod fieri non debet arg. cap.peruenit, 11. quæſt. 1.cap.nunc verò, 9. quæſt.3. d.cap. adhæc de reſcript.cap.1.de offic. leg. cap. per tuas, de maiorit. & obed. cap.1. & cap.cum contingat,de foro compet.l.2. & 4. C. de prec. Imper. offer. cum ſimil. & hac ratione litteræ omnes
23 Conſeruatoriæ contra ius eſſe dicuntur; tum quia † tam præſentia, quàm futura negotia continent gloſ. Archid. & alij d. cap.1.tum quia † ab ordinariis ſaltem in aliquibus eximunt atque adeo eorum iuriſdictioni detrahunt.vt ſatis conſtat ex Trident.Concil.ſeſſ.7.cap.14.& ſeſſ.14. cap.5. de reformat. & iuribus

Conſeruatoria litteræ odioſa ac proinde reſtringenda: quare.num. ſeq.

Conſeruatoriæ litteræ præſẽtia & futura negotia comprehendũt:

Et eximunt in aliquibus ab Ordinariorũ iuriſdictione.

bus quæ mox adduximus, & in ſpecie præter Nauar. & alios paulò ante allegatos adnotarunt Mandos. d. verbo, Conſeruatoria in princ. & Paul. Fuſc. tract. de viſit. lib. 2. cap. 23. num. 12. Eman. Roderi. quæſt. regul. tom. 1. quæſt. 65. art. 8. & 9. poſt Ioan. An. in Addit. ad ſpec. tit. de off. deleg. §. Conſeruatores, qui idem quoque ſatis apertè tenet d. c. 1. de off. deleg. in 6. quem alij ibi ſequuntur. & quamuis Archid. d. cap. 1. num. 3. Anchar. num. 1. nec non Io. An. num. 2. & Gemin. num. 1. de off. deleg. in 6. poſt Hoſt. dicant, huiuſmodi Conſeruatorias non eſſe contra d. cap. ad hæc de reſcript. vbi prohibētur iudices generales impetrantium, cum in hoc adhuc differant Conſeruatores, quòd de rebus dubiis cognoſcere nequeant; tamen negari non poteſt, quin adhuc Conſeruatores vel ſint incerti iudices, cum nō certa perſona etiam ſub nomine dignitatis in Conſeruatorem deputetur maximè Regularibus; ſed in genere aliquis in dignitate conſtitutus, aut epiſcopi, aliíve, quos is, cui datur Conſeruator, elegerit: (licèt etiam certi iudices dici poſſint, ſi eos ad locorum Ordinarios referamus, & cum illis comparemus) vel dentur ad omnes cauſas præſentes, & futuras; & per eorum deputationem detrahatur iuriſdictioni ordinarij contra d. cap. adhæc, & alia iura ſuperiùs allegata. Colligendo igitur ſummatim quæ in hoc cap. tradidimus, concludendum eſt, quòd licèt iura antiqua Canonum ante cap. 1. de off. deleg. in 6. emanata expreſsè non diſpoſuerint de Conſeruationibus, diſpoſuerunt tamen expreſsè iura ciuilia, & tacitè Canonica ſatis prohibentia officium Conſeruatorum, vnde ſequitur eorum conceſſionem odioſam eſſe, ac reſtringendam, niſi fortè vbi Conſeruator ſit deputatus ad fines d. cap. 1. & fin. iuxta ſuperiùs adducta. iure verò nouo ſexti, & conſequentium, ſanctionum eccleſiaſticarum non quidem inſtitutum huiuſmodi officium, ſed eiſdem formam traditam fuiſſe, & explicatam poteſtatem. Nunc autem poſt hæc leuiora, quaſique præludia, ad grauiora, difficilioráque veniamus.

SVMMÆ RERVM.

1 *Papa poteſt dare aliquos Conſeruatores; idque etiam contra laicos. nimirum pro conſeruatione perſonarum, ac rerum eccleſiaſtica-*

Digitized by Google

rum. num. 2. item pro Hoſpitalibus, alijſq; pijs locis. num. 3.

3 *Pia loca quæ ſint, remiſſiuè.*

4 *Papa poteſt dare contra quoſcunque Conſeruatorem pro eccleſia, vel pio loco ſiue agat reali actione, ſiue mixta; & in perſonali quoque ſaltem pro Regularibus etiam non data iudicis ſecularis negligentia, committendo cum clauſula ſine ſtrepitu, &c.*

5 *Papa poteſt dare Conſeruatorem pro miſerabilibus perſonis agere volentibus contra laicos interdicto vnde vi pro recuperatione rei etiam feudalis. aut pro iniuria, vel violentia illata ipſis perſonis miſerabilibus. num. 6.*

7 *Papa poteſt dare Conſeruatorem clerico pro bonis patrimonialibus etiam contra laicum.*

8 *Papa poteſt dare Conſeruatorem contra laicum in caſibus, quibus poteſt laicus coram eccleſiaſtico iudice conueniri. Qui autem ij ſint, remiſſiuè. num. 9.*

10 *Concilium generale nequit congregari ſine Papæ auctoritate, ſi viuat. & quid ſi diu vacat ſedes. num. 11. Quid ſi Papa captus ſit ab hoſtibus, aut effectus inhabilis. num. 12.*

13 *Concilium generale habet ordinariam iuriſdictionem quoties poteſt abſque Papæ auctoritate ſubſiſtere. & quid vbi non poteſt. num. 14.*

15 *Concilium generale etiam ſede vacante non poteſt derogare conſtitutioni Papæ, niſi ex magna, & vrgenti cauſa.*

16 *Concilium generale regulariter non poteſt dare Conſeruatorem; neque creare Cardinalem, aut mittere legatum. num. 17.*

18 *Cardinalium cœtus non poteſt dare Conſeruatorem viuente Papa, & valente eccleſiam regere. & quid ſi non valeat eccleſiam regere. num. 20.*

19 *Cardinales ſinguli in ſuis titulis habent iuriſdictionem quaſi epiſcopalem.*

21 *Cardinalium cœtus an poſſit ſede vacante dare Conſeruatorem. & quid poſſit tunc facere. num. 22.*

23 *Cardinalium cœtus an poſſit dare Conſeruatorem antequam ei Electi abſentis acceptatio innoteſcat, vel hic prouideat de legato.*

24 *Legati Papæ alij nati, alij miſſi, alij de latere. & in quo differant, aut conueniant. num. 25.*

26 *Legatus Papæ Conſeruatorem dare poteſt ſecundum aliquos, contrarium verius. num. 27.*

28 *Legatus Papæ ſedis Apoſtolicæ nomine impropriè venit.*

29 Epi

Digitized by Google

29 *Epiſcopus, aliúſve inferior Ordinarius non poteſt dare Conſeruatorem. Idem in Archiepiſcopis, Primatibus, Patriarchis, Cardinalibus. num. 30. & in capitulo ſede vacante. num. 31.*

32 *Princeps ſecularis an Conſeruatorem dare poßit. & duob. num. ſeqq.*

33 *Canoni quomodo omnes ſubſint. & an ei præualeat aliquando ius ciuile. num. 34.*

35 *Princeps ſecularis dare poteſt Conſeruatorem laicum contra laicum. Et quid poterit talis Conſeruator. num. 36. & an poßit dare Clerico, vel Eccleſiæ. num. 37. & an poßit dare Clericum contra laicum. num. 38. vel eum ad id cogere. num. 41.*

39 *Clericus poteſt delegari iudex à laico in cauſa ciuili, & criminali citra pœnam ſanguinis. & quomodo negotijs ſecularibus prohibetur ſe immiſcere. num. 40.*

41 *Princeps ſecularis non poteſt dare Conſeruatorem contra clericum, vel eccleſiam.*

42 *Princeps ſecularis regnoſcens ſuperiorem, aut alius inferior dare nequit Conſeruatorem.*

43 *Epiſcopus, aut alius inferior quando poßit contra canones, vel leges diſpenſare.*

44 *Conſeruator datus à Principe ſeculari non debet neceſſariò habere qualitates, nec ſeruare ea, de quibus in cap. fin. de offic. deleg. in 6.*

CAPVT IV.

A quibus dari poßint Conſeruatores.

QVONIAM de duobus dumtaxat perſonarum generibus quæri poteſt, eccleſiaſtico nimirum, & laico; de vtroque videndum eſt: & quoad primum quæremus de Papa, de Concilio generali, de cœtu Cardinalium, de ſedis Apoſtolicæ Legato, de Epiſcopo; quoad alterum, de Principe ſeculari; tum de aliis inferioribus iudicibus laicis.

QVÆRO ergo primò in hoc capite, *An Papa indiſtinctè dare poßit Conſeruatores.*

Digitized by Google

1 Et quidem quod † aliquos dare poſſit, nulla prorſus eſt difficultas; id enim apertè conſtat tam ex d. cap. 1. de off. deleg. in 6. ibi, Conſeruatores, quos plerumque concedimus, nec non ex cap. 2. ibi, Conſeruatoribus à ſede Apoſtolica deputatis, ac denique ex d. cap. fi. eod tit. in 6. ibi, Conſeruatores, qui aliquibus, vt à manifeſtis iniuriis, & violentiis tueantur eoſdem, plerumque à ſede Apoſtolica conceduntur; tum ex Concil. Trid. d. ſeſ. 7. cap. 14 & ſeſs. 14. cap. 5. de reform. tum denique ex praxi, ac ſtylo Romanæ Curiæ, & Cancellariæ, vnde paſſim litteræ Conſeruatoriæ, aut facultates eligendi ſibi Conſeruatores prodierunt, & prodeunt; quem ſtylum pro lege haberi ſupra cap. 2. q. 1. ex cap. quam graui de falſ. & aliis docuimus.

Papa poteſt dare aliquos Conſeruatores.

Difficultas verò eſſe poteſt in tribus. Primò contra quos, & quibus in rebus conſtituere, ac deputare Conſeruatores poſſit ſummus Pontifex: ſecundò quas perſonas; tertiò quibus poſſit dare. De hoc tertio agemus aliquid in hac quæſt. ſed latiùs cap. 6. vbi proprius locus eſt; de ſecundo in ſequenti cap. de primo in hac quæſtione diſſeremus; quod quia plures habet partes, non vna illud concluſione abſoluemus.

Prima igitur concluſio ſit. Papa etiam contra laicos (nam de
2 eccleſiaſticis nulla valet eſſe dubitatio †) dare poteſt Cõſeruatorem ſaltem pro Conſeruatione perſonarum, ac rerum eccleſiaſticarum. ita in ſpecie eman. Roderic. quæſt. regul. tom. 1. quæſt. 65. art. 2. verſ. quantum ad ſecundum. & verſ. tunc autem dicitur, & Ignat. Lopez de ſalſedo in Add. ad Pract. can. Diaz cap. 3. verſ. vnde ex illa lege, ac verſ. & nota, poſt Io. Lup. in repet. cap. per veſtras §. ſed pulchra dubitatio, num. 3. fol. magno 181. Anchar. d. cap. 1. num. 1. quia, inquit, Papa eſt iudex ordinarius omnium etiam laicorum, cum damna inferunt perſonis, ac rebus eccleſiaſticis, cap. cum ſit generale, de for. compet. vbi habetur, quòd rectores locorum venerabilium poſſunt conuenire laicos malefactores ſuos coram iudice eccleſiaſtico. huic ſimilis text. & optimè ad rem faciens eſt in cap. conqueſtus eod. tit. vbi dicernitur, quòd laici per violentiam vſurpantes circa eccleſiæ etiam temporalis iuriſdictionis per cenſuram eccleſiaſticam compelluntur ab eccleſiaſtico iudice ceſſare ab huiuſmodi violentia, & ſatisfacere de præteritis damnis, & iniuriis. ad id facit etiam text. in cap. ſi clericus laicum, de foro compet. ex quo Abb. & cæteri Doct. colligunt, & tamquam certiſſimum ſtatuunt,

Papa inuitis laicis poteſt dare Conſeruatorem pro protectione perſonarum, & rerum eccleſiaſticarum.

Digitized by Google

ſtatuunt, quòd, vbi probabiliter non negetur, rem, de qua agitur, eccleſiæ eſſe, poterit laicus coram iudice eccleſiaſtico conueniri. Hæc autem concluſio † intelligenda quoque eſt primò de Hoſpitalibus, aliiſque piis locis; id ſatis colligitur tum ex Trid. Concil. d. ſeſſ. 14. cap. 5. vbi mentio fit litterarum Conſeruatoriarum, quæ Hoſpitalib. conceduntur, tum ex tex. d. cap. cum ſit generale, quod vtitur generali vocabulo venerabilium locorum, quo quidem quilibet pia loca contineri, ſatis probatur in Auth. hoc ius porrectum, & l. vt inter; iuncta gloſ. ibid. C. de ſacroſ. eccleſ. tum etiam ex cap. de xenodochiis, & cap. ad hæc, de relig. dom. & Clem. quia contingit, vbi Doct. eod. tit. tum quòd hæc quoque ſunt de foro eccleſiæ, & eccleſiis æquiparantur, vt inter cæteros ſatis oſtendit Dec. in cap. eccleſia S. Mariæ. num. 27 & ſeq. de conſtit. poſt alios latè Tiraquel. tract. de priuil. piæ cauſ. in præfat. & priuil. 140. atque alibi ſæpe; tum denique ex praxi Romanæ Curiæ, quæ huiuſmodi locis piis Conſeruatores ſolet concedere. Quæ verò ſint pia loca, hîc tractare non intendo, ne à propoſita materia longiùs digrediar. Quod ſi quis ſcire id cupit, conſulere poterit præter Canoniſtas d. tit. de relig. dom. & Iuriſtas tit. de ſacroſ. eccleſ. & de collec. illic. inter recentiores qui alios referunt, Tiraq. de priuil. piæ cauſ. in præfat. pag. 3. & 4. Ant. Gabr. com. concl. lib. 6. tit. de pia cauſ. concl. 1. & 2. D. Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed. 15. nu. 23. & ſeq. Fuſc. de viſit. lib. 2. c. 13. & 14. Sfort. Odd. tract. de reſt. in integr. q. 3. art. 5. & 6. Brunor. à ſole in compend. reſol. propoſ. iur. verbo Hoſpitalia, & Domin. Magdal. tract. de num. teſt. in teſtam. requiſ. par. 1. cap. 13. & par. 2. cap. 2. num. 24. & ſeqq.

3 Pro Hoſpitalib. aliiſq. piis locis.

Pia loca sũt de foro Eccleſia.

Secundò hæc ipſa concluſio ampliatur, vt procedat, † ſi eccleſia, vel alius locus pius agat contra laicum non ſolùm actione reali, verùm etiam mixta, ſeu actione reali in factum, vt ſi agat ex legato, locato, vel ſimilibus; nam tunc quoque ſicut poteſt laicum conuenire coram iudice eccleſiaſtico, vt poſt alios tradit Mar. ſoc. d. cap. ſi clericus laicum num. 15. ita contra eum poterit huiuſmodi pro loco dari à ſummo Pontifice Conſeruator.

4 Papa cõtra quoſcunque dare poteſt Conſeruatorẽ pro eccleſia, vel pro loco ſiue agat actione reali vel mixta.

Ampliatur 3. vt poſſit Papa dare Conſeruatorem Regularibus contra laicos non modò in defectum, ſeu negligentiam iudicum ſecularium, ſed etiam abſolutè committendo Conſeruatori, vt cognoſcat ſine ſtrepitu, & figura iudicij, licèt iudices

Pro Regularib. ob defectũ ſeu negligentiam iudicum ſecularium.

Digitized by Google

ſeculares nulla notentur negligentia. & hoc in fauorem ſtatus regularis, ne hunc profitentes ſtatum ad tribunalia ſecularia accedant, vbi lites cum ſtrepitu, & figura iudicij aguntur contra terminum cauſarum regularium, quas ſine ſtrepitu, & figura iudicij Pontificiæ conſtitutiones decernunt peragi debere, c. qualiter, & quando il 2. de accuſat. cum ſuis concord. ita in ſpecie ferè hiſce verbis tradit & latè comprobat Eman. Roderic. d. quæſt. 65 Regul. art. 2. verſ. ex qua doctrina, iuncto verſ. præced. qui incipit, ex hac doctrina.

5 *Pro miſerabilibus etiã perſonis & agẽtibus interdicto, vnde vi.*

Ampliatur denique hæc eadem concluſio vt † poſſit Papa dare Conſeruatorem miſerabilibus perſonis, contra laicos agere volentibus interdicto, vnde vi, pro recuperatione rei etiam feudalis. Licèt enim regulariter vidua, aut alia miſerabilis perſona laicum coram eccleſiaſtico iudice nequeat conuenire, niſi ſuper cauſa eccleſiaſtica, vel in defectum iudicis ſecularis, c. ex tenore, vbi omnes, de for. compet. tamen ſi agere velit interdicto, vnde vi, pro recuperatione rei, quæ fortè etiam ſit feudalis, tunc poterit, vt expreſsè cauetur in cap. ex parte B. eod. tit. idémque dicendum, † vbi agitur de iniuria, vel violentia iiſdem miſerabilibus perſonis illata; nam tunc earum cauſa ſpectat quoque ad eccleſiam, vt per text. in cap. ſi quis de potentibus 24. quæſt. 3. tradit inter ceteros gloſ. d. cap. ex tenore verbo, iuſtitia. De his verò perſonis miſerabilibus quod ad Conſeruatores attinet, videndum quod dicemus cap. 7. quæſt. 4. concl. 2. limit. 3. vbi etiam remiſſiuè habebitur, quæ ſint miſerabiles perſonæ.

6 *Pro perſonis miſerabilibus iniuria aut violentia affectis.*

7 *Clerico poterit dari Conſeruator à Pontifice pro bonis patrimonialibus.*

Secunda concluſio. Poterit quoque ſummus Pontifex † dare Conſeruatorem clerico pro bonis patrimonialibus contra laicum.

Probatur ex eo, quoniam iudex eccleſiaſticus eſt competens contra laicum pro bonis patrimonialibus clerici, vt ſatis conſtat ex d. cap. ſi clericus laicum, ibi, ſi clericus laicum de rebus ſuis, & c. iunctis ibi not. de for. compet. cum aliis traditis per Doct. in c. eccleſia S. Mariæ, de conſtit. & nouiſſime per Iacob. Ant. Marth. tractat. de iuriſdict. per & inter iud. eccleſ. & ſecul. exerc. part. 2. cap. 6. num. 25. & par. 4. caſ. 49. Conſeruatorem verò iudicem eſſe ſatis oſtendimus ſupra cap. 1. quæſt. 2. neque diſcriminis ratio quoad hoc aſſignari poteſt.

Tertia

Digitized by Google

Tertia concluſio. Poterit Papa † Conſeruatorem dare contra laicũ in iis caſibus ferè omnibus, in quibus poteſt laicus coram iudice eccleſiaſtico conueniri; propter rationem mox allatam, quoniam & ipſe Conſeruator iudex eſt. Huiuſmodi autem caſus † habes cumulatos per gloſ. & Doct. cap. nouit, de iudic. d. cap. cum ſcit, cap. ſi clericus laicum, cap. ex tenore, & cap. licèt, de for. compet. vbi inter alios Mar. Soc. Aufrer. de poteſt. eccleſ. contra laicos, & nouiſſimè Proſp. Farinac. in quæſt. crimin. quæſt. 8. à num. 126. vſque ad finem illius quæſt. In aliis autem caſibus, in quibus aliàs laicus non poteſt coram eccleſiaſtico iudice conueniri, puto Papam non poſſe de ordinaria poteſtate, niſi vel accedat prorogatio iuriſdictionis per ipſum laicum conueniendum, vel ſui ſuperioris conſenſus, per ea, quæ de Concilio tradit Campeg. tract. de Concil. cap. 25. de quo etiam aliquid nos dicemus infr. cap. ſeq. quæſt. 1. concl. 1. & cap. 7. quæſt. penult.

8 *In quibus caſibus dari poſſit Conſeruator à Papa contra laicum.*

9 *Qui ſint ij caſus.*

QVÆRO *ſecundò, An Concilium generale poſſit conſtituere Conſeruatorem.*

Pro faciliori huius, atque etiam ſequentis quæſtionis reſolutione ſuppono primò † Concilium generale regulariter ſine Pontificis ſummi auctoritate, ſi is viuat, congregari non poſſe, vt ſatis conſtat ex cap. 1. cap. non licuit. c. multis, & fere tota 17. diſt. cap. dudum. 3. quæſt. 6. necnon cap. ſignificaſti; vbi Doct. de elect. ex quibus etiam iuribus iuncta 17. diſt. per totam habetur, auctoritatem ſumere quæ à Conciliis fiunt ex ſummi Pontificis approbatione; quod & latè comprobat B. Io. à Capiſtr. tract. de auctorit. Papæ, & Concil. 2. par. 2. partis princip. num. 24. & multis ſeqq. & duo Cardinales, Alban. tract. de poteſt. Pap. & Concil. 2. par. num. 111. vſque ad 188. & Iacobat. tract. de Concil. lib. 3. art. 1. num. 33. vſque ad 176. & lib. 4. art. 3. num. 37. & ſeqq.

10 *Conciliũ generale non poteſt congregari ſine Papæ auctoritate ſi viuat.*

Suppono ſecundò † quòd ſi diu vacat Romana ſedes, tunc poterit per S. R. E. Cardinales Concilium congregari pro eiuſdem eccleſiæ neceſſitate, vt ex traditis per Innoc. cap. 1. de maior. & obed. & alios ſatis oſtendit B. Io. à Capiſtr. d. 3. par. num. 108. & ſeq. vbi etiam docet, quòd diſcordantibus Cardinalibus Spiritus ſancti licentia, & auctoritate poſſet legitimè congregari Concilium, & congregatum agere poſſet, decidere, & terminare omnia ad ſalutem animarum neceſſaria pro moribus,

11 *Quid ſi diu vacet Romana ſedes.*

Digitized by Google

bus, & pace communi totius populi Chriſtiani, conuenientibus epiſcopis, & requirentibus Cardinales, vt diſcordes ad concordiam reuocentur; quibus concordantibus ad eorum Collegium principaliter tamquam priuatum tenens in eccleſia Dei poſt Papæ obitum iuriſdictio Apoſtolica deuoluatur, ad id allegans ſingulare dictum Bart. in l. vbi abſunt. ff. de tutor. & curator. dand. ab his &c. quod ſi iam Concilium ſit legitimè congregatum, ad Cardinales pertinebit prouidere acceleratæ electioni Pontificis, ad Concilium verò imminenti neceſſitati eccleſiæ, licèt pobabile ſit hoc fieri debere à Concilio ſimul cum Cardinalibus, vt tradit Iacob. d. tract. de Concil. lib. 6. art. 4. num. 52. & ſeq. ipſe verò exiſtimo veriùs & hoc ad ſolos Cardinales ſpectare propter generalitatem text. in cap. vbi periculum, de elect. in 6. de quo quæſt. ſeq. ſic etiam intelligendus eſt Card. Alban. dict. 2. par. num. 114. & num. 180. cum ſeqq. dum abſolutè ait, mortuo Pontifice ad Concilium deuolui Pontificiam poteſtatem, cuius vi poteſt ius dicere. Quod autem de Pontifice mortuo naturaliter dictum eſt, idem ſtatuendum ait Alban. ead. 2. par. num. 115. & 180. ſi mortuus ſit ciuiliter vt per renuntiationem, nam tunc inquit, Concilium ſummam habebere iuriſdictionem, quia Pontificiam nanciſcitur poteſtatem. Admittendum autem non eſt quod idemmet attingit. nu. 184. & latiùs probare nititur Petr. à Mont. tract. de poteſt. Pontif. tit. 2. qui eſt de Concil. general. congregat. num. 4. vſque ad 8. quòd vacante ſede, vbi Collegium Cardinalium non conueniret in congregatione generalis Concilij pro eccleſiæ neceſſitate, vel alia de cauſa congregationem negligeret, eam ad Imperatorem pertinere; valde enim abſurdum eſt, vt laici ſe in reb. eccleſiaſticis intromittant cap. Meſſana, & cap. ſacroſancta, de elect. cum aliis ſimil. & in ſpecie obſtat cap. vbinam legiſtis, 96. diſt. cum maximè non deſint aliæ rationes ac formæ Concilium eo in caſu congregandi, quarum vnam ſuperiùs attigimus, & aliquas recenſet d num. 8. & ſeqq. ipſemet Petr. à Mont. niſi fortè intelligant præcitati Doct. id facere poſſe Imperatores, ac Principes per viam requiſitionis, ac monitionis, implorato eorum brachio per epiſcopos, & alios Prælatos, quod quidem dumtaxat concluditur ex iis, quæ iidem doctores allegant, & ex iis colligitur, quæ affert Campeg. tract. de Concil. cap. 9. Verùm hac de re non intendo hìc diſputare, cum ad rem noſtram parum faciat

ciat;illúdque nobis ſufficiat, Concilium generale mortuo Pontifice naturaliter, vel ciuiliter Pontificiam poteſtatem primùm in Cardinalium cœtu, tum iis diſcordantibus in generali Concilio reſidere. Quid autem dicendum ſit, † ſi Papa captus ſit ab hoſtibus, vel effectus inutilis Pontificatui, latè tradit inter cæteros Card. Iacobat.d.tract.de Concil.lib.4.art.3.à num.1.ad 36.& rurſus à num. 40. vſque ad 54 concludens, quòd ſi Papa captus ab infidelibus, vel ſchiſmaticis, à quo de facili poſſet inquiri eius voluntas, ipſemet vnum de Collegio Cardinalium vel alium voluerit deputare in adminiſtratorem, vel vicarium, hoc facere poterit, quia non amiſit dignitatem Pontificalem: ſed ſi nollet, vel non poſſet huiuſmodi deputationem facere, vel non eſſet ſpes liberationis eius, nec via redemptionis, ad quam tamen eccleſia teneretur; tunc ſi agatur de decidendo, vtrum propter hoc ſit procedendum ad electionem noui Pontificis, talis cognitio erit Concilij, & iuriſdictio quoad hoc deuoluitur ad Concilium, quia tunc agitur cauſa Papatus, cuius cognitio ſpectat ad Concilium, cap.ſi duo 79 diſt. ſi verò quæratur de regimine eccleſiæ ad quos deuoluatur, dicendum erit, illud deuolui ad Cardinales tam in ſpiritualibus, quàm in temporalibus, maximè iis, quæ non patiuntur dilationem; quare ipſi deputabunt adminiſtratorem, donec generale Concilium congregatur; vel ipſimet interim adminiſtrabunt, quia in hoc & ſimilib. caſib. ſuccedunt in iuriſdictionalib. propter periculum dilationis. Si autem loquimur quando Papa eſt effectus inutilis, cum tunc quoque non amittat dignitatem, aut iuriſdictionem, quam habebat, non erit amouendus, ſed dandus illi Coadiutor.

12 *Quid ſi Papa detineatur ab hoſtibus, aut ſit inhabilis effectus.*

Suppono tertiò Concilium generale † habere ordinariam iuriſdictionem in omnibus caſibus, in quibus poteſt ſubſiſtere abſque auctoritate Papæ, vt ſatis comprobat Iacobat.d.tract. de Concil.lib.5.art.8. num.45. vſque ad 53. eos autem caſus indicat d.num.45. vbi verò non poteſt, ſed requiritur Papæ auctoritas, iſque abeſt, ſed præſens eſt eius Legatus, tunc † tantam auctoritatem habebit Concilium, quanta erit demandata à Papa ipſi Legato cum Concilio, & erit in cognoſcendo ordinaria, in definiendo delegata. ita Iacobat. d. art. 8. num. 54. vſque ad 60. Quòd ſi Concilio præſit Papa, tunc Concilium cum Papa habet ordinariam ratione Papæ, per ſe verò conſideratum nul-

13 *Conciliũ generale quãdo habeat Ordinariã iuriſdictionem.*

14 *Concilij generalis auctoritas abſente Papa, præſente verò ipſius legato.*

lam habet iuriſdictionem, ſed Prælati in eo exiſtentes ſunt potiùs Conſultores, vt ſatis oſtendit ibidem Iacobat. num. 61. quod idem ferè docet Thom. Campeg. tract. de concil. cap. 13.

15 *Concilium generale ſede vacante nō poteſt denegare Conſtitutioni Papæ:*

Suppono denique, Concilium etiam ſede vacante † non poſſe tollere conſtitutionem Papæ, & ei derogare, vt breuiter tradit Campeg. d. tract. de Concil. cap. 34. & latè comprobat Iacobat. d. tract. de Concil. lib. 5. art. 17. num. 4. vſque ad 14. & lib. 6. art. 6. vbi id limitat, niſi ſubeſſet aliqua magna, & vrgens cauſa, quæ non reciperet aliquam temporis dilationem, ita, vt non poſſet expectari creatio noui Pontificis.

16 *Nec dare conſeruatorem regulariter:*

His poſitis, facile erit ad propoſitam initio quæſtionem reſpondere; Dicendum enim eſt, † regulariter non poſſe Concilium generale etiam vacante ſede dare Conſeruatorem. Probatur, quia Concilium viuente Pontifice, & eo congregante nullam habet iuriſdictionem, niſi quam Papa illi concedit; aut legatis de latere ab eo in Concilium miſſis, vt in tertio ſuppoſito diximus; at verò neque legatus de latere hanc habet facultatem, vt infr. quæſt. 4. oſtendemus; neque id ſolet Conciliis demandari; quæ non niſi pro morum reformatione, & cauſis fidei congregari ſolent, ac debent, aut aliis grauiſſimis de cauſis, vt inter cæteros latè probat Card. Iacobat. d. tract. de Concil. lib. 4. art. 2. ferè per totum. Quòd ſi congregetur viuente Papa in caſibus à iure permiſſis, de quibus per Iacobat. d. art. 2. num. 10. & multis ſeqq. aut etiam vacante ſede, ita, vt ſubſiſtat abſque Papæ auctoritate, cum adhuc non poſſit prouidere in iuriſdictionalibus, niſi imminenti eccleſiæ neceſſitati, vbi per iuris diſpoſitionem prouideri non poſſet, vt inter ceteros ſatis comprobat Thom. Campeg. tract. de Concil. cap. 37. ferè per totum, & conſtat ex iis, quæ ſupr. diximus in 2. ſuppoſ. & hoc fortaſſe etiam per Cardinales præſtandum ſit, vt ſupr. 2. ſuppoſ. admonuimus; creare autem Conſeruatorem nulla cogat neceſſitas; ſatis inde efficitur, non poſſe id à Concilio fieri; qua ferè ratione inter alias tandem concludit Iacobat. d. lib. 6.

17 *Nec creare Cardinalē, nec mittere legatum.*

art. 7. Concilium etiam in caſu neceſſitatis vacante ſede † non poſſe creare Cardinalem, aut mittere legatum, ſed potiùs id ad Cardinales, ſeu eorum cœtum pertinere. Præterea dare Conſeruatorem contra ius eſt tam ciuile, quàm Canonicum, vt infr. quæſt. 4. demonſtrabimus; Concilium autem nequit contra Papæ Conſtitutionem, & iura poſitiua diſpenſare, vt d. ſuppoſ. 3.

præmi

Digitized by Google

præmiſimus. Quòd ſi quis vrgeat dicendo, cogente neceſſitate poſſe etiam per inferiorem contra ius diſpenſari, vt tradunt Doct. in Clem. ne Romani, de elect. & cap. cum inferior de maior. & obed. Reſpondeo primò, quòd vbi eſt defectus iuriſdictionis, non attenditur neceſſitas, vt in propoſito creationis legati, aut Cardinalis arguit Iacobat. d. art. 7. num. 23. & ſeq. deinde reſpondetur, nullam ſubeſſe neceſſitatem creandi Conſeruatorem; & vbi ſubſit, ei prouidendum eſt per Cardinales, vt in ſtatim ſeq. quæſt. dicemus.

QVÆRO *igitur tertiò, An cœtus Cardinalium poſſit dare Conſeruatorem.*

Si quæramus, an poſſit viuente Papa, & eo valente eccleſiæ regimini præeſſe, proculdubio reſpondendum eſt † negatiuè; licèt enim magna ſit Cardinalium, & ampliſſimi illorum Collegij dignitas, ac præſtentia, vt per Doctores tum alibi ſæpe, tum in d. cap. vbi periculum, de elect. in 6. & Clement. ne Romani, eod. tit. & quot quot de Cardinalibus ſcripſerunt, præſertim verò per Barbat. tract. de præſtant. Cardin. tamen vt ſic nullam habent iuriſdictionem niſi tanquam ſinguli ratione ſuorum epiſcopatuum, ac titulorum, in quibus † quaſi epiſcopalem habent iuriſdictionem, vt poſt alios tradit Germon. tract. de indul. Cardin. §. tam ratione num. 15. Fel. & alij in cap. his, quæ, de maior. & obed. & Lancel. Conrad. in templ. om. iud. lib. 2. cap. 2. quod totum eſt de Cardinalib. §. 3. num. 17. Petr. à Mont. in tract. de poteſt. Pontif. tit. de Cardin. num. 2. ſeu potius eius Additionator, qui alios refert & præcipuè Io. Mon. in cap. vnico de maior. & obed. in 6. vbi atteſtatur Papam de hoc à ſe interrogatum, ita ſibi reſpondiſſe.

18 *Congregatio Cardinaliũ nõ poteſt dare Conſeruatorem ſi viuat Papa, valeatq; eccleſiã regere.*

19 *Cardinales ſinguli ratione ſuorũ titulorũ iuriſdictionem habent tanquam epiſcopalem.*

Si autem quæramus, an poſſit cœtus Cardinalium id facere † in caſibus, in quibus etiam viuente Papa habent regimen eccleſiæ, vt quando captus eſt ab hoſtibus, aut effectus inutilis, iuxta ea, quæ ſecundo loco ſuppoſuimus in præcedenti quæſt. tunc, cum vbi etiam adeſſet aliqua neceſſitas creandi Conſeruatores, ei ſatisfiat dando coadiutorem Pontifici, qui habebit exercitium iuriſdictionis Pontificiæ, & nomine, ac vice Papæ viuentis poterit quod ille poteſt, ex iis, quæ notantur toto titulo de cler. ægrot. vel debil. extra, & in 6. & cap. ſi epiſcopus de ſuppl. negl. prælat. in 6. ac per Iacobat. d. tract. de Concil. lib. 4. art. 3. paſſim & Anchar. tract. de ſchiſmat. q. 6. dicendum erit,

20 *An poſſint Cardinales congregati dare Cõſeruatorẽ, Papa non valente eccleſiam regere.*

quòd non poterit Cardinalium cœtus dare Conſeruatorem,ſed dandus erit per Coadiutorem cum conſilio tamẽ Cardinalium, de quorum conſilio omnia gerere debet Coadiutor, vt docet Iacobat.d.art.3.num.45. niſi fortè cùm ipſi Cardinales adminiſtrant,donec generale Concilium congregetur, vt deliberetur, an Papę dandus ſit perpetuus Coadiutor,iuxta ea,quę poſt eundem Iacobat.diximus d. ſuppoſ. 2. in præced. quæſt. tunc enim cum ipſi habeant plenam eccleſiæ adminiſtrationem, id poſſe facere videntur quod poſſet Coadiutor, ac generalis adminiſtrator,& ipſe ſummus Pontifex.

21 *Quòd ſede vacante poſſint Cardinales.*

Denique ſi quæramus, An poſſit † id facere cœtus Cardinalium ſede vacante,dicendum,quòd cùm cœtus Cardinalium Papæ tunc ſuccedat in iuriſdictionalibus, vt præcedenti quæſt. ſupp.2. poſt alios docuimus, & ſatis colligitur ex d.cap.vbi periculum §.iidem quoque, de elect. in 6. & Clem. ne Romani §. irritum,de elect.dum ibidem prohibentur Cardinales,ne vtantur iuriſdictione,niſi in certis caſibus, (exceptio enim eſt de regula,gloſ.not in rubr.de reg.iur.in 6.& ibi Dyn.Bart.l. ſi eum,§. qui iniuriarum ff. ſi quis caut.& firmat regulam in caſibus non exceptis,l.nam quod liquidè, ff. de pon.leg. cum aliis adductis per Euerar. in loc. leg. ab except. ad reg.num. 1. & Vig. in dialec. iur. lib. 2. loc. ab. excep. leg. vel alter.diſpoſit.reg.2.per totam) prout colligunt ex iis iuribus Iacobat. d. lib. 4. art. 3.num. 27.& B.Io.à Capiſtr.d.tract.de auctor.Pap.& Concil.par.3.num. 109. pro quo faciunt omnia fundamenta quib. Hoſt. relatus à Iacobat.d.art.4.à num.7.ad 25.& gloſ. Clem.ne Romani verbo conſonam, & cap. 1. in fi. de ſchiſmatic. in 6.probare nitebatur ad Cardinales integram Papæ iuriſdictionem eo defuncto deuolui:dicendum,inquam, erit,quòd ex ſe.poſſet idem Cardinalium cœtus ſede vacante creare Conſeruatorem, cum Papa id poſſit, vt ſupr.vidimus.quæſt.1.quia tamen in d.cap.vbi periculum §. iidem quoque,expreſsè cauetur, † vt Cardinales accelerandæ vacationi ita vacent attentiùs,vt ſe nequaquam de alio negotio intromittant, niſi forſan neceſſitas adeo vrgens incideret, quòd eos oporteret de terra ipſius eccleſiæ defendenda, vel eius parte aliqua prouidere, vel niſi aliquod tam grande, & tam euidens periculum immineret, quòd omnibus, & ſingulis Cardinalib. præſentib. concorditer videretur illi celeriter occurrendum, & d. Clem. ne Romani §. Irritum (excepta ſubrogatione

22 *Cardinales vacande ſede, eius accelerandæ vacationi diligenter vacare tenentur.*

gatione Camerarij, & Pœnitentiarij in locum deficientis) irritum decernitur quicquid poteſtatis, aut iuriſdictionis ad Romanum, dum viuit, Pontificem pertinentis, niſi quatenus in conſtitutione d.cap. vbi periculum permittitur, cœtus ipſe Cardinalium duxerit eadem vacante eccleſia exercendum, ſatis inde conuincitur, non poſſe Conſeruatorem à Cardinalium cœtu vacante ſede dari, niſi pro defendendis vrgente neceſſitate iuribus Romanæ eccleſiæ, vel vt occurratur alicui magno, & euidenti periculo vt ex cit. §.iidem & §. irritum. apertè colligitur.

Quid autem dicendum ſit, † vbi electus ſit, ſeu nominatus in Pontificem aliquis, qui longè abſit, an interim, donec ſequatur acceptatio, poſſint Cardinales adminiſtrare prout contigit de anno 1521. cum mortuo Leone X. Cardinales elegerunt Adrianum abſentem in Hiſpaniis, & antequam innoteſceret eius acceptatio, vacauit ſedes per plures menſes, ideóque Collegium Cardinalium mandauit Auditoribus Rotæ & aliis, vt iuſtitiam miniſtrarent; item deputauerunt ſignaturam hoc modo: Placet ſacro Collegio ſuo, & nominati in Papam nomine. nam ex præmiſſis concludit Card. Iacobat.d.art.3.num. 49. & duob.ſeqq.id Collegium facere potuiſſe, ita, vt etiam ad illud appellaretur, & cauſam committeret, atque idem ſtatuit, vbi Papa acceptaret quidem, ſed differret aduentum, nec prouideret de Legato; arg.l.Barbarius, ff.de off.prætor.& cap.ad probandum, de re iud. quia inquit, alioquin multum Curia pateretur: exiſtimarem enim quòd cœtus Cardinalium poſſet ſaltem in priori prædictorum caſuum, exiſtente præſertim magna neceſſitate, creare Conſeruatores, per ea, quæ paulò ante diximus; cum tunc eccleſia quaſi vacare cenſeatur, vt Iacobat.d.num.49. adnotauit. 23 *Electo Pontifice, ſed lōgè diſtāte an poſſint Cardinales dare Conſeruatorem.*

QVÆRO *quartò, An Legati Papæ poſſint dare Conſeruatorem.*

Præmitto, † tria eſſe genera Legatorum, alij enim dicuntur Legati nati, qui non ſunt miſſi de latere, aut alias, ſed quibus ex priuilegio competit ratione ſuarum eccleſiarum eſſe Legatos ſedis Apoſtolicæ, cuiuſmodi eſt Archiepiſcopus Cantuarienſis cap.1.de off.leg.& Eboracen.cap.1.de appellat.ex gloſ.in cap.1. verbo legati, de off.leg.in 6.alij dicuntur miſſi: ſed non de latere quorum eſt electa perſona, & mittuntur in prouincias per ſummum Pontificem cum mandatis, & poteſtate, & Cardinales non ſunt, vt ſatis probat doctiſſimus vir Petr. Greg. Tholoſ. 24 *Quot ſunt genera Legatorum.*

Pract.iur.canon. lib.5. tit. 3. cap.1. & de quibus habetur in cap. volentes de off.leg.c.mandata, de præſump.& cap.cum dilecti, de accuſat.atque hi communiter Nuntij vocantur.

Alij denique dicuntur legati de latere qui propriè loquendo non niſi Cardinales ſunt, qui ex latere ſummi Pontificis, & eius ſenatu accipiuntur, vt ait ibid. Tholoſ.& tandem concludit glo. cap.pen. verbo commiſſam, de off.leg. licèt aſſerat aliquo modo dici poſſe miſſos de latere Papæ, quos inuenit exiſtentes in curia ſua, etiam ſi non ſint Cardinales, & illos tranſmittit ſpecialiter ad alienam prouinciam concedendo eis generalem legationem; ac de legatis miſſis de latere habetur d. cap. volentes & cap. ad eminentiam de ſent.excom. nec non in c. ſi Abbatem de elect. in 6. præter iura mox alleganda. de omnibus verò hiſce tribus legatorum generibus loquitur text.d.cap.pen. de off.leg.& cap. 1.de off.leg.in 6.& vtrobique gloſ.& Doct.quæ quidem tria ge-
25 nera, licèt † inter ſe differant, nec æqualia ſint, præcipuè quoad poteſtatem abſoluendi, & beneficia conferendi, vt ex citatis iuribus liquet, atque in eo, quòd legati de latere proconſulibus, reliqui præſidibus æquiparantur, cap. 2. vbi gloſ.in verbo proconſulum, & alij Doct.de off.leg.in 6. conueniunt tamen in aliquibus; & præter illa, de quibus in cap.1.& tex.ſeqq.& fi. de off. leg. & in cap. præſenti cum ſeqq. eod. tit. in 6. in hoc quòd cautè ab ipſis committi non poſſunt, niſi dignitate præditis, aut perſonatum obtinentibus, ſeu eccleſiarum Cathedralium Canonicis, & commiſſæ alibi non audiri, quàm in ciuitatibus, vel locis inſignibus, vt cauetur in cap.ſtatutum in 1. reſponſo, vbi gloſ adnotauit in verbo, legatorum, de reſcript. in 6.& in hoc etiam, quod eorum iuriſdictio, & poteſtas ordinaria eſt, vnde per mortem Papæ non expirat illorum officium, vt habetur in d.cap.2.de off.leg.in 6.

In quo differunt vel cõueniunt Legati.

His præmiſſis ad propoſitam quæſtionem reſpondentes di-
26 cimus; † quòd licèt non omnino improbabile ſit, ſaltem Legatum de latere poſſe dare Conſeruatorem; nobis tamen probabilius, & verius videtur oppoſitum in quolibet Legato. Prior pars huius concluſionis probatur primò auctoritate quorumdam grauiſſimorum virorum, qui eam tenuerunt, nimirum Archid.d.cap.1.de off. deleg. in 6. num. 1. dicentis id ſe vidiſſe de facto ſeruari per quendam D. Latinum epiſcopum Hoſtienſem Apoſtolicæ ſedis Legatum in eccleſia Carpẽſi Mutinenſis diœceſis;

Legatus Papæ poteſt dare Cõſeruatorem ſecundũ quoſdam.

Digitized by Google

ceſis, Archid. refert quoque & ſequitur Gemin. eod.cap.1.num. 3. idem voluit Anchar. ibid.nu.3. id ipſum tenere videtur Franc. num. 1. Deinde rationibus; tum illa, quam afferunt Archid. & Gemin. loc. cit. quoniam legatus eſt ordinarius d.cap.2. de off. leg.in 6. vnde poteſt defendere à manifeſtis iniuriis, & violentiis, ſicut alij ordinarij, arg.cap.adminiſtratores, cap.principes, & cap.regum 25. quęſt.3. cùm maximè & proconſules, & pręſides, quibus ipſi comparantur, id facere poſſint, l.nec quicquam §.fin. ff.de off.proconſ. & l.illicitas §. ne potentiores, & l.congruit ff. de off. præſid. quòd ſi per ſe hoc poteſt, poterit aliis delegare, cum ſit iuriſdictionis, & regulariter quis poſſit per alium quod poteſt facere per ſe ipſum, cap.poteſt de reg.iur. in 6. præſertim cum & proconſul legatum facere, & præſes iudicem dare poſſint, l. obſeruare ff.de off.proconſ. & l. præſes lat. & l. ſæpe. ff.de off.præſid. tum illa, quam nemo affert, quia text.in cap.2.& fin. de off.deleg.in 6. dicit Conſeruatores dari per ſedem Apoſtolicam; at verò nomine ſedis Apoſtolicæ veniunt etiam legati eiuſdem ſedis, vt poſt Barbat. in tract. de Cardin. legat. à latere quæſt.1.membr.3. num.9. & Boer.tract.de poteſt.leg.à lat.num. 14. tradit Lancel.Conrad. in Templ. omn.iud. lib.2.cap.3.§.3. num. 10. Poſterior autem pars † probatur primò auctoritate. 27 hæc enim eſt ſententia communior doctiſſimorum virorum; quam tenet in ſpecie Io. Baptiſta Conf.d.ſummario mater. priuil.ord.Mendic.tit.4.cap.2.& ante eum Io.An.d.cap.fin num.2. ſuper verbo dictam, quem tandem ſequitur, licèt priùs variauerit, Gemin.§.Conſeruatores num.4. circa medium, vbi refert quoque Io. de Imol. idem tenentem eiuſdem ſententiæ eſt Silueſt.inter alios Sūmiſtas, verbo, Conſeruator, n.2. Roſel.excom. 24. Eman.Roderic. q.regular.tom.1. q.65. art.2. in princ. & Io. Azor.Inſt. Moral. par.2. lib.5. c.34. q.6. Denique in hanc etiam partem inclinant Franc. d.c.1.num.1. immo & ipſe Anch.num. 3. in fin. Franc.de Plat.tract. de excom.§.55. nu. 3. & I. Anton. in ſimili tract. cap. 37. nu.3. & Mandoſ.in prax.ſig.grat. verbo, Conſeruatoria, verſ.alius à Papa, dum vel aſſerunt alium à Papa Conſeruatorem dare non poſſe, vel certè ſe remittunt ad Io.An. loc.cit. vnde verè ſolus Archid. eſt in contraria opinione. Deinde rationibus; non quidem illa, quam ex Imol. affert, ſed reiicit Gemin. vbi ſuprà, quia inferioribus non licet creare nouam dignitatem de non conſuetis per inferiores creari; ſicut patet, inquit,

Legatū non poſſe dare Conſeruatorem verior eſt ſentētia.

præced. quæſt. 3. vbi oſtendimus, Conſeruatoris con contra ius eſſe; certiſſimi autem iuris eſt legem ſup inferiorem tolli non poſſe l.fin. C. de leg. cap. inferi Clem. ne Romani de elect. vbi etiam habetur id vt ſiue modificando, ſiue corrigendo immutari ne quicquam ei detrahi, vel addi; & in ſpecie, quòd lega de latere non poſſit mutare legem communem, eſt text. in cap. dilectus il 1. vbi Doct. de præben.

His poſitis, & conſtitutis pro hac opinione, ſeu poſteriori concluſionis parte, haud difficile erit fundamentis pro contraria ſententia, ſeu priori eiuſdem concluſionis parte adductis reſpondere. Quod enim ad auctoritatem Doctorum attinet, patet ex prædictis, hanc vti veriorem, ita crebriorem fore ſententiam, cum præter cæteros eidem adhæreant Gemin. & Franc. pro oppoſita allegati: Ad priorem verò rationem, admiſſo, legatum & ordinarium eſſe, & fungi officio Conſeruatoris (impropriè tamen ſumpti, iuxta ea, quæ latiùs adduximus cap. præced. quæſt. 1. circa initium.) Adhuc non inde ſequitur, Conſeruatorem ab eo generalem dari poſſe; ſed vel vnicam cauſam delegare, & hoc eſt, quod concludit d. l. præſes, & l. ſæpe ff. de off. præſid. illa concluſio, quòd delegare ſit iuriſdictionis; quæ etiam ex eo euitari poſſunt, quòd ſint intelligenda, niſi aliud obſtet, atque impediat; impeditur verò legatus id facere tum ex pædictis, tum quia non poteſt quis à Papa conſtitutus Conſeruator, cuiuſmodi erit legatus, committere, ſeu delegare in hoc alicui vices ſuas, niſi hoc ei competierit ex beneficio litterarum, vt expreſsè diſponitur d. cap. fin. § vices quoque vbi glo. & Doct. ff. de off. deleg. in 6. quo modo etiam tollitur id, quod obiiciebatur ex reg. poteſt quis per alium. Vel ſolùm ſequitur, poſſe legatum conſtituere ſibi vicelegatum, ſicut proconſul legatum, vt d. l. obſeruare ff. de off. proconſ. in contrarium allegat. Quod etiam videmus obſeruari, ſicut & illud paſſim ſeruatur, Conſeruatores Apoſtolicos non dari à legatis etiam de latere, vnde non leue argumentum ſumi poteſt maximè ad interpretationem d. cap. 1. 2. & fin. de off. deleg. in 6. quatenus inde probari videtur, ab alio, quàm à ſummo Pontifice Conſeruatorem dari non poſſe: nam conſuetudo eſt optima legum interpres, c. cum dilectus, de conſuetud. & l. ſi de interpretatione ff. de leg. cum ſimilibus.

Ex iis,quæ in præcedenti quæſtione de Legato diximus, præcipuè verò in poſteriori parte concluſionis, ſatis conſtat, quid dicendum ſit de Epiſcopo. Vnde ſi legatus de latere; qui maius omnibus poſt Romanum Pontificem in prouincia ſibi decreta cenſetur habere imperium vt dicitur in cap. ſi Abbatem §.huiuſmodi de elect.in 6.ſicut præſides, & proconſules,quibus legati exæquantur in cap.2.de off.leg.in 6. maius imperium habent poſt Principem l.4.ff.de off.præſid.& l.& ideo ff.de off.proconſ. non poteſt dare Conſeruatorem, vt in d. præced. q. ſatis oſtendimus, minùs † poterit Epiſcopus, ſeu alius Ordinarius, 29
qui non tantam habet poteſtatem,quantam Legatus; cum maximè & idem ſentiant Doct. ibid.alleg. dum ſequuntur Io. An. d.cap.ſi.verbo.dietam,concludentem,per ſolos Romanos Pontifices tales generales Conſeruatores dari poſſe;& id ipſum perſuadeant ferè omnes rationes adductæ in legato,præcipuè verò illa,ad quam reliquę reducuntur,quoniam,vt ſuprà demonſtrauimus, dare Conſeruatorem iuri communi tum ciuili,tum Canonico repugnat, quod immutare nequit Epiſcopus, cap.inferior,21.diſt.cap. ſignificaſti de elect. Clem. ne Romani eod. tit. cum ſimil. neque etiam diſpenſando, vt ex communi pluribus relatis tradit inter alios Sanchez de Matrim.lib.2.diſp.40.num. 1.& licèt idem Sanchez ibid.num.3.& lib.8.diſp.9.num.22.poſt alios id poſſe contendat ſi vrgeat neceſſitas; tamen in caſu noſtro nulla talis neceſſitas conſiderari poſſe videtur creandi nimirum aliquem Conſeruatorem. Quamuis etiam huiuſmodi diſpoſitioni, quatenus ad fauorem ordinariæ iuriſdictionis pertinet,ne illa minuatur, renuntiari poſſe videatur per Epiſcopos, cum regulare ſit, quemlibet, ei, quod in fauorem ſuum eſt introductum renuntiare poſſe, cap.ad Apoſtolicam de regular. & l.ſi quis in conſcribendo C. de pact. tamen, cum id non ad priuatum commodum, & fauorem Epiſcoporum, ſed publicum, & commune totius ordinis epiſcopalis, & ordinariæ iuriſdictionis introductum ſit, ei renuntiare nequeunt, cum & illud regulare ſit, iuri publico non poſſe priuatorum pactionibus derogari, C. cum tempore, de arbitr. & cap. ſi diligenti, de foro compet.l.ius publicum ff. de pact. & l. neque pignus § priuatorum ff.de regul. iur.cum aliis concord. adductis per gloſ. d.cap. ſi diligenti, verbo priuatorum, & alios Doct. tum ibi,tum alibi ſæpe.

Epiſcopus nō poteſt dare Conſeruatorem.

Neque his obſtat, quòd poteſt epiſcopus conſtituere, & creare ſibi non ſolùm vicarium, ſeu officialem generalem vt conſtat ex tot. ferè tit. de off. vicar. extra & in 6. necnon in cap. Romana de appellat. in 6. & Clem. 2. de reſcript. ſed etiam foraneum, vt patet ex d. Clem. 2. & in cap. Romana in princip. de off. ord. lib. 6. qui habent delegatam cum ſint delegati ad vniuerſitatem cauſarum, vt ibid. gloſ. & Doct. adnotarunt, nóſque latius oſtendemus infr. cap. 7. quæſt. 1. atque etiam alios huiuſmodi delegatos conſtituere poteſt, vt ſentit inter alios gloſ. in cap. ad hæc verbo elegerint, de reſcript. arg. l. cum prætor. ff. de iudic. & l. 1. §. 1. ff. quis, & à quo appell. quod & praxis docet. Conſeruator verò rectè dici poteſt delegatus ad vniuerſitatem cauſarum, vt d. quæſt. 1. demonſtrabitur. Reſpondetur enim quod vbi etiam hæc omnia admittantur, non inde tamen ſequitur, poſſe ab epiſcopo conſtitui Conſeruatorem; nam illi omnes vicarij, & delegati ad vniuerſitatem cauſarum adhuc ab epiſcopo pendent, non ſolùm in eo, quòd ab ipſo recipiunt poteſtatem, & reuocari poſſunt, ſed in eo etiam, quòd per eos dicitur epiſcopus ſuam iuriſdictionem exercere, cap. cum epiſcopus de off. ord. in 6. cum ibi notat. & ſuis ſimil. vnde quicunque ſubditi ſunt illis vicariis, aut delegatis, epiſcopo quoque ſunt ſubiecti; at verò per litteras Conſeruatorias eximitur quis in totum vel pro parte ab epiſcopi iuriſdictione, vt conſtat ex Trid. Concil. ſeſſ. 7. cap. 14. & ſeſſ. 14. cap. 5. de reform. cum aliis adductis cap. præced. quæſt. vlt. & adducendis infr. cap. 6. quæſt. 2. præterquam quòd huic deputationi Conſeruatorum ab epiſcopo alia obſtant, quæ paulò antè deduximus.

30 *An Archiepiſcopi, Patriarchæ, & alij ſimiles poſſint dare Conſeruatorem.*

Quod autem de epiſcopo diximus, dicendum † quoque eſt de Archiepiſcopis, Patriarchis & aliis ſimilibus ſuperioribus habentibus ordinariam iuriſdictionem. quin etiam Cardinalibus in ſuis epiſcopatibus & titulis, cum quo ad hoc par ſit omnium ratio; omnes enim iuribus ligantur, nec contra ea veniendi habent facultatem. Multo verò magis id dicendum erit de Prælatis, qui inferiores ſunt epiſcopis, epiſcopalem tamen iuriſdictionem ſiue ex priuilegio, ſiue ex præſcriptione habent; de quibus aliquid dicemus infr. cap. ſeq. quæſt. 4 ſi enim epiſcopi, & alij ſuperiores id facere nequeunt, qui in iuriſdictione fundatam habent de iure communi intentionem, multò minùs prædictis inferioribus licebit, quibus iuriſdictio de iure tantum

ſpeciali,

Digitized by Google

ſpeciali, & limitata competit iuxta illos nimirum limites, quos vel priuilegium, vel conſuetudo eiſdem præſcripſit. Denique idem † ſtatuendum eſt quoad Capitulum Sede vacante epiſcopo ſuccedens in iuriſdictione, quem cum ipſo ad ſummum parem habet; immo plerumque minorem, vt patet ex traditis per Doct. in cap. cum olim extra de maior. & obed. necnon in c. vnico eod. tit. & c. ſi epiſcopus de ſupplen. negl. prælat. in 6. Sbroz. tract. de off. vic. quæſt. 15. & ſeq. 25. 30. & 50. lib. 1. quæſt. 70. 160. & 187. lib. 2. quæſt. 45. & 129. lib. 3. Paui. tract. de poteſt. Cap. ſed. vacan. ferè per totum. 31

An à Capitulo ſede vacante poſſit dari Cõſeruator.

QVÆRO *nunc ſextò, An, & quando ſupremus Princeps ſecularis poſſit dare Conſeruatorem.*

Quæſtio hæc duas habet partes; Altera eſt, an poſſit dare aliquem Conſeruatorem; altera, quem dare poſſit, & quoad hanc; primò, an laicum; ſecundò an clericum; tertiò an contra clericum, vel eccleſiam, ſeu alium pium locum, quæ ſingulis concluſionibus, breuiter tamen, abſoluemus.

Quoad primam ergo quæſtionis partem, An Princeps ſecularis poſſit dare aliquem Conſeruatorem, Primæ concluſionis loco Reſpondeo, quòd, † licèt Io. An. d. cap. fin. verbo dietam de off. deleg. in 6. quem alij ſequuntur ſuperiùs relati quæſt. 4. eius opinionis tacitè ſaltem eſſe videatur, vt non poſſit, dum ibi concludit, per ſolos Romanos Pontifices tales generales Conſeruatores dari poſſe. quæ etiam ex eo confirmari poteſt, quòd Conſeruatorem dare non iuribus dumtaxat ciuilibus, quibus ipſe poſſet derogare, ſed etiam canonicis repugnat, vt d. quæſt. 2. oſtendimus; canonum verò ſtatutis omnes ligantur, cap. 1. & fin. cum ibi not. per Doct. de conſtit. Tamen, quod attinet ad auctoritatem facilè euitari ea poteſt dicendo, Io. An. & ſequaces intelligendos eſſe de Conſeruatoribus, qui ab eccleſiaſtica poteſtate, ac iuriſdictione prodeunt, cum id præ cæteris fundamentis adſtruant verbis text. d. cap. 1. de off. deleg. in 6. dum ait ibi Pontifex, (Conſeruatores quos concedimus) & d. cap. 1. 2. & fin. eod. tit. & lib. dum ibi dicitur, (Conſeruatores, qui ab Apoſtolica ſede conceduntur;) ex quibus tamen non conuincitur, quin quæri poſſit, an ab alio, quàm à ſummo Pontifice dari poſſint Conſeruatores ex eodemmet Io. An. & Franc. d. cap. 1. in princ. immo tam Io. An. quàm Butr. & Franc. d. cap. fin. initio & Gemin. num. 6. ex princ. illius text. colligunt, quòd 32

An Princeps ſecularis poſſit dare Conſeruatorem.

Digitized by Google

non procedat in Conſeruatoribus datis ab alio, quàm à Papa, vbi ab alio dari poſſint; cum maximè verba in dubio cenſeantur poſita demonſtratiuè, non autem diſpoſitiuè, ſeu taxatiuè, l.Mela ff.de alim.& cib. leg. & l.fin. §.Titia ff. de liber.leg. cum aliis adductis per Pariſ. conſil. 92. num. 42. vol.1. & Menoch. conſ.303. num.27. vol.4. Quoad rationem verò ea quoque tolli poteſt dicendo primùm quòd † præter ſpiritualia & quædam

33 *Canoni quomodo omnes ſubijciātur.*

alia, quorum mox mentionem faciemus ſecularis Princeps non recognoſcens ſuperiorem in temporalibus, vt Imperatores, Reges, & alij ſimiles, non ſubiiciuntur canoni, vt ſatis voluit gloſ. d.c.1. de conſtit. verbo, ab omnibus, & ibi Dec. num.51. & ſeq. expreſsè verò poſt alios Fel. ibid. num. 30. niſi tamen vt dicebamus, agatur de ſpiritualibus vel aliis eccleſiaſticis rebus, cap. quæ in eccleſiarum. & cap.eccleſia S.Mariæ de conſtit.necnon cap. fin. de reb. eccleſ. non alien. cum ibi not. & ſuis ſimil. aut agatur de materia peccati iuxta not. cum alibi, tum in cap. nouit, de iud.cap.poſſeſſor de reg.iur. in 6.& cap.vlt. de præſcript. præterea ratio illa tollitur dicendo quod reſpectu Principis ſecularis non reperitur etiam tacitè, & generatim in Pontificiis ſanctionibus cautum, quòd is dare nequeat Conſeruatorem, ſed potiùs reſpectu inferiorum. Verum vbi etiam in genere ibidem caueretur, cum oppoſitum in iure ciuili habeatur, vt ſatis conſtat ex Auth. vt iudices ſine quoquo ſuffrag. fin. §.quòd autem, ſtatim poſt medium, iuncto §. interdicimus ſupr. cit. collat.2. necnō ex Auth. vt nulli iudic. in princ. collat.9. nec ſimus in materia peccati, aut ſpirituali, vel eccleſiaſtica, ſuccedit illa theorica Doctorum, quòd † vbi lex ciuilis aduerſatur canonicæ ci-

34 *An ius ciuile præualeat aliquando canonico.*

tra materiam peccati, aut aliam ex iis, quarum mox meminimus, quælibet in foro, & imperio ſuo ſeruanda eſt, vt poſt alios tradunt, ſatiſque oſtendunt Fel. in cap. eccleſia ſanctæ Mariæ num.43. cum ſeq.& ibid. Dec. num.110. Probabilius igitur illud ex prædictis eſt, poſſe Principem ſecularem, qui in temporalibus ſuperiorem non recognoſcit, aliquem Conſeruatorem dare, quod propoſuimus agendum in 1. huius quæſt. parte, & apertè ſentit Rebuf. tract. de priuil. ſcholar. priuileg.161. num.3. & Eman. Roderic. quæſt. regular. tom.1. quæſt.65. art.1. in fine.

Quoad alteram verò quæſtionis partem, quem nimirum, ſeu quando Conſeruatorem dare poſſit; quæ tres habet ſuperiùs propoſitas dubitationes;

Secun

Digitized by Google

Secundæ concluſionis loco dicimus, † poſſe Principem ſecularem dare Conſeruatorem laicum aduerſus alium laicum. ſatis ex eo patet concluſio, quòd, ſi aliquem dare poteſt, vt mox demonſtrauimus, certè poterit laicum, cùm ij ſint planè, ſubiecti ſeculari Principi, cap. ex tenore, & cap. licèt, de for. compet. & cap. cauſam, quæ il 2. qui fil. ſint legit. cum ibi not. & ſuis ſimil. Non poterit tamen iſte laicus † cenſuras exercere, per ea, quæ dicemus infr. cap. ſeq. q. 1. ſed ſolùm vel illum, cui datur Conſeruator, defendere à manifeſtis iniuriis, ac violentiis, eiúſve priuilegia tueri, vel generaliter omnia illius iura conſeruare. Et quidem omnino id poterit Princeps reſpectu laici, vt nimirum illi det Conſeruatorem; quod præcipuè probat ratio allegata.

35 *Conſeruator laicus aduerſus laicū poteſt dari à Principe ſeculari.*

36 *Quid poſſit laicus ille Cōſeruator.*

An verò dare poſſit Conſeruatorem Clerico, ſeu eccleſiæ, poſſet aliquis dubitare. ſed probabilius puto † poſſe; cum etiam ad Reges, & Principes ſeculares pertineat, ſi fuerint requiſiti, eccleſias, eccleſiaſticáſque perſonas contra laicos, & potentiores tueri, vt ſatis conſtat ex cap. Hadrianus, 63. diſt. cap. bene quidem, 96. diſt. cap. placuit 2. q. 1. cap. ab Imperatoribus 23. q. 3. cap. nimium ſunt 23. q. 4. ferè vſque ad finem, c. Principes cum tribus ſeq. & cap. adminiſtratores 23. q. 5. & cap. tributum in fin. 23. q. 8. cap. venerabilem, de elect. Clem. 1. de iureiur. cum ibidem adnot. & ſuis concord. ad idem text. in cap. cum ſit generale, & cap. conqueſtus de for. compet. vbi habetur, quòd malefactores eccleſiarum poſſunt tam coram iudice laico, quàm eccleſiaſtico conueniri; & cap. ſi clericus laicum eod. tit. vbi cauetur, quòd ſecluſa conſuetudine clericus debet coram forenſi, hoc eſt, ſeculari iudice conuenire laicum de rebus ſuis, vel eccleſiæ, ſi laicus probabiliter neget, eas res clerici eſſe, vel eccleſiæ.

37 *Princeps ſecularis poſſitne dare Conſeruatorem Clerico vel eccleſiæ.*

Quòd autem in ſpecie liceat Principi dare huiuſmodi Conſeruatorem eccleſiæ; immo quòd liceat eccleſiæ illum à Principe poſtulare, ſatis apertè ſentit Gul. Duran. ſpec. tract. de mod. general. Concil. celebr. rubr. 40. dum ait, conſtitutum eſſe in Conc. 4. Carthagin. cap. 10. vt ab Imperatoribus poſtulentur defenſores eccleſiis, per quos eccleſia defenſetur cum prouiſione epiſcoporum aduerſus potentias diuitum, & in Concil. Milleuitan. cap. 16. vt pro cauſis eccleſiarum defenſores, & aduocati à Principe poſtulentur; ibíque id ipſum aliis iuribus confirmat.

Tertia concluſio. Probabile quoque eſt, poſſe † Clericum à Principe ſeculari creari Conſeruatorem contra laicum. Probatur

38 *An clericū cōtra laicū?*

Digitized by Google

39 *Quibus in cauſis clericus poſſit delegari iudex à laico.*

tur, nam Clericus † poteſt delegari iudex in cauſa ciuili à laico, vel etiam criminali citra pœnam ſanguinis, vt eſt text. apertus cum ſua gloſ. in cap. in Archiepiſcopatu, de rap. & cap ſæpe, 23. q. 8. per quæ iura præter Doct. ibid. id adnotarunt Calder. conſ. 6. de off. deleg. per totum, & alij, quos referunt, & ſequuntur Fel. in cap. cæterum num. 20. de iudic. & cap. decernimus nu. 1. cum ſeq. Dec num. 63. & trib. ſeq. eod. tit. & Bern. Diaz. in Prax. crim. canon. cap. 61. alias 56. & ibi Add. nu. 1. & ſeq. Quibus non obſtat text. in cap. ſed nec procurationes, cap. clericis, & cap. ſententiam ne cler. vel mon. nam hæc iura vel intelligenda ſunt vbi etiam in cauſis ſanguinis Clericus iudex à ſeculari Principe conſtitueretur, vt exponit gloſ. d. cap. in Archiepiſcopatu, verbo commiſerint puniendos, Diaz. d. cap. 61. num. 1. & 2. & Calder. d. conſ. 6. in fine; vel vbi clericus aliquis conſtitueretur officialis generalis alicuius ſecularis Principis, vt exponit Cald. Dec. & Fel. loc. cit. quia nimirum hac ratione clerici à diuinis retraherentur, quo etiam modo ſolui poteſt † quod obiici poterat ex cap. clerici, de vit. & honeſt. cler. & tot. fere tit. ne cler. vel mon. extra. & in 6. necnon ex cap. vlt. 86. diſt. necnon 88. diſt. 22. q. 4. & 33. q. vlt. ferè per totas, vbi prohibetur clericis, ne negotiis ſecularibus ſe immiſceant, auctoritate etiam Apoſtoli dicentis: Nemo militans Deo implicat ſe negotiis ſecularibus, 2. ad Thimoth. 2. inde enim ſolùm concluditur, non ita ſe immiſcere debere clericum ſecularibus negotiis, vt vacare nequeat contemlationi, diuiniſque officiis, prout explicant, ac ſoluunt Calder. & Dec. loc. cit. Hæc autem concluſio ita intelligenda eſt, vt † clericus cogi nequeat à Principe laico huiuſmodi deputationem in Conſeruatorem acceptare; nam neque delegationem eiuſdem acceptare cogitur, ſed clerici voluntati relinquitur, & ipſius cõſenſus omnino requiritur, vt colligitur ex d. c. in Archiepiſcopatu, & conſtat manifeſtè ex d. c. ſæpe, vbi præ cæteris gl. in verbo, conſentiant, id adnotauit: quod ex eo etiam confirmatur, quoniam laici in clericos iuriſdictionem non habent, vt ex ſequenti concluſione patebit, & latè inter cæteros comprobat Couar. pract. q. c. 31. ferè per totum.

24 *Quomodo prohibentur clericis adminiſtrationes rerũ ſecularium.*

41 *An Princeps laicus poſſit cogere clericum vt deputationem in Conſeruatorem acceptet.*

42 *Poteſtas dãdi Cõſeruatorem cõtra Clericũ, vel Eccleſiam Principi ſeculari denegatur.*

Quarta concluſio. Certum omnino eſt, † non poſſe Principem ſecularem dare Conſeruatorem contra Clericum, vel eccleſiam. Patet hæc concluſio; cum enim Conſeruator ſit iudex, vt ſupr. cap. 1. q. 2. demonſtrauimus, non poteſt Clericus, vel ec-

cleſia

Digitized by

cleſia conueniri coram iudice laico, 11.q.1.ferè per totam,cap. qualiter,de iudci.cap.2.& cap.ſi diligenti,de for.compet. Auth. ſtatuimus,vbi Doct.C.de epiſ.& cler.cum ſim.quod & latè proſequitur inter cæteros Couar.pract. q.cap. 31. Poteſt etiam hæc ipſa concluſio confirmari text.applauſibili,nimirum in c.peruenit,2.q.1.vbi Greg.1.ſummus Pontifex ſcribens cuidam Romano Siciliæ defenſori, quo nomine etiam Conſeruatores appellari, vel certè ad eorum exemplum introductos eſſe, ſatis colligitur ex tot.tit.de defenſ. ciuit.in Cod.& Auth.& in ſpecie tradit Petr.Greg.Tholoſ.lib.47.ſyntagm. vir.vniuer.c.22. num.25. ſcribens inquam præfato defenſori, poſtquam conqueſtus cum eo eſt, quòd ſi quis contra clericos cauſam habebat deſpectis eorum Epiſcopis eoſdem clericos in ſuo faceret iudicio exhiberi; eidem defenſori præcipit, vt denuò hoc facere non præſumat; ſed ſi quis contra quemlibet clericum cauſam habuerit, Epiſcopum ipſius adeat, & aut ipſe cognoſcat, aut certè ab eo iudices deputentur; aut ſi fortè ad arbitros eundum eſt, partes ad eligendos iudices,ab ipſo executio deputata, (hoc eſt executor deputatus,)compellat.Neque his obeſt text.in cap.petimus, cum ſeq. q. 1. vbi probari videtur, clericum inuaſorem plebis, hoc eſt occupatorem beneficij eccleſiaſtici curam animarum habentis,poſſe per iudicem ſecularem puniri;quod idem in pleriſque aliis caſibus permiſſum videtur, quos inter cæteros recenſet gloſ.d.c.Principes ſæculi, 23.q.5.Aufrer. de poteſt.ſecul. in eccleſiaſtic. & Farinac q.8 crim.à nu.47 vſque ad 124. Nam quoad præd.c.petimus,Reſpondeo,prout ad aliam rem in tract. de decim.cap.8.q.1.concl. 1. num.14.verſ.quibus, vt ad ſecundum argumentum &c. iuxta ſecundam illius tractatus editionem,reſpondiimus poſt Couar.pract.q.cap.35. num.1.verſ. Non oberit gl.& D.Menoch.tract.de recuper.poſſeſ.remed.15.num. 214. in eo canone (quod idem de ſequenti dicimus,) licentiam, & auctoritatem impartiri, non vt ſeculare iudicium ad principalis cauſæ cognitionem, & examen adeatur, ſed potiùs, vt in defectum ſeu auxilium eccleſiaſticæ poteſtatis ſecularis requiratur, ac poſtuletur contra clericum inuaſorem, ad eum nimirum vel capiendum, vel expellendum, vt ibi gloſ.& Doct. adnotarunt; vel fortè etiam puniendum poſt condemnationem tamen ab eccleſia faciendam, quomodo etiam intelliguntur, & procedunt iura, & doctrinæ, quibus prædictos alios caſus con-

firmant, & adſtruunt præcitati Doctores. Atque hæc de hac quæſtione.

QVÆRO *nunc ſeptimò, & poſtremò in hoc capite, An ſeculares Principes ſuperiorem recognoſcentes, aut alij inferiores poſsint dare Conſeruatorem.*

Ex iis, quæ hucúſque in hoc capite, præcipuè verò quæſt. 4.
43 ac 5. diximus, ſatis colligi licet, † non poſſe Conſeruatorem dari ab huiuſmodi Principe, ſeu alio inferiore. Nam quoad prædictos Principes, conſtat, eos ſubeſſe canonum ſtatutis, cap. 1. & fin. de conſtit. & cap. omnes, de maior. & obed. cum ibi not. per Doct. atque etiam legibus ciuilibus, l. leges, C. de leg. & l. conſtitutiones, C. de iur. & fact. ignor. cum ſimil. at verò ſuperiùs non ſemel oſtendimus, Conſeruatorum conceſſionem contra canones ſaltem tacitè, expreſsè autem contra ciuiles leges eſſe, ſoliſque ſummis Principib. eſſe reſeruatam. Quoad alios verò inferiores, præterquam quòd multò magis expeditum id eſſe debet, quàm in prædictis principibus; manifeſtè etiam prohibetur quibuſcunque iudicibus quantumuis inſignibus, ne conſtituant loci ſeruatores, vt in Auth. vt nulli iudic. lic. hab. loc. ſeruat. in princ. ferè per tot. & §. eos autem, Auth. de mandat. Princ. & §. nulli quoque iudici, ac §. interdicimus, Auth. vt iud. ſin. quoq. ſuffrag. ſi. quorum verba retulimus ſupr. cap. 3. quæſt. 1. Neque his obſtat quòd etiam inferiores Principe poſſint dare iudicem, & mandare iuriſdictionem, l. 1. & l. placet, C. de pedan. iud. l. 1. & tot. ferè tit. de iuriſd. omn. iud. cum aliis adductis inter cæteros per Tholoſ. d. lib. 47. cap. 22. num. 9. & ſeqq. nam præterquam quod id perpetuum, ac indiſtinctè verum non eſt, vt patet ex iurib. per eum ibid. allegatis, adhuc dicitur, accipiendum id eſſe, niſi aliud obſtet, ſeu aliunde à iure impediatur, vt in ſimili ſuperiùs diximus de Legato, & Epiſcopo, vbi etiam oſtendimus, ius refragari huiuſmodi Conſeruatorum conceſſioni præſertim ab inferioribus faciendæ. Quod
44 ſi quis vrgeat, † adhuc poſſe aliquando Epiſcopum contra canones, & alium inferiorem Principe contra leges diſpenſare, & iura vtrunque ſaltem ex cauſa tranſgredi, vt patet ex adductis per Fel. in c. 1. num. 49. cum ſeq. de conſtit. & c. quod ſuper his de maior. & obed. & Roch. Curt. in repet. cap. fin. ſect. 3. num. 12. & ſeqq. iuxta nouam impreſſionem de conſuet. ſtatim reſponderi poteſt, ac debet, id intelligendum eſſe, modò ſubſit magna

Princeps ſecularis recognoſcens ſuperiorem, ſicut & alius inferior, non poteſt dare Cõſeruatorem.

Epiſcopus vel alius inferior an aliquando queat diſpẽſare contra canones vel leges.

Digitized by Google

magna cauſa, & neceſſaria veriſimiliter non cogitata per Canonem, aut legem, vt ſatis patet ex iuribus, quibus præfati Doctores, & ab eo relati nituntur; nulla verò huiuſmodi cauſa hîc ſubeſt, cum vtraque lex ſatis prouiderit conſtituendo ordinarios iudices pro prima inſtantia; cauſam verò appellationis vel ſuperiores ipſi cognoſcere poſſint, vel aliis cognoſcendam ſpecialiter demandare, tot.tit.de iuriſd.omn.iud. & de appell. Denique pro complemento huius, ac totius præcedentis quæſtionis adnotandum eſt, quòd † vbicunque Princeps ſecularis poteſt Conſeruatorem dare, tunc neceſſe non eſt, vt is habeat eas qualitates, de quibus d.cap.fin. de off.deleg. in 6. vt potè, quòd ſit Epiſcopus, vel Abbas & c. neque quòd ab illo ea ſeruentur, quæ ibi ſtatuuntur de Conſeruatoribus niſi ex aliis iurib. ſiue ciuilibus, ſiue canonicis, eorúmve interpretationibus ea ipſa colligantur. nam ibi expreſsè declarat Pontifex, hæc omnia ſanciri de Conſeruatoribus, qui à ſede Apoſtolica conceduntur; vnde à contrario ſenſu, (quod argumentum in iure fortiſſimum eſt, c. cum virum, de regular. cum ſimil.) Conſeruatores, qui ab aliis deputantur, illa conſtitutione non continentur; id quod etiam in ſpecie inter cæteros adnotauit ibid. Io. An. & Butr. & Franc. in princ.& Gemin. num.6. Quod autem hîc dicimus, repetitum eſſe volumus in ſingulis quæſt. ſequentium Capitum, quarum deciſio ex eiuſdem cap. fin. conſtitutione, & illius interpretatione pendebit. Atque ex his finis ſit huic noſtro quarto cap.

45 *Conſeruator datus à Principe ſeculari quas habere debeat qualitates.*

SVMMÆ RERVM.

1 *Laicus nequit de poteſtate ordinaria Papæ dari ab eo Conſeruator in cauſis non ſpectantibus ad forum eccleſiaſticum.*

2 *Laicus poteſt dari à Papa Conſeruator pro clerico, vel eccleſia in cauſis, in quibus eſt eorum iudex competens.*

3 *Concilium generale quando poſſit cognoſcere cauſas merè ſeculares.*

4 *Laicus poteſt dari Conſeruator à Papa inter clericos, ſeu eccleſias; aut inter laicum actorem, & reum clericum, ſeu eccleſiam ſaltem in cauſis temporalibus.*

5 *Laico an poſſit delegari ab Epiſcopo vna cauſa ciuilis eccleſiaſtica. & quid in criminali, vel ſpirituali. num.6.*

Digitized by Google

7 *Papa non poteſt generaliter ſtatuere, vt clerici conueniantur coram iudice laico, poteſt tamen aliquas eorum cauſas ciuiles, vel criminales laico delegare. num. 8. & an ſpirituales. dub. num. ſeqq.*

9 *Exemptio perſonarum & rerum eccleſiaſticarum à laicorum iuriſdictione an ſit iuris diuini, vel humani.*

10 *Spiritualia quædam inſtituta à Chriſto, quædam ab eccleſia, & num. ſeq.*

11 *Papatus, & Epiſcopatus iuris diuini ſunt.*

12 *Laicus an poßit dari Conſeruator à Papa cum facultate cenſuras exercendi. & quatuor ſeqq.*

13 *Laicus poteſt ex delegatione Papæ excommunicare, & alias cenſuras ferre ex communiori ſententia. Contraria tamen fortè verior. num. 14. omnino autem poterit habere nudum miniſterium. num. 15. immo & auctoritatem, ſi ſit clericus coniugatus. num. 16.*

17 *Regularis ſimplex tonſuratus poteſt deputari Conſeruator à Papa ex certa ſcientia. aliàs non poteſt. num. 19.*

18 *Certa ſcientia Principis quomodo probetur.*

20 *Prior clauſtralis nequit eſſe Conſeruator citra certam ſcientiam, aut expreſſam facultatem Papæ. neque eius delegatus. num. 21.*

22 *Argumentum à genere ad ſpeciem valet negatiuè, non affirmatiuè.*

23 *Prior clauſtralis quis ſit, & quis conuentualis.*

24 *Prior conuentualis poteſt eſſe Conſeruator.*

25 *Prioratus ſaltem conuentualis eſt dignitas.*

26 *Eccleſia conuentualis rectè dici poteſt collegiata.*

27 *Priores conuentuales ſaltem habent perſonatum in eccleſia collegiata. & alicubi vocantur Abbates. num. 28.*

29 *Guardiani Fratrum minorum, & Priores omnium Mendicantium poſſunt eſſe Conſeruatores. & quid in Vicarijs Regularium; & Præpoſitis Clericorum Regularium. num. 30.*

31 *Abbates maiores Regularium, qui Patres Abbates vocantur, poſſunt deputari Conſeruatores.*

32 *Priores Hoſpitalis Hieroſolymitani, poſſunt eſſe Conſeruatores cum facultate etiam cenſuras exercendi, ſi clerici ſint.*

33 *Cardinalis S. R. E. poteſt deputari, eligive Conſeruator Apoſtolicus.*

34 *Cardinalis poteſt vti inſignibus Pontificalibus, & ſolemniter benedicere. & an conferre minores ordines. num. 35.*

36 *Superioris nomen quomodo ſumi poßit in cap. fin. de off. deleg. in 6.*

37 *Cardinales ſunt maiores dignitate, & ſuperiores Epiſcopis.*

38 Car

Digitized by Google

38 *Cardinales habent dignitatem in Cathedrali. ſunt Patres Papæ, & pars corporis eius. num.39.*

40 *Epiſcopi conſiderari poſſunt poſt electionem, poſt confirmationem, & & poſt conſecrationem.*

41 *Epiſcopi conſecrati alij ſine diæceſi, ſeu titulares ſunt, alij cum diæceſi, ſeu iuriſdictionis exercitio.*

42 *Chorepiſcopi quinam fuerint.*

43 *Epiſcopi quidam ſimplices; quidam Archiepiſcopi, ſeu Metropolitani; quidem Primates, ſeu Patriarchæ, & trib. ſeqq.*

44 *Archiepiſcopus idem cum Metropolitano.*

45 *Primates qui ſint, & an diſtinguantur à Patriarchis.*

46 *Patriarchæ præcipui qui ſint.*

47 *Clerici inferiores Epiſcopo nequeunt præſcribere quæ ſunt Ordinis Epiſcopalis. Poſſunt tamen ea, quæ ſunt iuriſdictionis. num. 48. aut dignitatis. num. 49.*

50 *Clericus inferior Epiſcopo nequit preſcribere poteſtatem exercendi cenſuras, & ea, quæ ſunt meri, vel mixti imperij, niſi iam habeat aliquam dignitatem, & iuriſdictionem, vel prærogatiuam.*

51 *Epiſcopi ſimplices conſecrati poſſunt eſſe Conſeruatores. Idem in Archiepiſcopis, & Patriarchis, ſeu Primatibus conſecratis. num. 52. Idem ſi omnes hi titulares tantùm ſint, aut Epiſcopatui renuntiarint. num.53.*

54 *Epiſcopi, Archiepiſcopi, & Patriarchæ electi tunc demum eſſe poſſunt Conſeruatores, ſi ſint confirmati, & num. ſeq.*

55 *Epiſcopi confirmati non conſecrati licèt non ſint propriè Epiſcopi, habẽt tamen dignitatẽ Epiſcopalem, ac præterea iuriſdictionẽ plenã. n.56.*

57 *Archiepiſcopus quis non dicitur ante ſuſceptionem Pallij.*

58 *Clerici, qui Epiſcopalem iuriſdictionem, ac ſimul dignitatem, vel ſolam iuriſdictionem, ac præeminentiam in Collegiata priuilegio, aut præſcriptione acquiſierunt, deputari poſſunt Conſeruatores.*

59 *Chorepiſcopi an eſſe poſſint Conſeruatores.*

60 *Vicarius, ſeu Officialis Epiſcopi, alius principalis, ſeu generalis, alius foraneus. & num.63.*

61 *Vicarij Epiſcoporum in ſpiritualibus alij generales, alij non.*

62 *Vicarius foraneus nequit eſſe Conſeruator Apoſtolicus. nec delegatus ſedis Apoſtolicæ. num.63.*

64 *Archipresbyter eccleſiæ Cathedralis eſt Vicarius natus Epiſcopi in quibuſdam ſpiritualibus; ſicut Archidiaconus in alijs. vterque tamen non eſt generalis. num.65.*

Digitized by Google

66 *Vicarius generalis Epiſcopi ſecundum aliquos eligi poteſt Conſeruator. Immo & Vicarius Capituli ſede vacante.num. 67. videtur enim habere dignitatem, vel perſonatum in Cathedrali.num 68. Contrarium communius, & verius num.69.cum multis ſeqq.*

70 *Vicarius generalis Epiſcopi propriè non habet dignitatem.*

71 *Dignitas eccleſiaſtica quas conditiones habeat.*

72 *Dignitas Vicarij generalis non eſt propria, ſed aliena, & ideo non conſideratur.*

73 *Obtineri quando aliquid dicatur.*

74 *Dignitas Vicarij generalis Epiſcopi non eſt in Cathedrali, vel Collegiata.*

75 *Vicarium generalem Epiſcopi non poſſe deputari Conſeruatorem probarunt quatuor Romani Pontifices.*

76 *Vicarius generalis Epiſcopi non obtinet perſonatum in Cathedrali, vel Collegiata eccleſia.*

77 *Vicarij Epiſcoporum quomodo de facto ſint Conſeruatores Regularium.*

78 *Vicarij Epiſcoporum poſſunt, ſi adſit conſuetudo, eſſe Conſeruatores.*

79 *Abbates deputari poſſunt Conſeruatores. etiam Clericorum ſecularium. num.80.*

81 *Priores ſeculares quando poſſint eſſe Conſeruatores; & num.94.*

82 *Commendatarij an poſſint deputari Conſeruatores.*

83 *Dignitas, Perſonatus, & Officium eccleſiaſticum largè pro eodem ſumuntur.*

84 *Dignitas eccleſiaſtica propriè quid ſit.*

85 *Perſonatus quid ſit.*

86 *Officium eccleſiaſticum quid ſit, & quotuplex.*

87 *Dignitatem eccleſiaſticam obtinens eſſe poteſt Conſeruator, ſi eam obtineat in eccleſia Cathedrali, vel Collegiata; aliàs ſecus.*

88 *Archidiaconus eſſe poteſt Conſeruator.*

89 *Archipresbyter eſſe poteſt Conſeruator. quid in rurali, vel non habente Collegium. num.90.*

91 *Præpoſitus in eccleſia Cathedrali, vel Collegiata eſſe poteſt Conſeruator.*

92 *Decanus an eſſe poſſit Conſeruator.*

93 *Primicerius an deputari poſſit Conſeruator. & num.94. & 101.*

94 *Præcentor, Cantor, aut ſuccentor an poſſint eſſe Conſeruatores, & num.101.*

95 *Theſaurarius an poſſit deputari Conſeruator. & num.ſeq.*

96 *Dignitatem nouam quis creet in eccleſia.*

97 Regu

Digitized by Google

97 Regularium Conſeruatores debent, ac poſſunt eſſe omnes in dignitate eccleſiaſtica conſtituti.

98 Perſonatum obtinens in Cathedrali, vel Collegiata poteſt eſſe Conſeruator.

99 Præbendam Theologalem, Pœnitentialem, ac Doctoralem obtinentes in Metropolitana Mediolani eſſe poſſunt Conſeruatores.

100 Perſonatum obtinet Canonicus, qui præfertur in optione aliter, quam ob antiquitatem.

101 Primiceriatus, Cantoratus, & Succentoratus an ſint dignitates, vel perſonatus.

102 Officium eccleſiaſticum obtinentes vt ſic nequeunt eſſe Conſeruatores.

103 Sacriſta, Cuſtos, & ſimiles nequeunt deputari Conſeruatores.

104 Cimiliarcha, ſeu Theſaurarius nequit eſſe Conſeruator.

105 Vicedominus, ſeu Oeconomus non poteſt vt ſic deputari Conſeruator.

106 Vicecancellarius, Camerarius, & ſummus Pœnitentiarius vrbis an vt ſic poſſint eſſe Conſeruatores, & num. ſeq.

107 Vicarius vrbis an vt ſic deputari poſſit Conſeruator.

108 Clerici Cameræ Apoſtolicæ an valeant eſſe Conſeruatores.

109 Auditor Curiæ Cameræ Apoſtolicæ an poſſit deputari Conſeruator. & quid in Auditoribus Rotæ Romanæ. num. 110.

111 Referendarij ſignaturæ Papæ an poſſint eſſe Conſeruatores.

112 Protonotarij vt ſic nequeunt eſſe Conſeruatores.

113 Abbreuiatores, & alij ſimiles Officiales Curiæ Romanæ deputari non poſſunt Conſeruatores.

114 Beneficium, cuius ratione quis Conſeruator deputatur, poſſideri debet cum titulo.

115 Prælati, de quibus in extrauag. 1. de elect. in commun. validè procedunt, licèt non ſeruent ibi diſpoſita.

116 Canonici eccleſiarum Collegiatarum nequeunt eſſe Conſeruatores.

117 Canonicus eccleſiæ Cathedralis nō poteſt vt ſic deputari Conſeruator, & duob. num. ſeqq.

118 Canonicus eccleſiæ Cathedralis non habet dignitatem, neque perſonatum.

119 Dictio, aut, & dictio, ſeu, ponuntur inter diuerſa.

120 Subconſeruator debet habere qualitates requiſitas in Conſeruatore, licet hic fuerit ea in re diſpenſatus, aut etiam in eo, vt de ijs, quæ iudicialem exigunt indaginem, cognoſcat; cum clauſula quoque non obſtantibus iuribus loquentibus de Conſeruatoribus.

121 Canonicus etiam Metropolitanæ non poteſt eſſe Conſeruator.

122 Cano

Digitized by Google

122 Canonici Metropolitanæ Mediolanenſ. Rauennatis, & Compoſtellanæ vocantur Cardinales.

123 Archiepiſcopus Mediolanenſis Rauennati præferendus eſt.

124 Canonici Mediolanenſes cappa rubea, & violacea vtuntur, vt S.R.E. Cardinales; & Ordinarij dicuntur. num. 125.

126 Canonici Metropolitanarum inſignium, vt Mediolanen. & ipſi nequeunt vt ſic eſſe Conſeruatores, cum num. ſeq.

127 Magis, & minus non variant ſpeciem.

128 Canonici Patriarchalium eccleſiarum vt ſic nequeunt eſſe Conſeruatores; niſi adſit conſuetudo legitimè inducta.

129 Capitulum Cathedralis plena ſede nequit eligi Conſeruator, & n. ſeq.

130 Singuli aliud ſunt, quàm vniuerſi.

131 Conſeruator quis eſſe non poteſt ſui Conſeruatoris, & num. ſeq.

132 Delegatus poteſt quis eſſe ſui delegati, ſaluo recuſationis iure. etiam ſine ope exceptionis. num. 133.

134 Subditus ratione dominij, iuriſdictionis, vel diſtrictus ſiue eccleſiaſtici, ſiue temporalis nequit eſſe Conſeruator eius, cui ſubditus eſt, & aliquot num. ſeqq. ſecus in ſimplici delegato num. 135.

136 Diſtrictus, dominium, & iuriſdictio inter ſe differunt. & num. 138.

137 Dominium quomodo ſumatur in cap. fi. de off. deleg. in 6. ac definiatur. & quomodo diſtrictus, & iuriſdictio. num. 138.

139 Suffraganeus Epiſcopus non poteſt eſſe Conſeruator ſui Metropolitani. Immo nec clericus ſuffraganei. num. 140.

141 Reges, & Reginæ poſſunt habere ſibi ſubditum in Conſeruatorem.

142 Iudices commiſſarij in partibus debent priùs eſſe electi in ſynodo vel Prouinciali, vel ſaltem Diœceſana habentes qualitates cap. ſtatutum, de reſcript. in 6.

143 Iudices ſynodales eſſe neceſſariò non debent Conſeruatores Apoſtolici ſolo iure Concil. Trid. attento. Quid attento iure nouiſſimo ordinationis Clementis VIII. num. 144.

145 Tenor ordinationis Clementis VIII. de Conſeruatoribus, vt ſint Iudices ſynodales.

146 Regula Cancellariæ Apoſtolicæ vnde dignoſcatur.

147 Regulæ Cancellariæ dum durant, vim legis habent, & omnes ligant. licèt non ſint in corpore aliarum Regularum. num. 148. expirant autem morte Pontificis qui eas edidit. num. 149.

150 Regula Clementis VIII. de Conſeruatoribus nunc locum non habet. & alicubi recepta tempore Clementis non fuit; atque adeo ibi vim legis nõ habuit. n. 151. & ſeq. nec afficit ſingulares perſonas. n. 153.

152 Lex

Digitized by Google

152 *Lex vſu non recepta quando non liget, & recepta quando abrogetur.*
154 *Regulæ Cancellariæ ſunt ſtricti iuris.*
155 *Qualitates requiſitæ in Conſeruatore de iure non excluduntur per regulam Clementis VIII. de Conſeruatoribus.*
156 *Aetas Conſeruatoris ea eſſe debet, quam requirit qualitas tribuens habilitatem ad hoc munus, & num. ſeq.*
157 *Aetas Epiſcopatus, & aliarum qualitatum requiſitarum in Conſeruatore, quæ ſit.*
158 *Canonicatus quam ætatem requirat, maximè vt eum obtinens poſsit ex certa ſcientia deputari Conſeruator. & quid in commenda. num. 159. aut alio ſimplici beneficio. num. 160.*
161 *Aſſeſſorem aſſumere debet ſeptennis, aut vix pubes Conſeruator deputatus.*
162 *Scientia Conſeruatoris ea eſſe debet, quam requirit qualitas tribuens habilitatem ad hoc munus, & num. ſeq.*
163 *Scientia requiſita in Epiſcopo, & aliis dignitatibus neceſſariis in Conſeruatore.*
164 *Scientia peculiaris requiſita in Conſeruatore, vt iudex eſt.*
165 *Princeps poteſt dare imperitos iudices, & Conſeruatores. qui tamen debent aſſumere Aſſeſſorem. num. 166.*
167 *Conſeruator debet eſſe probatæ vitæ, & timoratæ conſcientiæ.*
168 *Qualitates in iudicibus communiter requiſitæ ſaltem de honeſtate, remiſsiuè.*

CAPVT V.

Quinam dari poſsint Conſeruatores.

POSTQVAM in præcedenti Capite vidimus de perſonis, quæ conſtituere poſſint, aut nequeant Conſeruatores, de quibus nos agimus; ſequitur nunc, vt ea, qua fieri poterit, facilitate, ac breuitate de iis perſonis in præſenti videamus, qua id muneris valeant ſuſcipere. Et quoniam pleraq; ſunt genera perſonarum, multæque in iis qualitates conſiderari poſſunt, pleraſque etiam, vt diſtinctiùs procedatur, opus erit hac

in re quæſtiones proponere, vnde & hoc cap. cæteris pleriſque prolixius euadet.

QVÆRO *autem primò, An Laici poſſint eſſe Conſeruatores.*

Quòd poſſint laici dari Conſeruatores à Principe ſeculari contra laicos tam fauore clerici, & eccleſiæ, quàm laicorum, iam vidimus ſupr.cap.præced.q.6.concl.2.vbi etiam adnotauimus, id ita demum procedere, vt hi laici habeant ſolùm poteſtatem cauſam cognoſcendi, non autem cenſurandi [illegible] quod etiam meliùs patebit ex iis, quæ paulò pòſt dicemus de laico, qui conſtitutus ſit Conſeruator à Papa.

Laicus non poteſt de poteſtate ordinaria Papa dari ab eo Conſeruator in cauſis non ſpectantibus ad forum eccleſiæ.

1 Quòd etiam de poteſtate ordinaria † nequeat ſummus Pontifex dare Conſeruatorem laicum contra laicum in caſibus, in quibus aliàs nequit laicus coram eccleſia, ſeu eccleſiaſtico iudice conueniri, ſatis expeditum exiſtimo cum ex aliis iuribus, tum præcipuè ex cap.licèt, de for.compet.vbi Papa mandat inanes decerni litteras Apoſtolicas impetratas à laico contra laicum ſuper rebus, quæ forum ſeculare contingunt; & ibi Doct. communiter adnotarunt, laicum à laico ſuper re ciuili coram iudice eccleſiaſtico non poſſe conueniri, niſi vel conſuetudo id expoſcat, vel in defectum iuſtitiæ ſecularis, præterea in cap.ex tenore, eod.tit. Innoc.3.nos, inquit, attendentes, quòd ſic ſumus viduis in iuſtitia debitores, quòd aliis iniuſtitiam facere non debemus; mandamus, quatenus, niſi ſit talis cauſa, quæ ad eccleſiaſticum iudicem pertinere noſcatur, ei ſuperſedere curetis, &c.quod idem ferè habetur in cap.nuper §.quod autem, de donat.inter vir.& vxor. denique in cap.cauſam quæ il 2.qui fil.ſint legit. Alex.3.nos, inquit, attendentes, quòd ad Regem pertinet, non ad eccleſiam de talibus poſſeſſionibus iudicare, ne videamur iuri Regis Anglorum detrahere, qui ipſarum iudicium ad ſe aſſerit pertinere, fraternitati veſtræ mandamus, quatenus Regi poſſeſſionum iudicium relinquentes, &c.

Difficultas verò in tribus conſiſtit. Primò, An Papa poſſit dare laicum Conſeruatorem pro eccleſia, vel clerico contra laicum in omnibus caſibus, in quibus laicus iure communi poteſt eſſe iudex competens inter laicum, & clericum, ſeu eccleſiam. Secundò, an poſſit de poteſtatis plenitudine vbi aliàs laicus talis cognitionis eſt de iure incapax ſiue quia reus conuentus ſit clericus, vel eccleſia, iuribus allegat. cap. præced.q.6.concl.4.ſiue quia de ſpiritualib.agatur, iuxta c. decernimus, & c.quanto, de iud.

Digitized by Google

iud.cap.tuam,de ord.cog.cap.latet, & cap. cauſam quæ il 2. qui fil. ſint legit. cum ibi not. & ſuis concord. Tertiò, an quandocunque poteſt dari laicus Conſeruator poſſit etiam ei dari facultas cenſuras exercendi, quæ ſingula ſingulis concluſionibus abſoluemus.

Prima igitur concluſio ſit. Poteſt Papa † dare laicum Conſeruatorem pro eccleſia, vel clerico,vbicunque laicus eſt iudex competens inter clericum ſeu eccleſiam, & laicum. Et quidem quòd poſſit in terris eccleſiæ, exigua eſt difficultas:nam ibidem eſt abſolutus Dominus tam in temporalibus, quàm in ſpiritualibus, & vt ait Innoc. 3. in cap. per venerabilem in princ. verſ. id autem, & ſummi Pontificis authoritatem exercet, & ſummi Pontificis exequitur poteſtatem; vnde & reſtituere poteſt famæ ſibi ſubditum laicum quod temporales dignitates vt pluribus relatis comprobat inter alios Sfort. Odd. eruditiſſimus vir in ſuo tract.de reſtit. in integr.quæſt.92. art.4. nu. 40. & 44. & quoad legitimationem eſt tex. in d. cap. per venerabilem, qui fil. ſint legit. in terris verò Imperij aut alterius Principis ſecularis, puto poſſe, ſi accedat acceptatio eius, qui accipere debet delegationem,vel conſenſus ſui ſuperioris,per ea,quæ in ſimili de generali Concilio tradit Campeg. tract. de Concil.cap. 25. dum poſt quendam modernum Aret. tract. de Concil. dicit † cauſas merè ſeculares, & inter laicos iuriſdictioni eccleſiæ non ſuppoſitos in Concilio terminari non poſſe, cap.nouit, de iud.cap licèt cum ſeq. & cap. ſi clericus laicum de for. compet.c.cauſam, quæ il 2.& c.lator, qui fil.ſint legit.niſi vi prorogatæ iuriſdictionis laici, & ſeculares ſe ſubmitterent iudicio Concilij, quia tunc inter tales Concilium ius diceret vi prorogatæ iuriſdictionis, arg.cap.exhibita, & cap. ſignificaſti, de for. compet. & l.Epiſcopalem, C. de epiſc.aud.quod,inquit,intelligendum in caſibus, vbi ſine licentia ſuperioris poteſt fieri prorogatio;qui notantur in d.cap ſignificaſti,& niſi eſſent perſonæ, quæ non recognoſcerent ſuperiorem, quæ poſſent prorogando iuriſdictionem ſubiicere ſe iuriſdictioni Concilij, cap.per venerabilem verſ.inſuper,qui fil.ſint legit. & quòd ſi generale Concilium conſtet non ſolùm de eccleſiaſticis perſonis, ſed etiam de ſecularibus,quia in eo interueniunt non ſolùm epiſcopi, ſed etiam Imperator,Reges,& alij Principes ſeculares, vt eſt text.in cap.ad Apoſtolicæ, de re iud.in 6. eo caſu reſpectu ſecularium

2 *Laicus poteſt dari à Papa Conſeruator pro clerico vel eccleſia in cauſis in quibus eſt eorũ iudex competens.*

3 *Conciliũ generale quãdo cognoſcat cauſas merè ſeculares.*

cauſarum, ſubdit Campeg. cenſetur Imperator Concilio ſuam communicare auctoritatem, vnde eius conſenſu,& auctoritate poterunt in Concilio cognoſci omnes cauſæ, & Concilium in omnes tam ſeculares, quàm eccleſiaſticos habebit iuriſdictionem. verùm de huiuſmodi iuriſdictionis prorogatione, & ſuperiorum aſſenſu latiùs diſſeremus Deo dante infr.cap. 7. q.8. Poterit igitur etiam Papa huiuſmodi conſenſu accedente, vel etiam ſuperueniente talem deputationem in Conſeruatorem, ſeu delegationem laico facere, per ea,quæ paulo ante ex Campeg.adduximus, facta æquiparatione prorogationis iuriſdictionis ratione cognitionis habendæ inter laicos,& ratione delegationis in laicum faciendæ ab eccleſia; cum etiam delegare, ſeu mandare iuriſdictionem actus iuriſdictionis ſit, l.imperium, l. more maiorum,& l.eum,qui iudicare,ff.de iuriſd.omn.iud cum ibi not. & ſuis ſimil. quòd autem requiratur conſenſus, ſeu acceptatio delegationis in eo, qui aliàs non ſit ſubditus, bonus text eſt in d.l.eum,qui iudicare, ſed melior in cap. paſtoralis in princ. vbi gloſ. & Doct. de off. ord. dicitur enim ibi, quòd Archiepiſcopus cauſam ad ſe per appellationem delatam ſubdito ſuffraganei committere poteſt, non tamen ad ipſam ſuſcipiendam illum compellere inuitum; cum in eum (inquit ibid. Pontifex,)exceptis quibuſdam articulis,nullam habeat poteſtatem. id ipſum verò confirmari ex eo etiam poteſt, quòd cap.præced. q 6.concl.3.diximus,poſſe Principem ſecularem clerico volenti,non autem inuito cauſam ciuilem delegare.

4 Secunda concluſio. Poteſt Papa de plenitudine poteſtatis † dare aliquem laicum Conſeruatorem,qui competat inter clericos, ſeu eccleſias;aut inter laicum actorem,& reum clericum ſeu eccleſiam,ſaltem in cauſis temporalibus.Probatur hæc concluſio primò ex eo quod de Epiſcopo tradiderunt plerique Doct. † poſſe ab eo ſaltem vnam cauſam ciuilem eccleſiaſticam delegari laico; quod apertè ſentit gloſ. d.cap.2. verbo non præſumant, expreſsè verò tenuit gloſ. in cap. peruenit, quod eſt 1. verbo concedimus 95. diſt. & cap. benè quidem,verbo, Romanum.96.diſt.Abb.d.cap.2. num.4.& 5. ibique Fel.alios allegans num. 1. Rip. num. 34. & Dec.plurib. relatis de communi atteſtans num.25. Adducunt autem gloſ.& Dec. text in c.exhibita, de arbitr. verùm præterquam quod in multis differunt arbitria, & iudicia, & inter cætera, quòd per arbitrium non detur iuriſdictio,

Locus inter quos detur Conſeruator à Papa.

5 *An laico poſſit delegari vna cauſa ciuilis eccleſiaſtica.*

dictio, ſed tantùm notio; adhuc ibi id non probatur, ſed potiùs contrarium; cum ibid. prohibeat Pontifex arbitro, ne in compromiſſo procedat; deinde non conſtat ex text. quòd ibi ageretur de cauſa ad Epiſcopum ſpectante priuatiuè ad laicum, vt puta quòd clericus eſſet reus. Adducit etiam Dec. text. in cap. clericum cuiuſlibet, 2 q. 1. ſed gloſ. ibi, & Doct. adnotarunt, eum text. correctum eſſe per cap. ſi diligenti, de for. compet. quod idem etiam colligitur ex cap. ſignificaſti, eod. tit. adducit præterea cap. clericum nullus, 2. q. 1. vbi dicitur clericum nullus præſumat apud ſecularem iudicem Epiſcopo non permittente pulſare ſed præterquam quod eandem patitur reſponſionem quòd illud correctum ſit per d. cap. ſi diligenti; adhuc dicitur mendum eſſe; nam loco illorum verborum (clericum nullus præſumat) in Concil. Agathenſi cap. 22. vnde ille canon ſumptus eſt, legitur, clericus ne quenquam præſumat, vt ibid. adnotarunt, ita legendum oſtendentes, ij, quibus emendandi decreti cura à ſede Apoſtolica Gregorio XIII. Pontifice demandata fuerat. Quare contra Dec. & aliorum ſententiam potiùs ſentirem cum Bald. d. cap. 2. & ibid. Barbat. col. 6. & conſ. 45. col. 4. vol. 2. quem refert Dec. & Rip. loc. cit. Epiſcopum nullam cauſam ad ſe ſpectantem poſſe laico delegare, tum per fundamenta Barbat. quæ recitant, ſed non ſufficienter euertunt Rip. d. num. 34. ac duob. ſeqq. & Dec. d. nu. 25. vſque ad 34. tum per ea, quæ ipſimet Dec. & Rip. adducunt, ſed non ſatis ſoluunt à num. 34. vſque 37. tum præcipuè quia, quòd laicus cognoſcat cauſam ad forum eccleſiaſticum ſpectantem eſt contra canones d. c. 2. de iud. c. ſi diligenti, de foro compet. cap. 1. & ferè per totam 2. q. 1. Epiſcopus verò nequit canoni derogare, cap. inferior, 21. diſt. cap. cum inferior, de maior. & obed. & Clemen. ne Romani, de elect. cum ibi not. & ſuis ſimil. Sed poſſet fortaſſe contraria opinio ſuſtineri in cauſis ciuilibus ad forum eccleſiaſticum ſpectantibus vel cumulatiuè, vel priuatiuè dumtaxat ratione præuentionis; tunc enim nullum ius refragatur huic cognitioni laici, modicúmque præiudicium irrogatur epiſcopali iuri, ſi præuentioni 6
renunciet, & permittat laico, vt cognoſcat in quibus aliàs, ceſſante præuentione Epiſcopi, poſſet cognoſcere; qua ratione † idem putarem eodem in caſu etiam in criminalib. mixti fori. quamuis plerique indiſtinctè aſſerant, non poſſe epiſcopum laico delegare cauſas criminales, aut ſpirituales, Dec. ibid. num. 44.

Laico an poſſit ab epiſcopo delegari cauſa criminalis, aut ſpiritualis.

& ſeqq & Abb num 4. & 5 cæterique Doct.communiter. quorum ſententiam in ſpiritualib. veriſſimam puto per text. in cap. 2. & 3 de iud.cap.tuam, de ord cognit.cap. 1 .cap.lator,& c.cauſam, quæ, il 2. qui fil. ſint legit.cum ſimil. De hiſce autem articulis latiùs non diſputo, ne à propoſita materia longiùs digrediar. ex iis tamen,quæ adducta ſunt, colligitur, non eſſe admodum ſolidum prius hoc fundamentum ad firmandam noſtram hanc ſecundam concluſionem. quare alia iacienda ſunt.

Probatur igitur ſecundo loco, & meliùs hæc concluſio,quo-
7 niam † licèt Papa non poſſit generaliter ſtatuere, vt clerici conueniantur ſub iudice ſeculari,quod paſſim tradiderunt Doctor.& inter cæteros Abb.in cap. eccleſia S.Mariæ num.6.& ibi poſt alios Dec. num.16. de conſtit. Card.& alij in cap.2.de maior. & obed. ſiue quia de iure diuino clerici ſint exempti à laicorum iuriſdictione, de quo infra dicemus; ſiue quia eſſet id turbare,ac decolorare ſtatum eccleſiæ, quod Papæ non licet, c. & ſi illa, 1.q.7.gloſ & Doct. in cap. quæ ad perpetuam, 25.q. 1. cum aliis,quæ adducit Mar. ſoc. cap.1. num.24. de for.compet. Fel. d. cap. eccleſia S. Mariæ num. 6. Capiſtr. de auctor. Pap & Conc.par.3.2.par princ.ad finem.& Couar.pract.q.cap.31.num.
8 4.verſ.primum etenim. Poteſt tamen † cauſas aliquorum clericorum ſiue ciuiles, ſiue criminales laicis delegare, vt ex communi reſoluunt Bero q.7. num. 1 Clar.§ fin.q.41. num 8.quam tenet gloſ d.cap.2. verb. non præſumant, & ibi Abb.num.5. ac Doct magis communiter, Abb.d.cap. eccleſia S.Mariæ num. 5. Fel num.6 de conſtit.quod etiam apertè ſentit Couar.poſt alios d.cap 31.pract.q. num. 4. verſ. primum etenim.ad id autem adducunt plerique cap.Mennam,2.q.5.verùm poſterior pars illius canonis incipiens à verſiculo, purgationem tamen, ex qua id probari videtur,per errorem adiũcta fuit priori, ſed eſt pars epiſtolæ. Alex.2 cuius initium habetur in cap.ſuper cauſa,cad.cap. & quæſt.poſt cuius cap.verba ille verſiculus continenter legendus eſt,vt ſatis probant iidem decreti emendatores in notation. ad d.cap.Mennam.at verò in cap.præter §.verùm, 32. diſt. allegato per gloſ. & Abb. nihil ad rem habetur: debuerunt autem allegare §. ad hoc verò; qui ſtatim ſequitur, vbi Gratianus ex epiſtola Vrbani 2. ad Præpoſitum S. Iuuentij refert hæc verba. Scribit hoc prædeceſſor noſter Gregorius Rodulpho Duci Sueniæ, & Bertulpho Duci Carentanorum inter cætera, officium ſimo

Clerici an conueniãtur coram iudice laico per generale Papæ ſtatutum.

Papa poteſt aliquas clericorũ cauſas cognitioni Iudicis laici cõmittere. vide n. ſeq.

Digitized by Google

ſimoniacorum,& in fornicatione iacentium ſcienter nullo modo recipiatis, & quantum poteſtis tales à ſanctis miniſteriis, vt oportuerit, prohibeatis &c. ſed adhuc illud decretum Gregorij euitari poteſt, dicendo, ex eo non probari, fuiſſe à Papa datam cognitionem,& iuriſdictionem laico contra clericum ſimoniacum,ſed potiùs executionem, atque adeo eius auxilium & brachium fuiſſe imploratum,prout ſupra expoſuimus cap.petimus, 11.q.1.quod colligo ex iis verbis (quantum poteſtis) & illis (vt oportuerit) quaſi id permittat Pontifex laicis iuxta poteſtatem tantùm,quæ illis iure competit,& quatenus opus fuerit,vt auxilium ad id eccleſiaſticis iudicibus præſtent. ſed quamuis nullo iure conuincatur,poſſe Papam huiuſmodi cognitionem in ciuilibus,& criminalibus etiam inter clericos laicis demandare,pręterquam in aliquibus cauſis ciuilibus, cum in cauſa feudali dominus laicus cognoſcat inter clericos. eſt enim text. de hoc in cap.verùm, & cap. ex tranſmiſſa, de for.compet.cum ſimil.verùm id tamen in ſe puto, & ſatis probatur, tum quia hæc eſt communior ſententia Doct.tum ex fundamentis,quibus Innoc. cap.2.de maior. & obed. & alij relati à Couar. d. cap.31.num.2. verſ contraria opinio,Germon.tract. de ſacror.immunit.lib.3.c. 15.num. 33. & duobus ſeq. & nuperrimè Iacob. Ant. Marth.in tract.de iuriſd.per & inter iud.eccleſ.& ſecul.exercen.par.2.cap. 6.num.31.vtuntur. tum ex eo,quod id nullo iure prohibeatur; neque ſi ex magna cauſa fiat, dedecus affert ordini clericorum, aut ſtatum eccleſiæ perturbat,iuxta ea,quæ deducit Couar.d.c. 31.num.4.verſ.primùm etenim.

Maior verò difficultas eſt quoad ſpiritualia; an nimirum
† ea,corúmve cognitio poſſint à Papa laico demandari. Qua in 9
re,ſi teneamus,exemptionem clericorum, & rerum eccleſiaſticarum à laicorum iuriſdictione eſſe iuris diuini ſaltem in ſpiritualibus,quam ſententiam tuentur Couar.d.cap 31.num.2.verſic.prima concluſio,Sot.4.ſent. diſt.25.q.2.art.2. concl.2.& nuper Illuſtr. Card Bellarm.tom.1.contr.5.gener.lib.1.cap.28. de quib.ferè intelligi, & exponi poſſe videtur quicquid pro magis communi ſententia aſſertur, quæ indiſtinctè vult, clericorum exemptionem eſſe iuris diuini, de qua latiùs eius fundamenta referentes Couar.d.cap.31 num.1.& Germon d.cap.15. nu.15. vſque ad 31. ac nouiſſimè Iacob. Ant. Martha d.cap.6. ferè per totum. Io. Azor. Inſtit. Moral. par.1. lib.5.cap.12.& Alex. Ambroſin.

Exemptio perſonarum & rerũ eccleſiaſticarũ à laicorum iuriſdictione,an ſit iuris diuini vel humani.

Digitized by

broſin.in Comment.Bullæ fel.rec.Gregorij XIV.de immunitate eccleſ.cap.16.nu.4.& trib. ſeqq. ex quib.nonnulli eam exemptionem conformem eſſe iuri diuino,& naturali,cæteri omnino de iure diuino fore aſſeuerarunt. tunc dicendum videtur, Papam non poſſe delegare laico cognitionem cauſæ ſpiritualis, & conſequenter in huiuſmodi ſpiritualibus cauſis non poſſe ab eo creari laicum Conſeruatorem; ius enim diuinum immutabile eſt,nec regulariter contra illud Papa valet diſpenſare,vt conſtat ex cap.ſunt quidam, 25.q.1.& latiùs comprobat Couar.epit. de ſponſal.& matr.cap.6.§.9.num.4.illúdve etiam ex parte tollere, eíve derogare; maximè in ſpiritualib. vt poſt eundem Couar. lib.1.var.reſol.cap.17.num.8.& alios tradidimus in tract.de decim.cap.5.num.47. cum ſeqq. ſed quia recepta eſt ſententia, vt poſſit Papa committere laicis etiam ſpiritualia, vt tenuit gloſ.d. cap.2.de iud.& ibi interpretes,Abb.num.5.Dec.num.51. & ſeq. Rip.num.40.Bero.d.q.7.num.2.cum ſeq.vbi ad id allegant gloſ. in cap.1.verbo pręcipimus,94.diſt.cap.bene quidem verbo,pręter 96.diſt.& cap.nullus, ſed debuit allegare cap.clericum nullus,2.q.1.alia gloſ.in cap.præter, §.ad hæc verò,verbo, duci,32. diſt.ad id verò eſt optimus text.in cap.illud,& latiùs cap.fin.10. q.3.vbi Pelagius Papa mandat Creſconio illuſtri defenſori Siciliæ, vt non permittat Epiſcopis Siciliæ petere à Parochiis ſuæ diœceſis vltra duos ſolidos nomine Cathedratici;nec conuiuia nimis magna ſibi per eos fieri; vnde & poteſt dare facultatem laico beneficia conferendi; vt poſt Butr. in cap. decernimus de iud.tenet Mil.in Repert.verbo,Papa non poteſt laico,& poſt Io. An.& alios in cap.ſicut,de elect. ſatis oſtendit Dec. d.cap.2. nu. 54.& Bero.d.q.7.num.4. & ius præſentandi, quod ſpirituale eſt laicis fundantibus, ac dotantibus eccleſias conceſſerunt Pontifices toto tit.de iur.patr.& támen ius patronatus ſpirituale quiddam eſt,cap.quanto,de iud.cum ſimil. Ideo diſtinguendum puto de ſpiritualibus, † quæ ſunt iuris diuini,& iis,quæ ſunt iuris humani,ſeu de ſpiritualibus à Deo, & Chriſto Domino inſtitutis, & ab Eccleſia, prout diſtinguunt inter alios Nauar. in Manuel.confeſ.cap.23. num.99.& nouiſſimè Bartol. Vgol.in tract. de ſimon.tab.1.cap.3.§.1.cum trib.ſeqq. & cap.33. cum ſeq. vbi inter ſpiritualia à Deo inſtituta recenſet gratiam, virtutes, ſeptem dona Spiritus ſancti, necnon ſeptem ſacramenta nouæ legis,& iuriſdictionem eccleſiaſticam;ad quæ etiam reduci poteſt Papatus,

10 *Spiritualia quadã inſtituta à Chriſto, quadam ab eccleſia.*

Papatus,& Epiſcopatus ; & quidem, quòd Papatus † iuris diui- 11
ni ſit manifeſtum ita eſt ex Euangelio, vt nullum locum afferre opus ſit. De Epiſcopatu verò licèt apud nonnullos aliqua ſit difficultas ; omnino tamen dicendum eſt, ipſum quoque iuris diuini eſſe, vt inter cæteros ſatis comprobat pluribus Doct. relatis Sot. in 4. diſt. 24. q. 2. art. 2. & Illuſtr. Card. Bellarm. controu. 3. gener. lib. 5. cap. 14 & ſeq. vbi etiam ſoluunt quod ex cap. legimus, 93. diſt. & cap. olim 95. diſt. qui vterque canon ſumptus eſt ex D. Hieron. ille in epiſt. ad Euagriam, hic ad cap. 1. epiſt. ad Titum, obiici poterat ; ſimúlque cæteris contrariis ſatisfaciunt: illud verò ſolùm omiſerunt, quòd maximè huic ſententiæ obſtare videtur, nimirum cap. 1. diſt. 22. vbi Nicolaus Papa 2. omnes, inquit, ſiue Patriarchij cuiuſlibet apices, ſiue Metropoleon primatus, aut Epiſcopatuum cathedras, vel eccleſiarum cuiuſlibet ordinis dignitates inſtituit Romana eccleſia ; per quem præcipuè text. Vgol. d. cap. 3. § 4. voluit Epiſcopatus ſicut alios titulos eccleſiarum iuris humani eſſe. cui tamen, priorem ſententiam ſuſtinendo, reſponderi poteſt, ibi ſolùm probari, diſtinctionem confinium, & diœceſium, ac iuriſdictionum ſingulorum Patriarchatuum, Metropolitanorum Epiſcoporum, ac cæterarum dignitatum, vel harum omnium dignitatum inter ſe factam fuiſſe à Romana eccleſia. Hęc igitur ſunt ſpiritualia diuini iuris, ſeu à Deo inſtituta, humani verò iuris ſunt cæteri beneficiorum tituli, præter Epiſcopatus ; ac præterea modi acquirendi beneficia, ac cætera, quæ latiùs enumerat idem Vgol. d. cap. 3. §. 3. & 4. necnon cap. 34. in princ. num. 4. & ſeqq. Poſita verò hac diſtinctione, dicendum erit, non poſſe Papam demandare laico ſpiritualia à Deo inſtituta, præter illa, quæ diuino iure omnibus communia ſunt ; eorúmque cognitionem non niſi quatenus diuino id iure permittitur ; quæ verò ab eccleſia inſtituta ſunt, indiſtinctè committi à Papa poterunt, eorúmque cognitio laico demandari : atque adeo, laicum non poſſe à Papa Conſeruatorem dari, niſi hac ratione quoad ſpiritualia. ſicque conciliantur quod paulò ante ex gloſ. & aliis diximus, ſpiritualia poſſe à Papa committi laico, cum eo, quod priùs docuimus ex Sot. Couar. & Bellarm. Clericum & Eccleſiam à laicorum iuriſdictione, quoad ſpiritualia fore diuino iure exemptos. ſic etiam intelligendus eſt. Card. Iacobat. tract. de Concil. lib. 5. art. 17. num. 34. dum quærens, an Papa poſſit committere laico cauſam fidei, decidit,

Papatus & Epiſcopatus ſunt iuris diuini.

quòd,ſi dubitatur de iure,an ſit hæreſis,non debet quia ſcandalizaret eccleſiam ; quòd ſi ſolum dubitetur de facto , an talis ſit hæreticus, tunc poteſt. Quòd ſi quis vrgeat Papam dediſſe Imperatori ius eligendi Pontificem , vt in cap. Adrianus , & cap.in ſynodo, 63 . diſt. quod tamen ius poſtea amiſerunt Imperatores tum per ceſſionem , vt in cap. Ego Ludouicus , & cap. tibi Domino,63 .diſt.tum aliis modis , & cauſis, vt per gloſ.& Doct. in prædictis iuribus , & alibi ſæpe ; id ideo fieri potuit ; quia licèt Papatus ipſe ſit de iure diuino , quod tamen Papæ electio fiat à ſolo clero fortè id de iure tantùm humano eſt , ſicut & electio Epiſcoporum. De Papatu quoque non niſi per Concilium cognoſci poteſt vt latè per Iacobat.inter cæteros d. tract. de Concil.lib. 5.art.8.& ſæpius in eo tract.

12 Laicus an detur Conſeruator à Papa ad cẽſuras exercendas.

13 Laicus ex delegatione Papæ excõmunicare poteſt, & alias cenſuras ferre ex cõmuniori ſententia.

Tertia concluſio. Probabilius mihi eſt , quandocunque poteſt laicus dari Conſeruator , non poſſe † illum dari cum facultate cenſuras exercendi. Et quidem vbi à Principe ſeculari conſtituitur nulla eſt difficultas , cum ipſe non habeat huiuſmodi facultatem. Difficultas aliqua eſt quoad Papam. nam quòd Papa † poſſit dare facultatem laico excommunicandi, & cenſuras exercendi , voluit gloſ. d. cap. præter. §. ad hoc verò , 32 . diſt. quam ſequitur ibi Gemin. num. 16. alia gloſ. in c. benè quidem verbo laico, 96.diſt. Abb. in c.eccleſia S.Mariæ num. 5. de conſtit. & in cap. 2 . de iudic. num. 5. & ibi Dec. num. 53. Io. An. c.2. num. 7. de præben. in 6. Card. Iacobat. d. tract. de Concil. lib.2 . art.2 . num.34. Io.de Lign.in tract.de cenſur. eccleſ. §.22. num. 2 . Nauar. in Man. cap. 27. num. 6 . & conſ. 1. alias 73. de ſent.excomm. Tolet. in ſum. ſeu inſtruct. ſacerd. lib. 1 . cap.6. in princ. & alij plerique , quos referunt , ac ſequuntur Vgol. in ſimil tract.tab. 1.cap.2.§.10.num.4. Greg.Sayr. in Theſaur. Caſ. conſ. lib. 1. cap. 5. num. 15. & nouiſſimè Franc. Suar. de cenſur. diſput. 1 . ſect. 3 . num. 11 . & ſeq. quod idem in femina aſſerunt Tolet loc.cit. Nauar.d.conſ. 1 & poſt alios Suar.d.ſect. 3.num.7. Vgol. d.cap 2 . §.7. num. 5. Sayr.d cap. 15.num. 17. ita vt ſaltem quoad laicum dici poſſe videatur , hanc eſſe communem Doct. ſententiam prout teſtantur Vgol. & Sayr.loc.alleg. Nam quoad feminam longè pauciores id tenent , & oppoſitum defendit Auil. in ſuo nouiſſimo tract.de cenſur. par. 1. dub.6. concl.3.

Mouentur autem ferè omnes præcitati Doct. tum ex d. cap. præter §. ad hoc verò. vbi Vrbanus 2. Papa refert Gregorium

Ponti

Pontificem Rodulpho Duci Sueuiæ, & Bertulpho Duci Carentanorum inter cætera ſcripſiſſe, vt Clericos Simoniacos, & in fornicatione iacentes à ſacris miniſteriis prohiberent. Tum quòd cenſuras ferre iuriſdictionis eſt, non ordinis, vt ibid. gloſ. & Doct. adnotarunt, & plerique tradiderunt, quos inter cæteros refert, & ſequitur Sayr. d. cap 5. num. 19. & ex eo conſtat, quòd etiam qui ſolùm primam tonſuram habet, ſi aliàs iuriſdictionem eccleſiaſticam habeat, poteſt iure communi cenſuras ferre; cum tamen prima tonſura proculdubio ordo non ſit, quicquid plerique Canoniſtæ voluerint. Poteſt autem Papa delegare laico ea, quæ non ordinis ſunt, ſed iuriſdictionis, vt poſt Abb. in c. quanto de conſuet. ex communi reſoluunt Dec. d. c. 2. num. 55. & ſequitur Rip. num. 40. de iudic. tum denique quia, quòd laicus, aut femina nequeat ferre cenſuras, & incapax ſit iuriſdictionis eccleſiaſticæ, non eſt inductum à iure diuino, ſed ſolùm eccleſiaſtico, cui regulariter poteſt Papa derogare, cap. propoſuit de conceſſ. præben. cum ſimil. Id autem confirmatur quia, vt ait Sayr. d. num. 15. poſt ſedes in 2. 4. quæſt. 24. art. 2. concl. 5. prima tonſura; &, vt quidam volunt ordines minores non ſunt de iure diuino, & proinde, cum vir ille, qui habet minores, vel primam tonſuram ex commiſſione, vel etiam ex officio, ſi electus ſit, & confirmatus Epiſcopus, poteſt excommunicare, poterit & laicus ex Papæ commiſſione. Verùm pace tot, tantorúmque virorum, & ſalua ſemper in omnibus determinatione S. Matris eccleſiæ ipſe verius exiſtimo, † non poſſe à Papa delegari laico facultatem excommunicandi; & alias cenſuras exercendi; vt ſatis apertè tenet Couar. in relect. c. alma mater. 1. par. § 2. num. 3. apertiùs Anaſtaſ. Germon. tract. de ſacror. immunit. lib. 3. cap. 14. num. 3. & 4. necnon num. 12. & ſeq. apertiſſimè verò ac diſertis verbis tenet quod nos dicimus Mil. in Repert. verbo, Papa non poteſt laico, dum poſt Butr. in cap. decernimus de iudic. docet Papam non poſſe laico delegare poteſtatem excommunicandi, nec abſoluendi ab excommunicatione. Ratio eſt, quia cenſuras ferre iure diuino ad ſolos eccleſiæ miniſtros pertinet. quod probo, quia poteſtas excommunicandi pertinet ad claues regni cœlorum, vt ſatis conſtat ex Matth. 18. vbi Chriſtus Dominus, poſtquam dixerat de eo, qui corrigi non vult propter priuatam admonitionem, dic Eccleſiæ; quòd ſi eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus, &

14 *Non poteſt Laicus excõmunicare, & cenſuras exercere, etiam ex delegatione.*

ized by Google

publicanus; oſtendens, quam facultatem ad id Apoſtolos habere vellet, ſubiunxit; Amen dico vobis, quæcunque ligaueritis ſuper terram erunt ligata & in cœlis, & quæcunque ſolueritis ſuper terram erunt ſoluta & in cœlis. quem locum de poteſtate præcipue excommunicandi intelligendum eſſe ex gloſ. D. Chryſoſtomo, & aliis ſatis probant Couar. d.relect. c.alma mater. 1. par. initio num. 8. Valentia in tomo controuerſ. lib. de efficacia excommun. eccleſiaſt. cap. 1. Sot. in 4. ſent. diſt. 22. quæſt. 1. art. 1. Anaſtaſ. Germon. tract. de ſacror. immunit. lib. 3. cap. 14. & Vgol. d. tract. de cenſur. tab. 1. cap. 1. in princ. num. 1. & 2. vbi generaliter oſtendit poteſtatem ferendi cenſuram eſſe tunc à Chriſto eccleſiæ traditam; quod etiam tradit Abul. & alij in d. cap. 18. Matth. & fatetur Suar. de cenſur. diſput. 2. ſect. 1. num. 1. licèt hic num. 2. contendat inſtitutionem ipſius cenſuræ humani iuris eſſe; & Couar. ac Germon. de ſola excommunicatione loquantur. Quòd verò poteſtas excommunicandi ad clauem ligandi, & ſoluendi pertineat in ſpecie tenet Sot. 4. ſent. diſt. 20. quæſt. 1. art. 1. & ad claues regni cœlorum idem Sot. diſt. 22. quæſt. 2. art. 1. fi. & poſt S. Thom. in 3. diſt. 18. q. 2. docet Germon. d. cap. 14. num. 12. optimúſque ad id eſt text. vbi gloſ. & Doct. in cap. noua de pœn. & remiſſ. quia nimirum per cenſuras priuatur quis ſuffragiis eccleſiæ, aliíſque bonis ſpiritualibus ad vitam æternam, regníque cœlorum aditum conducentibus. at verò claues regni cœlorum ſolis Prælatis, & eccleſiæ miniſtris à Chriſto Domino datas eſſe, ſatis conuinci videtur ex illo loco Matth. 16. tibi dabo claues regni cœlorum, & quodcunque ligaueris ſuper terram erit ligatum & in cœlis; & quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis. per quæ verba in B. Petro eccleſiæ collatam, vel promiſſam eſſe poteſtatem ligandi, ac ſoluendi, ac proinde excommunicandi, ac reconciliandi, auctor eſt D. Auguſtinus in Io. tract. 50. & habetur cap. quodcunque 24. quæſt. 1. idem quoque apertè colligitur ex d. loco Matth. 18. quæcunque alligaueritis &c. cum enim per ea verba data ſit, vel certè promiſſa poteſtas excommunicandi, & alias cenſuras ferendi, vt ſupr. oſtendimus, atque inter ceteros etiam Illuſtr. Card. Bellarm. tom. 1. controu. 3. gener. lib. 1. cap. 12. verſic. obiectio ſexta, & rurſus controu. 5. gener. lib. 1. cap. 7. verſic. Matthias Illyricus, vbi quoque oſtendit, à Chriſto Domino promiſſam, ac traditam fuiſſe poteſtatem

ligandi,

Digitized by Google

ligandi, ac ſoluendi Papæ, & eccleſiæ Prælatis, non autem reliquæ multitudini; quod etiam ex Vrbano, & Martino Pontificib. Romanis, Hieron. Auguſt. Hilar. Chryſoſt. & aliis doctiſſimis iuris tradunt Couar. d. cap. alma mater, 1. par. in initio num. 8. & Abulen. d. cap. 18. Matth. quæſt. 114. qui & aſſerit hanc eſſe communem Doctorum explicationem ad eum locum, & ibi tradi clauem iuriſdictionis miniſtris eccleſiæ, qui tamen ſint clerici; ſatiſque conſtat ex cap. verbum, de pœnit. diſt. 1. vbi dicitur, ius ligandi, & ſoluendi à Deo conceſſum eſſe ſolis ſacerdotibus, hoc eſt, miniſtris eccleſiæ, vbi prædictum ius in tota generalitate ſumatur; quòd ſi præciſè pro poteſtate abſoluendi, & retinendi peccata in foro pœnitentiali, ſumatur, tunc ſacerdotes ibi in propria accipiuntur ſignificatione, ſed parum ad rem noſtram id faceret. ac d. cap. noua, de pœnit. & remiſſ. vbi Innoc. 3. ait, quòd, licèt beatiſſima Virgo Maria dignior, & excellentior fuerit Apoſtolis vniuerſis, non tamen illi, ſed iſtis Dominus claues regni cœlorum commiſit; & præterea Concil. Trident. ſeſſ. 14. cap. 6. & can. 10. de ſacram. pœnit. definiuit, non omnibus fidelibus dictum eſſe à Chriſto Matth. 18. quæcunque alligaueritis ſuper terram erunt ligata & in cœlo, & quæcunque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlo. Cum autem hæc ita ſint, apertè inde conſequitur, iure diuino fore ſolis eccleſiaſticis perſonis conceſſam poteſtatem cenſuras exercendi, ab iiſdémque ſoluendi. Vel enim mox memorata verba Matth. 18. quæcunque alligaueritis, &c. ex mente Chriſti Domini referuntur etiam ad laicos, & ſic de iure diuino etiam laici abſque vlla delegatione Pontificia haberent poteſtatem ferendi cenſuras, & ab iis abſoluendi, quod erroneum, immo hæreticum eſſet dicere ex prædictis, maximè propter expreſſam Concil. Trident. definitionem, vel ad ſolas perſonas eccleſiaſticas, & ſic habemus intentum, hanc poteſtatem ad ſolos eccleſiaſticos viros iure diuino pertinere. cui iuri nequit Papa derogare, excepto vinculo voti, iuramenti, & matrimonij non conſummati, & ſi quæ alia ſunt diuina præcepta, quæ præcepta non ſunt in actu exercito, ſeu actu obligantia ante actum humanum, qui & dum geritur, tacitè ſecum habet, & ex iuris interpretatione exceptionem, & reſeruationem auctoritatis ſuperioris prout de iuramento eſt opt. text. in cap. venientes, de iureiur. & humanæ, præſertim eccleſiaſticæ, cum de rebus ſpiritualibus

agatur, ſubditur poteſtati, iuxta ea, quæ optimè inter, & poſt alios tradit Thom. Sanchez, quem non niſi poſt pene paratam huius operis editionem legimus, in ſuo eruditiſſimo, & luculentiſſimo tract. de matrim. lib. 2. diſput. 14. num. 5. & lib. 8. diſput. 6. num. 2. ſentitque etiam ex Theologorum ſententia Iacob. Ant. Martha in allegato tract. de iuriſdict. per, & int. iudic. eccleſiaſt. & ſecul. exercen. par. 4. caſ. 93. num. 13. & quamuis idem Sanchez d. diſput. 6. num. 5. poſt alios probare contendat, Papam poſſe diſpenſare ſaltem in aliquibus præceptis diuinis etiam præter prædicta; nihilominus, præterquam quòd communis opinio in hac re eſt oppoſita, vt patet ex relatis per eundem d. diſput. 6. num. 4. id ipſum quoque idemmet Sanchez intelligit, verúmque eſſe putat in iis diuinis præceptis, quorum diſpenſatio neceſſaria ſit ad regimen eccleſiæ, vt conſtat ex adductis per eum d. num. 5. & 6. ſed & in hoc caſu id locum habere non poteſt, vbi tali diſpenſationi, ſeu cauſæ diſpenſationis præponderaret inuiolabilis cuſtodia eorum præceptorum, vt idem docet ead diſp. 6 num. 10. At nulla eſt talis neceſſitas committendi laico facultatem cenſurandi; & vbi eſſet, ei præponderaret inuiolabilis cuſtodia prædicti diuini præcepti, ne ſtatus laicus, & eccleſiaſticus confundantur, & apud laicum ſit tanta poteſtas, quanta eſt ligandi, & ſoluendi, & clauibus regni cœlorum illud pro arbitrio claudendi, & aperiendi. Confirmatur autem id ipſum, quoniam ſtatus, & ordo laicorum diuino iure differt à ſtatu eccleſiaſtico, vt apertè colligitur ex cap. cleros; diſt. 21. & cap. duo ſunt, 12. q. 1. docétque Bellarm. d. controu. 5. lib. 1. cap. 1. ferè per tot. & cap. 28. propoſ. 1. latiúſque probat controu. 3. lib. 1. cap. 6. & 7. licèt id, quo hi duo ſtatus inter ſe diſtinguuntur, nimirum, prima tonſura, iure poſitiuo humano ſit inducta, cap. cum contingat, de æt. & qual. ſicut Papa ab hominibus electus habet immediatè à Deo Pontificiam ſummam poteſtatem. Quòd ſi quis vrgeat, non licere arguere ex eo loco Matth. 18. qui præcipuè hanc noſtram ſententiam comprobare videtur, quaſi ob id ſolis eccleſiæ miniſtris liceat iure diuino cenſuras ferre, quòd ea verba ad ſolos eccleſiæ miniſtros dirigantur, dictáque ſint. nam licèt etiam ſolis Apoſtolis dixerit Chriſtus Dominus Matth. vlt. euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, &c. tamen inde non probatur, iure diuino ad ſolos eccleſiæ miniſtros pertinere in fide inſtruere,

re,

re,ac baptizare; ſed id quoque permiſſum eſſe laicis in caſu neceſſitatis, vt optimè oſtendit inter cæteros Bellarm.tom.2.controuer.2.gener. lib.1. cap. 7. Reſponderi ſtatim poteſt primùm, aliunde etiam noſtram ſententiam à nobis fuiſſe confirmatam. deinde prædicti vtriuſque caſus diuerſam eſſe rationem, ex iis, quæ ibidem affert Bellarm. nam præterquam quòd non eſt certum,an illa verba, euntes docete,&c. dicta ſint ſolis Apoſtolis; licèt enim Matthæus mentionem faciat tantùm vndecim Apoſtolorum; tamen probabile eſt fuiſſe tunc præſentes multò plures, cum videantur dicta ea verba in die Aſcenſionis, quo die adorant cum Apoſtolis quingenti fratres, vt Apoſtolus Paulus teſtatur 1.Corinth. 15.adhuc dicitur, quòd pro neceſſaria in fide inſtructione,& baptiſmo laicis permiſſo in articulo neceſſitatis extat totius eccleſiæ conſenſus, iſque antiquiſſimus, atque adeo ab ipſo exordio eccleſiæ ad nos deductus,quæ ita interpretata eſt tum vſu, tum manifeſta declaratione propter huius ſacramenti neceſſitatem illum Matth.locum, vt laicis quoque liceat in caſu neceſſitatis, vbi eccleſiæ miniſter haberi nequeat,& in fide inſtituere, & baptizare; quod latè comprobat toto ferè illo cap. Bellarm. At verò pro huiuſmodi delegatione cenſuras exercendi in laicum facienda, neque vllam expreſſam eccleſiæ, aut Pontificis declarationem, neque vſum,vnde talis interpretatio elici poſſit; neque etiam præciſam neceſſitatem hanc poteſtatem exercendi, minus verò per laicos; neque aliam manifeſtam rationem habemus. Nam ad illud cap. præter §. ad hoc verò aliàs §. verùm, 32. diſt. ſatis reſponderi poteſt, illa verba Gregorij non eſſe intelligenda de ſuſpenſione, quæ cenſura ſit, prout etiam Abb. & communiter Doct. explicant text. in cap. dilecta de maior.& obed. vbi in fortioribus terminis Papa mandat ſeruari ſuſpenſionem latam à quadam Abbatiſſa contra quoſdam Canonicos, & clericos ſibi ſubditos; ſed intelligenda ſunt de ſuſpenſione facti, ſeu executione ab illis Ducibus contra clericos ex mandato Pontificis facienda, vel de exhibitione brachij ſecularis, cum imploratum fuerit ab eccleſia in defectum, & auxilium ſuæ poteſtatis, quod ſatis colligitur tum ex illis verbis ibidem poſitis (quantum poteſtis) quæ, ſi de facto intelligantur, iam habemus intentum; ſi de iure, ius non permittit laicis in clericis niſi auxilium brachij, vbi deſit poteſtas eccleſiæ,ab eáque imploretur, cap.1. & cap. quoniam de off. ord.

cap.

cap.cum non ab homine,de iud.& cap.vlt. de exceſſ.prælat.tum ex illis (vt oportuerit) quibus ſimilia ſunt quæ habentur d.cap. vlt. de exceſſ. prælat. necnon d.cap. 1. & cap.quoniam in pleriſque de off.ord. atque etiam in cap.petimus 2.q.1. cap. Princeps cap.inceſtuoſi,& cap.Regum 23. q.3. tum denique ex illo (prohibeatis) quod ſonat in factum l. vim facit §. 1. ff. quod vi aut clam,cum ſimil.

Ad priorem autem ex rationibus ſuperiùs in contrarium allatis, Reſpondeo, quòd licèt ferre cenſuras ſit actus iuriſdictionis non ordinis, prærequirit tamen ordinem,vel ſaltem diſpoſitionem ad ordinem,quæ fit per primam tonſuram, c.cum contingat de æt.& qual.& ord. præfic. quod concedunt Vgol. Suar. & alij contrariæ ſententiæ fautores in loc. allegat. debétque de iure diuino ſaltem eſſe in ſtatu clericali, vt ſupra oſtendimus cui diuino iuri regulariter non poteſt per Papam derogari, vt paulò ante docuimus.ex quo etiam patet ſolutio poſterioris rationis. Ad cuius confirmationem reſpondeo, quòd,licèt prima tonſura ſit inſtituta ab eccleſia, ſicut etiam ab eadem ſtatutum eſt, quòd per primam tonſuram quis conſtituatur in ſtatu clericali, atque in ordine miniſtrorum eccleſiæ;tamen ſufficit,quòd diſtinctio cleri à populo ſit de iure diuino, quódque facultas excommunicandi,& alias cenſuras exercendi ad ſolos clericos, & eccleſię miniſtros eodem iure pertineat vt ſuprà oſtendimus, licèt deinde eccleſiæ ab eodem Chriſto Domino relictum fuerit determinare aliqua de eccleſiæ miniſtris,vt patet ex iis, quæ affert Bellarm. in locis alleg. Conſtat ergo ex prædictis non poſſe etiam à Papa delegari laico facultatem cenſuras exercendi, quòd ea facultas iure diuino ſolis eccleſiæ miniſtris competat. Multò verò minus feminæ, tum propter eandem rationem, tum propter alias, quas afferunt Ledes. loc.cit. & Couar.d.§.2. num.2.ſed vbi etiam id iuri diuino non repugnaret;cūm tamen cederet in dedecus eccleſiæ, eiúſque ſtatus decoloraretur,ſi vel laicus, vel femina auctoritate ſua, licet ſibi per delegationem attributa, excommunicationem in aliquem ferret; adhuc dicendum eſſet, Papæ non licere huiuſmodi delegatiooem in laicum, vel feminam facere: neque enim Papæ licet id per quod ſtatus eccleſiæ decoloretur, vt ſupra concl. præced. ſatis oſtendimus,quibus nunc addo Iacob.Ant.Marth.d.par.2.cap.6.num. 29.& 34.vbi alios allegans ex communi probat etiam non poſſe

à Papa

Digitized by Google

à Papa ſubmitti laico cauſas ſpirituales per viam ordinariæ iuriſdictionis, licèt eſſet in aliquo loco particulari; quia, inquiunt, hoc reſpicit vniuerſale eccleſiæ præiudicium. quod quidem multo maius eſt in poteſtate laicis conceſſa cenſuras exercendi, quàm cognoſcendi de cauſis ſpiritualibus, aut ciuilibus, vel criminalib. clericorum. Fateor tamen, † poſſe laico, vel etiam feminæ ſolum, ac nudum miniſterium excommunicandi à Papa demandari; ita, vt non auctoritatiuè, ſed miniſterialiter, & tamquam ſimplices mandatarij, atque omnino aliena iuriſdictione excommunicent; cum id neque repugnet iuri diuino, neque eccleſiæ dedecus afferat; & huiuſmodi nuda miniſteria etiam in ſpiritualibus laicis de iure non ſint prohibita, vt patet ex latè traditis à Bero. q. 7. num. 7. & notatur per Dec. & alios communiter d. cap. 2. de iud. cap. & hoc fortè voluerunt multi ex Doctoribus ſuprà pro contraria ſententia relatis, dum eorum aliqui ſolùm dicunt, Papam poſſe committere laico excommunicationem; alij, quòd laicus excommunicare poteſt non iure ſuo, ſed ex commiſſione Papæ. Fateor quoque, † poſſe clericum coniugatum etiam ſi non incedat in habitu, & tonſura (licèt aliàs fortè nequeat creari vicarius ab Epiſcopo, vt poſt alios docet Sanchez de Matrim. lib. 8. diſput. 46. num. 14.) habere ex delegatione Papæ facultatem excommunicandi, dummodo Papa in commiſſione nominet eum clericum; nam tunc eſt capax clericus ille iuriſdictionis ſpiritualis, cum ſupponatur habere ſaltem primam tonſuram, & ex eo, quòd conſtat ſaltem ex actis, illum eſſe clericum, non decoloratur ſtatus eccleſiæ ex huiuſmodi commiſſione, vel exercitio facultatis cenſurandi. Quòd ſi etiam durum videretur à communiori ſententia recedere, quæ indiſtinctè habet, poſſe Papam laico facultatem concedere cenſuras exercendi auctoritatiuè; ad fundamenta pro contraria paulò antè à nobis allata, reſponderi poſſet, ex iis ſolùm probari, non poſſe laicum cenſuras ferre iure ſuo, & ordinaria auctoritate, aut etiam delegata, ſi generalis ſit, vt puta ad vniuerſitatem cauſarum. & ſic adhuc non poterit facultas cenſuras exercendi concedi laico Conſeruatori, qui eſt delegatus ad vniuerſitatem cauſarum, vt oſtendemus cap. 7. q. 1. concl. 3.

15 *Laico nudũ excõmunicandi miniſteriũ à Papa demãdari poteſt.*

16 *Excõmunicandi poteſtatẽ habet clericus coniugatus ex delegatione Papæ.*

Porrò ex his, quæ hucúſque in hac tertia concluſione diximus, colligi facilè poteſt, quod in ea poſuimus, probabilius eſſe, non poſſe laicum etiam à ſummo Pontifice dari Conſeruato-

rem cum facultate cenſuras exercendi, ſiue quia id iuri diuino repugnaret, ſiue quia ſtatum eccleſiæ decoloret; cum præſertim Conſeruator ſit delegatus ad vniuerſitatem cauſarum. Niſi fortè eſſet clericus coniugatus, quamuis non in habitu, & tonſura incederet, facta tamen ſaltem in litteris deputationis mentione, quòd is clericus ſit, vt paulò ante de ſimplici delegatione diximus. Atque hæc de tota hac quęſtione dicta ſint ſatis; cuius nimiam fortaſſis prolixitatem ſequentium, maiori qua fieri poterit, breuitate compenſabimus.

QVÆRO *igitur ſecundò in hoc capite, An Regulares dari poſſint, ſeu eligi Conſeruatores.*

17 *Regularis ſimplex tonſuratus poteſt eligi Cōſeruator à Papa ex certa ſciētia.*

Certum omnino eſt, quòd † vbi Papa ex certa ſcientia etiam ſimplicem regularem Conſeruatorem creare vellet, poſſet id facere, dummodo aliàs ſaltem primam tonſuram habeat; nam tunc capax eſt iuriſdictionis eccleſiaſticæ, vt ſupra q. præced. concl. vlt. docuimus. & confirmatur ex eo, quod tradit gloſ. vlt. in Clem. 2. quam omnes ſequuntur, de reſcript. dum ait, quòd licèt officialis Epiſcopi, qui non ſit principalis, ſicut & Prior clauſtralis nequeat dari Apoſtolicus delegatus; poteſt tamen, ſi ex certa ſcientia detur, per not. in cap. cum olim, de priuileg. idque procedit, licèt non dicatur, non obſtante tali lege, vel canone, vt ibid. Barbat. adnotauit, tradúntque Doct. in cap. 1. de conſtit. in 6. Huiuſmodi autem certa ſcientia † conſtabit, ſi de certa ſcientia fiat expreſſio in litteris, gloſſ. cap. ſtatutum, in princ. verbo, litterarum, de reſcript. in 6. per text. in cap. ſi motu proprio, de præbend. eod. lib. Vital. d. Clem. 2. num. 44. & Imol. num. 37. Abb. num. 12. vterque ſubdens, idem fore, ſi ex tenore litterarum cognoſci poſſit, quòd Papa habuerit notitiam facti; id quod etiam adnotauit Franc. d. cap. ſtatutum in princ. aliiſque modis, de quibus latè inter cæteros Ant. Gabr. comm. concl. lib. 6. tit. de clauſ. concl. 1. num. 66. & ſequent. & Thom. Sanchez tract. de Matrim. lib. 8. diſput. 4. num. 4. & 5. vbi etiam diſcriminis rationem poſt alios affert inter certam ſcientiam, & motum proprium, cur hic non niſi per expreſſionem in litteris probetur, illa verò etiam aliter. quæ tamen ratio vix conſtare videtur cum eo quod idem Sanchez docuerat d. lib. 1. diſp. 1. num. 6. motu proprio aliquid conceſſum dici poſſe licèt petitum fuerit à parte. melior illa erit, quòd cum inſcrutabile ſit cor hominis Hierem. 17. præcipuè Regum, Prouerb. 25. vix certò aliter dignoſci poteſt,

18 *Certa ſcientia Principis quomodo probetur.*

Digitized by Google

reſt, quàm ſi ab eo cuius eſt, verbis prodatur; ſcientiam verò etiam certam alicuius aliqua de re certum eſt aliunde quoque euidenter oſtendi, vt per Doct. relatos infra cap. 7. quæſt. vlt. concl. 4.

Quod autem dicimus in hac Regularium materia, dicendum quoque eſſe volo de aliis perſonis, quæ aliàs ex iuris diſpoſitione nequeunt eſſe Conſeruatores, de quibus in ſequentib. q. huius cap. vnde hoc ipſum ibi non repetemus, comprobantes, ſed ſolum aliquando admonentes.

Difficultas verò eſſe poteſt, vbi non conſtet de huiuſmodi certa ſcientia, & in terminis iuris communis, an regularis deputari valeat Conſeruator, prout loquitur textus quoad qualitates delegati in d. Clem. 2. de reſcript. & cap. ſtatutum in princ. de reſcript. in 6. & quoad qualitates Conſeruatoris d. cap. fin. de off. deleg. in 6.

Quo in articulo ſit prima concluſio. Simplex Monachus, aliúſve Regularis † non poteſt deputari, ſeu eligi Conſeruator. 19

Monachus ſiue regularis ſiue ſimplex nequit deputari Conſeruator à Pontifice.

Patet, tum, quòd religioſis ſimplicibus prohibitum eſt iudicare C. de præſentium 16. q. 1. quod etiam adnotauit Io. An. in cap. ſtatutum, num. 21. de reſcript. in 6. per text. in cap. tria 7. q. 4. niſi fortè vocentur ab Epiſcopo ad officiũ Vicariatus de licentia ſui ſuperioris, vt tradunt Doct. communiter ad Clem. 2. & latè inter cæteros oſtendit Iacob. Sbroz. in ſuo eruditiſſimo tract. de off. vicar. q. 37. cum duab. ſeqq. tum quòd non habet huiuſmodi ſimplex regularis aliquam ex qualitatibus requiſitis à Bonif. 8. d. cap. fin. in princ.

20 *Prior clauſtralis nequit dari Conſeruator citra certam ſcientiã, aut expreſſam Papæ facultatem.*

Secunda concluſio. Neque etiam Prior clauſtralis † poteſt citra certam ſcientiam, aut expreſſam facultatem Papæ eſſe Conſeruator. Probatur, tum quòd ita ſenſire videtur gloſ. in d. Clem. 2. verbo, delegatus. expreſſiùs vero tenet ibid. Io. Imol. num. 30. & Vital. num. 37. tum quòd huiuſmodi Prior clauſtralis † nequit eſſe iudex delegatus ſiue Papæ, ſiue Legati, vt expreſsè cauetur in d. Clem. 2. vnde, cum Conſeruator ſit ſub genere iudicis delegati vt ſupr. cap. 1. q. 2. docuimus, ſequitur, vt neque Conſeruator eſſe poſſit; valet enim † argumentum à genere ad ſpeciem negatiuè conceptum, vt, lignum non eſt animal, ergo non eſt homo, vnde ſolemus dicere, quòd ad remotionem generis ſequitur remotio ſpeciei, l. 1. §. fin. iuncta gloſ. ff. de ſuis, & legit. hæred. cum aliis adductis per Bellon. de argum. leg.

21 *Neque eius delegatus.*

22 *Argumẽtũ à genere ad ſpeciem quomodo valeat.*

cap.5.num.3. Euerar.in loc.à gen. ad ſpec. num.1. & nouiſſimè Vigel.lib.2.Dialect.iur.loc.à gener.reg.2.qui etiam iiſdem in locis probant non valere argumentum affirmatiuè ſumptum à genere ad ſpeciem; vnde non ſequitur,hoc eſt animal, ergo eſt homo,non poteſt eſſe equus, leo, aut aliud ſimile animal. Sunt

23 *Prior clauſtralis quis ſit & quis cõuentualis.* autem † Priores clauſtrales, vt poſt Guliel.docet Anchar.dict. Clem.2. num.9. qui ſolùm ad curam animarum,& ad regulares obſeruantias eliguntur, & quaſi inexperti ſunt forenſium negotiorum, quia debent ſeruare ſilentium, & eſſe ſub obedientia Abbatis,& ſine clauſtro finguntur non poſſe viuere 16.q 1.cap. placuit. Prior verò conuentualis dum eſt in loco, eſt principale caput monaſterij & in quibuſdam à regula abſolutus, vt not. in cap.Monachis 16.q.1.& cap.cum ad Monaſterium,de ſtat.Monach. ſic etiam ferè hos priores diſtinguit Imol. d. Clem.2.nu. 3.dum ait, quoſdam eſſe prioratus principales, & principalem adminiſtrationem habentes in bonis vniuerſalib. & in iuribus conuentus;quoſdam inferiores habentes adminiſtrationem tantùm in pertinentibus ad clauſtrum,& normam regulæ;& Vital. ibid.num 22.& ſeqq. dum ait Priorem clauſtralem propriè dici gubernatorem, vel adminiſtratorem ſine prælatione,& dignitate, ſed conuentualem Priorem habere iuriſdictionem ſuper Monachos ſuos. item conuentualem præeſſe principaliter, non ſic clauſtralem. quod idem ferè ait Greg. Tholoſ. libr. 1. Part. iuris Canon.tit.27.cap.5.lit.K. & ſeq. & in ſyntagm. iur vniuer. lib.15.cap.18.Robuſ.in Prax.benefic.ſub tit regularia beneficia multiplicia,num.4.& 5.& in concord.Gall.rubr. de nominatione regular.ad prælat.§ monaſteriis,verbo,prioratibus.quę etiam diſtinctio colligitur ex not.in cap. niſi eſſent,de præbend. cap.fi. de regular. & d. cap. cum ad Monaſterium, de ſtat.monach.d. Clem.1.& 2.de reſcript. & Clem. ne in agro §.cæterum de ſtat. Monach.Clem.1.de ſupp.negl.prælat.& alibi ſæpe.

24 *Prior conuẽtualis poteſt eligi Cõſeruator.* Tertia concluſio. Prior conuentualis † poteſt eſſe Conſeruator. Ita Eman. Roderic. quæſt.regul.tom.1. quæſt.65. art.13. verſic.ſecundo eſt notandum ſumm. Armilla verbo Conſeruator nu. 2. necnon Tabiena verbo Conſeruatores circa medium, & verbo,dignitas,circa principium. Imol. d.Clem. 2. num. 30. & Vitalin.num. 37. licèt contrarium ſentiat Abb. ibi num. 10. ita exponens gloſ. ibid. verbo delegatus, dum ait, dubium ibid. à ſe propoſitum de Conſeruatore, an nimirum officialis Epi-

ſcopi,

Digitized by Google

ſcopi, vel Prior conuentualis poſſit eſſe Conſeruator, dicit procedere in officiali, non in priore, quaſi pro indubitato habeat gloſ. priorem non poſſe eſſe Conſeruatorem; quomodo etiam eam gloſ. explicat ibid. Butr. prout eum refert Imol. d. num. 30. qui quidem è contrario pro ſe ipſam gloſ. allegat adducentem text. d. c. fin. de off. deleg. in 6. vbi dicitur, quòd qui habet dignitatem in eccleſia collegiata, eſſe poteſt Conſeruator. Prioratus verò † eſt dignitas, vt habetur in cap. niſi eſſent, de præben. ibi, dignitas Prioratus; & de Prioratu conuentuali fatetur gloſ. & Doct. magis communiter d. Clem. 2. Lancell. Conrad. in templ. omn. iud. lib. 2. cap. 9. num 2. éſtque in eccleſia collegiata vt idem docet num. 6. & Bonif. Vital. d. num. 37. & probatur, quia † eccleſia conuentualis rectè dici poteſt, ac propriè eccleſia collegiata, vt patet ex traditis per Innoc. & alios in cap. cum dilecta, de exceſſ. præl. Card. quem alij ſequuntur, in c. nobis, de iure patr. Doct. in c. ne pro defectu, de elect. Conrad. d. num. 6. Barbat. conſ. 17. vol. 1. & Maſcard. de probat. concl. 580. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 90. num. 20. & 23. vbi poſt Hoſt. d. c. nobis, in ſpecie docet, eccleſiam conuentualem ipſo iure eſſe collegiatam, per text. d. c. ne pro defectu, vbi eccleſia conuentualis Regularium æquiparatur Cathedrali; quod etiam tradit Gregor. Tholoſ. Partit. Iur. Canon. lib. 1. tit. 27. cap. 9. num. 5. & hæc eſſe poteſt prior ratio huius concluſ. quam cum Imol. & Vitalin. atque etiam gloſ. contra Butr. & Abb. ſtatuimus, quia nimirum iſti Priores conuentuales habent dignitatem in eccleſia collegiata. ſed vbi etiam dignitatem propriè non haberent, certè † habent perſonatum in huiuſmodi eccleſia collegiata, quod quidem ſat eſt, ad hoc, vt quis poſſit eſſe Conſeruator, vt conſtat ex d. cap. fin. Altera verò huius concluſ. ratio eſſe poteſt, quoniam iſti Priores conuentuales † alicubi vocantur Abbates, vt poſt Selu. tract. de benef. par. 1. quæſt. 2. num. 83. tradit Alph. Oieda tract. de incompatib. benef. 1. par. cap. 6. num. 2. ſicut illi, qui habent plura membra ſibi ſubiecta vocantur Patres Abbates, & ſatis colligitur ex d. Clem. 1. de reſcript. iuncto cap. fin. de regular. cum ibi not. & in ſpecie tradit Imol. d. Clem. 1. num. 2. Cum igitur d. cap. fin. de off. deleg. in 6. expreſsè caueatur, Abbates deputari poſſe Conſeruatores, hinc ſequitur idem concedendum omnino fore hac etiam de cauſa hiſce Prioribus conuentualibus. Hinc infertur,

25 *Prioratus ſaltem conuentualis eſt dignitas.*

26 *Eccleſia conuentualis rectè dici poteſt collegiata.*

27 *Priores conuentuales habent ſaltem perſonatum in Eccleſ. collegiata.*

28 *& alicubi vocantur Abbates.*

Guardiani Fratrũ Minorum & Priores omnium Mendicantium poſſunt eſſe Conſeruatores.

29 Guardianos Fratrum Minorum,& Priores Mendicantium † eſſe poſſe Conſeruatores, vt in ſpecie tenet Armill.d.verbo,Conſeruator, num.2.& Roderic. d. art.3. verſic. ſecundò eſt notandum; qui etiam latè ibid. probat id non obſtare Regulæ Minorum; ex alia verò parte dd.Guardiani; & Priores ſunt in dignitate conſtituti, vt voluit Gemin. in cap. nullus, de elect. in 6.& Silueſt. verbo,delegatus, num. 3. ex cuius ſententia Roder. ſup. docet, Priores habentes Abbates in eodem conuentu non poſſe eſſe Conſeruatores, cum tunc non habeant dignitatem; ſecus in non habentibus;hi enim eſſe poterunt Conſeruatores. Quod

Vicarij Regulariũ, & Præpoſiti Clericorum Regulariũ an poſſint delegari Cõſeruatores.

30 idem dicendum putat † de Vicariis, qui pro aliquibus Monaſteriis conſtituuntur, quæ nomine Guardianatus, aut Prioratus in ordinibus Mendicantium minimè nuncupantur. Ego autem idem aſſero de Præpoſitis Clericorum Regularium. cum enim iuxta prædicta habeant dignitatem in eccleſia collegiata, hoc eſt, conuentuali, nil mirum, ſi eligi, & deputari poſſunt Conſeruatores. Omnino verò ſtatui debet, † Abbates illos maiores,

Abbates maiores Regulariũ, qui Patres Abbates vocãtur, an poſſint eſſe Cõſeruatores.

31 qui Patres Abbates vocantur d. cap. fin. de regular. eſſe poſſe Conſeruatores,cum text. ille d.cap.fin. de offic.deleg.in 6.dum de Abbatibus loquitur, non diſtinguat de Regularib. vel ſecularibus Abbatibus, atque adeo nec nos diſtinguere debeamus, cap. Romanorum, 19. diſt. l.de pretio, ff. de publician. l quamuis, vbi Iaſ. & alij, ff. de in ius voc. c. quia circa, de priuil. cum ſimil. idque in ſpecie poſt Butr.voluit Imol. d.Clem.2.num.30.

Priores Hoſpitalis Hieroſolymitani poſſunt deputari Conſeruatores, ſi ſint clerici.

32 Dubitari autem hîc poſſet, quid de Prioribus Hoſpitalis, ſeu ſacræ Militiæ Hieroſolymitanæ.de quibus † idem ſtatuendum, quod de Prioribus, ſeu Abbatibus aliarum Religionum,quibus exæquantur quo ad iuriſdictionem eccleſiaſticam, cap. canonica, vbi Doct. de ſent.excom.ex quorum etiam dictis colligitur, quòd, ſi abſoluere velint iſti ſuperiores eos, qui excommunicationem canonis inciderunt, in foro pœnitentiali, debent eſſe ſacerdotes; ſi verò in foro exteriori, aut ferre cenſuras, ſaltem initiati eſſe debent prima tonſura; quod poſtremum ex iis quoque patet, quæ ſuperiori quæſt. concl.3. attulimus.

Cardinalis S.R.E. poteſt eligi Cõſeruator Apoſtolicus.

33 QVÆRO *tertio, An S.R.E.Cardinales deputari,eligíve poſſint in Conſeruatores.*

Reſpondeo, † proculdubio poſſe. Primùm quidem, quia Epiſcopi deputari poſſunt Conſeruatores,vt in d.cap.fin.in cap. 1.reſpon.de off.deleg. in 6. expreſsè cauetur; at verò Cardina-

les

les omnes in ſuis titulis habent epiſcopalem auctoritatem, vt ſatis colligitur ex cap.his;quæ, de maior.& obed.cum aliis, quibus id probauimus ſupra c.præced.q.3.initio.quin etiam † poteſt Cardinalis vti inſignibus Pontificalibus, & ſolemniter benedicere,vt tradunt Doct. in cap. 1. de ſuppl. negl.prælat.& Io. An.in Addit.ad Specul.tit.de leg.§.nunc oſtendendum,circa finem,teſte Petr.Brixien.in ſuo Repert.verbo, Cardinalis. verſic. An Cardinales poſſint. neque dubium facit, quòd plerique Doct.dicant Cardinalem, qui non ſit Epiſcopus, habere in ſuis titulis quaſi epiſcopalem auctoritatem,non autem abſolutè epiſcopalem; nam hoc ideo eſt, quia non habent ex natura ſua, cum verè non ſint Epiſcopi,ſiue quia illam iuriſdictionem non habent, quæ pendet ab ordine, vt conferre ſacramentum confirmationis, atque etiam ordines ſaltem maiores; nam quòd † minores conferre poſſint,poſt Bertach.tract.de epiſcop.3.par. princ.lib.3.num.2.& alios tradit Lancel.Conrad.in templ.omn. iud.lib.2.cap.3.§.3.nu.17. regulariter verò ea,quæ ordinis ſunt, per ſe exercere non poteſt,vt ſatis oſtendit Germon.tract.de indult.§.tam ratione num. 22. & multis ſeqq.& ſi quæ ſunt his ſimilia. ſiue etiam eam,quæ venit ex lege diœceſana, de qua forſan aliquid dicemus cap. ſeq. vbi de regularium exemptione ab Epiſcopo agemus. Secundò probatur hæc ipſa concluſio, quoniam d.cap.fin.in princ.de off.deleg in 6.habetur poſſe deputari Conſeruatores ſuperiores Epiſcoporum. ſumendo autem ibi nomen ſuperioris † pro maiore,ſeu ſuperiore, ratione dignitatis,prout in cap.paſtoralis in princ.iuncta gloſ.recepta,verbo,ſuperioribus,de offic.deleg.& paſſim apud Latinos accipitur,conſtat, † Cardinales eſſe maiores dignitate Epiſcopis, vt latè inter Iuriſperitos comprobant Lancell. Conrad. d.§.3. num.1.vſque ad 6. Cardinal.Iacobat.tract. de Concil lib.1.art.1.nu.247. cum multis ſeqq.atque inter Theologos Illuſtr. Card.Bellarm. tom.1. controu.5. gener.cap.16. verſic. quantum ad tertium. & in ſpecie Cardinales quoſcunque etiam non epiſcopos dici poſſe ſuperiores Epiſcopis poſt Silueſtr. & Ang. tradit Franc. Suar. tom.de pœn.diſput.27. num.6. etiam iuxta terminos cap.fin.de pœnit. & remiſſ. vbi fit mentio ſuperiorum Epiſcopis ad effectum facultatis eligendi Confeſſarium. Tertia ratio huius concluſionis eſt, quoniam negari non poteſt, quin Cardinales dignitatem habeant, & quidem maximam, vt patet,tum ex præcitatis

34 *Cardinalis poteſt vti inſignibus Põtificis, & ſolemniter benedicere.*

35 *Cardinalis an minores Ordines cõferre poſſit.*

36 *Superioris nomen quomodo vſurpandũ, in c. fi.de off.&c.*

37 *Cardinales ſunt maiores dignitate Epiſcopis.*

citatis Doct. tum ex Card. Alban. Barbat. & aliis quotquot de Cardinalib. & eorum dignitate, ac præſtantia tractatus ediderunt; tum ex cap. 1. de off. leg. in 6. & c. felicis, de pœn. eod. lib. & vtrobique per Doct. hæc autem dignitas † eſt in cathedrali, hoc eſt, Romana eccleſia, vt conſtat ex iiſdem iurib. ac Doct. ex quo fit, vt ſicut Canonici eccleſiæ cuiuſlibet cathedralis dicuntur fratres ipſius Epiſcopi, & vnum corpus cum eo conſtituere, cap. nouit. & c. quanto de his, quæ fi. à præl. ſin. conſ. cap. cum ſimil. ita etiam Cardinales † vocantur fratres Papæ c. per venerabilem, verſic. rationibus igitur, qui fil. ſint legit. c. decet §. fundamenta de elect. in 6. c. 1. de off. leg. eod. lib. & pars corporis Papæ, vt tradunt Archid. & ceteri in d. cap. felicis, quod eſt fin. de pœn. in 6. cum aliis, quos ad id referunt, & ſequuntur Barbat. de præſt. Cardin. quæſt. 1. num. 25. & Anaſtaſ. Germon. tract. de indult. §. quod tu Romanam, num. 1. & 2. quod ſimile affert Conrad. in d. templ. omn. iud. lib. 2. cap. 2. §. 2. num. 4. poſt Abb. in c. bonæ notab. 6. de poſtulat. prælat. Cum igitur d. cap. fin. in princ. expreſsè caueatur, Conſeruatores deputari poſſe obtinentes dignitatem in eccleſia cathedrali, ſequitur, vt Cardinales ex hac quoque ratione, præter duas iam allegatas, Epiſcopalis auctoritatis, & maioritatis, ac ſuperioritatis reſpectu Epiſcoporum, Conſeruatores eſſe poſſint.

38 *Cardinales habent dignitatem in cathedrali.*

39 *Cardinales dicũtur Papæ, & pars corporis eius.*

QVÆRO *nunc quartò in hoc capite, An Epiſcopi, Patriarchæ, & ſimiles poſſint eſſe Conſeruatores.*

Vt diſtinctiùs hac in re procedatur, quædam præmittenda ſunt, tum aliquot ſtatuendæ concluſiones.

Præmitto ergo primò, Epiſcopalem auctoritatem, ac iuriſdictionem † conſiderari poſſe vel in iis, qui tantùm electi ſunt, non confirmati; de quibus tot. ferè tit. de elect. & latè Ant. Cucch. Inſtit. mai. lib. 3. tit. 3. vel iis, qui tantum confirmati ſunt, non autem conſecrati; de quibus in eod. tit. ſæpe præſertim c. noſti & c. cum in cunctis; necnon c. cum ex illo, quod eſt 1. & cap 2. de tranſlat. Epiſc. Euch. ſup. tit. 4. vel iis, qui etiam conſecrati ſunt; de quibus d. c. cum in cunctis, & c. nihil eſt, eod. tit. cap. quod ſedem, de off. ord. c. ſi Archiepiſcopus cum ſeq. de tempor. ord. latè Cucch. d. lib. 3. tit. 5. Præterea ex Epiſcopis conſecratis † aliqui habent propriam diœceſim, & iuriſdictionis exercitium; alij nullam debent, vel quia illa ſint priuati, vel quia eorum diœceſis occupata ſit ab hoſtibus fidei, prout nunc ſunt

40 *Epiſcopi auctoritas cõſiderari poteſt poſt electionem, poſt cõfirmationẽ, poſt conſecrationem.*

41 *Epiſcopi cõſecrati, alij ſine diœceſi, ſeu titulares ſunt: alij cũ diœceſi, ſeu iuriſdictionis exercitio.*

Digitized by Google

ſunt quatuor illi inſignes Patriarchæ, Conſtantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, & Hieroſolymitanus Archiepiſcopus Nazarethanus, aliíque ſimiles. & hi Epiſcopi vocantur craſſiori vocabulo nullatenenſes, ſeu ambulatorij; à Concil. verò Trid. tum alibi, tum ſeſſ. 14. cap. 2. de refor. appellantur Epiſcopi Titulares, de quibus aliquid per Tholoſan. lib. 15. Syntagm. iur. vniuerſ. cap. 12. num. 44. cum ſeq. & Illuſtr. Card. Bellarm. tom. 1. controuerſ. 5. gener. lib. 1. cap. 17. vbi etiam oſtendunt hos aliquando vocatos eſſe Chorepiſcopos. Sed Chorepiſcopi † propriè dicebantur, qui in pagis Epiſcoporum loco, & quaſi eorum vicarij erant, vt iidem Doct. tradunt; de quibus etiam Gratiani §. inter Epiſcopos & text. in c. quamuis cum ſeq. 68. diſt. ibíque interpretes, idem Tholoſ. in partit. iur. Can. lib. 5. tit. 2. cap. 4. qui litteras commendatitias dabant, minores ordines conferebant, & alia huiuſmodi faciebant, vt præcitati Doct. adnotarunt, ſed eorum vſus ſublatus ſiue quia poteſtate abutebantur, ſiue quia eorum deſiit neceſſitas, c. Chorepiſcopi 68. diſt. cum notat. ibid. per ſcribentes, & pleróſque ex Doct. alleg. ac Paul. Lancellot. lib. 1. Inſtit. iur. Canon. tit. de Chorepiſc. vſ. ſublat.

42 *Chorepiſcopi qui dicti.*

Præmitto ſecundò, epiſcopalem iuriſdictionem, ac dignitatem † reperiri vel in ſimplicibus Epiſcopis, de quibus paſſim, vel in Archiepiſcopis, ſeu Metropolitanis ſub ſe habentib. Epiſcopos, de quibus cap. ſignificaſti. & cap. ſuffraganeis, de elect. necnon d. cap. ſi Archiepiſcopus, & ſeq. de temp. ord. quamuis aliqui diſtinxerint inter Metropolitanum, & Archiepiſcopum, cum id colligi videatur ex cap. cleros, quod eſt 1. 21. diſt. & cap. ſcitote, 6. quæſt. 3. ſed verè † non diſtinguuntur, vt ſatis probant inter cæteros Anaſt. Germon. de ſacr. immunit. lib. 2. cap. 5. num. vlt. Conrad. iud. templ. om. iud. lib. 2. cap. 4. num. 1. & Card. Iacobat. d. tract. de Concil. lib. 1. art. 1. nu. 265. ac præcipuè conuincitur ex cap. nulli, 99. diſt. & cap. paſtoralis, de off. ord. Neque obeſt text. in d. cap. ſcitote, vbi habetur, quòd Metropolitanus habet ſub ſe ſolùm decem, vel xj. ciuitates, cum tamen Archiepiſcopus plures habere poſſit; nam, vt ait Iacobat. loc. cit. ille text. loquitur ſecundum initium ſtatuendi prouincias, vt nimirum quæcunque prouincia, cui præeſt ſiue Metropolitanus, ſiue Archiepiſcopus, ſub ſe haberet ad ſummum xj. ciuitates; qui tamen numerus poſtea reſpectu vtriuſque auctus eſt.

43 *Epiſcopi quidã ſimplices, quidã Archiepiſcopi, ſeu metropolitani, quidã Primates, ſeu Patriarchæ.*

44 *Archiepiſcopus idem cum metropolitano.*

Non obſtat etiam d.cap.cleros, vbi manifeſtè diſtinguitur ordo Metropolitanorum ab ordine Archiepiſcoporum. nam; vt ibi exponit gloſ.& Doct. nomine Archiepiſcoporum intelligūtur
45 Primates, † de quibus cap. denique 6.quæſt. 3. cap.nullus Primas, 9.q.2.& 3.cap.conqueſtus; ead.q.3.c.1.& 2.99.diſt.quique iidem ſunt cum Patriarchis, d.cap.1.conſtátque ex cap.de Conſtantinopolitana, 22.diſt. ac pluribus comprobant Brix. in ſuo Repert. verb.Primas, Iacobat. d.art.1.num.256. & ſeqq. Lancel. Conrad.d.lib.2. cap.4.num. 4. Pauin. de poteſt. cap.ſed vacant. prælud. 6. licèt aliqui voluerint eos diſtingui à Patriarchis per tex.in d.cap.cleros 21.diſt.iuncta gloſ.in verbo, Archiepiſcopis, dum ibi quadripartitus ordo Epiſcoporum conſtituitur, & Patriarchæ à Primatibus diſtinguuntur. verùm reſpondetur cum Paulo Lancell.in Inſtit. Canon.lib.1.tit.de epiſcop.ibi ſumi no-
46 men Patriarchæ ſtrictè pro quatuor illis † præcipuis, Patriarchis, qui primas ſedes poſt Romanum Pontificem habent, nimirum Conſtantinopolitano, deinde Alexandrino, tum Antiocheno, ac demum Hieroſolymitano, vt habetur in cap.renouantes, & cap.definimus, quod eſt fin.22.diſt.& extrau.ſancta Romana, de elect. in comm. cæteri verò Patriarchæ ſub nomine Primatum continentur, vt voluit gloſ.& alij in d.cap. cleros.ſicque intelligendi ſunt Doct. & Canones diſtinguentes inter Patriarchas, & Primates, vt per Iacobat. loc. alleg & Gregor. Tholoſ. tract.de beneſ. cap.10.nu.4.& 5.ac Trid.Concil.cum alibi tum ſeſſ.6. cap.1. de reformat. ibi, ſi quis à Patriarchali, Primatiali, Metropolitana, ſeu Cathedrali eccleſiæ, &c. dum Patriarchalis eccleſia à Primatiali diſtinguitur; & ſeſſ.24.cap.3.in primis verbis, vbi Patriarchæ à Primatibus tamquam diſtincti recenſentur; quod etiam habetur ſeſſ.22.cap.7.de Patriarchis autem latiùs agunt inter cæteros Germon. Iacobat. Pauin. & Conrad. loc.cit. Nobis verò illud nunc ſufficiat tripartitum eſſe ordinem Epiſcoporum, alij enim ſunt Patriarchæ, ſiue Primates, alij
47 Archiepiſcopi, ſiue Metropolitani; alij ſimpliciter Epiſcopi, vt præ cæteris adnotauit Paul. Lancell. d.tit. de epiſc.licèt alicubi ij, qui ſolùm Archiepiſcopi ſunt, cum nullos ſub ſe habeant Archiepiſcopos, ſed ſolùm Epiſcopos, Patriarchæ vocentur, vt Aquileienſis, & Venetus.

Primates qui ſint, & an diſtinguantur à Patriarchis.

Patriarchæ præcipui qui ſint.

Clerici inferiores Epiſcopo nequeunt præſcribere quæ ſunt ordinis epiſcopalis.

Præmitto tertiò, † clericos ſaltem aliquos inferiores Epiſcopo, licèt præſcribere non poſſint ea, quæ ſunt ordinis epiſcopalis,

palis,

d by Google

palis; prout eſt conferre ordines ſaltem maiores, clericos deponere, Chriſma, & aliá olea conficere, confirmare eccleſias, & altaria conſecrare, ac virgines benedicere, & ſimilia, de quibus per gloſ. in cap. tranſmiſſam in fi. de elect. Sbroz. de vit. epiſc. lib. 2. q. 2. Butr. conſ. 19. & Cald. conſ. 2. de præſcript. & text. in cap. quanto, de conſuet. & cap. quamuis 68. diſt. prout Doct. tradiderunt in præcit. iurib. præſertim in cap. quanto de conſuet. Dec, & alij in c. 2. de iud. poſſe tamen † præſcribere ea, quæ ſunt iuriſdictionis; qualia ſunt iudicare, excommunicare, corrigere, beneficia conferre, illa confirmare, inſtituere, & ſimilia iuxta tradita per gloſ. Butr. & Cald. loc. cit. Sbroz. d. lib. 2. quæſt. 4. atque etiam † ea, quæ ſunt dignitatis Epiſcopalis; qualia ſunt, cauſas matrimoniales cognoſcere, publicas pœnitentias iniungere, indulgentiarum litteras concedere, de quibus per text. & ibi Abb. & alij de conceſſ. prælat. Sbroz. d. lib. 2. quæſt. 3. pro hac regula ſunt text. in c. auditis & c. cum olim de præſcript. vbi Abb. Fel. & cæteri; atque item in c. cum contingat vbi Abb. & Soc. de for. compet. idem Abb d. c. quanto de conſuet. eandémque regulam quoad ea, quæ ſunt iuriſdictionis Epiſcopalis, & quoad prælatos inferiores, latiùs comprobat Balb. tract. de præſcript. 1. par. 5. partis princip. quæſt. 11. quoad omnes verò clericos inferiores etiam reſpectu eorum, quæ ſunt dignitatis Epiſcopalis, fuſiùs confirmat Lambert. tract. de iurepatron. lib. 1. part. 1. quæſt. 9. princip. art. 3. num. 21. vſque ad 27. licet ibid. num. 30. ipſe quoque admittat, quod præcitati Doct. & alij paſſim concedunt, † poteſtatem cenſuras ferendi, & exercendi ea, quæ ſunt meri, vel mixti imperij, requirere in præſcribente illam aliquam dignitatem, & iuriſdictionem, vt quòd ſit Abbas, aut Prior, & ſimiles; vel prærogatiuam, vt quòd ſit Archidiaconus, Decanus, vel Præpoſitus & c. quod autem diximus de præſcriptione, idem dicendum de priuilegio; hæc enim ita æquiparantur, vt, quæ acquiſibilia ſunt priuilegio, acquiri etiam poſſint præſcriptione, data capacitate in poſſidente, vt tradunt Abb. & alij d. c. quanto, opt. text. in c. duo ſimul, de off. ord. & d. cap. cum contingat, vbi inter alios Soc. latè Lambert. d. art. 3. num. 28. & ſeq.

48 *Clerici inferiores Epiſcopo poſſunt præſcribere quæ ſunt iuriſdictionis.*

49 *Imò etiam dignitatis.*

50 *Clericus inferior Epiſcopo an valeat præſcribere poteſtatẽ exercendi cenſuras, & ea, quæ ſunt meri vel mixti imperij ſine prærogatiua.*

His præmiſſis ſit prima concluſio. Certum eſt, Epiſcopos ſimplices conſecratos † eſſe poſſe Conſeruatores. Nam in d. cap. fin. in princ. de off. deleg. in 6. expreſsè cauetur, Epiſcopos de-

51 *Epiſcopi ſimplices cõſecrati poſſunt deputari Conſeruatores.*

putari poſſe Conſeruatores. At verò, ſi qui Epiſcopi verè, ac propriè Epiſcoporum nomine veniunt, ij præcipuè ſunt, qui Conſecrationem acceperunt, cum per conſecrationem, & ordinationem propriè in gradu, & ordine epiſcopali conſtituantur, vt ſatis colligitur ex cap. cum in cunctis, & cap. nihil eſt, de elect. cum not. ibi per Doct. & alibi ſæpe. Qua ratione idem planè di-
52 cendum erit † de Archiepiſcopis ſiue Metropolitanis & Patriarchis ſiue Primatib. conſecratis, tum quòd & ipſi verè, ac propriè in ordine Epiſcoporum ſint, vt ſupr. in 2. præmiſſ. docuimus; tum quòd in d. cap. fin. in princ. habetur ſuperiores Epiſcoporum deputari poſſe Conſeruatores; in manifeſto autem eſt ex ibid. per nos adductis, Patriarchas, & Archiepiſcopos ſuperiores eſſe reſpectu Epiſcoporum. Eadem quoque ratione idem
53 ſtatuendum erit † de Epiſcopis, Archiepiſcopis, & Patriarchis titularibus, cum hi ſupponantur conſecrati eſſe, & cum titulo ordinationem ſpecialem accepiſſe, vt patet ex Doct. alleg. ſupr. præmiſſ. 1. præcipuè verò Bellarm. & Tholoſ. Idémque de iis, qui & loco, & dignitati Epiſcopatus renuntiarunt. Hi enim cum tantam dignitatem retineant quantam habent Abbates, vnde minores ordines conferre poſſunt rogati, cap. 1. de ordin. ab eo, qui renunt. epiſc. nil mirum, ſi eligi valent Conſeruatores. ſitque
54 ex cap. poſt tranſlationem, de renunt. exemplum in Epiſcopo, qui Regularem, aut Heremiticam vitam ſuſcipiat.

Archiepiſc. & Patriarchæ ſiue Primates conſecrati poſſunt conſtitui Conſeruatores.

Quid ſi tãtũ titulares ſint, aut epiſcopatui renuntiarint?

Epiſcopi, Archiep. & Patriarchæ poſſunt delegari Cõſeru. ſi ſunt cõfirmati.

Secunda concluſio. Certum quoque mihi eſt, Epiſcopos, Archiepiſcopos & Patriarchas electos † tunc demum eſſe poſſe Conſeruatores cùm à ſuperiore eccleſiaſtico ſunt confirmati. Ita Imol. d. Clem. 2. num. 31. in fin. de reſcript. & ibid. Barbat. Io. An. Franc. & Butr. d. cap. fin. in princ. & Gemin. num. 7. eam au-
55 tem rationem hi ferè omnes aſſignant, quoniam licèt hi Epiſcopi confirmati, † nondum conſecrati, non dicantur, aut ſint propriè Epiſcopi; dicuntur tamen habere dignitatem in eccleſia Cathedrali; vnde comprehenduntur ſub verbis illis d. cap. fin. ſtatim ſequentibus, (ſeu dignitates, vel perſonatus, in Cathedralibus, vel Collegiatis eccleſiis obtinentes,) dignitatem inquam epiſcopalem, licèt non ordinem epiſcopalem; quod & plerique tradiderunt cap. 2. de off. deleg. in 6. & cap. 1. de offic. ord. eod. lib. & ſunt ſponſi eccleſiæ, cap. 2. & cap. licèt, de tranſl.
56 epiſc. habéntque præterea † plenam & integram iuriſdictionem epiſcopalem, d. c. tranſmiſſam, de elect. c. 1. & 2. de tranſlat. epiſc.

Epiſcopi cõfirmati, non cõſecrati licet non ſint propriè Epiſ. habẽt tamẽ dignitatem epiſcopalem, ac

plenam iuriſdictionẽ.

epiſc.cum ibi not.& aliis adductis per Sbroz.d.lib.2.q.1.num.5. Burſat.conſ.125.num.23. & Germon.d.tract. de indult.Card.§. tam ratione nu.26.& trib.ſeqq. vbi etiam oſtendit electum ante confirmationem non habere exercitium iuriſdictionis; ſimúlque Epiſcopum ante conſecrationem non dici propriè Epiſcopum, ſed electum. Fel. & alij in cap.eam te, de reſcript. ſicut etiam † Archiepiſcopus quis non dicitur ante ſubſceptionem pallij per cap.3.de auctor.& vſ.pall. quamuis probabilior mihi ſit illa opinio, quòd ſi materia ſubiecta concernat ſolam iuriſdictionem, tunc nomine Epiſcopi veniat etiam confirmatus, qui non ſit conſecratus, vt per Io. de Selu.in tract.de benef.1.par.q. 2.num 49.& duob.ſeqq.Salua tamen diſpoſitione extrauag.Bonif.8.quæ eſt 1.& incipit,iniunctæ, ſub tit.de elect.inter comm. decernentis,quòd Epiſcopi,& rectores Monaſteriorũ, qui apud ſedem Apoſtolicam promouentur,confirmantur,conſecrantur, aut benedicuntur, ad ſua regimina non accedãt,aut recipiantur abſque litteris Apoſtolicis talia continentibus, & niſi præſtito ſolito iuramento; & ſine recepti pallij litteris ij,quibus traditur apud prædictam ſedem, ab ea non diſcedant; aliàs nihil de prouentibus recipiant,& quicquid interim actum fuerit,virib.non ſubſiſtat de quo aliquid quæſt.7.in fin. Certum autem eſt Conſeruatorum materiam concernere ſolam iuriſdictionem verbáque intelligenda eſſe iuxta ſubiectam materiam l.ſi vno ff.locat. cum ſimil.

57 Archiepiſcopus quis non dicitur ante ſuſceptionẽ Pallij.

Tertia concluſio. Clerici,qui epiſcopalem iuriſdictionem,ac ſimul dignitatem præſcriptione, aut priuilegio legitimè acquiſierunt, vel etiam ſolam iuriſdictionem, ac præeminentiam in aliqua Eccleſia Collegiata vti de corpore illius,poterunt † deputari Conſeruatorès;ſecus verò ſi in eccleſia, quæ non ſit Collegiata. Prior pars huius concluſionis patet,quia ad hoc,vt quis poſſit eſſe Conſeruator, ſufficit,quòd obtineat dignitatem, aut perſonatum in eccleſia Cathedrali,vel Collegiata,vt patet ex d. cap.fin.& ſufficit, quòd huiuſmodi dignitatem, ac perſonatum conſuetudine, aut alio ſpeciali iure in tali eccleſia acquiſierit,vt latiùs oſtendemus infr. hoc eod.cap. quæſt.7. vbi etiam videbimus,perſonatum eſſe præeminentiam, vel prærogatiuam in aliqua eccleſia; & quid ſit dignitatem, aut etiam officium in ea habere.

58 Clerici qui epiſcopalem iuriſdictionẽ ac ſimul dignitatẽ,&c. in Collegiata priuilegio,aut præſcrip.cõſecuti ſunt, Conſeru.delegari poſſunt.

Poſterior pars probatur, quoniam iſti neque Epiſcopi ſunt,

aut eorum ſuperiores, neque Abbates, neque dignitatem habent, aut perſonatum in eccleſia Cathedrali, aut Collegiata, quorum tamen aliquod requiritur in Conſeruatore ex diſpoſitione text. d. cap. fin. quòd ſi aliàs tales Clerici eſſent Abbates, aut Epiſcopi, aut dignitatem, vel perſonatum in eiuſmodi eccleſia obtinerent, tunc eſſe poſſent Conſeruatores ob hanc cauſam, non autem ob id, quòd epiſcopalem iuriſdictionem, aut etiam dignitatem in aliqua eccleſia, quæ Cathedralis, vel Collegiata non ſit, præſcriptione, vel priuilegio acquiſierint; ſicut etiam Vicarius Foraneus, & officialis Epiſcopi, qui non ſit generalis, ſeu principalis licet vt ſic nequeant eſſe Papæ delegati, d. Clem. 2. de reſcript poterunt tamen, ſi ex alio capite admittantur, vt quia Canonici eccleſiarum Cathedralium, vel his ſimiles, vt ibid gloſ. in verbo, foraneo, & cæteri Doct. adnotarunt.

Quoad Chorepiſcopos verò illud vnum admonuiſſe ſit ſa-
59 tis † quòd ſi ſumantur pro Epiſcopis titularibus, poterunt eſſe Conſeruatores, vt ſatis patet ex his, quæ diximus in 1. concluſ. ſi pro iis qui aliquam Epiſcopalem poteſtatem vel priuilegio, vel præſcriptione haberent, patet, quid dicendum ſit, ex hac 3. concluſ. ſi denique pro vicariis Epiſcoporum, præſertim in villis, & oppidis, quid ſtatuendum ſit, conſtabit ex his quæ mox in ſeq. quæſt. de vicariis Epiſcoporum tam generalibus, quàm foraneis, latiùs diſſeremus.

Chorepiſcopi an eſſe poſſint Conſeruatores.

QVÆRO *igitur quintò, An vicarij Epiſcoporum deputari poſſint Conſeruatores.*

Diximus in præcedenti quæſt. de Epiſcopis, an, & quando Conſeruatores eſſe poſſint: nunc idem videndum erit in hac quæſt. de eorum vicariis.

60 Præmittendum autem eſt, † vicarium Epiſcopi, ſeu officialem, (quod idem eſt, vt tradunt gloſ. & Doct. in Clem. 2. de reſcript. & ſatis probat Thom. Sanchez tract. de matrim. lib. 8. diſput. 27. num. 29. latè Iacob. Sbroz. tract. de vicario Epiſc. lib. 1. quæſt. 2. num. 10. & quæſt. 7. per totam, vbi etiam pleráque nomina congerit, quib. vicarius Epiſcopi appellatur) alium eſſe dici principalem, ſeu generalem (quæ duo pariter idem eſſe ſatis comprobat Sbroz. d. lib. 1. quæſt. 3. num 26. & quæſt. 29. num. 3. cum quatuor ſeqq. poſt Anchar. Card. Imol. d. Clem. 2. & alios) alium verò dici foraneum; quæ diſtinctio expreſsè habetur in d. Clem. 2. & colligitur ex c. 1. de off. ord. lib. 6. & c. Romana

Vicarius, Epiſcopi, alius principalis, alius generalis, alius foraneus.

Digitized by Google

mana in princ. de appellat. eod. lib. traditúrque à Doct. tum in his iuribus, tum alibi ſæpe. Sunt autem vicarij generales Epiſcoporum, qui generaliter de cauſis ad ipſorum forum pertinentibus eorum vices ſupplendo cognoſcerent, vt conſtat ex d. c. Romana in princ. cum aliis, de quibus latè per Sbroz. d. quæſt. 3. num. 26. vbi hanc deſcriptionem amplectitur, licèt quæſt. 2. num. 4. & ſeqq. aliam attuliſſe videatur. Vicarij enim qui deputantur in aliqua parte diœceſis, vel ad certos actus, illi non generales, ſed foranei potiùs vocandi ſunt, vt poſt alios docet Sbroz. d. quæſt. 2. num. 8. quæſt. 13. 23. & 28. num. 6. ſicut etiam illi qui reſtricti ſunt ad ciuitatem, latè idem Sbroz. d. quæſt 25. num. 1. & 2.

Vicarij verò in ſpiritualibus † alij generales non ſunt, qui nimirum nullam habent iuriſdictionem contentioſam, verùm neque omnem voluntariam, ſed ſolùm circa merè ſpiritualia, eam nimirum poteſtatem, quæ in ſacramentis, & beneficialibus, eccleſiaſticiſque rebus & ſalute animarum quærenda verſatur, vt eſt poteſtas viſitandi, corrigendi, beneficia conferendi, inſtituendi, confirmandi, eligendi, præſentandi, vota commutandi, & ſimilia, ſumpto nimirum nomine ſpiritualium pro iis dumtaxat, quæ ad ſpiritum, hoc eſt, animarum curam diriguntur, prout aliquando, præſertim in materia ſimoniæ ſumi ſpirituale docent poſt alios Nauar. in Man. confeſſ. cap. 23. num. 99. & Vgol. tract. de ſimon. cap. 33. in princ. quo modo non ſolùm excluditur iuriſdictio temporalis, quam aliquando habent Epiſcopi propter feuda, & dominia temporalia, quæ obtinent ratione ſuorum Epiſcopatuum, ſed etiam excluduntur actus tam iudiciales, quàm extraiudiciales, vt eſt alienatio bonorum eccleſiæ, & ſimilia, de quibus per Rebuf. in Prax. benef. in form. vicar. Archiep. num. 18 & ſeqq. Cucch. Inſtit. maior. lib. 2. tit. 8. num. 60. cum ſeqq. & alios, quos refert, & ſequitur Iacob. Sbroz. d. lib. 1. quæſt. 10. alij ſunt generales in ſpiritualibus cum omnimoda iuriſdictione; ſed ideo dicuntur vicarij generales in ſpiritualibus, non autem etiam in temporalibus quia nimirum non ſunt vicarij in illa temporali iuriſdictione, cuius paulò ante meminimus, quæque propriè loquendo temporalis dicitur, etiam ad differentiam illius, quam habet Epiſcopus tamquam miniſter Eccleſiæ, vt patet ex d. cap. Romana §. debet autem de appell. in 6. & c. vlt. ne cler. vel Monac. eod. lib. hæc enim omnimoda

61 *Vicarij Epiſcoporũ alij generales, alij non.*

moda iuriſdictio potiùs appellatur iuriſdictio eccleſiaſtica, quam tamen in numero ſpiritualium à Deo inſtitutorum meritò collocarunt Nauar.& Vgol.loc.cit. Et hoc, mea quidem ſententia, illud eſt, quod vnico verbo dixit Rot. Rom. decıſ.371. ſeu decıſ.7. de off. vicar. in nou. num. 2. poſt Paul. Zenzel. & Guliel. d.Clem.2. de reſcript. atque item Mil. in Repert. verbo vicarius Epiſcopi quantumcunque, poſt Lud.Roman.conſ.397. vicarium Epiſcopi in ſpiritualibus vel eſſe deputatum cum iuriſdictione, vel ſine iuriſdictione, nimirum eccleſiaſtica. qui enim deputatur cum hac iuriſdictione eccleſiaſtica eſt generalis in ſpiritualibus; qui ſine illa, eſt quidem in ſpiritualibus, ſed non generalis. ſic etiam conciliantur Doct. & iura, quibus ſuaderi videtur, vicarium in ſpiritualibus tantùm non eſſe generalem, cum iis, vnde conuincitur, eſſe generalem præſertim text. in c.cum nullus §.Epiſcopo autem,de tempor. ord. in 6.& Trid. Concil. cum alibi ſæpe, tum ſeſſ.13. cap.1. & trib. ſeqq. de reform. relatis à Sbroz. d.lib.1. quæſt.25. num.1. vſque ad 4. licèt ipſe num.5. & ſeq. aliter ea conciliet, dici vicarium generalem in ſpiritualibus, hoc eſt, reſpectu ſpiritualium. Sed meo quidem iudicio nec tollitur difficultas, nec reſpondet ad ſuum quæſitum initio illius quæſtionis propoſitum, an vicarius in ſpiritualibus dicatur generalis; nam etiam vicarius in ciuilibus, aut criminalibus tantùm, prout eſt Mediolani diſtinctus à generali, poſſet vocari generalis in ciuilibus, aut criminalibus; quod tamen verum non eſt.vnde teneas noſtrã conciliationem, quæ etiam apertè ſuadetur, immo conuincitur ex Trid. Concil. d.ſeſſ.23.cap.1.2.3.& 4.de reform.in quibus omnibus manifeſtè ſupponitur, vicarium hunc Epiſcopi in ſpiritualibus generalem cognoſcere cauſas criminales.

62 *Vicarius foraneus nequit deputari Conſeruator Apoſtolicus.*

Hoc præmiſſo ſit Prima concluſio. Certum omnino eſt † vicarium foraneum non poſſe deputari Conſeruatorem ita in ſpecie. Sbroz. d. tract. de off. vic. quæſt. 27. num. 15. poſt Pauin. tract. de pot. cap.ſed.vac. par.2. quæſt. 10. num.6. vbi idem docent de vicario in ſpiritualibus tantùm; quod intellige, niſi ſit in ſpiritualibus generalis iuxta prædicta: de hoc enim ſpecialis eſt difficultas, vt paulò poſt videbimus. Probatur autem noſtra

63 *Nec delegatus ſedis Apoſtolicæ.*

concluſio primò, quoniam † non poteſt eſſe delegatus ſedis Apoſtolicæ, hoc eſt, Papæ, vel Legati, vt expreſsè cauetur in d. Clem.2.de reſcript.valet autem negatiuè argumentum à genere ad

ad ſpeciem, vt cui non conuenit genus, ei ſpecies quoque non conueniat, vt latè docuimus ſupr. hoc eod. cap. quæſt. 2. concl. 2. Secundò probatur, quoniam huiuſmodi Vicarij foranei, vt ſic, neque Epiſcopi ſunt, aut eorum ſuperiores, neque Abbates, neque obtinent dignitatem, aut perſonatum in eccleſia Cathedrali, vel Collegiata, cum tamen aliqua ex his qualitatib. in Conſeruatore à Bonif. 8. requiratur in d. c. fin. in princ. de off. deleg. in 6. Denique id ipſum probatur à fortiori, quoniam verius eſt neque etiam Vicarium generalem Epiſcopi, vt ſic eſſe poſſe Conſeruatorem, vt in ſeq. concl. latiùs oſtendemus. Per Vicarium autem foraneum intelligo illum, qui ab Epiſcopo deputatur in certa parte diœceſis vel ad certos actus etiam in ciuitate vt ſupr. ex Sbroz. & aliis præmiſimus. qua ratione Archipresbyteri, ſeu Decani rurales, & Vicarij in ciuilibus, vel criminalibus tantùm, & alij delegati ad vniuerſitatem aliquam cauſarum dici poſſunt Vicarij foranei, per ea, quæ adducit Sbroz. d. lib. 1. quæſt. 13. ſicut & conſtitutus ad conferendum omnia beneficia certi loci vt oſtendit idem Sbroz. quæſt. 28. Archipresbyter quoque eccleſię Cathedralis † eſt Vicarius natus Epiſcopi in quibuſdam ſpiritualibus, puta celebratione Miſſę Pontificalis abſente Epiſcopo, & aliis, de quibus tot. tit. de off. Archipresb. prout concludit Sbroz. d. lib. 1. quæſt. 3. num. 18. ſicut etiam Archidiaconus eſt Vicarius natus Epiſcopi in iis ſpiritualibus, quæ ad cleri correctionem pertinent, vt conſtat ex tot. ferè tit. de off. Archid. cum pluribus adductis per Hoſt. in ſum. d. tit. Cucch. in Inſtit. Maior. Canon. lib. 2. tit. 8. num. 3. & 18. & tit. 10. num. 8. & ſeqq. ex quibus iunctis iis, quæ ſupr. præmiſimus de Vicario generali, illud quoque colligitur, † tam Archipresbyterum, quàm Archidiaconum non eſſe Vicarium generalem ſeu principalem, ſed potiùs foraneum, & minùs principalem. Poterunt tamen tam Archipresbyteri, quam Archidiaconus ratione non officij, ſed dignitatis, quam in Cathedrali, vel Collegiata obtinent, deputari Conſeruatores vt infr. quæſt. 7. latiùs oſtendemus.

64 *Archipresbyter eccleſ. Cathedralis eſt Vicarius natus Epiſc. in quibuſd. ſpiritualibus ſicut Archidiaconus in alijs.*

65 *Archipresbyt. & Archid. nõ ſunt Vicarij generales.*

Secunda concluſio licèt probabile ſit, † Vicarium generalem Epiſcopi poſſe deputari Conſeruatorem; longè tamen probabilius, & verius eſt, eum deputari non poſſe. Prior pars huius concluſionis probatur, quoniam, quòd poſſit deputari, grauiſſimi viri tenuerunt, nimirum Io. de Lign. d. Clem. 2. prout ibi Card. num. 27. eum refert. & Anchar. num. 6. qui & ipſe hanc

66 *Vicarius generalis Epiſcopi ſecũdũ aliquos poteſt delegari Cõſeruator.*

opinionem ſequi videtur; quod apertè facit Imol.num.31.in fi. & ſum.Armilla verbo,Conſeruator num.2. quoniam,inquit, eſt in quaſi dignitate epiſcopali. quod idem ob eandem rationem tenet Tabiena verbo,Conſeruatores, num. 3. circa medium, & verbo,Dignitas, circa initium. in hanc quoque partem inclinat Abb.d.Clem.2. num.10. prout etiam gloſ.verbo,delegatus, ad quam ſe remittit Mil.in Repert.verbo,Vicarius principalis Epiſcopi;ſed ipſa gloſ.ſubdit id egere declaratione: hanc verò partem apertè quoque tenet Franc. Pauin.de poteſt.Capit.ſed.vac. par.2.princip.quæſt.10.nu.6. & 16.vbi poſt Io.de Lign.d.Clem.
67 2.idem aſſerit † de Vicario Capituli ſede vacante.quibus adde id de vtroque Vicario affirmantem Zech. libr. de Rep. eccleſ. c.23.num. 7. ſed quoad Vicarium Epiſcopi eandem ſententiam tenere videtur Io.Picard.conſ.52.nu.33. inter Conſilia D. Menoch.vol.1. quem Picard.cum pleriſque ex cit. Doct.nouiſſimè refert,ac ſequitur Iacob.Sbroz.d.tract.de vicar.epiſc.lib.2.q.27. num.4.& multis ſeqq. In hanc quoque ſententiam apertè inclinat Guid.Pap.q.247.& ſing.435. ſubdens ita ſe habere generalem conſuetudinem. & M. Ant. Cucch. Inſtit.iur.can. lib.1.tit. 17.circa initium.Eadem etiam opinio confirmari poteſt ratione, quam affert gloſ.d.verbo, delegatus,ac præ cæteris latiùs proſequitur Sbroz.d quæſt.27.nu.9. & multis ſeqq. quoniam certum eſt,quòd habens perſonatum,vel dignitatem in eccleſia Cathe-
68 drali deputari poteſt Conſeruator;Vicarius autē Epiſcopi † habet dignitatem,vt ſingulariter voluit gloſ. d. Clem.2.verbo,delegatus, & ibi Anchar. in princ. Card. num. 22. Imol. num.18. Abb. num. 8. de reſcript. & alij, quos ad id refert ac ſequitur Sbroz.d lib.2. quæſt.22. num.1. & ſeq. probaréque nititur idem Sbroz.d.quæſt.27.num.10. quia,inquit, dignitas nihil aliud eſt, niſi quædam præeminentia, vel prerogatiua in gradu ſecundùm gloſ.in cap.quia nonnulli, verbo, dignitates, de cler. non reſid. Archid.in c.1 col.1. de conſuet. in 6.Hoſt. in ſum.de præbend. num.2.Vant.de nullit.ſent.tit.de nullit.ſent.ex defect.iuriſd.deleg.num.70. Et dignitas eccleſiaſtica eſt rerum eccleſiaſticarum adminiſtratio cum iuriſdictione, Io.An.Innoc. Archid.& alij d. cap.1.Abb.cap de multa num.21. de præbend.Vant.d.num 70. Part conſ.165. num.2. At verò Vicarius generalis Epiſcopi habet iuriſdictionem rerum eccleſiaſticarum, c. Romana in princ. vbi Doct. de appel.in 6. c. non putamus cum gloſ.in verbo, videatur

Vicarius Capituli ſede vacante poteſt deputari Conſeruator.

Vicarius Capituli dignitatē vel perſonatum habere videtur in Cathedrali.

deatur vbi Archid. Franc.& alij, de conſuet. in 6. & latiùs oſtendit idem Sbroz. quæſt. 55. & 57. & adminiſtrationem c. in nona, 16. quæſt. 7. c. petitio, & ibi Doct. de procur. c. cauſa cum gloſ. in verbo habentibus, & alij de in int. reſtit. præterea habet in eccleſia cathedrali prærogatiuam, & præeminentiam, quia nedum præeſt Canonicis, verùm etiam Archidiacono, & aliis inferioribus Prælatis, vt latè probat ipſemet Sbroz. d. lib. 2. quæſt. 25. Quodque huiuſmodi dignitatem habeat vicarius in eccleſia cathedrali, probatur ratione gloſ. d. verbo, delegatus, quoniam ex dignitate Epiſcopi deſcendit iure connexionis, ergo idem ius, c. tranſlato, de conſtit. hoc eſt, ſicut Epiſcopus dicitur habere dignitatem in Cathedrali, ita etiam habebit in ea vicarius. Multò verò magis dicitur vicarius habere perſonatum in eccleſia, qui eſt ſola præeminentia in eccleſia ipſa etiam ſine iuriſdictione, d. cap. 1. vbi in ſpecie Archid. num. 2. de conſuet. in 6. Rebuf. in Praxi. benef. tit. benef. ſecul. quot. num. 8. & eſt largo modo dignitas ſecundùm Archid. d. cap. 1. col. 1. Atque hæc in ſumma ſunt fundamenta, quibus, vt dicebamus, probabilis redditur hæc opinio affirmans, atque adeò prior pars huius noſtræ concluſionis.

Poſterior autem eiuſdem pars † probatur primò, quia, ſi eos duntaxat Doct. attendamus, qui firmiter alteri ex opinionibus hac in re adhæſerunt, communior eſt negatiua; nam affirmatiuam ſeptem tantùm Doct. expreſsè tenuerunt, nimirum Io. de Lign. Imol. Pauin. Armill. Tabien. Zech. & Sbroz. negatiuam verò octo doctiſſimi Viri tutati ſunt, nimirum Paul. de Eleaz. d. Clem. 2. & ibi Butr. & Card. num. 22. quos refert, ac ſequitur Barbat. ibid. num. 33. in fin. atque eam tenent Henric. Boich. ead. Clem. 2. & ibi Bonifac. de Vitalin. num. 38. & ſeq. Gomes ibidem ſic exponens Anchar. num. 6. obſcurè loquentem: idem expreſsè tenet Eman. Roder. quæſt. regular. tom. 1. quæſt. 65. art. 3. circa medium ac nouiſſimè Io. Bapt. Coſt. tract. de re integ. diſtinct. 64. num. 7. quòd ſi eos quoque numeremus, qui alteri harum opinionum adhærere viſi ſunt, negatiuam ſatis apertè amplexus eſt Lap. Abb. d. Clem. 2. num. 21. Anchar. d. num. 6. & d. Io. Bapt. Confect. in d. ſummar. mater. priuil. Regular. dum enumeratis perſonis, quæ de Iure, ac ſedulis priuilegiis Regularium Conſeruatores eſſe poſſunt, ſubdit vicarios quoque Epiſcoporum generales ex vi priuilegiorum eligi, ac deputari

69 *Vicarius generalis Epiſcopi verè nequit conſtitui Conſeruator.*

Digitized by Google

poſſe. Atque in eandem verè inclinat gloſ. d. Clem. 2. quam præter Mil. ſup. ſequitur. Capucin. in compend. priuil. ord. mendic. & non mendic. verbo, Conſeruatores ordinis in ſua Annot. verſ. item Conſeruator. Quamuis enim gloſ. d. verbo, delegatus, inter duas oppoſitas ſententias, quas refert, ponat ſecundo loco contrariam, id eſt, affirmatiuam, nihil deinde certi definiens; quo caſu cenſetur eam approbare tanquam poſteriorem, vt poſt alios tradit Felin. cap. 1. num. 55. de conſtit. tamen id intelligendum eſt, ſi nihil omnino ſubiiciatur, & omnino ſimus in dubio, in quam opinionem inclinat; at hic ſubiicitur, quòd quæſtio hæc egeret declaratione, & tùm ex verbis, tum ex fortioribus fundamentis colligitur, quòd in priorem magis propendeat. accedit, quod verius cum aliis puto, in dubio ex duabus opinionibus relatis cenſeri potiùs Doctorem priori adhærere, cum ordo ſcripturæ regulariter attendatur, & prior nominatio maiorem affectionem, ac prælationem arguat, vt pluribus comprobat Io. An. & Butr. in c. cum dilecta, de reſcript. vbi Felin. num. 4. quod etiam nos paulò poſt attingemus. Deinde quoniam firmioribus hæc eadem negatiua opinio nititur fundamentis.

70 *Vicarius generalis Epiſcopi non habet propriè dignitatem.*

Primùm quidem, quia vicarius generalis Epiſcopi † non dicitur propriè dignitatem obtinere, prout tenet Abb. in cap. de multa, num. 23. de præben. & verè ſentit Card. d. Clem. 2. num. 14. & 22. & meliùs Barbat. ibid. num. 33. & ſeq. ac reſpondit Menoch. conſ. 51. num. 33. vol. 1. ad id quoque allegans Paulum de Eleazar. d. Clem. 2. & Pauin. d. 2. par. quæſt. 10. num. 16. de pot. cap. ſed. vac. quod idem tenet Silueſt. ver. dignitas, & ibidem Ang. & eius Apoſtill. & poſt Io. Selu. in tract. de benef. par. 2. num. 64. tradit Picard d. conſ. 52. num. 32. & duob. ſeqq. id ipſum deducentes tam Menoch quàm Picard. ex d. Clem. 2. vbi cum dubitaretur, an officialis, ſeu vicarius Epiſcopi iudex delegatus dari poſſet, Papa quodammodo ex priuilegio reſpondet, poſſe etiam illi cauſas delegari; nam ſi vicariatus fuiſſet dignitas, & quæſtio fuiſſet inſulſa, & Papæ reſponſio ſuperflua; Quia, cum iam in cap. ſtatutum, de reſcript. in 6. (quod ius, ſicut alia cenſetur Papa habere in ſcrinio pectoris ſui, cap. 1. de conſtit. eod. lib.) deciſum fuiſſet quòd omnibus obtinentibus dignitatem cauſæ delegari poſſent, clarè colligitur, quòd ibi vicarius non veniebat tanquam dignitas de iure communi, cum per

per priuilegium illi detur in d.Clem. Quia quod competit iure communi, fruſtra petitur per priuilegium, l. vnica C. de theſaur. lib. 10. l. 1. ff. ad municip. cum ſimil. id ipſum verò, quòd vicarius propriè non habeat dignitatem, probat Barbat. d. Clem. 2. num. 34. & Card. d. num. 22. tum quia dignitas eccleſiaſtica † non poteſt diuidi in plures, cap. maioribus, & cap. vacante cum vtrobique notat. de præben. at ſic Epiſcopalis dignitas in ipſum Epiſcopum, & eius vicarium diuideretur, deinde Epiſcopus poteſt habere plures vicarios, vnum foraneum, & alium principalem d. Clem. 2. atque etiam plures principales vt ibi gloſ. & Doct. adnotarunt. Tum quia dignitas durat perpetuò, Innoc. & alij in c. de multa, de præben. per text. in cap. 2. §. fin. de ſtat. mon. facit text. in cap. veniens, de fil. presbyt. iuncta gloſ. fin. ibidem, optimus etiam text. in cap. ſcripſit, cap. quamuis, cap. qualiter, cap. petiſti, 7. quæſt. 1. necnon in cap. 1. de cler. ægrotan. cum ſimil. vbi licèt fiat mentio ſolùm beneficij, ſeu præbendæ, tamen dignitates pręcipuè quoad amiſſionem, beneficiis, ac præbendis exæquantur. vt in rubr. iuncto toto ferè tit. de præben. & dignit. cap. quia nonnulli, de cleric. non reſid. Clem. vt ij, qui de ætat. & qualit. Trid. Concil. ſeſſ. 21. cap. 3. ſeſſ. 24. c. 12. de reform. & alibi ſæpe, exceptis tam dignitatibus regularibus, quæ amouibiles plerũque ſunt d. Clem. 2. de reſcript. iuncto cap. niſi eſſent de præben. cum vtrobique traditis per gloſ. & Doct. ac cap. 2. ad fin. de ſtat. monac. ſed vicariatus expirat mortuo; amoto, aut reſignante Epiſcopo, Clem. final. de procur. in gloſ. fin. cum aliis, de quibus Sbroz. in d. tract. de vic. Epiſc. lib. 3. quæſt. 44. immò de facili poteſt remoueri, vt docet experientia; vnde tollitur quòd obiiciebat gloſ. d. Clem. 2. verbo, electionem, quòd ſufficit, quòd poſſit eſſe perpetua ex eo, quòd fortè Epiſcopus eum non remouobit in vita, arg l. iuriſperitos ff. de excuſat. tut. & l. 1. cum ſua gloſſ. ff. pro ſoc. Confirmatur autem hoc ipſum, quoniam vera dignitas non moritur, habétque ſucceſſorem, vt notauit Abb. in c. ſignificauit num. 4. de reſcript. tradúntque Doct. communiter in cap. quoniam Abbas, de off. deleg. vbi eſt optimus textus, & in cap. ſi gratioſè, de reſcript. in 6. at verò dignitas vicarij expirat morte, ac reuocatione Epiſcopi, vt latè probat idem Sbroz. d. lib. 3. quæſt. 32. & 44. dignitáſque ipſa, & vicariatus non habet ſucceſſorem, ſed noua creatur, vt pluribus comprobat Bero. d. cap. quoniam

71 Dignitas eccleſiaſtica quas conditiones requirat.

Dignitas & vicariatus carent ſucceſſore.

Digitized by Google

Abbas,num. 100.& Illuſtr. Card.Mant. de coniectur. vltim.vol. lib.8.tit.17.num.3. cum aliis relatis per Sbroz.d.lib.3.quæſt.49. & Tho.Sanchez tract. de matrim. lib.8.diſp.27. num.8.Vicariatus igitur erit non dignitas propriè loquendo, ſed officium potiùs,vnde & officialis dicitur, vt paulò ante docuimus;officium autem à dignitate diſtingui conſtat,cùm ex aliis iuribus,tùm ex d.cap.1.de conſuetud.in 6.& Clem.vt ij,qui,de ætat.& qual.tradúntque Doct.vtrobique. & cap.de multa,de præbend.

Confirmatur ſecundò, quoniam vbi etiam ad rationem dignitatis ſufficiat, quòd poſſit eſſe perpetua, qua ratione Prioratus conuentualis,& aliæ Prælaturæ Regulares,licèt amouibiles, dici poſſunt verè dignitates,vt poſt alios docēt Silueſt. Tabien. & plerique Summiſtæ verb. dignitas, adhuc Vicariatus non eſt vera dignitas,cum non poſſit eſſe perpetua, quoniam expirat eo ipſo morte.vel amotione Epiſcopi ; & quauis alia dimiſſione,vt paulò ante admonuimus,& pluribus relatis comprobat intèr recentiores Sanchéz d.tract.lib.3.diſp.30. num.2.cum duob.ſeqq. iunctis ab eo adductis lib. 8. diſp. 28. num.32. & 56.ac Sbroz d. lib.3.quæſt.44.cum nonnullis ſeqq.

Secundò probatur,quòd vbi etiam dici poſſet, Vicarium habere aliquam dignitatem, cum tamen † illam non obtineat iure proprio, ſeu vt propriam,ſed iure alieno, ea haberi non debet in conſideratione,neque cenſeri comprehenſa ſub illis verbis text.d.cap.fi.de off.deleg. in 6.(obtinentes dignitatem in eccleſia Cathedrali)vt inter cæteros poſt Butr.adnotarunt Barbat. & Card.loco cit. verba enim legis verificantur in propria ſignificatione l.3.§.hæc verba ff.de negot.geſt.& cap.ſuſceptum, de reſcript.in 6. pro quo etiam faciunt quæ ad hoc propoſitum latè adducit Menoch.d.conſ.51.nu.24.cum pluribus ſeqq.Quòd autem,ſi qua dignitas dici poſſit eſſe in vicariatu ea non ſit propria,concedunt Doct. omnes, etiam oppoſitæ ſententiæ ſequaces in d.Clem.2.& Sbroz. d. quæſt. 22. quamplurimos ad id allegans,qui omnes aſſerunt, Vicarium coruſcare radiis dignitatis Epiſcopi,ſicut Auguſta radiis dignitatis Principis.Confirmatur autem tàm hæc ſecunda ratio, quàm illud, quod in præcedenti diximus de perpetuitate, quoniam Pontifex in d.cap.fin. requirit, quòd Conſeruator obtineat dignitatem, vel perſonatum ; at vero † verbum, obtinere, intelligitur, de ea re,quam quis habet iure proprio, ac perpetuò ; ita vt tolli ab eo ſine magna

72 *Dignitas Vicarij generalis non eſt propria ſed aliena, & ideo non cadit in conſideratione.*

73 *Obtineri quando aliquid dicatur.*

gna cauſa non poſſit, vt ſatis colligitur ex d. cap. 1. de conſuet. in 6. cap. vnico, de eo, qui mitt. in poſſ. Clem. vt ij, qui, de ætat. & qual. ac Trid. Concil. ſeſſ. 22. cap. 4. ſeſſ. 24. cap. 12. l. clàm poſſidere, ff. de acquir. poſſeſſ. & apertè voluit Alberic. in Dictionario ver. obtinere poſt Archid. d. cap. ſi gratioſè, de reſcript. in 6. Tertiò probatur hæc ipſa poſterior pars noſtræ concluſionis, quoniam vbi etiam daremus, Vicarium habere dignitatem propriè ſumptam, & iure proprio, adhuc † eam non habet in ecclesia Cathedrali, vel Collegiata, prout in Conſeruatore requirit Bonif. 8 d. cap. fin. atque ita in ſpecie inter cæteros adnotauit Cucch. Inſtit. maior. canon. lib. 2 tit. 8 num. 9. & ex eo facilè probari poteſt, quoniam Vicarius Epiſcopi non conſtituit vnum corpus, aut vnum totum cum Collegio eccleſiæ Cathedralis, nec Canonici eius fratres dicuntur, ſicut conſtituit Epiſcopus, cuius ipſe caput eſt, & Canonici eius fratres dicuntur cap. nouit, & cap. quanto, de his, quæ fi. à præl. ſine conſ. Capit. ſicut vnumquodque Capitulum dicitur vnum corpus, cap. dilecta, de exceſſ. prælat. cum aliis adductis ibi per gloſ. & per Caſſan. in Catal. glor. mun. 4. par. conſid. 32. verſic. & primò pro Capitulo, verſic. Tertiò Canonici, & verſic. nec obſtat, quòd Capitulum ſolum; ex quo etiam non parum confirmatur hæc eadem ſententia; ſi enim Canonici eccleſiæ Cathedralis; qui tamen efficiunt vnum corpus cum Epiſcopo, eiúſque fratres ſunt, vt mox diximus, & vocantur clerici, ſeu filij primi gradus, vt per Boër. in tract. de auctor. mag. conſil. & alios relatos infr. quæſt. 8. in princ. Súntque digniores Vicariis Epiſcoporum, cum priùs iis nominentur in litteris Apoſtolicis, vt patet tùm ex iis, quarum mox mentionem faciemus, tum ex commiſſionibus, ſi in euidentem, quæ diriguntur obtinenti dignitatem, vel Canonicatum in Cathedrali, & Vicario Epiſcopi, ſi inquam dicti Canonici, vti carentes dignitate, ac perſonatu nequeunt vt ſic ſine ſpeciali facultate eſſe Conſeruatores, vt d. q. 8. latiùs oſtendemus; minùs poterunt Vicarij Epiſcoporum.

74 *Dignitas Vicarij generalis Epiſcopi nō conſiſtit in Cathedrali vel Collegiata.*

Denique probatur, immo conuincitur hæc poſterior pars concluſionis, quoniam † approbata fuit per quatuor Romanos Pontifices, nimirum per Iulium II. Clem. VII. Pium V. & Iul. III. nam Iul. II. cum litteras conſeruatorias, quas conceſſit Capitulo, & Canonicis eccleſiæ Metropolitanæ Mediolani, direxiſſet etiam Vicariis Epiſcoporum in ſpiritualibus generalibus, inter

75 *Vicariū generalē Epiſ. non poſſe deputari Conſeruatorem, quatuor approbant Romani Pōtif.*

inter alias derogationes,quas non obſtantias vocant,hanc etiam poſuit ſub his verbis: Quódque vos filij vicarij non ſitis de perſonis, quæ deputari poſſunt in Conſeruatores; quod idem legitur in litteris Conſeruatoriis per Clementem ſeptimum conceſſis Ordini Minimorum de anno Domini 1524. & in litteris Pij V. declarationis priuilegiorum Ordinis Prædicatorum datis de anno 1571. quas vtraſque refert Io. Baptiſta Confett. in Collect. litter. Apoſt. & Priuilegior. regul. pag. 138. & 170. iuxta vltimam impreſſionem, necnon conceſſis anno 1553. à Iulio III. congregationi S. Pauli. Cum autem id redoleat ſtylum Cancellariæ Apoſtolicæ, ſeu Curiæ Romanæ, (neque enim aliter ab ea prodeunt vicariorum deputationes in Conſeruatores,) & hic quidem faciat ius, cap. ex litteris, de conſtitut. & cap quàm graui, de crimine fal. cum ſimil. inde, iunctis præſertim aliis ſuperiùs adductis, ita conuincitur poſterior hæc pars eius concluſionis, in qua nunc verſamur, ſeu illa opinio, quæ habet, vicarium Epiſcopi generalem deputari non poſſe in Conſeruatorem, vt nullus iam ea de re dubitandi locus relinquatur.

Supereſt autem dumtaxat, vt quæ pro contraria ſententia allegata ſunt, breuiter, ac facillimè diſſoluantur. Reſpondetur enim plures eſſe Doct. tenentes, vicarium Epiſcopi non habere dignitatem; nam inter eos, qui pro contraria ſententia recenſentur, Card. quidem omnino, gloſ. verò, Mil. Abb. & nonnulli alij potiùs tenent noſtram. Neque huic obeſt ratio allata per Sbroz. illa enim definitio eſt dignitatis impropriè ſumptæ, vt patet ex Doct. allegatis, præcipuè ex ipſa gloſ. d. cap. quia nonnulli, de cler. non reſid. ex quibus etiam, iunctis iis, quæ ſtatim ibi ſubiiciuntur, apertè colligitur, iuriſdictionem, atque adminiſtrationem, quæ dignitatem eccleſiaſticam arguit, propriam, ac perpetuam eſſe debere; ſicut etiam de ipſa dignitate paulò ante ſatis oſtendimus; illa verò iuriſdictio, & adminiſtratio eccleſiaſtica, quam habet vicarius, non eſt propria, & in eo radicata, ac perpetua, ſed mutuata, & ad nutum Epiſcopi amitti poteſt, ſicut & ipſa qualis qualis vicariatus dignitas, vt iam demonſtrauimus.

Sed admiſſo etiam, quòd vicarius aliquam dignitatem etiam propriè ſumptam, ac propriam haberet, cum ea, vt docuimus, non ſit in eccleſia Cathedrali, hoc ſufficit ad eum à Conſeruatoris munere excludendum. Neque ratio connexionis cum Epiſco

Digitized by Google

Epiſcopatu eum iuuare poteſt, tum quòd ſimus in materia ſtricta, & contra ius commune, vt probatum fuit ſupr. cap. 3. q. 3. quo caſu argumentum à connexis non procedit, vt tradunt Dec. & alij in cap. tranſlato, de conſtit. tum quòd connexa ea dicuntur, quæ habent eandem originem, vt poſt Bal. d. cap. tranſlato docet ibi Fel. num. 6. at verò certum eſt Epiſcopum, & eius vicarium non habere eandem originem, cum ille à Papa habeat iuriſdictionem, ac dignitatem, hic ab ipſo Epiſcopo. Denique quòd vicarius generalis Epiſcopi non dicatur habere dignitatem, ſatis apertè conſtat ex memoratis litteris Conſeruatoriis, præſertim Iulij III. in quibus conſtituti in dignitate apertè diſtinguuntur à vicariis Epiſcoporum: ſimiliter dato etiam † quòd perſonatum habere aliquo modo dicatur, tamen ille 76
neque perpetuus eſt, neque eius proprius, ſed ſolùm per relationem ad Epiſcopum, vnde non dicetur illum obtinere, ſicut neque dignitatem per ſupradicta; ac præterea illum non habet in eccleſia Cathedrali, quamuis enim in aliquibus locis ex conſuetudine, dum etiam eſt in eccleſia Cathedrali, præcedat Archidiaconum, & totum Collegium Cathedralis; tamen de iure verius eſt, vt ipſe Archidiaconus, vel ſaltem totum capitulum præcedere, ac præferri debeat, vt ſatis comprobat Io. Picard. d. conſ. 52. Menoch. conſ. 53. & alij relati per Sbroz. d. lib. 2. q. 25. in contrarium alleg. id quod vel ex eo non leuiter confirmatur, quòd, vt paulò ante docuimus, in litteris Apoſtolicis, etiam Conſeruatoriarum priùs nominantur obtinentes dignitatem, vel Canonicatum in eccleſia Cathedrali, quàm vicarij Epiſcoporum; prior enim nominatio prælationem arguit, & maiorem dignitatem, vt per text. in cap. ſi quis iuſto, de elect. in 6. §. vlt. Auth. de defenſ. ciuit. & alia probat Bartol. Caſſan. in Catal. glor. mun. par. 1. conſid. 17. ſtylus autem Curiæ, præſertim Cancellariæ Apoſtolicæ pro lege habendus eſt, c. ex litteris, de conſtit. c. poſtulaſti, de reſcript. c. quàm graui, de crim. falſ. cum aliis adductis ſup. cap. 2. quæſt. 1. ad finem. Præterea licèt vicarius de iure præcederet capitulum Cathedralis, inde adhuc non licet arguere, quòd habeat perſonatum in eccleſia Cathedrali, cum non ſit pars capituli eiuſdem eccleſiæ, aliàs ſequeretur, quòd etiam Epiſcopus aliquis, qui non ſit proprius, ſi in eccleſiam Cathedralem, aut ad proceſſiones ſimul cum capitulo conueniret, diceretur habere perſonatum in ipſa Cathedrali

Vicarius generalis Epiſcopi nõ obtinet perſonatũ in Cathedrali, vel Collegiata eccleſia.

eccleſia, quia toti Capitulo præferretur, illúdque præcederet, quod tamen quàm abſurdum ſit, nemo non videt.

His igitur ſic confirmatis ſtatuendum omnino eſt, Vicarium Epiſcopi, etiam generalem non poſſe quatenus Vicarius eſt, deputari Conſeruatorem; & conſequenter etiam multò minus Vicarium Capituli ſede vacante. Quòd ſi pleroſque videmus
77 Vicarios Epiſcoporum † eſſe Conſeruatores Regularium, hoc ideo eſt, quia in litteris facultatum, quas huiuſmodi Regulares habent eligendi ſibi Conſeruatores, Vicarij quoque Epiſcoporum expreſsè nominati ſunt, ac deputati ab ipſis Pontificibus, & hoc fortè eſt, quod dixit Guid. Pap. d. q. ſeu deciſ. 247. & ſing. 435. ex generali conſuetudine, Epiſcoporũ officiales admitti ad Conſeruatorum officium; ſicut etiam in pleriſque litteris huiuſmodi facultatum nominantur Canonici eccleſiæ Cathedralis, qui tamen regulariter deputari Conſeruatores non poſſunt, vt
78 infr. hoc ipſo c. q. 8. latiùs oſtendemus. Fateor tamen † conſuetudine 40. annorum poſſe induci, quòd Vicarius Epiſcopi eligatur in Conſeruatorem, vbi in reſcripto, ſeu facultate ſibi Conſeruatorem eligendi, Vicarius non nominetur, vt fuſiùs dicemus cap. 7. q. 9. concl. 8. Interim verò ad ſextam huius c. tranſeamus.

Vicarij Epiſ. quomodo de facto Regulariũ Coſeruatores dicantur.

Vicarij Epiſ. ſi adſit conſuetudo, deputari poſſunt Coſeru.

QVÆRO *ſextò, An Abbates, Priores, & Commendatarij deputari poſſint Conſeruatores.*

79 Certum eſt abſolutè, ac ſimpliciter loquendo, Abbates † deputari poſſe in Conſeruatores; id enim expreſsè decernitur in cap. fi. in princ. de off. deleg. in 6. per Abbates autem intelliguntur etiam quod ad hanc rem attinet non ſolùm ij, qui in Monaſteriis Regularium hoc nomine nuncupantur, vt etiam habetur in cap. 2. de ſtat. monach. & cap. fi. de regular. Clem. 1. de reſcript. & alibi ſæpe; de quibus id docuimus ſupra hoc eod. cap.
80 quæſt. 2. concl. 3. ſed etiam † Abbates clericorum ſecularium, qualis eſt Abbas Nonantulæ, Vaſtallę, & alij plerique quos quidem dari docet Lancell. Conrad. templ. om. iud. lib. 2. cap. 7. num. 7. & latiùs Hoied. tract. de incompatibil. benef. 1. par. cap. 5. num. 3. poſt Io. Selu. in tract. de benef. 1. par. quæſt. 2. num. 85. Rebuf. in Prax. benef. in tit. ſeculare beneficium quotuplex nu. 5. & ſatis conſtat tum ex c. ex tranſmiſſa, de renunt. tum etiam ex lib. Pontificali in rubr. de benedict. Abb. auctor. Apoſtol. & rubr. de benedict. Abb. auct. ord. qui quidem liber Pontificalis eſt authenticus, & fidem facit, vt poſt Pauin. de viſit. docet Fuſc. in

Abbates eligi poſſunt in Conſeruatores.

Clericorum ſecular. Coſeruat. delegari poſſunt Abbates.

Digitized by Google

in ſimili tract. lib. 1. cap. 4. nu. 9. & lib. 2. cap. 28. num. 14. & Petr. à Gened. in collect. ad Decretal. collect. 135. num. 4.

Quod verò pertinet ad Priores, ſi quidem de regularibus loquamur, ſatis de iis diximus d. quæſt. 2. concl. 2. & 3. Si verò loquamur † de ſecularibus, de quibus aliquid per text. & Doct. 81 cap. cum inter, de verb. ſignif. Card. Clem. 2. in princ. num. 4. de præbend. Rot. deciſ. 2. de off. vic. in antiq. & deciſ. 13. de præben. in antiq. Nauar. conſ. 4. de maior. & obed. Hoied. de incompatib. benef. 1. par. cap. 6. num. 2. Greg. Tholoſ. de benef. cap. 10. num. 22. & in Partition. iur. can. lib. 1. tit. 27. cap. 5. Caſſan. in Catalog. glor. mund. 4. par. conſid. 38. in prin. Dicendum erit, quòd, ſi quidem ſint loco Abbatis in eccleſia aliqua Collegiata, prout alicubi eſſe teſtatur Hoied. & Caſſan. loc. cit. & de Priore conuentuali oſtendimus d. concl. 3. tunc omnino ſtatuendum eſt, eos eſſe poſſe Conſeruatores per regulam ſubrogatorum; tùm quòd Abbates etiam ſeculares poſſunt eſſe Conſeruatores, vt mox docuimus, tum quòd dicuntur habere dignitatem in eccleſia Collegiata, per ea, quæ dicemus, quæſt. ſeq. qua ratione etiam Præpoſiti quando ſunt loco Abbatis, quod aliquando contingit, vt per Caſſán. d. 4. par. conſid. 33. & Io. Selu. d. quæſt. 2. num. 85. eſſe poterunt Conſeruatores. Quod ſi tam Prior, quàm Præpoſitus non ſint loco Abbatis; tunc, cum ſimplicem dignitatem habeant, niſi ea ſit in eccleſia Cathedrali, vel Collegiata, Conſeruatores deputari non poſſunt, iuxta ea, quæ latiùs in ſeq. quæſt. adducemus, vbi generaliter de obtinentibus dignitatem agendum erit.

Priores ſeculares quãdo eligi poſſint in Conſeruatores.

Denique quoad Commendatarios illud ſtatuimus, † Commendatarios Abbatiarum regularium, ac Prioratuum conuentualium, ſi quidem Commenda iis facta ſit à ſummo Pontifice in perpetuum, eſſe poſſe Conſeruatores, tum quòd huiuſmodi Commendæ in perpetuum à Papa datæ loco tituli ſunt, & iſti Commendatarij in omnibus pro titularibus habentur, vt poſt alios ſatis oſtendunt Caſſan. d. 4. par. conſid. 32. in fin. Gomes in reg. de public. reſignat. quæſt. 4. & de trien. poſſeſſ. quæſt. 5. Petr. Greg. Tholoſ. Syntagm. iur. vniuerſ. lib. 17. cap. 3. num. 8. & 9. & fuſiùs cap. 15. num. 35. vſque ad finem, & rurſus tract. de benef. cap. 10. num. 13. & cap. 25. num. 17. gloſ. & Doct. in cap. nemo deinceps, de elect. in 6. tum ex eo quòd in ſpecie dixiſſe videntur ſatis id comprobantes Barbat. in conſ. 2. poſt num. 9. vol. 2. & 82

Cõmendatarij an valeãt eſſe Cõſeruatores.

Rebuſ.in tract.de pacif.poſſeſſ.num.53.dum illud docent Commendatarium Abbatiæ haberi pro vero Abbate etiam quoad delegationem cauſarum. Quòd ſi d. cap. nemo deinceps, aut alibi iura, & Doct. tradunt Commendam non poſſe dari niſi ad ſex menſes; & Commendam non eſſe niſi quandam cuſtodiam, id eſt vbi,vel ab Epiſcopo detur Commenda,prout loquitur ille text. in d. c.nemo, decernens, vt Epiſcopus nequeat Commendare vltra ſex menſes,vel etiam vbi à Papa ad tempus fiat Commenda, non autem,vbi in perpetuum,prout explicant præcitati Doct. atque inter cæteros reſpondet Barbat. d. conſ.2. num.10. & paſſim in ſequent.

QVÆRO *ſeptimò, An quilibet obtinentes Dignitatem, Perſonatum, aut Officium eccleſiaſticum deputari poſſint Conſeruatores.*

83 *Perſonatus, & officium eccleſiaſticũ largè pro eodem ſumuntur.* Suppono, quòd licèt dignitas eccleſiaſtica † latè ſumpto vocabulo varias habeat ſignificationes, vt per gloſ. & Doct. in c. quia nonnulli, de cler. non reſid. Archid.& alios in c.1. de conſuetud. in 6.gloſ.& Doct.in c.ſtatutum in princ.de reſcript.eod. lib.Tiraq.tract.de nobil.cap.8.num.10. & tam perſonatus,quàm officium largè ſumpta pro eodem cum dignitate accipiantur, & hæc tria tanquam ſynonyma nonnunquam in iure confundantur, vt tradunt Abb. & alij in cap. de multa, de præben. & Io.Selu. d.tract.de benef. quæſt.2. num.66. & 72. Archid.& Io. An.d.c.1.de conſuet.in 6.ſatiſque conſtat ex c.cum acceſſiſſent, de conſtit. vbi Primiceriatus primùm vocatur perſonatus, deinde dignitas, denique officium; tamen ſi hæc tria in propria ſignificatione accipiantur, inter ſe differunt,vt patet ex d.cap.1. de conſuet. in 6. cap.2. & cap. cum illis, de præben. in 6. cap. in Geneſi,de elect. d.cap.de multa, de præben. Clem. vt ij, qui, de æt.& qualit.extrau.execrabilis,de præben.& alibi ſæpe,vt Doct. id adnotarunt;

84 *Dignitas eccleſiaſtica quid ſit.* nam dignitatem eccleſiaſticam † is habet, qui habet aliquam præeminentiam, ſeu adminiſtrationem rerum eccleſiaſticarum cum iuriſdictione; ita Archid. Gemin. & alij in d.cap.1. de conſuet.in 6. Io.An.& Abb. in d.cap.de multa,de præben. num.21. poſt Innoc. & alios, Card.& alij in Clem.2.§. illi vero, de ætat.& qual. Rebuf.in Prax. benef. tit. ſeculare beneficium quotuplex num.7. & d.tract.de pacif.poſſeſſ. num.84. Io.Selu. d.quæſt.2.num.71. & ſeq.Greg. Tholoſ. de benef.c.10. num.18. & in Partit. iur.Canon. lib.1. tit.27. cap.2.num.6. poſt alios Iacob.Sbroz. d.tract.de vic.Epiſc. lib.2.quæſt.27. num.15.

&

by Google

& Alphonſ. Hoied. tract. de incompatib. benef. 1. part. cap. 7. num. 1. ſed huiuſmodi quoque dignitatem habet qui nomen aliquod habet dignitatis in iure expreſſum, vt Archidiaconi, & ſimilium. ita poſt Innoc. & Rot. Roman. tradit Abb. d. num. 21. Archid. d. cap. 1. Io. Selua d. num. 71. ſicut etiam illa verè dignitas eſt, quæ ex conſuetudine pro dignitate in tali eccleſia reputatur; ita Archid. & Gem. d. cap. 1. Abb. d. cap. de multa, num. 22. Mil. verbo, dignitas eſt quicquid, poſt Rom. conſ. 173. & 449. & alij plerique, quos ad id refert, & ſequitur Tiraquel. d. tract. de nobilit. cap. 10. num. 7. facit cap. cum olim, de conſuet. aut denique ſi ita inſtituta eſt, vt ſit dignitas, ita inter cæteros Abb. d. num. 22. & Guliel. Redo. tract. de ſimon. ment. 1. part. cap. 13. num. 7. verſic. & eſt dignitas: ad quod optimè facit d. cap cum olim.

Perſonatus verò † eſt prærogatiua quædam in eccleſia ſine iuriſdictione, vt quia habet quis ſtallum honorificum in choro præ aliis Canonicis etiam ante receptis, minorem tamen dignitatibus, ita Archid. Gemin. & alij d. cap. 1. Card. Clem. 2. §. illi verò, num. 2. de ætat. & qualit. Rebuf. d. tit. benef. ſecul. quot. num. 8. & de pacif. poſſeſſ. num. 85. Tholoſ. d. num. 6. & 18. Hoied. d. cap. 7. num. 2. Sbroz. d. quæſt. 27. num. 12. Silueſt. & alij Summiſtæ in verbo dignitas, & verbo perſonatus; pro quo allegatur text. in c. dudum il 2. de elect. Perſonatus quoque dicitur, qui pro tali in eccleſia reputatur, vt ſingulariter adnotauit Abb. d. num. 22. 85 *Perſonatus quid dicatur.*

Officium denique eccleſiaſticum † eſt adminiſtratio rerum eccleſiaſticarum ſine iuriſdictione, vt eſt ſacriſta, & ſimiles. ita Archid. Gemin. Hoied. & Tholoſ. loc. cit. Rebuf. vbi ſupra num. 9. & 86. Officium autem huiuſmodi eccleſiaſticum aliud datur in titulum, de quo in d. c. 1. & Clem. 2. aliud non, de quo in tit. de offic. ſacriſt. & de offic. cuſtod. & ſimil. & vtriuſque generis exemplum habemus in Metropolitana eccleſia Mediolanenſi, vbi ex duobus ſacriſtis, alter eſt mercenarius, alter verò titularis. Hoc poſito ſit 86 *Officium eccleſiaſticum quid ſit & quotuplex conſtituatur.*

Prima concluſio. Obtinens dignitatem eccleſiaſticam † ita demùm deputari poteſt Conſeruator ſi huiuſmodi dignitatem in aliqua eccleſia Cathedrali, vel Collegiata obtineat, aliàs non poterit. Concluſio patet ex text. d. cap. fi. in princ. de off. deleg. in 6. vbi poſtquam de Abbatibus decreuerat, eos eſſe poſſe Con- 87 *Dignitatem eccleſiaſticã obtinens in eccleſia Cathedrali vel Collegiata in Cõſeruatorem eligi poteſt; aliàs non.*

ſeruatores; ſtatim ſubdens de obtinentibus dignitatem, ait(ſeu dignitates, vel perſonatus in Cathedralibus, vel Collegiatis eccleſiis obtinentes.) Et quamuis hæc verba in eum quoque ſenſum exponi poſſe videantur, vt illud verbum, obtinentes, priùs per ſe referatur ad illud verbum, dignitates, deinde ſeorſim ad ſequentia, vel perſonatus in eccleſiis Cathedralibus, vt ſit ſenſus, deputari poſſe in Conſeruatores obtinentes dignitatem, vel obtinentes perſonatum in Cathedralibus, aut Collegiatis eccleſiis. Tamen gloſ.& Doct. tam in d.cap.fi. quàm d.Clem.2. de reſcript. ita interpretati ſunt prædicta verba cap.fi. vt omnino debeat ſiue perſonatus, ſiue dignitas obtineri in Cathedrali, vel Collegiata eccleſia, prout etiam expoſuit, atque intellexit S. Anto. tract. de excom. cap.37. verſ. item nota, & Silueſt. verbo, Conſeruator num.2. idque ex eo etiam fecilè perſuaderi poteſt quòd illud verbum, obtinentes, debet æqualiter determinare vtrumque membrum, cui apponitur, nimirum & dignitatum, & perſonatuum; nam verbum æqualiter reſpiciens plura determinabilia, æqualiter illa debet determinare, vulg. l. iam hoc iure, ff. de vulg. & pupill. cum ibi not. & ſuis concord. præſertim cum ſit in fine poſitum, quod regulariter æquè refertur ad præcedentia, vt per Doct. in cap. cauſam quæ, de reſcript. & l. auia ff. de condit.& demonſtr. cum ſimil. Ampliatur verò hæc concluſio, vt quicumque aliquo nomine, ſeu titulo qui in dignitatem de iure, ſiue etiam ex conſuetudine ſonat, decorati exiſtunt in Cathedralibus vel Collegiatis, licèt inibi rerum eccleſiaſticarum adminiſtrationem, ſeu iuriſdictionem non habeant, Conſeruatores deputari poſſint; id quod apertè deducitur ex d.cap. fi. iunctis iis, quæ ſupra initio huius quæſt. de dignitate præmiſimus, & in ſpecie adnotauit D. Io. Baptiſta Conf. in d. ſummar. mater. priuileg. tit.4. cap.5.

88 Hinc infertur primò † Archidiaconum ſaltem eccleſiæ Cathedralis poſſe eſſe Conſeruatorem, vt in ſpecie tenet D. Conf. d. cap.5. circa initium: & ratio huius rei eſt; nam Archidiaconus habet dignitatem eccleſiaſticam, vt tradunt Doct. communiter in rubr. & toto ferè tit. de off. Archid. atque etiam adnotauit Archid. Abb. Redoa. & alij ferè omnes cit. ſupra in ſuppoſ. cum de dignitate ageremus, Rot. Rom. deciſ.9. de præbend. in nou. ac nouiſſimè Conrad. in templ. om. iud. lib.2. cap. 8. num.25. & Cucch. Inſtit. maior. can. lib.2. tit.10. num.5. ſatiſque

Archidiaconus Conſeruatoris munere fungi poteſt.

que probatur in Clem. fi. de præbend. vt inter cæteros optimè ibidem adnotauit Card. in princ. & quamuis Abb. & quidam alij in cap. cum olim, de re iudic. & Conrad. d. cap.8.num.24. voluerit Archidiaconum non eſſe de Capitulo, niſi etiam ſit Canonicus; tamen contrarium ferè vbique de conſuetudine ſeruatur, vt optimè monet Cucch.d.tit.10.num.26.qualis etiam conſuetudo eſt in Metropolitana Mediolani. quinimmo idem de iure ſatis ſuſtineri poteſt per ea, quæ nos adduximus in tract. de diſtribut.quotid.par.1. concl.2. & in ſpecie quoad Archidiaconum ex cap. licèt, de præbend. vbi Archidiaconus ſupponitur eſſe capax diſtributionum quotidianarum, quæ tamen, non niſi ab iis percipi poſſunt, qui ſunt de Collegio vel Canonicorum, vel ſaltem illorum Clericorum, quos manſionarios, ſeu aſſiſios, vel beneficiatos vocant, vt per text. in cap. dilectus il 1. & cap. pro illorum, de præbend. aliàque oſtendimus d.quæſt. 1.ferè per totam. ſed vbi etiam de Capitulo non diceretur, aut eſſet Archidiaconus, adhuc ſufficit ad hoc, vt quis poſſit eſſe Conſeruator, vt Archidiaconatum, aliámve dignitatem huiuſmodi in Cathedrali, vel Collegiata eccleſia aliquis obtineat, vt expreſsè habetur d. cap.fi. At verò quòd huiuſmodi dignitates dicantur verè, ac propriè obtineri in Cathedrali, vel Collegiata eccleſia, patet cum ex aliis iuribus, tum ex d.cap.1.de conſuetud.in 6.d. Clem.2. de ætat. & qualit. & Conc. Trid.ſeſſ.21. cap.3. ſeſſ.22. cap.3.& 4.& ſeſſ.24.cap.12.de reform. Id autem procedere puto non modò in Archidiaconatu eccleſię Cathedralis, ſed etiam alio, ſi quis eſt eccleſiæ Collegiatæ, prout eſt Mediolani in eccleſia Collegiata S. Mariæ Scalenſis; nam & hanc dignitatem eſſe exiſtimo per id, quod antea ſuppoſuimus, dignitatem eam quoque dici, quæ ſonat in nomen dignitatis in iure expreſſæ; atque ideo poterit huiuſmodi Archidiaconatum obtinens eſſe Conſeruator iuxta ea, quæ paulò ante adduximus.

Infertur ſecundò idem dicendum † de Archipresbytero. & 89
quidem de Ciuitatenſi quem vocant, ſeu Cathedralis eccleſiæ, id in ſpecie adnotauit Cucch. Inſtit. iur. Can. lib.1. tit.17. & Conſ. d. titul.4. cap. 5. circa initium; & ratio eſt, quia Archipresbyteratus abſque controuerſia dignitas eſt, vt tradiderunt Archid. Gem. Franc. & alij d. cap.1. de conſuetud. in 6. Card. Clem.1.de præben.Io.And.& Abb. d.c.de multa, Rot. Rom. d. deciſ. 9. Caſſan. in catal. glor. mund. 4. p. conſiderat. 40. latè

Archipresbyter poteſt delegari Cõſeruator.

Redoan.

Redoan. d.tract.de ſimon.ment.1.p.cap.19.num.5.& 14. Conrad.d.lib.2.cap.11.nu.16. vbi poſt alios † id ipſum ſtatuendum docet de Archipresbytero rurali, quod etiam admittit Fed. de ſen. conſ.80. quando habet eccleſiam Collegiatam actu, prout eum refert Mil. in Repert. verbo, dignitas eſt eſſe Archidiaconum circa finem; quinimo ſi aliquis Rector parochialis eccleſiæ nomen habeat Archipresbyteri, eum quoque dignitatem habere poſt Archid.d.cap.3.docet Redo.d.nu.14. quod vtrumque ex eo perſuaderi poteſt,quod paulò ante monuimus,dignitatem eam eſſe, quæ ſonat in nomen dignitatis expreſſæ in iure: at verò quòd Archipresbyteratus à iure dignitas reputetur etiam extra vrbem, ſeu ruralis, deducit Card. Clem.1.num.3. de præbend. ex cap.fin. de off. Archipresb. vbi Archipresbyter in multis æquiparatur Epiſcopo. Non poterit tamen huiuſmodi Archipresbyter, qui non ſit eccleſiæ Cathedralis, eſſe Conſeruator, niſi talem dignitatem in eccleſia aliqua Collegiata obtineat, vt iam non ſemel ex d. cap. fin. de off. deleg. in 6.admonuimus; cuiuſmodi eſt Archipresbyter in eccleſia S. Laurentij, & S.Mariæ Scalenſis Mediolani.

90 *Archipresbyter ruralis & nō habēs Collegiū an valeat Conſeru. officiū exercere.*

91 Infertur tertiò, quid dicendum † de Præpoſitura; nam & ea nomen dignitatis habet, vt colligitur ex cap.1.de æt.& qual. & ord.præfic. & cap.quamuis, de verb. ſignif.& apertè habetur in cap.1. de conceſſ. præbend. in 6. latéque docet gloſ.& Doct. d.cap.1.de conſuet. in 6. Rot.Rom.d.deciſ.9. Redoan.d.cap.19. num.7.& Conrad.d.lib.2.cap.10.num.7.Caſſan.d.4.par.conſid. 38.& hi quidem alij ſunt Rectores Collegiatarum eccleſiarum, qui vt plurimum hoc nomine vocantur; alij huiuſmodi dignitatem in Cathedrali habent, ſed tunc regulariter non habent primã ſedem, vt experientia videmus,& optimè monet Cucch. Inſtit.maior.can. lib 2.tit.12. Quare poterunt proculdubio deputari Conſeruatores, per ea, quæ ſupra adduximus; idque in ſpecie tenet D. Conf.loc.paulò ante allegato.

Præpoſitus in eccleſ.Cathedrali, vel Collegiata poteſt eſſe Cōſeruator.

92 Quartò infertur idem dicendum † de Decanatu, quem licèt aliqui non diſtinxerint ab Archipresbyteratu,alij ab Archidiaconatu;tamen ab vtroque eum diſtingui conſtat tum ex aliis iuribus, tum ex d.cap.1.de ætat. & qualit. eſſe autem dignitatem ſatis voluit Rot.Rom.deciſ.17.de conceſſ.præbend.in nou. apertè verò docet Franc.& alij d.cap.1.de conſue.in 6.Nic.Mil. in verbo, dignitas eſt eſſe Archidiaconum,poſt Rom.conſ.440.

Decanus an eſſe poſſit Cōſeruator.

Caſſan.

Caſſan.d.4 par. conſid. 37. Redoan. d.cap.19. num. 6. licèt iura per eam adducta id non probent, niſi quatenus in cap. cum in cunctis §. inferiora ab eo allegato Decanatus ſimul ponitur cum Archidiaconatu, immò ei præponitur; qua ratione meliùs id probaretur ex d.cap.1.vbi & idem habetur, & inter prælationes numeratur. Rot. verò, ſeu illarum deciſionum compilator id probat ex cap. cum inter vniuerſas, de elect. & cap. poſt electionem,de conceſſ. præbend.vbi Decani nomen iungitur cum Capitulo quaſi Decanus ſit caput Capituli,quod & in plериſque aliis Decretalibus præſertim in inſcriptione legitur, vt in cap. cum inter vos, de conſuet. & cap.dilectus il 3. de præbend. qua ferè etiam ratione vtitur Caſſan.loc.cit.atque etiam ex eo,quòd Decani ſubrogantur loco Archipresbyteri vt patet ex cap. ad hæc, de off. Archid. vbi habetur, Archipresbyteros à pluribus Decanos nuncupari, & adnotauit etiam inter cæteros Tholoſ. in Partit. iur. can. lib.2. tit.9. cap.5.num.4.vnde eodem iure vti poſſunt, ac debent tamquam in ius alterius ſuccedentes, cap. tranſlato, de conſtit. cap.is qui in ius,de reg.iur.in 6.cum ſimil. ſed eſt text.ſatis expreſſus in d.cap.aures,de reſcript.ibi plerumque Decani, Archidiaconi, Præcentores, vel alij eccleſiaſticis prædıti dignitatibus ſuper minoribus beneficiis litteras impetrantes nomen ſupprimunt dignitatis ſuæ;ex qua ratione etiam dicendum erit Decanos rurales eſſe in dignitate conſtitutos prout de Decanis etiam Parochialium voluit Archid. d. cap. 1. idque ex eo deducitur, quod ſuprà ſatis confirmamus, eam pro dignitate habendam eſſe, quæ nomen habet dignitatis in iure expreſſæ, quamuis quoad rurales contrarium voluerit Mil.poſt Roman. loco cit. & ſentiat Rot.d.deciſ.17. per text.in cap. cum ſecundùm Apoſtolum, (ſed voluit allegare, cum Apoſtolus)de cenſib. vbi tamen iuncta gloſ. ſolùm dicitur, hos Decanos eſſe conſtitutos ſub Epiſcopis. Ex his porro Decanis omnibus illi ſoli Conſeruatores eſſe poterunt, qui huiuſmodi dignitatem in Cathedrali,prout eſt Mediolani, aut in Collegiata obtinent, iuxta text.d.cap.fi.in princ.de off.deleg.in 6. 93

Infertur quintò, quid dicendum † de Primiceriatu; nam cum dignitas ſit, vt patet ex c. cum acceſſiſſent, de conſtit. & adnotauit inter cæteros Redoan. d. cap.19. num. 7. Cucch. d. lib.2. tit.12. in fin. Caſſan. d.4.par. conſid.42. qui etiam omnes, dempto Redo. eundem eſſe volunt cum Cantoratu, quam di-

Primicerius an delegari poſſit Coſeruator. vide num.ſeq. & 101.

gnitatem de iure eſſe fatetur Caſſan. ibid. & ex c. inter dilectos, de exceſſ. Prælat. iuncta gloſ. ibi verbo, dignitatis, & iuncto c. cleros, 21. diſt. ſatis deducit ibid. Archid. verſic. Cantor, & Redoan. d. num. 7. vbi ipſe docet, Primicerium eundem eſſe, ac

94 Præcentorem; Præcentorem verò † habere de iure dignitatem, ſatis probatur in d. c. ad aures de reſcript & c. cum olim, de conſuet. quod idea de Succentore adnotauit Redoan. loc. cit. per text. d. c. inter dilectos cum ſua gloſ. verbo, dignitatis. ſed ipſe veriùs puto, Succentoratum, ſicut & Cantoratum potiùs perſonatus eſſe de iure, quàm dignitates, vt concl. ſeq. in fine oſtendemus. Poterit igitur Primicerius, atque etiam Præcentor, ac Succentor vbi ſint diſtinctę dignitates in aliqua eccleſia Cathedrali, vel Collegiata deputari Conſeruatores ex prædictis: ac de Primicerio in ſpecie docet Conf. d. tit. 4. cap. 5.

Præcentor, Cantor aut Succentor Conſeruatores poſſunt deputari.

Prioratus ſecularis.

Infertur ſextò quid de Prioratu ſeculari; nam cum is dignitas ſit ſaltem vbi primum locum habeat in eccleſia Collegiata, vt ſatis probant inter cæteros Io. Selu. tract. de benef. 1. par. q. 2. num. 62. Caſſan. in catal. glor. mun. d. 4. par. conſid. 38. Card. Clem. 1. num. 4. de præben. & Nauar. conſ. 4. de maior. & obed. num. 3. optimè poterit tunc eſſe Conſeruator, cum habeat locum diſpoſitio text. d. c. fin. His adde quæ de huiuſmodi Priore ſeculari diximus ſupra quæſt. præced. circa medium.

95 Infertur denique quid † de Theſaurario; hic enim licèt alicubi ſit dignitas, vt patet ex Nauar. conſ. 22. de præben. & Rot. Rom. d. deciſ. 9. de præben. in nou. Caſſan. d. 4. par. conſid. 40. tamen de iure non ſonat in nomen dignitatis, vt ſatis probant ibid. Rot. & Caſſan. & voluit etiam Abb. conſ. 93. vol. 2. ſed idem eſt Theſaurarius, & Sacriſta, vt tradit Tholoſ. Syntag. iur. vniu. lib. 15. cap. 39. num. 4. & Monet. Cucch. d. lib. 2. tit. 13. num. 4. & num. 8. docet cuſtodem ſubeſſe ſacriſtæ, quod etiam probat Tholoſ. d. cap. 5. num. 10. quamuis cuſtodiam inter dignitates potuiſſe videantur Rodoan. d. num. 8. & Alber. in Dictionario, verbo, cuſtodia videtur dignitas per text. in cap. fin. de conſtit. ibi cum ratione Abbatiæ ad ipſum pertineat donatio tam cuſtodiæ, quàm aliarum dignitatum, ac etiam præbendarum in eccleſia Patranen. ſed apertè ibi ſe refert Pontifex ad conſuetudinem, vel conſtitutionem illius eccleſiæ, quia ibi cuſtodia pro dignitate haberetur ex conſuetudine legitimè præſcripta, vel conſtitutione à ſede Apoſtolica confirmata; neque enim

Theſaurarius an poſſit eligi in Cõſeruatorem.

Digitized by Google

enim Epiſcopus etiam cum capitulo,ſed ſolus Papa † poteſt nouam dignitatem in eccleſia conſtituere, vt patet ex c. cum acceſſiſſent, de conſtit. & c. cum olim, de conſuet. & vtrobique gloſ. & Doct. adnotarunt, licèt dignitatem iam à iure introductam poſſint in aliqua eccleſia,vbi ea non ſit,creare,vt ſatis conſtat ex d. c. cum acceſſiſſent, & ibi Doct. communiter tradiderunt,& vtrumque comprobat Iacob.Sbroz. tract.de vicar.Epiſc. lib.2.quæſt.31.num.1. & 2. Poterit ergo Theſaurarius deputari Conſeruator vbi legitimè habeatur pro dignitate in aliqua eccleſia Cathedrali,vel Collegiata iuxta diſpoſitionem text.in ſæpius alleg. cap.fin. de off.deleg. in 6.

96 *Dignitatem nouã in eccleſia quis creare poſſit.*

Atque hæc de hac Prima concluſione, quæ eſt de dignitatibus dicta ſint ſatis, ſi illud tamen addiderimus, quod ad ſingularem declarationem tam huius, quàm ſtatim ſequentium concluſionum pertinet, nimirum, † Conſeruatores ordinum Mendicantium ſufficere, ac debere eſſe in eccleſiaſtica dignitate conſtitutos,vt patet ex verbis conſtitutionis cuiuſdam Leon.X. relatis ſupra cap. 3. quæſt. 2. circa medium; vnde ſequitur, vt non debeant neceſſariò huiuſmodi dignitatem habere in eccleſia Cathedrali,vel Collegiata, nec ſat ſit,quoad eos Conſeruatores, quòd in tali eccleſia,aut etiam ſimpliciter habeant perſonatum; minùs verò, quòd habeant ſimplex officium eccleſiaſticum, aut etiam Canonicatum in Cathedrali;quamuis quoad hæc omnia ſoleat derogari in litteris Conſeruatoriis, quæ ad fauorem quorumcumque ordinum conceduntur, ideóque earum forma ſit attendenda.

97 *Regulariũ Conſeru.debẽt & poſſũt eſſe omnes in dignitate conſtituti.*

Secunda concluſio. Obtinens perſonatum in aliqua eccleſia Cathedrali,vel Collegiata † poteſt deputari Conſeruator. Hæc concluſio certiſſima eſt propter manifeſtam diſpoſitionem text. in d. c.fin.in princ. ibi vel perſonatus in Cathedralibus,vel Collegiatis eccleſiis obtinentes. Vnde illud reliquum eſt, vt ex hac ipſa concluſione quædam breuiter inferamus.

98 *Perſonatum obtinens in eccleſia Cathedrali,vel Colleg. deputari poteſt Cõſeruator.*

Infertur ergo primò, quòd † obtinentes in eccleſia Metropolitana Mediolani præbendam, ſeu ordinariam Theologalem, aut Pœnitentialem, aut Doctoralem, quæ à S. Carolo Cardinali Mediolanen. tunc Archiepiſcopo auctoritate Apoſtolica, ſibi à fel. rec. Greg. Papa XIII. attributa in ea eccleſia erecta fuit, de iure poterunt eſſe Conſeruatores; iſti enim habent perſonatum, cum hanc prærogatiuam, ac præeminentiam præ aliis Ca-

99 *Prabendam Theologalẽ, Pœnitẽtialem,& Doctoralem obtinentes in Metropolitana Mediolani Cõſeruatores creari poſſunt.*

nonicis ordinariis habeant, vt eos ſingulos præcedant, primúmque locum habeant poſt quinque dignitates eiuſdem Metropolitanæ, quarum hic ordo eſt, vt primum locum habeat Archipresbyter, ſecundum verò Archidiaconus, tertium Primicerius, quartum Præpoſitus, quintum, ac poſtremum Decanus, poſt quem ſtatim ſequi debeat Theologus, tum Pœnitentiarius, ac denique Doctoralem obtinens, vt patet ex decreto eiuſdem S. Caroli Archiepiſcopi in deſignatione, & diſtributione præbendarum, & annexione ordinum ab eo facta præſente, & conſentiente toto Capitulo eiuſdem eccleſiæ; quam tamen prærogatiuam prædictis præbendatis conceſſit abſque præiudicio tunc obtinentium. Porrò certum eſt, perſonatum præcisè, & vt quid diſtinctum à dignitate ſumptum ab eo obtineri in Cathedrali, vel Collegiata eccleſia, qui habet prærogatiuam ſedis, ita poſt dignitates præcedat alios Canonicos in Choro, in Capitulo, Proceſſionibus, ac ſimilibus, vt ſuprà hac ipſa quæſt. docuimus, vbi de perſonatu aliquid præmiſimus; id quod fieri videmus ab his, qui nunc prædictas præbendas in dicta Metropolitana obtinent.

101 *Perſonatum obtinet Canonicus qui præfertur in optione aliter quàm ob antiquitatẽ.*

Infertur ſecundò idem dicendum, † ſi quis in optionibus, & aliis huiuſmodi præferatur cæteris Canonicis aliter, quam ob antiquitatem; nam & is perſonatum habere diceretur, vt voluit Archid. Io. An. & Gemin. d. cap. 1. de conſuet. in 6. Card. in Clem. 2. §. illi verò, num. 2. de ætat. & qualit. Silueſt. verbo, dignitas, & alij ferè omnes, quos d. loco adduximus. atque adeo eſſe poteſt Conſeruator.

100 *Primiceriatus, Cãtoratus & Succẽtoratus an ſint dignitates vel perſonatus.*

Infertur denique, † obtinentes Cantoratum, aut Succentoratum in eccleſia aliqua Cathedrali, vel Collegiata, vbi tamen ibi pro dignitate non ſint inſtituti, aut ex conſuetudine habeantur tanquam obtinentes perſonatum in ipſa, poſſe eſſe Conſeruatores. Veriùs enim puto Cantoratum de iure potiùs perſonatum eſſe, quàm dignitatem. patet ex cap. fi. ne cleric. vel monac. quod approbatur in cap. 1. eod. tit. in 6. ibi Cantores, & alios clericos perſonatus habentes: dictio enim, alios, repetit eandem qualitatem, vt notant Legiſtæ in l. 2. C. de ſeru. fugit. Canoniſtæ in cap. ſedes, de reſcript. cap. 2. de iudic. cap. tua nos, de appell. cap. 1. de æt. & qual. cap. præſenti in princ. de off ord. in 6. & alibi ſępe. quod idem multò magis dicendum eſt de Succentore, qui inferior eſt Cantore, vt nomen ipſum ſonat, & colligitur

Digitized by Google

gitur ex cap. cleros, verſic. Cantor.21.diſt. vnde conſequenter ſtatuendum eſt, tam Succentoratum, quàm Cantoratum de iure diſtingui à Primiceriatu; cum hæc de iure dignitas eſſe videatur, vt ſupr. concl. præced. illat. 5. ex Caſſan. & aliis diximus: niſi dicere velimus, etiam Primiceriatum de iure non eſſe dignitatem ſaltem propriè, ſed vel impropriè, vt ſignanter voluit Dec.in cap.cum acceſſiſſent, de conſtit. vel ex conſuetudine illius eccleſiæ, prout colligitur ex text. ibid. & omnino dicendum puto de Cantoratu, & Succentoratu, de quo in cap. inter dilectos,de exceſſ.prælat.quod ſic erit exponendum.

Tertia concluſio. Obtinentes officium eccleſiaſticum propriè, ac præciſè ſumptum etiam in Cathedrali, vel Collegiata eccleſia † deputari non poſſunt Conſeruatores.patet hæc quoque concluſio ex d.cap.fi.in pr.quoniam ibidem ponitur à Pontifice regula negatiua, quòd non poſſint deputari Conſeruatores,niſi ſint Epiſcopi, aut eorum ſuperiores, aut Abbates,ſeu dignitates,vel perſonatus in Cathedralibus,vel Collegiatis eccleſiis obtinentes, nulla de officio facta mentione; at verò qui obtinet huiuſmodi eccleſiaſticum officium ſtrictè,ac pręciſè ſumptum,de quo ſupr.hac ipſa quæſt.aliquid præmiſimus;vt ſic non dicitur obtinere dignitatem epiſcopalem, aut aliam ſuperiorem; ſed neque Abbatiam, aut aliam dignitatem; quamuis enim hæ dignitates habeant annexum aliquod officium; non tamen præciſè illud habent, prout à nobis ibidem cum aliis definitum eſt,ſed ſimul cum dignitate; atque ita ſentit gloſ.in cap. ſtatutum in princ. verbo, Canonicis, de reſcript. in 6. dum ait habentes huiuſmodi officium, non poſſe eſſe delegatos; nam Conſeruator ſpecies quædam eſt iudicis delegati, vt docuimus ſupr. cap.1. quæſt.2. & valet argumentum negatiuum à genere ad ſpeciem, vt oſtendimus hoc eod. cap. quæſt.2.concl.2.& latiùs explicabimus infrà cap.7.quæſt.8.ſuppoſ.3.immò maior dignitas, & prærogatiua requiritur in Conſeruatore, quàm in delegato Apoſtolico,vt patet ex d.cap.ſtatutum iuncto d.cap.fi.

102 *Officium eccleſ.obtinentes vt ſic nequeunt in Conſeruatores eligi.*

Ex hac verò concluſione infertur primò, Sacriſtam, Cuſtodem,& ſimiles † deputari non poſſe Conſeruatores, nam hæc de ſe ſunt mera officia eccleſiaſtica, vt patet ex tit.de off.ſacriſt. & de off.cuſtod. cum ibi notat. Archid. Gem.& aliis d.cap.1.de conſuet.in 6. Tholoſ.lib.1.tit.27. cap.2. num.6.& lib. 15. Syntagm.iur.vniuerſ.cap.39.num.3.& multis ſeqq.

103 *Sacriſta, Cuſtos, & ſimiles nequeũt delegári Cõſeru.*

104 *Cimiliarcha, ſeu Theſaurarius nequit eſſe Cõſeruator.*

Quod autem de Sacriſta dicimus, eſt dicendum quoque † de Theſaurario, ſeu Cimiliarcha, qui de iure pro eodem habentur; eorum enim eſt cura ſacra cuſtodire, vt colligitur ex l. litibus C. de agric. & cenſit. lib. 2. l. vlt. §. ſin autem C. de bon. auth. iud poſſidendis, cap. Apoſtolicos 12. q. 2. cap. 3. de off. Archid. cap. cum inter vos, de verb. ſig. ſatiſque comprobat Tholoſ. d. cap. 39. num. 3. & 4. cuiuſmodi officium Cimiliarchæ in d. Metropolitana Mediolani reperitur.

105 *Vicedominus nõ poteſt vt ſic deputari Conſer.*

Secundò idem dicendum † de Vicedomino, & œconomo, qui vterque eccleſiaſtica perſona eſſe debet, & ille bonorum Epiſcopatus, hic cæterarum eccleſiarum curam habet, vt optimè probat inter cæteros Tholoſ. d. lib. 2. Syntagm. cap. 40. num. 1. & duobus ſeqq. quia tamen neque dignitatem, neque Perſonatum obtinere dicuntur in eccleſia Cathedrali, vel Collegiata, ſed ſolùm officium eccleſiaſticum, non poterunt vt ſic deputari Conſeruatores.

106 *Vicecancellarius, Camerarius, & ſum. Pœnitentiarius vrbis an vt ſic poſſint Conſeru. inſtitui.*

Infertur tertiò, quid dicendum ſit † de Vicecancellario, Camerario, & ſummo Pœnitentiario vrbis; licèt enim hi omnes Cardinales ſint, vt experientia docet, & tradunt Gomes, & alij cum eo mox citandi; vnde vt ſic poſſint eſſe Conſeruatores, vt ſupr. quæſt. 3. docuimus; eorúmque officia cum dignitate coniuncta ſint, prout de Camerario tradunt Archid. Io. An. & alij d. c. 1. de conſuet. in 6. de Vicecancellario, & Pœnitentiario, Gomes in proœm. reg. Cancell. quæſt. 1. Veſtr. in Introduct. ſeu Prax. Rom. Cur. cap. 2. & 4. ibíque Grauat. in addit. ſentítque Tholoſ. d. lib. 2. cap. 42. num. 1. 2. 6. & 16. de omnibus ipſe Grauat. ad Veſtr. d. cap. 2. latiùs Caſſan. d. catal. glor. mund. 4. par.

107 *Vicar. vrbis an vt ſic valeat Conſer. offic. exercere.*

conſid. 13. 14. & 17. ſicut etiam † vicarius vrbis, de quo per Veſtr. vbi ſupr. lib. 2. cap. 16. & ibi Grauat. nec non per text. & Doct. in c. ſua nobis, de off. vicar. tamen, quia ſecluſo Cardinalatu, non dicuntur habere huiuſmodi dignitatem in eccleſia Cathedrali etiam Romana, cum non conſtituant vnum corpus cum Papa, ſicut Cardinales, vt diximus d. quæſt. 3. ſed neque in aliqua Collegiata; ideo, vbi iſti officiales Cardinales non eſſent, non poſſent eſſe Conſeruatores, cum in eo non haberet locum diſpoſitio textus d. c. fin.

108 *An & Clerici Cameræ Apoſtolicæ?*

Quod autem dictum eſt de Camerario, idem eadem ratione dicendum eſt † de Clericis Cameræ, de quibus aliquid per Tholoſ. dict. cap. 42. num. 7. latiùs per Veſtr. d. lib. 2. cap. 1. & 2.

Atque

Digitized by Google

Atque etiam † de Auditore, quem vocant Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ, de quo fuſè inter alios idem Veſtr. d. lib. 2. cap. 4. & ibi Grauat. in addit. Idem quoque † de Auditoribus Rotæ Romanæ, ſeu ſacri Palatij, de quibus per text. & Doct. in Clem. Auditor, de reſcript. Gomes d. quæſt. 1. Veſtr. d. lib. 2. cap. 17. Tholoſ. d. cap. 42. num. 13. cum duob. ſeqq. licèt enim tamquam Capellani Papæ iuncta eccleſiaſtica iuriſdictione, quam habent, dici poſſunt habere officium eccleſiaſticum cum dignitate, quia tamen eam non habent in Cathedrali, vel Collegiata, vt paulò ante in aliis officialibus deduximus, Conſeruatores deputari non poterunt. 109 *An & Auditor eiuſdẽ?* 110 *Quid de Auditorib. Rotæ Rom.*

Infertur quartò, quid dicendum † de Referendariis de quibus per Tholoſ. d. cap. 42. num. 18. & alios mox citandos; quamuis enim dicantur habere dignitatem ſimul cum officio, vt patet ex Veſtr. d. lib. 1. cap. 3. num. 2. ibique Grauat. num. 10. & Caſſan. in catal. glor. mund. 7 par. conſid. 11. Gomes in Compend. vtr. ſign. quod loco 16. quæſt. poſuit ad reg. de non iudic. iuxt. for. ſuppl. circa medium, & Card. Iacobat. tract. de Concil. lib. 1. art. 5. num. item 5. tamen neque ipſi huiuſmodi dignitatem verè dicuntur habere in aliqua eccleſia Cathedrali, vel Collegiata, atque adeo deputari nequeunt Conſeruatores per prædicta. 111 *Referẽdarij ſignaturæ Papæ an poſſint Conſer. inſtitui.*

Idémque multò magis dicendum † de Protonotariis, qui licèt cum officio dignitatem habeant, quæ minor eſt dignitate Referendarij, vt per Gomes locis citatis, Gulielm. Bened. in repet. cap. Raynutius, verbo, Adiectæ impuberi, num. 14. de teſtam. Caſſan. d. 4 par. conſid. 29. Card. Iacobat. d art. 5. ferè per totum, & Mandoſ. in Prax. ſign. Gratiæ, verbo, Protonotarij, & Accoliti; eam tamen non dicuntur propriè habere in eccleſia Cathedrali, vel Collegiata, prout requirit in Conſeruatore Bonif. d. c. fin. de off. deleg. in 6. 112 *Protonotarij vt ſic nequeunt eſſe Conſeru.*

Quæ autem de cæteris Officialibus Romanæ Curiæ vt † Abbreuiatoribus, & ſimilibus, de quibus per Veſtr. d. lib. 1. & 2. & Tholoſ. d. cap. 42. dici poſſent, conſultò prætermittimus, quoniam ea cum in laicum cadere poſſint, & de facto cadant, neque officia eccleſiaſtica fore puto. Iam verò ad alia tranſeamus; ſi priùs duo adnotauerimus, quæ præcipuè ad hanc, pertinent verò etiam ad alias præſentis cap. quæſt. Alterum eſt, quod latiùs quoque oſtendemus infr. cap. vlt. quæſt. 3. concl. 4. ad ...n. probabilius 113 *Abbreuiatores, & alij ſimiles Officiales Curiæ Rom. in Cõſeru. eligi nõ poſſunt.*

Digitized by Google

114 *Beneficium, cuius ratione quis Cõſer. eſt inſtitutus, poſſidẽdum cum titulo.*

babilius fore, † non poſſe Conſeruatorem deputari ſine ſpeciali facultate,& certa ſcientia,niſi cum titulo ſaltem præhabito poſſideat aliquod ex beneficiis illis, ratione quorum deputatur Conſeruator iuxta d.cap.fi. vtputà Epiſcopatum, Abbatiam,dignitatem,&c. quoniam, vt ibidem docebimus, id importat verbum obtinere, poſitum in d. cap.fi. quod licèt adiectum ſit ſolùm dignitati, & perſonatui, tamen cenſetur adiectum etiam cæteris ſimilibus qualitatibus,tum ne vna res,hoc eſt diſpoſitio duplici iure cenſeatur contra cap. cum in tua, de decim.cum ſimil. tum quia vna pars legis, ac diſpoſitionis alteram declarat, & præcedentia recipiunt interpretationem, ac reſtrictionem à ſequentibus, & contra, Euerar.in loc. à rat. leg. num.4. per l.ſi cum fundum,cum ſua gloſ.ff.de verb.ſig.l.cum in teſtamento §. fi.iuncta gloſ. ff. de hæred. inſtit. & l.ſi ſeruus plurium § fi. ff. de leg.1.cum ſimil.

115 *Prælati de quib. in extrau. 1. de elect.in com. validè procedunt, licet ibi diſpoſita non ſequantur.*

Alterum eſt quod diſpoſitio extrau. 1. de elect.in commun. relata ſupr.quæſt.4.concl.2. † non ita accipienda eſt,quaſi Epiſcopi, Abbates, & alij Prælati prouiſi apud ſedem, ſi antequam recipiantur cum litteris Apoſtolicis talis prouiſionis,& præſtito ſolito iuramento aliquid ab iis etiam tamquam Conſeruatoribus deputatis, aut ab aliis cum iis, vt talibus, actum fuerit,irritum ſit; puto enim pœnam nullitatis ibi appoſitam accipiendam eſſe ſolùm de geſtis ab iis Prælatis, aut cum illis, vt ſic, & immediatè ratione talis eorum Prælaturæ, tum quòd pœnæ, & odia reſtringenda ſunt iur. vulg. tum quòd verba debent intelligi ſecundùm ſubiectam materiam, l.damni infecti in princ. ff. de dam.infect.l.ſi vno,ff.loc. cum aliis ad id adductis ab Euerar. in loc. à ſubiect. mater. num.1. tum denique quia id ſatis colligitur ex verbis extrau. ſi ponderentur; ſicut etiam amiſſio prouentuum beneficiorum, de qua ibi, intelligitur de immediatis, & propriis eorum prouentibus, non illis, qui in iuriſdictione conſiſtunt, ea præſertim, quæ d. Prælatis competit, vel potiùs competere poteſt omnino extraordinariè, quatenus nimirum habent qualitates, ob quas valet eis huiuſmodi iuriſdictio demandari. Nunc ad reliquas quæſtiones veniamus.

116 *Canonici eccleſ. Colleg. nequeunt in Conſer.aligi.*

QVÆRO *igitur octauo in hoc Capite, An Canonici eccleſiæ Cathedralis deputari poſſint Conſeruatores.*

De Canonicis † eccleſiarum Collegiatarum nullus vnquam dubitauit, ſed nec dubitare potuit, cum nunquam in iure obti-

nentibus

nentibus dignitatem, aut perſonatum æquiparati reperiantur, ſicut de Canonicis eccleſiæ Cathedralis legitur in c. ſtatutum in princ. de reſcript. in 6. vbi decernitur, eos poſſe dari delegatos Apoſtolicos, ſicut qui dignitatem, aut perſonatum obtinent, dicuntúrque hi Canonici Cathedralis fratres Epiſcopi ac filij primi gradus, & habent alias prærogatiuas, de quibus latè per Boër. de auct. magn. conſil. num. 78. & ſeq. Caſſan. in catal. glor. mund. 4. par. conſid. 32. verſic. & primò pro capitulo ferè vſque ad finem, & Cucch. Inſtit. maior. Canon. lib. 2. tit. 9. ferè per totum, & tit. 14. num. 1. & 2. Rot. Rom. deciſ. 2. de fil. presbyt. in nou. Doct. in c. quamuis, de præben. in 6.

De his ergo Canonicis eccleſiæ Cathedralis dicimus † regulariter eos deputari non poſſe Conſeruatores. Ita gloſ. d. c. fin. de off. deleg. in 6. verbo, obtinentes, & verbo, edita. Gemin. ibid. num. 9. Franc. d. c. fin. §. Conſeruatores num. 2. poſt Io. Cald. Franc. Marc. deciſ. Delphin. 414. num. 4. 2. par. Quinctil. Mandoſ. in Prax. ſign. grat. verbo, Conſeruatoria, verſ. ſed quoad Canonicos, fol. mihi 101. & nouiſſimè Petr. Greg. Tholoſ. lib. 47. Syntagm. iur. vniuerſ. cap. 22. num. 28. Idem voluit ſatis apertè Conf. in d. ſummar. mater. priuileg. Regular. tit. 4. cap. 5. verſic. Canonici quoque, dum poſt enumeratas eas perſonas, quæ de iure poſſunt eſſe Conſeruatores Regularium, ſubdit, Canonicos quoque Cathedralium eligi, ac deputari poſſe ex vi priuilegiorum. Idem verò expreſsè tenuit M. Ant. Cucch. Inſtit. iur. Canon. lib. 1. tit. 17. in princ. Eman. Roderic. quæſt. regul. tom. 1. quæſt. 65. art. 2. & ante hos alia gloſ. quæ tamen & ipſa eſt Io. An. d. c. ſtatutum in princ. verbo, Canonicis, de reſcript. in 6. neminem in hoc, quem videre potuerim habens contradictorem, præter Specul. qui ipſam gloſ. tempore præceſſit in ſuo Spec. tit. de off. deleg. §. fin. num. 24. dicentem, quòd hodie nullus poteſt eſſe Conſeruator, niſi ſoli Epiſcopi, Abbates, & Canonici Cathedralium eccleſiarum, præſertim in dignitatibus conſtituti; dictio enim illa, præſertim, exprimit caſum minùs indubitabilem, & implicat magis dubitabiles, & in eis vult idem eſſe, l. 1. §. pater, C. de collat. bon. l. fin. iuncta gloſ. ff. de lib. hom. exhib. cum aliis adductis per Mandoſ. ibid. colligentem Specul. mentem fuiſſe, quòd Canonici Cathedralium in dignitate conſtituti abſque dubio Conſeruatores deputari poſſent, & non ſolum illi dignitatem habentes, verùm

117 *Canonicus eccleſiæ Cathedralis nõ poteſt dari Cõſeruator. vide nu. ſeq.*

& alij ſimplices Canonici Cathedralium.

Canonici ſimplices an ex certa ſciẽtia valeant admitti in Conſeruat.

Quicquid tamen velit Specul. veritas eſt, quòd huiuſmodi ſimplices Canonici Cathedralium non conſueuerunt, nec poſſunt eſſe Conſeruátores, niſi ex certa ſcientia, ſeu ſpeciali delegatione, quia nimirum in litteris Conſeruatoriis expreſsè permittatur, eos eligi, ac deputari, quod vt plurimum contingit in Conſeruatoriis Regularium; cuius rei exemplum videri potuit in huiuſmodi litteris ad fauorem Collegiorum Societatis IESV conceſſis, & ſupr. cap. 2. quæſt. 2. inſertis, atque alias ipſe vidi in foro Archiepiſcopali Mediolani. Et hinc eſt, vt videamus indiſtinctè Canonicos illius Metropolitanæ, quamuis neque in dignitate, neque in perſonatu conſtitutos, Conſeruatoris munus exercere.

An ad hoc requiratur conſuetudo?

Quid autem poſſit hac in re conſuetudo patebit ex iis, quæ de conſuetudine in materia Conſeruatorum diſſeremus infrà cap. 7 quæſt. 9. Sed circumſcripta huiuſmodi conſuetudine, ſeu potiùs litterarum, ac priuilegiorum obſeruantia, de iure tenendum eſt, vt dicebamus, ſimplices Canonicos Cáthedralium deputari non poſſe Conſeruatores. Idque tum propter auctoritatem Doctorum, quos ſuprà retulimus, vt non immeritò etiam eorum ſententiam communem poſſimus appellare; præſertim cum ipſe quoque Specul. loquatur iuxta conſtitutionem quandam Alex. IV. ea de re editam incipientem, Quia de Conſeruatoribus, quæ permittebat Canonicis Cathedralium, vt eſſe poſſent Conſeruatores, ſed vt in aliis quibuſdam, ſic in hoc fuit correcta per Bonif. VIII. d. cap. fi. de off. deleg. in 6. vt adnotauit Io. An. in addit. ad Specul. vbi ſupr. & in gloſ. d. cap. fi. verbo, obtinentes. tum quia id manifeſtè conuincitur ex eodem cap. fin. iuncto d. cap. ſtatutum, de reſcriptis in 6. nam in d. cap. fi. expreſſè cauetur, Conſeruatores deputari non poſſe, niſi Epiſcopos, vel eorum ſuperiores, aut Abbates; obtinentéſve dignitates, vel perſonatus in Cathedralibus, vel Collegiatis eccleſiis. at verò Canonici Cathedralium, neque vt ſic ſunt Epiſcopi, eorúmve

Canonici eccleſ. Cathed. nõ habẽt dignitatẽ aut perſonatum.

118 ſuperiores, neque Abbates, vt de ſe patet; ſed neque † habent dignitatem, aliàs fruſtra eorum mentio facta fuiſſet d. cap. ſtatutum, vt mox dicemus in perſonatu, vnde eos dignitatem non habere docuerunt gloſ. Gemin. & alij eod. cap. ſtatutum, Fel. cap. paſtoralis, num. 12. de off. deleg. Io. Selu. tract. de benef. 1. par. q. 2. num. 82. Redoan. tract. de ſimon. ment. 1. par. cap. 19. num. 10.

&

& duob. ſeqq. Nau. ex communi ſententia conſ.mil. 11.num. 1. ſub tit. de iniur. neque etiam habent hi Canonici vt ſic perſonatum ; tum quòd aliàs ſine cauſa in d. c. ſtatutum adiecti fuiſſent Canonici Cathedralium, ſi iam ſub nomine obtinentium perſonatum continebantur; verba autem debent aliquid operari l. ſi quando ff. de leg. 1. cum aliis adductis per Felin. cap. 1. num. 4. de reſcript. & Crauet. conſ. 135. num. 24. tum propter diſiunctiuam, *ſeu*, poſitam in d. c. ſtatutum inter illa verba, perſonatum obtinentibus, & illa eccleſiarum Cathedralium Canonicis, ſicut ibidem paulò ante poſita fuerat diſiunctiua, *aut*, inter illa verba, dignitate præditis, & illa, perſonatum obtinentibus; vtraque enim dictio † regulariter ponitur inter diuerſa, 119
vt de dictione, *aut*, patet ex Clem. vnic. de conceſſ. præben. & Clem. 1. de reb. eccleſ. non alien. vbi gloſ. & Doct. cum aliis, de quibus per Alberic. in Dictionar. verbo, *aut*, in initio. de dictione, *ſeu*, ex c. cum nullus, de temp. ord. in 6. l. ſi quis ita legauerit, vbi Bart. & alij, ff. de aur. & arg. leg. cum ſimil. de quibus per Abb. Fel. & alios, in c. inter cæteros, de reſcript. & Mandoſ. ad reg. 1. Cancell. quæſt. 12. num. 10.

Dictio, aut, & dictio ſeu, ponũtur inter diuerſa.

Denique hæc ipſa concluſio, vt nequeant Canonici Cathedralis eccleſiæ, vt tales, deputari in Conſeruatores, expreſsè approbata fuit per Clem. VII. & Pium V. Romanos Pontifices, ille enim cum litteras Conſeruatorias Ordinis Minimorum inter cæteros Canonicis Metropolitanarũ, & aliarum Cathedralium direxiſſet, in derogationibus, quas non obſtantias vocant, hanc etiam ponit; (quódque vos, filij Canonici, de perſonis, quæ deputari poſſint Conſeruatores, non ſitis;) quæ etiam verba leguntur in litteris Pij V. declaratoriis Priuilegiorum Ordinis Prædicatorum, quas vtraſque litteras de verbo ad verbum refert Conf. in Collect. litter. Apoſt. & Priuileg. Ord. Mendican. pag. 138. & 170. iuxta poſtremam impreſſionem; quibus adde ſimiles Conſeruatorias eandem clauſulam habentes à Iul. III. anno 1553. Congregationi S. Pauli conceſſas.

Ampliatur autem primò hæc concluſio, quòd cum, vbi vigore litterarum poteſt Conſeruator ſubdelegare alteri vices ſuas in totum, de quo infrà cap. ſeq. quæſt. 2. id tamen faciendum ſit perſonis tantùm habentibus qualitates requiſitas in Conſeruatore, vt infra hoc eod. cap. quæſt. vlt. in fin. docebimus, & latiùs dict. quæſt. 2. ad fin. oſtendemus; hoc

Digitized by Google

120 ipſum † procedit etiam, vbi in litteris adſit clauſula derogatoria, non obſtantibus iuribus, quæ diſponunt de Conſeruatoribus. Si enim Papa dedit Conſeruatorem aliquem, qui per ſe, vel alium etiam ſi eſſet extra locum, in quo deputatus eſt Conſeruator, & Iudex, de quibuſlibet iniuriis ſiue requirant iudicialem indaginem, ſiue non, faciat iuſtitiæ complementum, non obſtantibus iuribus loquentibus de Conſeruatoribus, & iſte Conſeruator committat vices ſuas ſimplici Canonico eccleſiæ Cathedralis, adhuc iſta commiſſio, ſeu ſubdelegatio, etiam in iis, quæ requirunt iudicialem indaginem, non ſubſiſtet, vt ex Io. Cald. in quæſt. quæ incipit, Dominus Papa dedit Conſeruatorem, docent, & ſatis comprobant Franc. d. cap. fi. §. Conſeruatores num. 2. & latiùs Gemin. num. 5. ob eam præcipuè rationem, quia Papa per illam clauſulam, non obſtantibus, non intendit ampliare, vel mutare poteſtatem eius, qui ſcribitur, niſi in expreſſis tantùm, vnde talis clauſula remouet impedimentum exercitij commiſſionis, non ampliat commiſſionem arg. Clem. 1. de præben.

Subconſeruator debet habere qualitates requiſitas in Conſeruatore, licet hic fuerit in ea re diſpenſatus.

Ampliatur ſecundò principalis concluſio, vt procedat non ſolùm in Canonicis ſimplicis eccleſiæ Cathedralis, ſed etiam

121 † Metropolitanæ, tum quòd hæc ampliatio expreſsè approbata fuit à Clem. VII. Iulio III. & Pio V. per verba litterarum eorumdem Pontificum, quarum paulò ante meminimus, tum quòd negari non poteſt, Metropolitanas eccleſias & ipſas propriè Cathedrales eccleſias eſſe, vt patet ex text. in cap. quamuis, de præbend. in 6. ibi Metropolitana, & cæteræ Cathedrales eccleſiæ includuntur, ſicut etiam Epiſcoporum nomine genericè ſumpto, veniunt quoque Archiepiſcopi, & alij ſuperiores, vt colligitur ex traditis ſupra hoc eod. bap. quæſt. 4. in 2. præmiſſ. & probatur ex c. quia periculoſum, ibi, Epiſcopi, & alij ſuperiores iuncto fi. eiuſdem text. ibi, de Epiſcopis, de ſent. excom. in 6. vt optimè ibid. gloſ. pen. in verbo, Epiſcopi, & Doct. communiter adnotarunt. Tum quod non eſt aſſignare rationem, cur Canonici Metropolitanæ dicantur habere dignitatem, vel perſonatum potiùs, quàm Canonici cæterarum Cathedralium; nam neque ipſorum gradus pro dignitate à iure, vel conſuetudine habetur, taliſve eſt ex inſtitutione; & ſi quam ipſi præeminentiam habent, ea eſt reſpectu clericorum, aliarum eccleſiarum non ſuæ, vnde in iis locum non habent, quæ ſupra de dignitate,

Canonicus Metropolitanæ Conſeruatoris onus nequit adminiſtrare.

&

& perſonatu præmiſimus;illa verò præeminentia,quam habent reſpectu aliorum beneficiatorum eiuſdem eccleſiæ non ſufficit, vt ex ibid.traditis liquet, aliàs omnes Canonici Cathedralium dignitatem, vel ſaltem perſonatum in eccleſia haberent, cuius tamen contrarium nos paulò ante oſtendimus.

Difficultas aliqua eſſe poteſt de Canonicis Metropolitanarum inſignium, vt eſt † in Italia Mediolanenſis, & Rauennas, 122 in Hiſpania verò Compoſtellana; ex quibus Canonici Compoſtellani, & Rauennates vocantur Cardinales, vt per gl.Card. & Vitalin.in Clem.dignum, de celebr.Miſſ. Redoan.de ſimon. ment. 1.par.cap.15. num.7. vbi etiam ait, in eccleſia Salernitana ſuo tempore aliquos vocari presbyteros Cardinales, ſed intelliguntur principales, vt in cap.2. de off. Archipresbyt. ac de Rauennatibus per gloſ.& alios in cap. pudor,quod eſt 1.32.diſt. Abb.in cap. accedentes, de præſcript. & ibi Add. Canonici verò eccleſiæ maioris Mediolanenſis vocantur & ipſi Cardinales, vt patet tum ex Beroldo, qui cuſtos antiquiſſimus eiuſdem eccleſiæ fuit, eiúſque ritus conſcripſit tempore Othonis I. Vicecomitis Mediolanenſis Archiepiſcopi creati ab Vrbano IV.circiter annum Domini 1262. in ſuiſque ſcriptis hoſce Canonicos ſemper Cardinales nominat, teſte quoque Roch. Curt. in repet.cap.fi.de conſuet.ſect.2.num.31.iuxta poſtremam impreſſionem, qui illius meminit ſub nomine Beroardi; tum etiam ex Iacobat.tract. de concil.lib.1. art.1. num.27. in fi.Anaſtaſ. Germon. tract.de ſacror. immunit.lib.3.cap.6.num.18. quem etiam refert, ac ſequitur Io. Azor.Inſtitut. Moral. par. 2. lib.4. cap.1. quæſt. 1. tum denique inſtrumentis antiquiſſimis vſque ad hæc tempora continuatis, in quibus præfati Canonici Mediolanenſes Cardinales ſemper nominantur; præcipuè verò ex quodam inſtrumento donationis,quam coram Eugenio II.ſummo Pontifice, ac Lothoario Imperatore, & nonnullis S. R. E. Cardinalibus fecit Attho Epiſcopus Vercellenſis nonnullorum bonorum, ac iurium Capitulo præfatæ eccleſiæ Metropolitanæ Mediolanenſis, vbi Canonicos, audientibus, nec abnuentibus ipſo ſummo Romano Pontifice, & S. R. E. Cardinalibus, qui tunc aderant, Cardinales S.Mediolanenſis eccleſiæ ſemper appellat; de quo inſtrumento rogatus fuit quidam Rumbertus Notarius ſacri Pallatij circiter annum Domini 825. in Curte Marincha, vbi tunc erat Pontifex, & Imperator; & ſanè Cardinalium no-

Canonici Metropolitana Mediolan. Rauennatis, & Compoſtellana vocantur Cardinales.

men meliori iure Mediolanenſis eccleſiæ Canonicis, quàm Rauennatis debetur, cum & illius ciuitas ſecunda Roma à ſapientiſſimis viris nuncupata ſit, & ipſa eccleſia nomen Sanctæ iamdiu acceptum ſemper retinuerit; cuius Archiepiſcopum † Rauennati fore præferendum conſtat ex c. bene quidem, 96. diſt. vbi Mediolanenſis ante Rauennatem in illa Synodo reſpondit, deducunt ibi gloſ. & plerique Doct. Iacobat. tract. de Concil. lib. 1. art. 1. num. 269. Petr. à Monte tract. de poteſt. Pontif. q. 5. num. 3. Mart. Laud. tract. de dignit. concl. 9. Fel. c. cum dilecta, num. 4. de reſcript. & Caſſan. in catal. glor. mund. 4 part. conſid. 21. vbi alios recenſent; quod etiam tenuit Gratian. in §. hinc etiam, 17. diſt. & ex eo probat, quòd Mediolanenſis Archiepiſcopus in Synodo generali, de qua ibi, ante Rauennatem ſubſcripſit, ſicut priùs reſpondit in alia Synodo Symmachi, de qua in d. c. bene quidem.

123 *Archiepiſc. Mediolan. Rauennati præfertur.*

124 Accedit, quòd † Canonici Mediolanenſes colore verè rubeo in cappis, quas vocant, vtantùr, cum alij roſaceum vt audio habeant, ac præterea vtrumque colorem, rubeum nimirum, & violaceum in iiſdem eccleſiæ indumentis iuxta temporum varietatem ad inſtar S.R.E. Cardinalium S. Mediolanenſis eccleſiæ ordinarij Cardinales adhibent ex Pontificio reſcripto ea de re iam obtento ab eodem S. Carolo Card. Archiepiſcopo, & quidem colorem violaceum obtinuit à Pio V. prædictis Canonicis idem S. Carolus in allegato Pontificio reſcripto; rubrum autem habere cœperunt tempore Eſiberti Antimiani Archiepiſcopi Mediolanenſis anno Domini 1030. vt ex manuſcripto chronico, & Bugato in Hiſtoria vniuerſali ſcriptum reliquit Paulus Morigius in libello, quem non multos ante annos edidit, atque inſcripſit vernaculo ſermone, *Il Duomo di Milano*, cap. 14. circa initium, iiſdem auctoribus ſubdens, ex his Canonicis ſumpto exemplo à Leone IX. eundem rubrum colorem tributum fuiſſe S. R. E. Cardinalibus anno ſalutis 1051.

Canonici Mediolan. cappā rubeā & violaceā geſtant vt S.R.E. Cardinales.

125 Habent præterea † prædicti Canonici Mediolanenſes nomen Ordinariorum, quo ſemper appellati fuerunt, appellauitque ipſe ſummus Pontifex Innoc. III. qui ſedit ab anno Domini 1198. vſque ad 1216. teſte Genebrardo, Platina, & aliis, in d. c. accedentes, de præſcript. qui eſt tit. 26. lib. 2. Decretal. ibi; Syndici & Procuratores, Primicerij, & Cleri, aliâs Clerici Mediolanen. de Ordinariis maioris ſunt conqueſti, vbi inter cæteros

Canonici Mediolan. nomine Ordinariorum appellati.

teros Abb. num.2. id adnotauit dicens, eſſe vulgare huius loci; hoc autem nomen ob id nacti ſunt, quia ordinariam iuriſdictionem ſimul cum Archiepiſcopo habebant, cum quo ſimul cauſas definiebant, ſententiiſque in cauſis grauibus ſubſcribebant, vt ex pluribus actis conſtat, quæ in eiuſdem capituli Archiuio aſſeruantur.

Verùm enimverò quamuis ex his maior quædam nobilitas, &, vt ita dicam, inſignitas arguatur harum eccleſiarum Metropolitanarum inter cæteras pleráſque; non inde tamen conuincitur † earum Canonicos, aut dignitatem, aut perſonatum in eiſdem habere per ea, quæ paulò ante deduximus; cum maximè tam ex Philoſophorum, quàm Iuriſperitorum axiomate, magis, & minus † ſpeciem, vel vt Iuriſconſulti loquuntur, genus non mutet; vnde homo altero altior, aut præſtantior non dicitur magis homo altero, neque circulus magis circulus, quia ſit alio maior, pro quo optimè facit text. l.fin. in princ. ibi, etenim in mediocritate, non genere differt, vbi Bart. ff. de fund. inſtr. cum aliis ad id adductis inter cæteros per Mandoſ. ad reg. 4. Cancell. quæſt. 8. num. 8. & 9. Qua ratione idem ſtatuendum erit † in Canonicis exiſtentibus in eccleſiis Patriarchalibus, iunctis traditis initio huius ampliat. & per gloſ. pen. d.cap. quia periculoſum, de ſent. excom. in 6. vt nimirum Canonici omnes ſiue ſimplicium Cathedralium, ſiue quarumcunque Metropolitanarum, aut Patriarchalium vt ſic Conſeruatores eſſe nequeant, niſi tamen hac in re conſuetudo legitimè ſit introducta, vt ſentit Mandoſ. in Prax. ſign. grat. verbo, Conſeruatoria, verſic. ſed quoad Canonicos, & conſtabit ex iis, quæ latiùs adducemus infra cap. 7. quæſt. vlt. Interim autem ad aliam huius cap. quæſt. veniamus; ſi prius illud pro complemento huius quæſtionis admoneamus, non ſolùm ſingulos eccleſiæ Cathedralis ſimplices Canonicos eſſe non poſſe Conſeruatores, ſed neque † capitulum ipſum viuente Epiſcopo (quid autem de capitulo ſede vacante ſit ſtatuendum, aliquid dicemus cap. vlt. quæſt. 3. concl. 5. vbi agemus, an in illud tranſeat conſeruatoria Epiſcopi) nam quamuis Canonici Cathedralis ſimul iuncti dicantur fratres Epiſcopi, & cum eo, tanquam membra cum capite, vnum corpus conſtituant, cap. nouit, & c. quanto, de his, quæ fiunt à Prælat. ſin. conſ. cap. cum ibi not. & ſuis ſimil. quo præcipuè fundamento Caſſan. in catal. glor. mund. 4. part. conſid. 32.

126 *Canonici Metropol. inſigniū vt Mediol. & ipſi nequeūt vt ſic dari Conſeru.*

127 *Magis & Minus non variat ſpeciem.*

128 *Canonici Patriarchaliū eccleſ. nō niſi ex conſuetud. legitimè inducta Conſeru. eliguntur.*

129 *Capitulum Cathed. plena ſede nequit admitti Conſeru.*

by Google

ſid.32. concludit, quòd licèt Canonici Cathedralis eccleſiæ vt ſinguli non præcedant Abbates regulares, tamen totum capitulum ſimul eos præcedit. Nihilominus non ideo magis dicitur capitulum habere dignitatem, aut perſonatum in ipſa eccleſia cathedrali, eo etiam non obſtante, quòd aliquas perſonas contineat huiuſmodi dignitatem, aut perſonatum habentes, vt putà Archidiaconum, Archipresbyterum, & ſimiles; id enim ad ſingulos, ſeu ſingulares perſonas pertinet, vt de ſe patet;

130 *Singuli aliud ſunt quàm vniuerſi.*

aliud autem † ſunt ſinguli, aliud vniuerſi, Bart. in l. aut facta, §. fin. ff. de pœn. Caſtr. in l. ſicut, §. ſi quid ff. quod cuiuſq. vniuerſ. nom. cum aliis adductis per Fel. & Rip. in c. eam te, de reſcript. & Ant. Gabr. commun. concl. lib. 6. tit. quod cuiuſq. vniu. nom. concl. 1. & quamuis idem referat gloſ. d. l. ſicut, & alios contrarium tenentes, tamen loquuntur vbi omnes de vniuerſitate, & non aliqui tantum accipiantur; in quo caſu nos verſamur, cum illi qui in Cathedrali eccleſia dignitatem, vel perſonatum obtinent, pauci admodum ſint reſpectu aliorum non obtinentium. Iam ad ſequen. principalem quæſt. deſcendamus.

QVÆRO nonò, *An ſubditus poßit eſſe Conſeruator eius cui ſubditus eſt.*

Duo hac in quæſt. ſeorſim conſideranda ſunt, quæ etiam Bonif. VIII. in d. c. fin. de offic. deleg. in 6. diſtinguit; alterùm de ſubdito ratione deputationis factæ in Conſeruatorem, atque adeo ratione iuriſdictionis in habitu & accidentalis, quaſique extraordinariæ; an nimirum Conſeruator quis eſſe poſſit eius, qui ſibi deputatus eſt Conſeruator; alterum verò de ſubdito ratione diſtrictus, aut dominij eccleſiaſtici, vel temporalis, ſeu iuriſdictionis quaſi in actu, & prorſus ordinariæ. quod vtrumque duabus diſtinctis concluſionibus abſoluemus.

131 *Conſeruator quis eſſe non poteſt ſui Conſeruatoris.*

Prima ergo concluſio erit. Non poteſt quis † eſſe Conſeruator illius, quem ipſe ſibi deputatum habet Conſeruatorem. Ita expreſsè definiuit Bonif. VIII. d. c. fin. in primo reſponſo in fin. ibi, nullúſque deputati ſibi Conſeruatoris eſſe valeat Conſeruator; vbi gloſ. in verbo, Conſeruator, & verbo edita, ibíque Gemin. Anchar. Butr. & alij adnotarunt, ac nouiſſimè Petr. Greg. Tholoſ. lib. 42. Syntagm. iur. vniuer. cap. 22. num. 28. afferens etiam exemplum, veluti ſi datus ſit Abbas S. Saturnini Conſeruator Abbatiæ Moyſacenſi, Abbas Moyſacen. non poteſt dari Conſeruator Abbatiæ S. Saturnini, etſi, inquit, in aliis

cauſis

Digitized by Google

cauſis delegatis mutuò delegari iudices poſſint; quod etiam adnotauit gloſ. d.verbo, Conſeruator, dicens, in hoc eſſe differentiam inter Conſeruatorem, & ſimplicem delegatum, quia † eius, qui eſt mihi iudex delegatus, poſſum eſſe delegatus ſal- 132
uo iure recuſationis, vt tradit quoque Specul. tit. de iud. deleg. §. ſupereſt, num.5. per text. in l. properandum, 6. de iudic. c. 1. 8. quæſt.2. c.quattuor, 11. quæſt.3 c.viſis, 16. quæſt.2. cap.1. de colluſ. detegen. Io. An. in addit. ad Specul. d. num.5. poſt Hoſtien. in ſumma eod. tit. §. quæ ſunt iuſtæ, idem Io. An. & alij in c. legitima, de appell. in 6. ſecus verò in Conſeruatore, qui nullo modo poteſt eſſe Conſeruator ſui Conſeruatoris, vt ait gloſ. d.verbo, Conſeruator: ac præter paulò ante citatos tenet etiam Specul. d.tit.de iud. deleg.§.fin.num.24. Quod quidem intelligendum eſt, † licèt huiuſmodi exceptio non opponatur, per 133
text. d. c.fin. in fin. vbi Bonif. VIII. omnino irritum decernit, & inane quicquid contra aliquid ex diſpoſitis in ea conſtitutione contigerit attentari, & per ea, quæ de tali horum verborum vi tradit ibi gloſ. communiter recepta tam verbo, omnino, quàm d.verbo, Conſeruator: vbi in ſpecie tenet prædictam huius concluſ. ampliationem.

Delegatus quis eſſe poteſt ſui delegati, ſaluo recuſationis iure: etiam ſine ope exceptionis.

Secunda concluſio. Non poteſt † quis Conſeruatorem ha- 134
bere eum, qui ſub ipſius iuriſdictione, dominio, vel diſtrictu eccleſiaſtico, vel temporali conſiſtat. Ita totidem verbis definitur per Pontificem in d. cap. fin. §. nec aliquis, & ibi gloſ. verbo, temporali, & verbo, edita, ac Doct. omnes adnotarunt. Secus verò eſt † in delegato ſimplici; nam hic poteſt eſſe iudex, ſal- 135
uo iure recuſationis, vt tradit gloſ. d. verbo, temporali, neminem in hoc habens contradictorem; quod etiam ſatis probatur ex cap.accedens il 1. & il 2. & c. cum in iuuentute, de purg.canon. iuncto text.in cap.iudex, de offic. deleg. in 6.cap. ſuſpicionis, extra eod. tit. cap. cum ſpeciali de appell. & cap. legitima, eod. tit. in 6.cum ibi not. & ſuis ſimil. vbi habetur, iudicem delegatum etiam ſuſpectum valide procedere, donec legitimè recuſetur.

Subditus ratione dominij, iuriſdict. &c. nequit eligi Conſeruator eius cui ſubditus eſt.

An idem de delegato ſimplici dicendum?

Ideo verò ponuntur in text. hæc tria, iuriſdictio, dominium, & diſtrictus, quoniam † inter ſe differunt, vt ex hoc ipſo etiam 136
text. adnotarunt ibid. Anchar. num.2. verſic. quintò not. & Franc. in princ. num.3. & conſtat ex not. in cap.cum ad ſedem, de reſt.ſpol. & Clem. ne Romani, §. ſanè de elect. quibus adde

Diſtrictus, dominiũ & iuriſdictio inter ſe differentiã admittũt. vide num. ſeqq.

S

Digitized by Google

tradita per Doct.in cap.ſtatutum, de reſcript.in 6.cap.2.de conſtit.& cap.vbi periculum, de elect.eod.lib.cap.licèt cauſam, de probat. cap.inter dilectos,de fid. inſtrum.§.rurſus, Inſtit.de act. & in l. pupillus §. territorium, de verb. ſig. Fel.in cap. Rodulphus num. 15. cum tribus ſeqq. de reſcript.& d.c.licèt cauſam, vbi alios allegat, iuncta l.3. & tot.ferè tit.ff.de iuriſd.om. iudic. cum ibi not. & aliis adductis inter cæteros perdoctiſſimos viros Andr. Iachin. lib. 9. controuerſ. iur. cap. 94. & duobus ſeqq.& Tholoſ. lib. 47. Syntagm.iur. vniuerſ.cap.21. Hieron. de Mon. tract. de fin. reg. cap. 5. vſque ad 9. & Barthol. Bert. tract. de clauſ.clauſ. 20. gloſ. 23. Ego verò, vt in hac re meum interponam iudicium,præmitto † dominium in d.cap.fi. ſumi non pro dominio cuiuſque priuati, quod craſſiori vocabulo baſſum vocant, ſiue vtili, ſiue directo, ſiue pleno vtrumque complectente,de quo in rubr. & tot. tit. de acquir.rer. dom. & tot. item tit. de iur.emphyt. quódque definitur à Bart. in l. ſi quis vi §. differentia ff. de acquir. vel amitt. poſſ. communiter approbato, ius perfectè diſponendi de re corporali,niſi lege prohibeatur; cum illud ſpectarit manifeſtè Pontifex, ne Conſeruator ſit ex iis, qui ſub poteſtate impetrantis eſſent, vnde liberè munere ſuo fungi non poſſet; atq; adeo ſuſpicionis occaſio quoad fieri poſſet,tolleretur, neque enim alia ratio illius diſpoſitionis excogitari poteſt, ſed de dominio illo, quod altum vocant, quomodo Mediolanenſis Archiepiſcopus vallis ſolidæ dominus eſt,ac dicitur & ſolent feudatarij reſpectu populorum ſibi ſubditorum domini appellari.Cum autem hoc dominium altum & ipſum triplex ſit, aliud directum iis competens, qui feudum concedunt; alterum vtile, eorum proprium, qui feudum accipiunt,de quibus paſſim in lib. feud. necnon cap. ex tranſmiſſa, de for. compet. iuncto cap.1.de immun. eccleſ. in 6. tradúntque Doct.tum ibi, tum alibi ſæpè; ac tertium plenum eorum, qui vtrumque dominium habent, directum nimirum, & vtile, cuiuſmodi eſt dominium Imperatoris & aliorum, qui altum dominium ſuum ab aliquo ſuperiore non recognoſcunt, neque cum aliquo per feudi conceſſionem commune ſeu diuiſum habent, non ſolum de pleno, ſed etiam directo, vel vtili intelligere voluit, ac potuit Bonif. d.cap.fi. propter rationem mox allatam quoniam de his omnibus dominiis dubitari rationabiliter poteſt, quòd animum Conſeruatoris, ac iudicis mouerent; vt ei potiùs, quàm aduerſa

137 *Dominium quomodo vſurpetur in c.fi.de of.deleg.in 6.ac definiatur.*

Digitized by Google

aduerſario, faueret. Hoc inquam præmitto; illud exiſtimo, quòd, † licèt illa tria, iuriſdictio, dominium, & diſtrictus, de quibus in eod.cap. fi. in tota ſua generalitate, ac latitudine ſumpta inter ſe differant, vt per Doct. & iura ſupr.citat. in eo tamen text.cap. fi. pro eodem ſumpta fuerint à ſummo Pontifice canonis conditore, ſicut etiam in cap. 1. de immun.eccleſ. in 6. pro eodem ſumuntur dominium, iuriſdictio, territorium, & diſtrictus, vt patet ex contextu, ita, vt quoad effectum, de quo agitur, non niſi nomine diſcrepent; omnia verò illa tria in d. cap. fi. ſint commemorata, ne ſi vnum tantùm expreſſiſſet, vis in nomine ab aliquo fieret, cuius rei plura poſſem exempla proferre: duobus ipſe contentus ero, ne nimis longum faciam; altero Trid. Concil. ſeſſ. 7. cap. 10. de reform. in princ. ibi, non liceat Capitulis eccleſiarum ſede vacante infra annum à die vacationis ordinandi licentiam, aut litteras dimiſſorias, ſeu reuerendas, vt aliqui vocant, & poſt pauca, alicui concedere; altero ex ſacris litteris, nimirum 1. Reg. 2. in iis verbis, veniebat puer Sacerdotis, dùm coquerentur carnes, & habebat fuſcinulam tridentem in manu ſua, & mittebat eam in lebetem, vel in caldariam, aut in ollam, ſiue in cacabum. Niſi fortè per diſtrictum intelligat Pontifex fines, intra quos quis habet dominium altum, cuius deinde effectus, ſeu pars aliqua eſt iuriſdictio; quæ quidem comprehendit etiam poteſtatem, quam in certis caſibus habet Metropolitanus in ſuam prouinciam, vt per text. gloſ. & Doct. in cap. ad reprimendam, & cap. paſtoralis, de offic. ord. cap. 1. eod. tit. in 6. cap. Romana, de appell. eod. lib. & Clem. 1. de f. compet. cum ſimil.

138 *Iuriſdictio, dominiũ, & diſtrictus quomodo ſumantur.*

Qua fortè ratione inter cæteros Archid. d. cap. fi. num. 2. docet, † Suffraganeum Epiſcopum non poſſe eſſe Conſeruatorem ſui Metropolitani; pro quo optimè facit, quod Suffraganeus iudex eſſe nequit Metropolitani ſaltem parte opponente, vt patet ex d. cap. accedens il 1. vt lit. non conteſt. & cap. cum in iuuentute, de purg. can. quod etiam præter Doct. ibi adnotauit Specul. tit. de iud. deleg. §. ſupereſt num. 5. in fi. Ibique Io. An. in Addit. & Franc. in cap. poſtremo num. 10. verſic. 15. quando Suffraganeus, &c. quinimmo † nec aliquis ex clericis ipſius Suffraganei poterit deputari Conſeruator Metropolitani, quia Metropolitanus gerit curam, & ſollicitudinem totius prouinciæ, & in eam iuriſdictionem aliquam eccleſiaſticam habet, cap. 1. &

139 *Suffraganeus Epiſc. nõ poteſt inſtitui Cõſer. ſui Metropolitani;*

140 *Immo nec clericus Suffraganeus.*

2. 9. quæſt. 3. cap. quoniam, 21. diſtinct. cap. 1. 75. diſt. cap. legimus, 93. diſt. cum ſuis concord. ita Archid. d. num. 2. quem ſequuntur Io. An. ibid. Butr. num. 5. & ibid. Gemin. in princ. num. 9. poſt Io. de Fant. Franc. num. 4. ſiue quia ſubditus Suffraganei dicitur de diſtrictu eccleſiaſtico Metropolitani, vt Archid. Io. An. Butr. Gem. & Io. de Fant. adnotarunt.

Limitatur autem hæc ſecunda principalis concluſio, vt non
141 procedat quoad Reges, & Reginas; nam † poterunt habere Conſeruatorem eum, qui ſub eorum iuriſdictione, ac dominio ſit, vt expreſsè cauetur d. c. fin. §. nec aliquis, vbi etiam ratio à ſummo Pontifice affertur in hæc verba; nec aliquis (Regibus, & Reginis, qui ſicut dignitatis altitudine præeminent, ſic prærogatiua gratiæ ipſos conuenit anteferri, dumtaxat exceptis) deinceps Conſeruatorem habeat eum, qui ſub eius iuriſdictione, dominio vel diſtrictu eccleſiaſtico, vel temporali conſiſtat. Huic ſimile affert ibi gloſ. verbo, exceptis, ex c. ne aliqui, de priuil. in 6. vbi Clem. 4. decernit priuilegium Papæ, quòd quis excommunicari ſuſpendi, vel interdici non poſſit. Extenditur etiam ad ſententias ordinariorum, ſi huiuſmodi priuilegium conceſſum ſit Regibus, ac Reginis, vel ipſorum filiis. In eo tamen c. fi. mentio filiorum non habetur, vnde non comprehenduntur, arg. c. ad audientiam de decim. cum ſimil. quod ob eam fortaſſe rationem factum eſt, quia certiſſimi iuris eſt, filios viuente Patre vel ſaltem eo non conſentiente, in bonis patris dominium atque adeò etiam iuriſdictionem aliquam in patris ſubditos non [illegible]e. Atque hæc de hac quæſtione.

Reges & Reginæ poſſunt habere ſibi ſubditũ in Cõſeruatorem.

QVÆRO *decimò, An Conſeruatores eſſe debeant iudices Synodales.*

Suppono per Bonif. VIII. in ſæpiùs citato cap. ſtatutum, de reſcript. in 6. in primo reſponſ. ſancitum fuiſſe, vt † nullis niſi dignitate præditis, aut perſonatum obtinentibus, ſeu eccleſiarum Cathedralium Canonicis cauſæ auctoritate litterarum ſedis Apoſtolicæ, vel Legatorum eiuſdem committantur; deinde verò per Trid. Concil. ſeſ. 25. cap. 10. de reform. ſtatutum fuiſſe, in ſingulis Conciliis prouincialibus, aut diœceſanis aliquot perſonáſque qualitates habeant iuxta prædictam conſtitutionem Bonif. VIII. quæ incipit, ſtatutum, & alioquin ad id aptas deſignari debere, vt præter ordinarios locorum, iis etiam cauſæ eccleſiaſticæ, ac ſpirituales, & ad forum eccleſiaſticum pertinentes in partib. delegandæ committantur. & ſi aliquem interim

Iudices cõmiſſarij in partib. debẽt priùs eſſe electi in Synodo, vel Prouinciali, vel Diœceſana, cum qualitatibus requiſitis, c. ſtatutum de reſcrip. in 6.

Digitized by Google

terim ex deſignatis mori contigerit, alium in eius locum ſubſtitui per loci Ordinarium cum conſilio Capituli vſq; ad futuram prouincialem, aut diœceſanam Synodum, ita vt habeat quæque diœceſis quatuor ſaltem, aut etiam plures probatas perſonas, ac vt ſuprà qualificatas, quibus huiuſmodi cauſæ à quolibet Legato, vel Nuntio, atque etiam à ſede Apoſtolica committantur; alioquin poſt deſignationem factam, quam ſtatim Epiſcopi ad ſummum Romanum Pontificem tranſmittant, delegationes quæcunque aliorum iudicum aliis, quàm his factæ, ſubreptitiæ cenſeantur.

Hoc poſito quæſtio de eo eſt, an qui Conſeruatores deputandi ſunt, propter cæteras qualitates à iure requiſitas, hanc quoque habere debeant, vt deſignati ſint in ſynodo prouinciali, vel diœceſana iuxta Trid. Concil. decretum mox relatum.

Prima concluſio. Conſeruatores † non debent neceſſariò eſſe iudices ſynodales, attento ſolo iure Tridentini Concilij. Quamuis enim Trid. Concil. in memorato decreto generatim ſtatuere videatur, vt delegati iudices in ſynodo electi eſſe debeant, atque adeo etiam Conſeruatores, cum ſub genere iudicum ſint, vt oſtendimus ſupr. cap. 1. quæſt. 2. quoniam quæ conueniunt generi, ſeu de illo prædicantur, conueniunt etiam ſingulis ſpecieb. illius generis ex theorica recepta non à dialecticis modò, ſed etiam iuriſconſultis, vt patet ex l ſemper, ff. de reg. iur. l. item apud Labeonem, § generaliter, ff. de iniur. & cap. quia circa, de priuil. cum ibi not. & aliis, quibus eam firmat inter cæteros Vigel. in dial. iur. in loco à genere reg. 1. fol. mihi 129. Nihilominùs dicendum eſt, Tridentinum Concilium eo loco non loqui generatim de legatis; neque enim includuntur delegati ordinariorum, vt patet; ſed neque de omnibus Apoſtolicis delegatis, ſed vel de ſolis delegatis in cauſa appellationis cum antea, ſeſſ. 24. cap. 20. de reform. ſtatuiſſet, vt cauſæ omnes ad forum eccleſiaſticum quomodolibet pertinentes, etiam ſi beneficiales ſint in prima inſtantia coram ordinariis locorum dumtaxat cognoſcerentur; vel de delegatis non ad vniuerſitatem aliquam cauſarum, cuiuſmodi ſunt Conſeruatores, vt infr. cap. 7. quæſt. 1. oſtendemus, ſed ad certas, & particulares cauſas aliquorum, vt patet ex tot. ferè contex. illius cap. 10 & præcipuè, dum loquitur de commiſſione facienda etiam à Legato, vel Nuncio; nam ab his dari non poſſe Conſeruatores, atque adeo

143 *Iudices ſynodales eſſe neceſſariò nō debent Conſeruatores Apoſtolici ſolo iure Conc. Trid. attento.*

nec delegatos ad vniuerſitatem cauſarum ſaltem ad fauorem alicuius perſonæ, vel vniuerſitatis, ſeu collegij, ſatis docuimus ſupr.cap.4.quæſt.4. vnde, cum non loquatur Concilium de genere, ſed potiùs de certa ſpecie delegatorum, etiam Apoſtolicorum, ceſſat Theorica paulò ante allata. Atque ita in terminis præter Io. Bapt. Conf. cuius paulò poſt mentionem faciemus, declarauit ſacra Congregatio Illuſtr. Card. interpretum Trident. Concilij in hæc verba: Illi, qui facultatem à ſede Apoſtolica obtinuerunt eligendi ſibi Conſeruatores, non ſunt cogendi ad eligendum aliquem ex iis, qui in ſynodis prouincialib. aut diœceſanis deſignati fuerint ex decreto concilij.

Secunda concluſio. Nouiſſimo iure ordinationis, ſeu Regulę Cancellariæ Apoſtolicæ iam editæ à fel. record. Clem. 8. die
144 19. Martij 1591. cautum eſt, † vt Conſeruatores quorumcunque Conuentuum, Capitulorum, Militiarum, Vniuerſitatum Collegiorum, Ordinum, Monaſteriorum, Hoſpitalium, ac piorum locorum quantumuis exemptorum præter qualitates requiſitas à Bonif. 8. d. cap. ſtatutum ſint etiam in Conciliis Prouincialibus, aut diœceſanis deputati, ad formam Trid. Concilij, nimirum d. ſeſſ. 25. cap. 10. vt latiùs continetur in tenore ipſius Regulæ, quem, vt ſupr. cap. 3. quæſt. 2. polliciti ſumus, hîc inſeremus, quoniam vtilis nunc quoque eius cognitio eſt, vt patebit ex mox dicendis, nec paſſim habetur; tenor autem † illius talis eſt.

Iudices ſynodales an attento iure nouiſſimo ordinationis Clem. VIII. debeant neceſſariò eſſe Conſeruatores Apoſtolici?

145 *Tenor ordinationis prædictæ.*

CLEMENS PP. VIII.

SANCTISSIMVS *in Chriſto Pater, & Dominus noſter Dominus Clemens, diuina prouidentia Papa VIII. Ne ob malitioſam petentium ſuggeſtionem, & ex eo, quòd ob locorum diſtantiam, perſonarum, quibus cauſa mandantur, certa notitia haud ita facilè haberi poteſt, per iudices aliquos minùs interdum idoneos in Conſeruatores deputatos cauſas ipſas cognoſci contingat, cupiens ſalubriter prouidere; reuocauit, & declarauit nullas, inualidas, & ſubreptitias omnes, & quaſcunque iudicum deputationes in litteris Conſeruatorijs iuxta formam in Quinterno Cancellariæ deſcriptam, ſeu aliàs quomodolibet expeditis hactenus per ſedem Apoſtolicam perpetuò, vel ad tempus nondum elapſum conceſſas, & directas ijs Conſeruatoribus, & Iudicibus, qui qualitates non habent requiſitas, & deſcriptas in conſtitutione fel. recor. Bonifacij Papæ octaui Prædeceſſoris ſui, quæ incipit, ſtatutum, quique etiam in Concilijs Prouincialibus, aut Diœceſanis, iuxta decretum Concilij Tridentini, electi, & deſignati non ſunt,*

ſunt, ad inſtantiam quorumcunque Conuentuum, Capitulorum, Militiarum, Vniuerſitatum, Collegiorum, Ordinum, ac in fauorem quorumuis Monaſteriorum, Hoſpitalium, & aliorum quorumuis piorum tam ſecularium, quàm cuiuſuis ordinis, aut inſtituti Regularium locorum quantùmuis exemptorum obtentas, cum quibuſuis præſeruatiuis, reſtitutiuis, mentis atteſtatiuis, derogatoriarum derogatorijs, efficacioribus, & inſolitis clauſulis, & decretis; quorum omnium tenores ſanctitas ſua haberi voluit pro expreſſis; non tamen quoad negotia iam cœpta, vel quoad ea, in quibus illæ ſuum ſunt ſortitæ effectum, ſeu executionem habuerunt. Ac etiam inſuper voluit, & ordinauit, quòd omnes deinceps litteræ Conſeruatoriæ huiuſmodi per ſedem Apoſtolicam concedendæ ad Conſeruatores, & Iudices dumtaxat dirigantur, qui qualitates iuxta dicti Bonifacij Conſtitutionem habeant, quique in præfatis Concilijs electi, & deſignati ſint, & non alijs; aliter vero expeditæ litteræ præfatæ nullius ſint roboris, vel momenti. Decernens, &c.

Placet. publicetur, & deſcribatur. Hi.

Lecta, & publicata fuit ſupradicta reuocatio Romæ in Cancellaria Apoſtolica, Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo quingenteſimo nonageſimoprimo, die verò Iouis decimanona Martij, Pontificatus ſanctiſſimi Domini noſtri Papæ Anno Primo.

Claudius Ciccolinus Cuſtos.

Marcus Antoninus Aſcentius Cancellariæ Apoſtolicæ Vicecuſtos extraxi ex libro Regularum Cancellariæ Apoſtolicæ, & in fidem me ſubſcripſi.

Huius autem Regulæ ſeu Ordinationis quoniam, vt facilè coniicere eſt, notitiam non habuit D. Io. Baptiſta Conf. ideo in ſummar matr. priuil.Reg. tit.4.c.5. verſ.Canonici quoq; in fi. dixit electionem Conſeruatoris fieri à Regularibus poſſe de perſonis expreſſis, vel d.cap.fi.vel in eorum priuilegiis, quamuis non ſint per Concilia prouincialia, ſeu ſynodum diœceſanam deſignatæ, & in rotulo iudicum deſcriptæ iuxta decretum Conc.Trid.d.ſeſſ.25.cap.10.de reform. cum, inquit, huiuſmodi qualitas in dict. Conſeruatorum electione minimè requiratur. Id quod etiam ante eiuſdem Regulæ editionem definiuit ſacra Congregatio Concilij, vt paulò antè diximus.

Hos verò pro eiuſdemmet Regulæ atque adeo concluſionis ex ea firmatæ maiori declaratione quædam hoc loco ſubiicienda exiſtimauimus. 146 *Regula Cãcellariæ Apoſtolicæ vnde dignoſcatur.*

Not. igitur primò, quòd, † cum prædictam ordinationem omnino conſtet eſſe regulam Cancellariæ Apoſtolicæ, cum ex eius

Digitized by Google

eius formula, tum ex ſignatuta, ſubſcriptione, & loco publicationis ad tradita per Gomeſ. in proœm. reg. Cancell. quæſt. 2. verſic. quartò pro iſta parte, circa medium, & quæſt. 5. ſignata enim fuit per Papam, vt aliæ regulæ, ſic, (placet; publicetur, & deſcribatur. Hi.) Subſcripta ſic; M. Antonius Aſcentius Cancellariæ Apoſtolicę vicecuſtos extraxi ex libro regularum Cancellariæ Apoſtolicæ. Denique fuit publicata non in Acie campi Floræ, vt conſtitutiones, ſed in ipſa Cãcellaria Apoſtolica, vt ſo-

147 lent publicari regulæ; conſtat etiam † eam, dum durat, vim legis habere, omneſque ea ligari, vt tenuit Pauin. in Prœm. extrauag. To. 22. ac decidit Capell. Thol. vbi etiam Add. deciſ. 445. & Rot. Rom. teſte Caſſad. Deciſ. 31. ſub tit. de regul. Cancell. ſatiſque comprobat inter cæteros idem Gomeſ. in d. prœm. reg. Cancell. quæſt. 2. per totam, vbi ad contraria reſpondet. Et licet

148 † hæc non legatur ſcripta in volumine cæterarum regularum Cancellariæ: tamen non ideo minùs regula eſt Cancellariæ, cùm certum ſit, poſſe ſummum Pontificem poſt primam editionem regularum, quæ aliquo volumine comprehendantur, alias etiam regulas facere, vt patet ex reg. 67. eiuſdem Clementis 8. in qua hæc verba leguntur. Idem tit. noſter ſtatuit, ordinauit, decreuit, & declarauit, quòd in quibuſcumque conſtitutionibus & regulis per ſanctitatem ſuam in poſterum poſt primam editionem, & ſuarum conſtitutionum, & regularum publicationem faciendis, non includantur ipſi Cardinales, niſi &c.

Regulæ Cãcellariæ dũ durant vim legis habẽt, & omnes ligant; licet non ſint in corpore aliarum Regularum.

149 Not. 2. quòd cum regulariter loquendo † regulæ cancellariæ expirent per mortem Pontificis vnde amplius vim legis non obtinent, niſi per ſucceſſorem confirmentur, vt patet ex initio regularum cum cæterarum Pontificum, tum ipſius Clementis,

150 ibi, conſtitutiones, & regulas infra ſcriptas fecit, quas ſuo tempore duraturas obſeruarę voluit, & paſſim d. q. 2. tradit Gomes. nec non Mandos. ad reg. 1. Cancell. quæſt. 12. num. 6. & reg. 32. quæſt. 11. num. 4. prædicta quoque regula † per Cle-

151 mentis mortem expirauit; & cum S. D. N. Paulus V. eam inter ſuas regulas poſtea editas non poſuerit, neque alia ratione confirmauerit, dicendum omnino eſt, eam nunc vim nullã habere.

Not. 3. quòd, cum hæc regula † aliquibus in locis non fuerit vſu recepta etiam toto tempore Clementis, qui eam initio ſui Pontificatus condidit, pro vt ipſe de foro Archiepiſcopali Mediolani

Regulæ Cãcellariæ quãdo expirent.

Regula Clement. VIII. nunc locum non habet: Immò etiam ipſo Clemẽte viuente non vbique locorum recepta.

Digitized by Google

diolani teſtari poſſunt, ea non habuit vim legis ſaltem poſt decennium; nam lex, ſeu conſtitutio vſu non recepta † non ligat, vt ex Ariſt. 2. Polit. cap. 6. l. de quibus ff. de leg. cap. in iſtis, §. leges, 4. diſt. & ibi Gemin & aliis tradit Couar. lib. 2. var. reſol. cap. 16. num. 6. verſ. ſunt qui huius, & poſt Aret. conſ. 11. Rom. conſ. 13. Alex. conſ. 132. vol. 1. Iaſ. in l. rem non nouam, C. de iud. tradit Benintend. deciſ. 13. Bonon. num. 10. ſubdens ſecundum magis communem opinionem, poſſe ſciente, & tolerante ſuperiore per binum actum contrarium, aut eo ignorante per decennij lapſum latam legem, non tamen receptam abrogari, vt per gloſ. & Doct. in cap. 1. de treg. & pac. quod etiam poſt Imol. & Fel. d. cap. 1. & Iaſ. d. l. rem non nouam, docet idem Couar. loc. cit. admonens ibid. & optimè, quòd ſi lex præſertim Canonica iam ſemel recepta ſit in aliquo loco, tunc ad eam ibi tollendam, & abrogandam requiritur conſuetudo legitimè præſcripta, hoc eſt ſpatio 40. annorum iuxta text. iuncta ibi gloſ. & Doct. communiter. vnde cum poſt mortem Clementis illa regula expirauerit neque vim nouæ legis ex vlla confirmatione per S. D. N. facta obtineat, ſequitur, quòd vbi à die d. mortis, aut etiam editionis d. regulæ vel lapſus decennij, vel Pontificia ſcientia probetur, quòd illa non fuerit, vſu recepta, dicendum ſit ex duplici capite nunc eandem regulam non ligare ex prædictis.

152 *Lex vſu nõ recepta quãdo liget: & recepta quã. do abrogetur.*

Not. 4. & vlt. Quòd, † cum hæc ipſa regula expreſsè ſolùm loquatur de litteris Conſeruatoriis obtentis ad inſtantiam Conuentuum, Capitulorum, Militiarum, vniuerſitatum, Collegiorum, Ordinum, Hoſpitalium, & Regularium ac piorum locorum; certúmque ſit horum omnium appellatione non contineri perſonas ſingulares, huiuſmodi qualitas, quòd ſint iudices ſynodales prædictis etiam tribus Notab circumſcriptis non requiretur in Conſeruatoribus, qui deputantur prò ſingularibus perſonis, quoniam, ſi de iis quoque intelligere voluiſſet, id expreſſiſſet, arg. cap. ad audientiam, de decim. & l. vnicæ §. ſi verò C. de caduc. toll. cum ſimil. de quibus ibi per gloſ. quodque non mutatur, ſtare non prohibetur, l. præcipimus, C. de appell. & l. ſancimus, C. de teſtam. cum ſuis concord. præſertim cum exorbitet à iure, quòd huiuſmodi qualitas in Conſeruatore requiratur, vt patet ex præced. concl. iuncto d. cap. fin. cum ibi not. de offic. deleg. in 6. quæ verò à iure communi exorbitant,

153 *Regula Clemẽtis VIII. ſingulares perſonas non afficit.*

Digitized by Google

nequaquam ad conſequentiam ſunt trahenda, vt ait ad litteram Bonif. VIII. in cap. quæ à iure, de reg. iur. in 6. & in ſpecie,
154 quòd † regulæ Cancellariæ ſint ſtricti iuris, ſicut ſtatuta, neque egrediantur extra terminos ſuos, voluit Caſſad. deciſ. 16. num. 5. & 23. num. 6. de præben. ſatiſque comprobat Mandoſ. ad reg. 30. Cancell. quæſt. 7. num. 19.

Regulæ Cãcellariæ ſunt ſtricti iuris.

155 Quibus etiam fundamentis ſtatuendum eſt quòd, † licèt in præfata regula mentio non fiat qualitatum, quæ in quolibet Conſeruatore requiruntur ex diſpoſitione d. cap. fin. nihilominus eæ adeſſe debeant etiam in Conſeruatoribus prædictis, de quibus in ea regula, præter qualitates in delegato requiſitas in d. cap. ſtatutum; neque enim d. cap. fin. aut alteri iuri derogare voluit, ſed potiùs addere qualitates d. Conſeruatorib. cum præſertim correctio iuris ſit odioſa, & quantum fieri poſſit, vitanda, c. eccleſia il 2. de elect. & c. cum expediat, eod. tit. in 6. neque Pontifex dicat, quòd ſufficiat, præter qualitates, de quibus in d. cap. ſtatutum, eos Conſeruatores eſſe iudices ſynodales, ſed quòd requiritur; quibus ferè rationibus gloſ. d. cap. ſtatutum in princ. verbo, Canonicis, & ibi Doct. magis communiter tradiderunt, Canonicum eccleſiæ Cathedralis, qui aliàs poteſt eſſe, modò ſit maior ſeptennio, de iure antiquo, non tamen eſſe poſſe delegatum, niſi 20. annum peregerit reſpectu delegationis ab inferiore faciendæ; aut 18. accedente partium conſenſu, vel pubes ſit quoad delegationem Principis. Quodtamen poſtremum dictum diligentiùs examinabimus in quæſt. ſtatim ſequenti, vbi de ætate Conſeruatoris agendum erit.

Qualitates requiſitæ in Conſeruatore de iure nõ excluduntur per Regul. Clementis VIII. de Conſeruat.

QVÆRO *igitur vndecimò, & poſtremò in hoc Cap. de ætate, ſcientia, & moribus Conſeruatoris.*

Proſequentes, ſimúlque abſoluentes materiam qualitatum Conſeruatoris, quam tractandam in hoc cap. ſuſcepimus, videbimus hoc loco, qua ætate, & ſcientia, quibúſque moribus præditus eſſe debet Conſeruator quæ ſingula ſingulis concluſionibus, breuiter tamen, perſtringemus.

155 Prima igitur concluſio ſit quoad ætatem. Conſeruator † eius ætatis eſſe debet, quam requirit qualitas illa tribuens habilitatem ad Conſeruatoris munus; vt ſi quis deputatur, vel deputari poteſt Conſeruator, quia Abbas, quia Archidiaconus, aut obtinens perſonatum, in Cathedrali, vel Collegiata, aut ſimilis, debet eam ætatem habere, quæ ad Abbatiam, Archidiaconatum,

Ætas Cõſeruatoris ea eſſe debet quã requirit qualitas tribuens habilitatẽ ad hoc officium.

tum, talémve perſonatum requiritur. Concluſio hæc ita manifeſta eſt, vt longiori probatione non indigeat, ſed ſola inductione. Si igitur exempli gratia deputandus aliquis ſit in Conſeruarem tanquam Epiſcopus, quia aliam qualitatem non habeat minùs inſignem, ob quam Conſeruator eſſe poſſit, cum Epiſcopus † vigeſimum annum exegiſſe debeat, vt cauetur in cap. cum in cunctis in pr. de elect. quod idem confirmatur à Trid. Concil. ſeſſ. 7. cap. 1. & ſeſſ. 22. cap. 2. de reform. ille Conſeruator in ea quoque ætate conſtitutus eſſe debet. 147

Ætas Epiſcopatus & aliarũ qualitatum in Conſeru. requiſitarum quæ ſit.

Similiter, cum Archidiaconus, & alij dignitatem obtinentes, qui curam animarũ annexam habeant, vt ad Archidiaconatum promoueantur, debeant ſaltem attigiſſe 25. ætatis ſuæ annum, vt ſatis conſtat ex d. c. cum in cunctis §. inferiora, & Trid. Concil. ſeſſ. 24. cap. 12. de reform. Si verò tam Archidiaconatus, quàm aliæ dignitates, ac perſonatus curam animarum non habeant, ſufficiat attigiſſe 22. vt d. cap. 12. cauetur. Dicendum quoque omnino eſt, quòd, vbi quis tanquam obtinens huiuſmodi dignitatem Conſeruator deputandus erit, ſi quidem ea dignitas curam habeat animarum, debebit ille Conſeruator attigiſſe 25. annum, aliàs 22. attigiſſe ſat erit. Cum etiam Abbas 25. annum attigiſſe debeat, vt ſatis conſtat ex d. §. inferiora, ex quo præter Doct. ibi id quoque adſtruunt Lancell. Conrad. in templ. omn. iud lib 2. cap. 7. num. 10. & Petr. Greg. Tholoſ. lib. 17. Syntagm. iur. vniuerſ. cap. 6. num. 15. Sicut etiam Prior conuentualis, niſi curam per alium exerceat, tunc enim ſufficiunt 20. anni, per text. in Clem. ne in agro, §. cæterum, de ſtat. monac. Archipresbyter verò ſaltem intra annum teneatur ſuſcipere ordinem Sacerdotij, vt apertè diſponitur in Clem. vt ij, qui, de æt. & qual. & Trid. Concil. ſeſſ. 22. cap. 4 de reform. ad Sacerdotium autem requiratur ætas 25. annorum ex Trid. Concil. ſeſſ. 23. cap. 12. & Clem. fi. de ætat. & qual. & ord. præfic. Si in Conſeruatorem eligendus aliquis ſit tanquam Abbas, aut Prior 25. annorum ætatem habere debet; ſi verò tanquam Archipresbyter debet ſaltem attigiſſe 24. ætatis ſuæ annum.

Ætas Archidiaconi.

Abbatis,

Prioris Cõuentualis.

Quòd autem de Archipresbytero dictum eſt, idem proportionabiliter dicendum eſt de aliis obtinentibus dignitates, vel perſonatus in eccleſia Cathedrali, vel Collegiata, quibus non animarum cura, ſed dumtaxat certus ordo annexus ſit; nam cum & hi teneantur intra annum ordinem requiſitum ſuſcipere, vt

cauetur in d. Clem. vt ij, qui, & Trid. Concil. d. cap. 4. & ſeſſ. 24. cap. 12. qui ratione huiuſmodi dignitatis, vel perſonatus Conſeruator deputandus erit, debebit ſaltem attigiſſe 21. ætatis annum ſi ordo ille annexus ſit ſubdiaconatus, 22. ſi diaconatus, & 24. ſi ſacerdotium, ad quod requiritur 25. annus, ſicut ad diaconatum 23. ad ſubdiaconatum 22. ex Trid. Concil. decreto d. ſeſſ. 23. cap. 12.

158 *Canonicatus ætas, maximè vt cũ obtinẽs poſſit ex cert. ſcientia delegari Conſeruator.*

Id ipſum quoque eadem planè ratione † erit ſtatuendum de obtinentibus officia, vel præbendas, aut portiones, quibus certi ordines ſacri citra curam animarum annexi ſint, prout annecti debent omnibus Canonicatibus, & portionibus in eccleſiis Cathedralibus ex diſpoſitione Trident. Concil. d. ſentent. 24. cap. 12. de reformat. ita vt dimidia ſaltem pars preſbyteri ſint, cæteri verò Diaconi, aut Subdiaconi; vbi horum aliquis ex certa Pontificis ſcientia deputetur Conſeruator, nulla tamen de ætate facta mentione; nam & hi debent intra annum ordinem requiſitum ſuſcipere, nec prouideri poſſunt de huiuſmodi officiis, præbendis, aut portionibus, niſi in ea ætate ſint vt intra annum ordinem requiſitum poſſint ſuſcipere ex dict. Clement. vt ij, qui iuncto Tridentin. Concil. dict. ſeſſio. 22. cap. 4. & ſeſſ. 24. cap. 12. Quòd ſi Canonicatui alicui, præſertim in Cathedrali, non ſit annexus vllus ſacer ordo, quia decretum illud Tridentin Concil. non ſit executum, & Papa ex certa ſcientia aliquem Canonicum eccleſiæ Cathedralis deputet Conſeruatorem, cum talis Canonicus poſſet eſſe ante Tridentin. Concil. quiuis maior ſeptennio, vt conſtat ex cap. ex eo, de elect. in 6. gloſ. & Doctor. tum ibi, tum in cap. ſuper inordinata, de præbend. & dict. cap. ſtatutum, & cap. ſi eo tempore, de reſcript. in 6. poſt Tridentinum verò Concilium eſſe poſſit quicumque attigerit 14. annum, vt apertè colligitur ex ſeſſ. 23. cap. 6. valebit deputatio, modò Canonicus ille 14. ætatis ſuæ annum attigerit; ſicut etiam † valebit deputatio Commendatarij Prioratus conuentualis, vel Abbatiæ regularis in Conſeruatorem, ſi in tali ætate 14. annorum conſtitutus fuerit cum huiuſmodi commendæ hodie habeantur pro ſimplicibus beneficiis, & paſſim conferantur abſque vlla ætatis diſpenſatione iis, qui 14. annum ætatis dumtaxat attigerint, vbi nihil aliud Canonicum obſtet; quæ ætas poſt Trident. Concil. dict. cap. 6. ſufficit, ac requiritur ad quodlibet

159 *Cõmẽdatarij ætas, & aliud ſimplex beneficiũ obtinentis. lege nu. ſeq.*

libet ſimplex beneficium obtinendum: ſi verò † alicubi nullatenus receptum ſit Tridentin. Concil. cum ſicut ad Canonicatum, etiam in Cathedrali ſufficiat ſeptennium, vt mox oſtendimus, ita in quolibet ſimplici beneficio, vt colligitur ex dict. cap. ex eo, & cap. ex his 28. diſtinct. cap. in ſingulos, & cap. quicumque, 77. diſtinct. tradúntque ibi Doct. & dict. cap. ſi eo tempore, cap. ſuper inordinata, & cap. cum in cunctis nec non cap. 2. & 3. & cap. præterea de ætat. & qualitat. ac præcipuè gloſ. dict. cap. ſi eo tempore, verbo, ætatem. Roch. de Curt. tractat. de iure patron. verbo, honorificum, num. 21. Lambert. in ſimilib. tract libr. 2. par. 1. quæſt. 7. articul. 26. num. 4. & 8. Bertach. tract. de epiſcop. libr. 2. par. 1. num. 56. Rebuf. tractat. de pacific. poſſeſſ. num. 209. vbi alios adducit, & Stephan. de Caiet. in repetit. cap. final. de elect. in 6. col. antepenultim. qui duo poſt Feder. de Sen. idem dicunt, licèt beneficium illud vocaretur Prioratus; tunc locum habet quæſtio, an valeat deputari Conſeruator ſeptennis. In qua dicendum omnino eſt, non poſſe, niſi ex certa ſcientia Papæ, ſeu Principis, vt in delegatione de Canonico Cathedralis ſignanter dicit glo. dict. cap. ſtatutum in princip. verbo Canonicis, quam ibi magis communiter ſequuntur Doct. quoniam delegatus, ſeu iudex dari non poteſt ab inferiore, niſi 20. annum exceſſerit, aut 18. accedente conſenſu partium, cap. cum viceſimum, de offic. deleg. l. cum lege, ff. de recept. arbitr. & l. quidam conſulebant, ff. de re iudic. à Principe verò poteſt, modò ſit adultus, vt in d. iuribus, iunctis ibi not. & iuncta l. cum prætor, ff. de iudic. & l. ſed etſi, ff. de recept. arb. cum vtrobique trad. per Doctor. quòd ſi † ſeptennem aut etiam vix adultum ſeu puberem ex certa ſcientia Princeps deputet Conſeruatorem omnino debebit aſſumere aſſeſſorem propter veriſimilem defectum ſcientiæ, iuxta ea, quæ latiùs infrà cap. 8. quæſtion. 8. & cap 9. quæſtio. 2. de aſſeſſore à Conſeruatore aſſumendo diſſeremus, & mox ſeq. concluſ. de Conſeruatoris ſcientia breuiter agemus. 161 *Aſſeſſorem aſſumere debet ſeptẽnis aut vix pubes Conſeruator deputatus.*

Plura verò de iudicis ætate peti poſſunt ex Tiraquel. in præfato tract. de iure primog. num. 169. cum tribus ſeqq. Segur. Daual. in direct. iud eccleſ. for. 1. par. cap. 1. per totum, & Sbroz. tract. de vicar. Epiſc. lib. 1. quæſt. 35. ferè per totam. ali-

Digitized by Google

quid etiam per Gul. Bened. in repet. cap. Raynutius verbo, Adiectæ impuberi, num. 11. & ſeq. de teſtam. num. verò 13. ſtatutum fuiſſe ſcribit à Paulo 2. vt protonotarius nullus fieret, niſi 20. annum, aut ſi nepos, vel filius Principis eſſet, ſaltem 17. annum peregiſſet; Guliel. refert quoque, & ſequitur Rebuf. tract. de pacific. poſſeſſ. num. 217. ex quo etiam patet, quid dicendum ſit vbi Papa, aut Princeps eos ex certa ſcientia Conſeruatores deputaret. Quomodo autem hæc certa ſcientia Principis deprehendi poſſit ad effectum vt diſpenſare cenſeatur cum inhabili, ſatis peti poteſt ex Thom. Sanchez, quem ideo cum opus fuerit conſulas tract. de matrimon. lib. 8. diſputat. 4. ferè per totam.

Secunda concluſio ſit quoad ſcientiam Certum quoque
162 *Scientia Cōſeruatoris qualis eſſe debeat.* eſt, † Conſeruatorem ea ſcientia præditum eſſe debere, quam requirit qualitas tribuens habilitatem ad hoc munus. Patet à ſimili ex ſuperiori concluſ. de ætate, cuius inductio proportionabiliter locum habet in hac quoque concluſione. Vnde, ſi quis tanquam Epiſcopus deputandus ſit Conſeruator, † debet
163 *Scientia requiſita in Epiſcopo & alijs dignitatibus neceſſarijs in Cōſeruatore.* antea in vniuerſitate ſtudiorum magiſter, ſiue Doctor, aut licentiatus in ſacra Theologia, vel iure Canonico meritò eſſe promotus, aut publico alicuius Academiæ teſtimonio idoneus ad alios docendos oſtendi, prout de eo, qui ad Epiſcopalem Cathedram aſſumendus eſt, diſponit Trid. Concil. ſeſſ. 22. c. 2. de reformat. ſi ratione dignitatis, quæ curam habeat animarum, doctrina commendari debet ad proprium munus exequendum neceſſaria. ſi ratione Archidiaconatus, vbi fieri poſſit, erit magiſter in Theologia, ſeu Doctor, aut licentiatus in iure Canonico, prout in huiuſmodi dignitatibus requirit Concil. Trid. ſeſſ. 24. cap. 12. de reformat. ſi denique ratione alterius dignitatis, vel perſonatus, aut beneficij, vel officij, (accedente tamen ex ſupra dictis in his duobus caſibus certa Papæ ſcientia, deputandus ſit Conſeruator,) requirentis primam tonſuram, minores ordines, aut etiam ſacros, eam ſcientiam neceſſariò callere debent, quæ in eo requiritur, qui prima tonſura ſtatim, aut alij
164 *Scientia peculiaris Cōſeruatori neceſſaria, vt iudex eſt.* ordinibus intra annum initiari debet; de qua ſcientia per Trid. Concil. ſeſſ. 23. cap. 4. 11. 13. & 14. Quoad propriam verò, & peculiarem iudicum, ſcientiam illud vnum attigiſſe ſit ſatis, quòd † licèt regulariter periti eſſe debeant iudices ſiue ordinarij, ſiue delegati ab inferioribus, vt ſatis conſtat ex cap. 1. de conſang.

Digitized by Google

ſang. & affin. cum ſua gloſ. l. certi iuris, C. de iud. & §. 1. Auth. eod. tit. coll. 6. cum aliis adductis per Dec. c. ſi pro debilitate, num. 22. de offic. deleg. & Coraſ. lib. 5. Miſcell. iur. cap. 19. Iacob. Sbroz. tract. de vicar. Epiſc. lib. 1. quæſt. 36. & Segur. Daual. in alleg. direct. iud. eccleſ. for. 1. par. cap. 3. & ſeq. vbi etiam agit de peritia in re iudiciaria; nihilominus † Princeps, vt eſt Papa, 165
& Imperator poteſt ex certa ſcientia dare delegatos iudices imperitos, vt poſt Salic. & Iaſ. d. l. certi iuris, vbi optimus text. atque alios tradunt Segur. Daual. d. cap. 3. num. 9. & Coraſ. d. cap. 19. vbi illud quoque ſatis probat † tunc aſſumendum eſſe aſſeſſorem, vt etiam conſtat ex d. cap. ſtatutum, §. aſſeſſorem, de reſcript. in 6. noſque latiùs oſtendemus infr. cap. 8. quæſt. 8. & cap. 9. quæſt 2.

Conſeruatores imperiti à Principe dari poſſũt: ſed

166 *Aſſumere tenẽtur Aſſeſſorem.*

Tertia concluſio erit quoad mores. Conſeruator † debet eſſe probatæ vitæ, ac timoratæ conſcientiæ, tum ratione Epiſcopatus, ceterarúmque dignitatum, ac qualitatum, quæ habilem reddunt ad Conſeruatoris munus, vt per Trid. Concil. locis ſupra cit. nec non per text. in d. cap. cum in cunctis, de elect. & c. cum te de æt. & qual. cum ibi not. & ſuis ſimil. tum per ea quæ de vicario Epiſcopi & cæteris iudicibus præſertim eccleſiaſticis tradunt poſt alios quos allegant, Dec. c. ſi pro debilitate, num. 22. de offic. deleg. Iacob. Sbroz. d. lib. 1. quæſt. 33. Paul. Fuſc. de viſit. lib. 1. cap. 15. & Segur. Daual. d. 1. par. direct. iud. cap. 6. & 8. qui etiam ferè tota illa 1. par. alias leuiores qualitates recenſet, quæ † in iudicibus non de præciſa neceſſitate, 168
ſed de honeſtate tantùm requiruntur, ſicut etiam hæc de vitæ probitate, & præcedens de ſcientia, prout ipſe teſtatur d. 1. par. initio num. 7. & colligitur ex Sbroz. d. quæſt. 33. & 35. Cæteras verò qualitates, quæ communiter in iudicibus requiruntur, congerit, atque explicat inter alios Io. Bapt. Blanc. in tract. de compromiſſ. quæſt. 2. Atque hæc de hac 3. concl. & 11. eáque vlt. quæſt. dicta ſint ſatis.

167 *Conſeruator debet eſſe probatæ vita & timoratæ conſcientiæ.*

168 *Qualitates in iudicibus requiſita cõmuniter, ſaltẽ de honeſtate, remiſſiuè.*

Pro complemento verò totius huius capitis duo hic ſubiicienda eſſent; alterum quòd qualitates illæ omnes, quæ in Conſeruatore ex diſpoſitione d. cap. fi. de offic. deleg in 6. requiruntur, quas nos hucúſque in ipſo cap. proſecuti ſumus, in Subconſeruatore quoque adeſſe debent iis in caſibus, in quibus vigore litterarum ij dari à Conſeruatore poſſit, vt in eod. cap. cauetur, aut etiam, vbi ex certa ſcientia aliquis in Conſeruatorem deputatur,

Digitized by Google

putatur, qui non habeat d.qualitates: alterum quòd ſufficiat huiuſmodi qualitates ſiue in Conſeruatore, ſiue etiam in Subconſeruatore adeſſe tempore deputationis, ac ſubdelegationis. Verùm, quoniam de primo infr. cap.7.quæſt.2. de ſecundo cap. vlt.quæſt. 3.& 4. commodior incidit tractatio,ideo conſultò hîc vtrumque amittimus, ne præſertim caput hoc plus, quàm) neceſſe ſit, excreſcat. Iam igitur ad aliud cap. tranſeamus.

SVMMÆ RERVM.

1 *Laico poteſt dari clericus Conſeruator etiam à Papa, & num.3.*

2 *Laicorum Conſeruatores ſoli non continentur in §. nec aliquis, aut toto text. cap. fin. de offic.deleg. in 6. contra quoſdam.*

3 *Laicorum vniuerſitati dari poteſt Conſeruator etiam à Papa, & num. ſeq.*

4 *Spiritualis cauſa etiam incidenter à ſolo eccleſiaſtico tractari, aut committi poteſt.*

5 *Collegia ſcholarium in quibus adſunt clerici pro eccleſiaſticis habentur, & conueniuntur coram ſolo indice eccleſiaſtico.*

6 *Clericis ſecularibus etiam vt vniuerſitatem conſtituunt, dari poteſt Conſeruator. etiam à Principe ſeculari, niſi contra clericum, aut eccleſiam, piúmve locum agendum ſit. num.7.*

8 *Locis pijs dari poſſunt Conſeruatores.*

9 *Clericis quoad bona patrimonialia dari poſſunt Conſeruatores, & num. ſeq.*

10 *Bona patrimonalia clericorum quoad forum exæquantur eccleſiaſticis. Item quoad immunitatem ab exactionibus laicorum. num.11.*

12 *Regularibus ſaltem à Papa dari poſſunt Conſeruatores ſiue vt ſingulis, ſiue vt vniuerſis.*

13 *Priuilegijs Mendicantium etiam quoad facultatem eligendi Conſeruatorem plerique ordines Regularium gaudent, & num. ſeq. ac 17.*

14 *Mendicantium ordines qui ſint.*

15 *Regularibus optimo conſilio dati ſunt Conſeruatores, & num. ſeq.*

16 *Regulares exempti nunc ſunt à iuriſdictione Ordinarij locorum, paucis caſibus exceptis.*

17 *Priuilegia Ordinum Regularium quomodo inter eos communia ſint.*

18 *Conſeruatoria Regularium an ſint hodie ſublata per quaſdam ſummorum*

Digitized by Google

morum Pontificum conſtitutiones; ijſve obſtet Concil. Trid. ſeſſ. 24. cap. 20. de reform.

19 Hieroſolymitana militia & ſi qua alia tria vota ſolemnia profitetur ſola inter militias vera Religio eſt.

20 Militaribus ordinibus, eorumq́; militibus poteſt dari Conſeruator.

21 Hieroſolymitana militia à pleriſque Pontificibus habet priuilegium eligendi ſibi Conſeruatorem, & num. 24.

22 Facultas Conſeruatorem deligendi Militijs conceſſa quomodo moderata ſit à Trid. Concil. quoad ijs ſeruientes; & declarata à Gregorio. num. 23.

24 Auctor ſe tuetur ab ijs, quæ illi obiecit D. Marius Antoninus, cum pleriſque num. ſeqq.

25 Præcepta quædam initio iudicij fiunt abſque plena cauſæ cognitione.

26 Metus excommunicationis iuſtus eſt.

27 Copia deputationis an inſerenda in præcepto, vel citatione à delegato, aut Conſeruatore tranſmiſſis.

28 Stylus cuiuſque fori etiam iuri contrarius in ordinatorijs attenditur.

29 Conſeruator poteſt ſubdelegare vices ſuas citra beneficium litterarum quoad hoc, ſi id habeat conſuetudo.

30 Induſtria perſonæ in commiſſione quando electa cenſeatur.

31 Conſeruator deputatus in aliqua ciuitate, vel diœceſi contra quos poſſit procedere, & ibi intellectus §. Conſeruatores & §. vices quoque, in cap. fin. de off. deleg. in 6.

32 Deputatio Subconſeruatoris vltra vnam dietam non corruit quoad vnam.

33 Exempti à iure Metropolitico, alióve ordinario adhuc ſubſunt delegati Papæ.

34 Subrogatum in pœnalibus an ſapiat naturam eius, in cuius locum ſubrogatur.

35 Pœna, de qua in §. vt autem, in cap. fin. de off. deleg. in 6. quando locum habeat.

36 Conſuetudo, vt Conſeruator ad terminos iuris deputatus de ijs etiam cognoſcat, quæ exigunt iudicialem indaginem, valet.

37 Pœnæ ſunt reſtringendæ, & ab ijs quæuis cauſa excuſat.

38 Conſeruatores in ſola Curia illius Epiſcopi, in cuius diœceſi ſunt deputati, eligere debent tribunal, & nomen dare, non in alia.

39 Plures Conſeruatores dati vt ordinarij in dubio iuriſdictionem cenſentur habere cumulatiuè, non priuatiuè. licèt vnus ſit generalis, alius ſpecialis. num. 40. Item in ſolidum. num. 41. & 46. non ob

id tamen poteſt alteri inhibere.num 42.& 46.

43 *Par in parem an aliquando habeat imperium.*

44 *Conſeruator quando poßit exercere iuriſdictionem in inferentem iniuriam ſolum indirectè etiam Conſeruatorem.*

45 *Iuriſdictio Conſeruatoris,qua vſus eſt in aliquibus cauſis,an perpetuetur quoad alias etiam poſt mortem procuratorum.*

46 *Inhibere non ideo poteſt delegatus delegato quòd vterque datus ſit in ſolidum; cum etiam datus ſimul poßit.& quid in caſu præuentionis. num.47.& ſeq.*

48 *Præuentus validè procedit,donec de præuentione doceatur.*

49 *Impediens qualitercumque delegati iuriſdictionem an ab eo poßit coërceri.*

50 *Iuriſdictio competens ordinario ſi alteri concedatur, concedi cenſetur priuatiuè.*

51 *Curam animarũ exercens aliàs exemptus in quib.ſubdatur Ordinario.*

52 *Seruientes militijs etiam Hieroſolymitanæ quand ſint omnino exempti ab Ordinario,vel ei ſubſint tamquam ſedis Apoſtolicæ delegato,& plurib.num.ſeqq.*

53 *Copula (&)ſeu(ac)aliquando ſtat expoſitiuè pro,id eſt.*

45 *Septorum nomine quid veniat.*

55 *Genitiui proprietas,ac vis.*

56 *Ordinarius præſumitur ſcire qualitates beneficiorum ſuæ diæceſis.*

57 *Qualitates tribuentes iuriſdictionem iudici exempti coram quo probandæ.& duob.num.ſeqq.*

58 *Clericatus an poßit probari coram iudice ſeculari, in cuius fortijs ſit clericus.*

59 *Intellectus Concil. Trident. ſeſſ.24 cap.2. de reform.& conſtitutionis cuiuſdam Gregorianæ.& an vtrique hodie ſit derogatum. nu.60.*

61 *Confirmatio generalis priuilegiorum an trahatur ad ſpecialiter reuocata. & aliquot num.ſeqq.*

62 *Conſtitutionis,ſeu canonis mentio habenda neceſſariò non eſt in contraria conſtitutione facienda.*

63 *Clauſula ex certa ſcientia operatur, vt cenſeatur derogatum cuicumque iuri, & diſpoſitioni contrariæ.*

64 *Motus proprius omnem ſubreptionem excludit.*

65 *Deciſio ſacræ Congregationis de inſeruientibus militiæ Hieroſolymitanæ. an ſint exempti, vel poßint ab Ordinarijs locorum puniri, declaratur.*

66 *Deciſionum ſacræ Congregationis maxima eſt auctoritas.*

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT VI.

Quibus dari poßint Conſeruatores.

EX illa huius noſtri Tractatus de Conſeruatoribus parte, quæ eſt de perſonis, illud iam reliquum eſt, vt videamus, quibus ij dari poſſint; nam in altero duorum proximè præcedentium cap. egimus de iis perſonis, quæ dare, in altero de iis, quæ dari poſſunt Conſeruatores.

Circa hanc igitur materiam de perſonis, quibus dantur Conſeruatores, quatuor nobis conſideranda occurrunt iuxta quatuor præcipua perſonarum genera. Primum eſt de laicis perſonis. Secundum de eccleſiaſticis ex ordine tamen cleri ſecularis, ídque tam ratione bonorum patrimonialium, quàm eccleſiæ, vbi etiam aliquid de piis locis dicemus. Tertium de Regularibus. Quartum de militibus alicuius militaris religionis, qui de laicali & regulari ſtatu participant, ac de ijs omnibus ſiue ſingulares perſonæ ſint, ſiue collegium, vel vniuerſitatem conſtituant ſuis in locis agendum erit. Hæc autem quatuor ſingulis quæſtionibus abſoluemus.

QVÆRO *igitur primò in hoc 6. Cap. An laicis perſonis ſiue ſingularibus, ſiue vniuerſitatem aliquam conſtituentibus dari poßint Conſeruatores.*

Certum eſt † poſſe etiam à ſummo Pontifice deputari aliquem, præcipuè clericum Conſeruatorem ad fauorem alicuius 1
laici. Patet hoc manifeſtè ex text. in d. cap. fin. §. ne aliquis, ſeu 2. reſponſo, de off. deleg in 6. ibi, nec aliquis, (Regibus, & Reginis, qui, ſicut dignitatis altitudine præeminent, ſic prærogatiua gratiæ ipſos conuenit anteferri, dumtaxat exceptis,) deinceps Conſeruatorem habeat eum, qui ſub ipſius iuriſdictione, dominio, vel diſtrictu eccleſiaſtico, vel temporali conſiſtat; dum enim Pontifex excipit Reges, ac Reginas à regula ibi per eum poſita, Ne quis habeat Conſeruatorem eum, qui ſibi ſubditus ſit, apertè ſupponit, laicas perſonas ex quarum genere Reges ſunt, ac Reginæ, vt patet per ſe, & ex cap. dudum, de decim. poſſe ha-

Laico poteſt demandari clericus Cõſeruator à Papa. vide num. 3.

bere Conſeruatorem ſibi à ſede Apoſtolica deputatum. quin etiam ipſa regula quoad eam partem, quæ diſponit de ſubdito ratione dominij temporalis apertè ſignificat, ſaltem eum omnem, qui habet dominium temporale habere poſſe Conſeruatorem; nam exceptio eſt de regula vt conſtat ex l. ex eo, ff. de teſtib. gloſ. & Dyn. in rubr. de reg.iur.in 6.Bart.l.ſi eum, §. qui iniuriarum,ff.ſi quis caut. Euerar.in loc ab except. ad reg. num. 9. cui ſimile eſt quod ſpecies detrahitur de genere,de quo optimè ad propoſitum idem Euerar. in loc.ad Spec.ad gen. ferè per totum,maximè verò num.4 & 5. Hoc ferè argumento probant id ipſum Anchar. & Butr. d. cap. fin. num. 1. quamuis ipſi plus

2 dicere videantur, nimirum,quòd Papa † vel in eo cap.vel certè in eo §. nec aliquis, ſolum loquatur de Conſeruatoribus laicorum, dum dicunt, exceptionem declarare regulam, de qua materia loquatur, l.fin §.cum dulcia,ff.de trit.vin.& ol.leg. verùm neque totus ille text. proculdubio eſt reſtringendus ad Conſeruatores laicorum,prout nec gloſ. nec aliquis cæterorum Doct.reſtringit; & apertè id conſtat ex eod. text. in §.officium, ibi, officium autem quorumcumque Conſeruatorum; nec id probat ille §. cui dulcia, ad quod à Butr.& Anchar. allegatur, ſed ſolùm, quatenus ad rem attinet, quòd adiunctum alicui illud,quamuis generale,reſtringit, vt ſi legetur vinum amphorarium,& dulcia,omnia, propter illud verbum,amphorarium,reſtringuntur dulcia omnia ad ea dulcia tantum, quæ potionis ſunt, cum tamen alioqui legatum dulcium per ſe poſitorum pleraque alia, vt vuas,ficus,& ſimilia comprehenderet, de quibus in proximo verſic. ſed neque ſolus ille §. ſeu verſic. nec aliquis, in d.cap.fin. intelligendus eſt de Conſeruatorib.laicorum dumtaxat, alioquin cum in reliquo tex. vt ſupra deduximus, nomen Conſeruatoris ad omnes extendatur, ſi hic pro ſolo laicorum Conſeruatore ſumeretur, eadem res diuerſo iure cenſeretur, contra tex. in l. eum qui ff. de vſu. cap. cognouimus, 12.quæſt.2.cap quia circa,de priuil.& cap.cum in tua,de decim. cum ibi not. & ſuis ſimil. & æquiuocatio committeretur, quæ quantum fieri poteſt vitari debet, vt per Doct.in l.quoties,ff de verb. oblig. quare dicendum omnino eſt illum §.ſeu verſic. nec aliquis, ita accipiendum eſſe, vt apertè loquatur, ac diſponat non quidem de ſolis, ſed de laicis quoque, prout eum in ſpecie intellexit quidam Fontan. acutor gloſ. marginal. d. cap. final. ſic

Laicorum Conſeruatores ſoli non continentur in §.nec aliquis,&c.cōtra quoſdā.

ſic etiam exponens Anchar.

Neque verò ſolùm Regibus, aut Reginis, aliiſve dominis temporalibus dari poſſunt Conſeruatores, de quibus omnino vrget prædictum argumentum ſumptum ex text. verùm etiam de reliquis laicis, † licèt vniuerſitatem quoque, aut collegium 3
conſtituant; tum quòd nullam congruam diuerſitatis rationem eſt aſſignare, cur illis non item his deputari poſſit Conſeruator; tum quòd facilè poteſt euenire, vt laicus aliquis priuatus, aut etiam aliqua vniuerſitas laicorum in bonis præſertim ſuis damnum, & violentiam, ſeu iniuriam manifeſtam ab eccleſiaſtica perſona patiatur; & tunc ſolus Papa poterit dare Conſeruatorem, cum is ſolus, iudéxque eccleſiaſticus ſit competens, iuxta latè tradita ſupra cap. 4. quæſt. 6. concl. 4. quòd ſi à laico huiuſmodi iniuriam, vel damnum in ſuis bonis patiatur, tunc ſolus Princeps ſecularis dabit Conſeruatorem, per ea, quæ adduximus d. quæſt. 6. concl. 2. & latiùs cap. 5. quæſt. 1. in princ. niſi tamen de cauſa ſpirituali etiam incidenter agatur; nam tunc

Laicorũ vniuerſitati dari poteſt Conſeruator etiam à Papa, & num. ſeq.

† ſolus Papa poterit dare Conſeruatorem etiam laico, cum ſolus iudex eccleſiaſticus etiam inter laicos ſit competens, vbi de 4
cauſa ſpirituali etiam incidenter tractatur, vt conſtat ex c. decernimus, & c. quanto, de iud. cap. tuam de ord. leg. cap. lator & cap. cauſam quæ il 2. qui fil. ſint legit. cum ibi not. & ſuis concord. aut vbi cauſæ mixti fori ſint, quas remiſſiuè habes ſupr. d. cap. 4. quæſt. 1. concl. 3. nam tunc tam Papa quàm Princeps ſecularis laico dare poterit Conſeruatorem contra laicum, niſi tamen clericus, aut eccleſia, locúſve pius debeat conueniri iuxta paulò ante dicta iunctis not. d. cap. 4. quæſt. 1. concl. 1. & poſt alioſ per Mar. Soc. in cap. 1. num. 19. ſeu declarat. 16. de for. compet.

Specialis cauſa etiam incidenter à ſolo eccleſiaſtico tractatur aut cõmittitur.

Quoad vniuerſitates verò etiam laicorum quod ij poſſint habere Conſeruatorem, præterquam quòd ex ſupradictis ſatis oſtenditur, manifeſtè quoque colligitur ex Rebuf. in l. ſolutum, alias incipit l. qui neque §. ſolutum in fin. ff. de verb. ſig. dum ait, Conſeruatorem eſſe, qui datur vniuerſitatibus. idem ſentit inter alios Gemin. d. cap. 1. Fel. cap. eam te. num. 15. de reſcript. & Io. Neuizan. conſ. 35. num. 5. ſatiſque conſtat ex Trid. Concil. ſeſſ. 14. cap. 5. de reform. vbi mentionem facit litterarum Conſeruatoriarum, quæ conceduntur vniuerſitatibus generalibus, & Collegiis Doctorum, ſeu ſcholarium; etenim vniuerſi-

Digitized by Google

tates, & Collegia, vt plurimum laicorum ſunt, vt patet ex tot. ferè tit. cum ibi traditis ff. quod cuiuſq. vniuerſ. nom. nec non ff.de colleg.illicit. & latiùs adductis per Nicol.Lotæ. in moder. tract. de iur. vniuerſit. par. 1. cap. 1. & meliùs cap. 2. ferè per totum. ſi enim clericorum ſint, capitula, ſi Regularium Conuentus, vel Monaſteria, alióve ſimili nomine nuncupantur. ac denique ex ſtylo Cancellariæ, & Romanæ Curiæ, ex qua prodeunt Conſeruatoriæ ad fauorem huiuſmodi vniuerſitatum, prout videmus in duob. Collegiis ſcholarium in ciuitate Papien Ghiſlerio nimirum, & Borromæo, quorum tamen ſcholares vt plurimum laici ſunt; quamuis probabilius ſit † huiuſmodi Collegia, ſeu vniuerſitates præſertim ſcholarium, in quibus ſunt aliqui clerici, licèt ij pauciores ſint, pro eccleſiaſticis haberi; ita vt coram ſolo eccleſiaſtico iudice conueniri poſſint, vt probat Salic.in Auth. habita, C. ne fil.pro patr.ex doctrina Bart. in l.cum Senatus, ff.de reb.dub. & Bal. d. Auth. habita, & communi, quæ habet, Rectorem vniuerſitatis ſcholarium debere eſſe clericum propter clericos, quos continet licet pauciores. Atque hæc quoad laicos.

5 *Collegia ſcholariũ in quibus reſident clerici pro eccleſiaſticis habentur, & conueniũtur coram ſolo iudice eccleſiaſtico.*

QVÆRO *ſecundò, An Clericis ſecularibus dari poſſint Conſeruatores.*

6 *Clericis ſecularib. etiã vt vniuerſitatem conſtituunt, delegari poteſt Cõſeruator.*

Certum quoque eſt, † Clericis ſecularibus ſiue ſingularibus, ſiue Collegium aliquod conſtituentibus dari poſſe Conſeruatorem. Patet id primò ex ſtylo Romanæ Curiæ, qui colligitur ex Mandoſ. in Prax. ſign.grat.verb.Conſeruatoria, in forma ſupplicationis, Prob. in addit. ad Io. Monach. d.cap. 1. de offic. deleg. in 6. in 1. & 2. formula ſupplicationis, nec non ex litteris Conſeruatoriis tam ad fauorem Illuſtr. Card. Montalti, quàm Capituli Ordinariorum, & aliorum clericorum eccleſiæ maioris Mediolani, quas fere omnes inſertis earum tenoribus retulimus ſupr. cap.2. quæſt. 2. Patet ſecundò quoad ſingulares perſonas clericorum ex Trid.Concil. ſeſſ.7. cap.14. de reform.ibi, clerici ſeculares iunctis iis, Conſeruatorum deputationibus. Quoad Collegia verò, ſeu capitula ex eod. Trid. Concil.d. ſeſſ. 14. cap. 5. ibi, idcirco nemini omnino cuiuſcunque dignitatis, & conditionis ſit, etiam ſi capitulum fuerit, Conſeruatoriæ litteræ, &c. Denique id patet ex iis, quæ adduximus ſupr. cap.4. quæſt.1.concl.1.& quæſt.6. concl.2. vbi oſtendimus, † tam Papam, quàm etiam Principem ſecularem dare poſſe Conſeruatorem

7 *Princeps ſecularis clericis ſecularibus Cõſeruatorem deputare poteſt, & quomodo.*

torem pro clerico, & eccleſia, piiſque locis contra laicos; nam contra clericum, & eccleſiam piúmve locum ſolus Papa, non autem Princeps ſecularis, poterit, ex adductis d.quæſt.6.concl. 4.& quæſt.1.concl. 1. vbi docuimus loca pia in hoc etiam eccleſiis comparari. Quòd autem † poſſint locis piis concedi litteræ Conſeruatoriæ, ſeu dari Conſeruatores, ſatis patet ex Trid. 8 *Locis piis dari poſſunt Conſeruatores: Imo*
Concil. d. ſeſſ. 14. cap. 5. de reform.ferè per totum iunctis præcipuè illis verbis propè finem, nec non hoſpitalia actu hoſpitalitatem ſeruantia, & illis, hoſpitalium huiuſmodi quoad bona quoque patrimonialia clericorum † idem omnino dicendum 9 *& clericis quoad bona patrimonialia, quæ*
erit, vt nimirum tam Papa, quàm Princeps ſecularis poſſit clerico dare Conſeruatorem pro huiuſmodi bonis contra laicum; nam bona clericorum † quoad forum exæquantur bonis eccleſiarum, vt pro iis poſſint clerici laicos coram eccleſiaſtico iudice conuenire, cum laicus probabiliter non negat, ea eſſe clerici, vt apertè conſtat ex cap. ſi clericus laicum. iunctis ibid. adnotat.per Abb.Marian.ſoc.& alios, de for.compet ibi, ſi clericus laicum de rebus ſuis, vel eccleſiæ impetierit, & laicus res ipſas non eccleſiæ eſſe, aut clerici, ſed ſuas proprias aſſeuerat; quod idem procedit vbi clericus agere velit contra laicum non ſolum actione merè reali, vt rei vendicatione, ſed etiam ſi actione mixta, vt puta ex legato, vel locato, aut ſimili pro re patrimoniali, vt poſt Innoc.Card. & alios tradit Marian.ſoc. d. cap.ſi clericus 10 *quoad forũ exæquantur eccleſiaſticis, &*
laicum num. 15. ſic etiam bona clericorum † exæquantur bonis eccleſiarum quoad immunitatem ab exactionibus ſecularium perſonarum in cap.quamquam, de cenſib.in 6.ibi, cum igitur eccleſiæ, eccleſiaſticæque perſonæ, ac res ipſarum (hoc eſt eccleſiarum, & eccleſiaſticarum perſonarum, vt ibid.gloſ.& cæteri magis communiter exponunt) non ſolùm iure humano, quin immò & diuino à ſecularium perſonarum exactionib. ſint immunes; quod idem quoad ſubſtantiam habetur etiam in cap. 1.de immun.eccleſ.in 6.ibi, non licere præfatis communiis &c. exactiones quaſcumque eccleſiis, vel eccleſiaſticis perſonis imponere, vel exigere ab eiſdem pro domibus, prædiis, vel quibuſcumque poſſeſſionib. ab eiſdem eccleſiis, vel perſonis eccleſiaſticis legitimè hactenus acquiſitis vel in poſterum acquirendis. Cæterum an & quando bona patrimonialia clericorum gaudeant priuilegiis bonorum eccleſiaſticorum præter ſcribentes in citat.iuribus, ſunt etiam conſulendi Doct. in c. 1. 15. quæſt.4. 11 *quoad immunitatẽ ab exactionibus laicorũ.*

& cap.

& cap. ſimiliter, 16.quæſt. 1. cap. eccleſia S Mariæ, de conſtit. & cap.ex litteris de pignor.inter recentiores Couar.lib.1 var.reſol.cap.4 num.2. cum duob.ſeqq.& Anaſtaſ.Germon.de ſacror. immunit.lib.3.cap.15.num.109.& ſeqq.

QVÆRO *tertiò, An Regularibus dari poſſint Conſeruatores.*

12 Certiſſima quoque hac in re concluſio eſt, † poſſe Regularibus ſaltem à ſummo Pontifice dari Conſeruatores.nam quoad ſingulares perſonas regularium extra monaſteria aliqua de cauſa degentium, ſatis apertè id colligitur ex Trid. Concil.d.ſeſſ. 7. cap. 14. de reform. ibi,aut Regulares extra monaſterium degentes quomodolibet exempti, etiam ſi certum iudicem à ſede Apoſtolica deputatum in partibus habeant, iunctis illis verbis, quæ paulò poſt ſubiiciuntur, Conſeruatorum deputationibus, & eorum inhibitionibus aduerſus præmiſſa nequaquam valituris; necnon ex priuilegiis, quorum ſtatim mentionem faciemus. quoad monaſteria verò ipſa,ſeu conuentus, Religiones,ac ordines regularium id ſatis patet;tum ex eod. Trid.Concil. ſeſſ. 14.cap.5.de reform. ferè per totum,iunctis iis verbis,& Regularia,loca,quæ in fine illius cap.habentur; tum ex litteris Conſeruatoriis Societati IESV à Pio V.conceſſis, & Greg. XIII. editis, quarum tenorem poſuimus ſupr.cap.2. quæſt.2. atque item ex Bulla Maris magni ad fauorem ordinis Prædicatorum,& Minorum à Siſto IV. conceſſa propè finem. verſi. & nihilominus. pag.mihi 67. cuius totum tenorem ponit D.Io.Bapt.Confett.in collect.lit. Apoſt.& priuil. regul.à pag.54. vſque ad 68. item ex litteris Conſeruatoriis Iulij II. ad fauorem ordinis Minimorum,quas recenſet idem Conf. loc.cit.pag.115 cum duab.ſeqq. necnon ex Bulla moderationis priuilegiorum ordinum Mendicantium edita à Leone X. in Concilio Lateranenſi, cuius verba, quæ ad rem faciunt, retulimus ſuprà cap.3. quæſt. 2. circa medium, totum verò tenorem poſuit Confett. in d.collect.pag. 127 cum quatuor ſeqq. præterea ex litteris Conſeruatoriis ad fauorem prædicti ordinis Minimorum conceſſis à Clem. VII. quas legere eſt apud eundem Conf in d. collect. litt Apoſt.pag. 168. & duab. ſeqq. ac denique ex litteris declarationis priuilegiorum ordinis Prædicatorum ad eiuſdem ordinis fauorem conceſſis à fel.recor. Pio V.anno Domini 1571. verſic.& vt fratres,qui eſt paulò poſt medium, vſque ad finem,quarum litterarum integrum tenorem habes in d.collect. à pag. 205. vſque ad

Regularibus dari poſſunt à Papa Conſeruatores ſiue vt ſingulis ſiue vt vniuerſis.

ad 213. iuxta poſtremam impreſſionem. Ex his igitur patet, non ſolùm poſſe Regularibus ordinibus dari Conſeruatores, ſed etiam in ſpecie eorum aliquibus datos eſſe, vel ſaltem tributam facultatem à ſummo Pontifice eos eligendi, nimirum ordini Prædicatorum, Minorum, Minimorum, atque etiam Societati IESV. Sed idem quoque dicendum eſt † de ordine Carmelitarum; nam Clem. VII. decreuit, vt huiuſmodi ordo poſſit frui, & gaudere omnibus, & ſingulis priuilegiis, immunitatibus, exemptionibus, indultis, & gratiis aliis ordinibus tam Mendicantium, quàm non Mendicantium conceſſis, & concedendis, in omnibus, & per omnia perinde, ac ſi ei conceſſa fuiſſent, vt patet ex eiuſdem Clem. litteris, quæ incipiunt, ex Clementi, datis Romæ Anno Domini 1530. & Pontificatus ſui anno ſeptimo, quas habes in d. collect. litt. Apoſt. pag. 174. Idémque etiam eadem ratione de ordine Eremitarum S. Auguſtini ſtatuendum eſt, cui idem Clem. VII. eodem anno conceſſit, vt frui poſſet omnibus, & ſingulis priuilegiis, exemptionibus, indultis, & gratiis per prædeceſſores ſuos, aut ipſum iam conceſſis, & in poſterum concedendis, cuius ordini Mendicantium, vt latiùs ex eiuſdem litteris patet, quas neſcio quo errore ductus, quem tamen non agnouit, repoſuit Conf. in d. collect. inter litteras Pauli 4. At verò certum eſt ex iis, quæ diximus, ordini Minorum, Minimorum, & Prædicatorum conceſſum fuiſſe à ſede Apoſtolica huiuſmodi priuilegium eligendi ſibi Conſeruatorem; quos quidem inter Mendicantium ordines † ſimul cum ordinibus Carmelitarum, S. Mariæ ſeruorum, & Eremitarum S. Auguſtini numerauit Leo X. in Bulla communicationis omnium priuilegiorum Mendicantium, cuius paulò poſt mentionem faciemus, & omnino cenſendos eſſe declarauit Pius V. Anno Domini 1569. & ſecundo ſui Pontificatus, vt conſtat ex Apoſtolicis litteris, quas in d. collect. habes pag. 199. & de facultate hiſce ordinibus conceſſa eligendi ſibi Conſeruatorem pleraque ſub compendio ponit Alphonſ. Caſarub. in compend. priuil. mox citando verbo, ſeu tit. Conſeruatores ordinis.

13 Priuilegia Mendicantium etiam quoad licentiã eligendi Conſeruatorẽ plerique ordines Regulariũ ſibi vendicant.

14 Mendicantiũ Ordines qui dicãtur.

Præter hos verò ordines alij etiam plerique, vt Caſſinenſes, Carthuſiani, Oliuetani, Ciſtercienſes, & alij ſimiles; immo omnes, vt audio, ſimilem in ſuis priuilegiis Apoſtolicis facultatem habent eligendi ſibi Conſeruatores, & paſſim ea vtuntur. quamuis d. Conf. in præfata ſua Collect. litt. Apoſtol. & priuil. regul.

Mendicantium, & non Mendicantium, aut etiam in ſummar. Mater. eorumdem priuil. Indultorum huiuſmodi, facultatiſve prædictorum aliorum ordinum vix mentionem fecerit, nedum tenorem poſuerit; ſicut neque poſuit priuilegiorum ordinum Mendicantium, quæ tamen ſe allaturum in inſcriptione pollicetur; cuius rei cauſam aliam, quam librariorum iniuriam, hucúſque ignoro.

15 *Regularibus optimo conſilio dati Conſeruatores.* Optimo autem conſilio † datos eſſe Conſeruatores Regularibus, dicendum eſt, quoniam licèt iure antiquo etiam quoad forum Regulares ſubiecti eſſent iuriſdictioni Epiſcoporum, qui ſoli de iure communi ſunt ordinarij in tota diœceſi, cap. de perſona, 11. quæſt. 1. cum ibi not. & aliis ad id adductis per Mar. ſoc. cap. 1. num. 10. cum ſeqq. & cap. cum contingat num. 6. de for. compet.

16 *Regulares excepti non ſunt à iuriſdict. ordinarij locorum paucis caſib. exceptis.* Nihilominus hodie † quibuſdam caſibus exceptis, de quibus in Conc. Trid. ſeſſ. 6. cap. 3. ſeſſ. 7. cap. 14. ſeſſ. 21. cap. 8. 24. cap. 11. de reform. & ſeſſ. 25. cap. 4. 8. 11. 12. 13. 14. 16. 17. & 19. de regular. ex priuilegiis ſummorum Pontificum ſunt omnino exempti ab Epiſcoporum iuriſdictione, prout in omnibus ferè ordinibus concludunt hac de re non inconcinnè tractantes Nauar. in Comment. 2. de regular. num. 63. cum ſeqq. Conf. in ſummar. Mater. priuil. regul. tit. 5. cap. 1. & duob. ſeqq. Eman. Roder. quæſt. regular. tom. 1. quæſt. 56. art. 2. & latiùs tom. 2. quæſt. 63. per totam, ac denique Alphonſ. Caſarub. in compend. priuileg. Fratr. mendicant. & non mendicant. verbo ſeu tit. exemptio. & ibi Sorb. in annot. per tot. quoad ordinem Prædicatorum conſtat ex d. Bulla Maris Magni poſt medium. verſic. & ne prætextu. & melius ex præfatis litteris Pij V. datis anno 1571. circa medium, vbi inter cætera habentur hæc verba; ac etiam Fratres & Moniales, eorúmque domos, Monaſteria, beneficia, & ab illis quomodolibet dependentia loca, ac bona quæcumque cuiuſcumque qualitatis, & quantitatis exiſtant, dictorúmque bonorum colonos, laboratores, & conductores, ac oblatos tertij habitus Moniales aliáſque perſonas prædictas, (& paucis interiectis) ab omni iuriſdictione, & ſuperioritate quorumcumque locorum ordinariorum etiam de nouo, quatenus opus ſit, auctoritate, & tenore ſimilibus eximimus, & liberamus, ac exemptos, liberos, & immunes penitus eſſe volumus; nec non, quatenus opus ſit, illos, eorúmque ſingulos in ius, & proprieta-

tem

Digitized by Google

tem B. Petri & ſedis Apoſtolicæ, ac ſub eorum ſpeciali, & immediata protectione ſuſcipimus, ac eos ſolùm, & dumtaxat immediatè ſedi præfatæ,& nobis,ac pro tempore exiſtenti Romano Pontifici ſubiacere decernimus, & declaramus. ad quæ verba ſtatim ſequitur deputatio Conſeruatorum ad eiuſdem ordinis fauorem quo vtroque priuilegio, & exemptionis nimirum à iuriſdictione ordinarij, & facultatis Conſeruatorem eligendi, dicendum eſt omnino gaudere etiam reliquos Mendicantium ordines, nimirum Carmelitarum,Minorum, Minimorum, Eremitarum S. Auguſtini & S. Mariæ ſeruorum propter Bullam communicationis † omnium priuilegiorum Mendicãtium editam à Leo.X. die 10. Decembris 1519. in qua omnes, & ſingulas gratias,conceſſiones, immunitates, exemptiones, facultates, priuilegia, & indulta tam ſpiritualia, quàm temporalia, qualiacumque illa eſſent quæ Prædicatorum, Minorum, Eremitarum ſancti Auguſtini, Carmelitarum, ſeruorum B. Mariæ, ac Minimorum fratrum domibus,& illorum eccleſiis, & oratoriis, nec non Generalibus, Prouincialibus, fratribúſque, & ſororibus conceſſis, & oblatis à ſe, prædeceſſoribúſve, aut ſucceſſoribus ſuis,aut alias auctoritatem habentibus, coniunctim,vel diuiſim, in genere, vel in ſpecie conceſſa fuerunt, aut in poſterum concedentur, illa omnia, & ſingula, ac ſi nominatim exprimerentur, habens pro ſufficienter expreſſis, ſingulis ordinibus prædictis, illorúmque ſingulis eccleſiis, & oratoriis, domibus, fratribus,ſororib. Conuerſis,& oblatis, motu proprio, ex certa ſcientia, & de plenitudine Apoſtolicæ poteſtatis communicauit, & inter dictorum ordinum perſonas pariformiter communia eſſe voluit,vt in prædicta Bulla latiùs continetur,cuius tenorem ponit Conf.in d. Collect. litt. Apoſtol. & priuil. pag. 161. & ſeq. Is verò in ſummar. mater. priuil.tit. 3. cap. 5. quod eſt de communione priuilegiorum inter omnes Mendicantium ordines, cum huiuſmodi communicationem inter ordines Mendicantium eadem & ipſe ferè ratione comprobaſſet, ſubiicit priuilegia Mendicantium fuiſſe à ſede Apoſtolica communicata decem illis ordinibus, quos ipſe antea retulerat, ſúntque ordines non Mendicantium,per conſtit. Pij V. primam in ordine inter priuilegia non Mendicantium; quorum tamen, vt iam monuimus, tenores non attulit, vt inſcriptio illius collectionis pollicetur. Reperio autem hac de re conſtit.42.in ordine inter omnes con-

17 *Priuilegia Ordinũ Regulariũ quomodo inter eos communia.*

ſtitutiones illius Pontificis, quæ incipit, ex ſupernæ, ab eo editam anno 2. ſui Pontificatus 17. Cal. Septembris 1567. vbi extendit omnia priuilegia Mendicantium ad alias Religiones non Mendicantium, Canonicorum,& Monachorum, tam virorum, quàm mulierum, eorúmque domos,& loca, eo excepto, quòd teneantur ad contributionem ſeminarij, & ſubſidiorum Apoſtolica auctoritate impoſitorum,& quæſturam eleemoſynarum. De hac porrò materia communicationis priuilegiorum inter ordines Mendicantes, vel non Mendicantes præter Confett. ſupr.videri quoque poſſunt Alphonſ. Caſarub. & Sorb. in dict. compend.priuil.communicatio priuilegiorum & Eman.Roder. d.tom. 1.quæſt.regul.quæſt.55.per tot.

18 *Conſeruatoriæ Regularium an ſint hodie ſublatæ per quaſdā ſummorũ Pontificũ Ordinationes, iisq́; obſtet Concil. Trid.ſeſ.24. c. 20. de reform.*

Neque prædictis obſtat, quòd Pius IV. poſt publicationem Trid. Concil. omnia quorumcumque ordinum Regularium priuilegia etiam quoad Conſeruatorias in illis omnibus, & ſingulis, in quibus decretis Trid. Concil. contrariantur, ipſo iure reuocata, caſſata, & annullata, & ad ipſius Concilij terminos reducta eſſe voluit, ſtatuit, & declarauit,vt latiùs patet ex eius conſtit. incipiente, in Principis Apoſtolorum, quam ſecundam poſuit Confett.in 2.collect.litt.Apoſt. inter Pij IV.litteras, quæ ad Regulares pertinent pag. 143. éſtque 123. in ordine inter omnes Pij IV. conſtitutiones; & Greg. XIII. omnia priuilegia à Pio V. ordinibus regularium præſertim Mendicantium conceſſa reduxit ad terminos ſacrorum Canonum, & decretorum Concil. Trid. vt ex eius conſtit. 15. in ordine inter omnes eius conſtitutiones; ac denique tam idem Greg. XIII. conſtit. 37.47.& 69. quàm Sixtus V. conſtit.79. & Clem.VIII.conſtit. 34. inter omnes eorum Pontificum conſtitutiones, confirmant priuilegia quorumdam Regularium, quatenus ſunt in vſu, nec aduerſantur decretis Concil. Trid. atque adeo,cum Trid.Concilium decreuerit inter cætera,vt cauſæ omnes ad forum eccleſiaſticum quomodolibet pertinentes in prima inſtantia coram ordinariis locorum dumtaxat cognoſcantur, vt videre eſt ſeſſ. 24.cap.20.de reformat. videtur reuocata facultas, quam vigore dictorum priuilegiorum habent Regularium ordines eligendi ſibi Conſeruatores, qui loco ordinariorum ipſorum ordinum cauſas cognoſcant in prima inſtantia, vt latiùs etiam oſtendemus infr.cap.ſeq.q.1.

Reſpondetur enim primò, quoad conſtitutiones ipſius Gregorij,

gorij,& prædeceſſorum, quatenus & hoc eligendi Conſeruatorem,& alia priuilegia tollere videbantur,iis ſufficienter derogatum tam per ipſum Gregorium, quàm alios Pontifices eius ſucceſſores præſertim Sixtum V. & Clem. VIII. vt deducit Conf. in d. ſummar. mater. priuil. tit.3. cap. 4. & oſtendens illa verba (ſacrorum canonum) intelligenda eſſe, non de iure communi ante Concilium, ſed de ipſis canonibus Concilij quod etiam poſt Hier. Sorb. in annot. ad Compend. Priuileg. mend. & non mendic. tit.priuilegia fratrum facit Eman.Roder. quæſt. Regul. tom.1. quæſt.8. art.8. deinde dicitur,Concilium ipſum Tridentinum aliquibus caſibus exceptis paſſim illæſa ſeruare priuilegia Regularium,vt ſeſſ.25. cap.20.in fin. & cap.22. quod eſt vlt. de regul. vbi apertè declarat, quibus decretis noluit obſtare Mare Magnum, & alia priuilegia Regularium,nimirum ea,quæ in illa ſeſſ.de Regularibus, & Monialibus nominatim ſtatuta erant, vt patet ex illis primis verbis illius cap. vlt. hæc omnia, & ſingula in ſuperioribus decretis contenta, &c. aut ſi quod aliud decretum ſparſim in Concilio poſitum expreſſam huiuſmodi priuilegiorum derogationem habeat, cuiuſmodi pauca admodum numeralis. ſed & ſi quis contendat, ſufficere,quòd diſpoſitio Trid. Concil. aduerſetur diſpoſitioni illorum priuilegiorum propter expreſſam voluntatem Pij IV. & Greg. XIII. reducentium prædicta priuilegia ad terminos Concilij,& ea reuocantium,vbi Concilio aduerſentur; adhuc ita accipiendum id eſt, modò Concilium ſaltem regularium mentionem faciat, aut vbi expreſsè regulares in aliqua diſpoſitione non excipiat; at verò neque in d.ſeſſ.24.cap.20. vbi de cauſis primæ inſtantiæ agitur,vlla mentio fit Regularium, & d. ſeſſ.14. cap.5. vbi de Conſeruatoribus agitur, Regulares ipſi nominatim cum quibuſdam aliis excipiuntur.Concludendum igitur,etiam poſt Trid.Concilium durare priuilegium hoc Regularibus priùs quoque conceſſum eligendi ſibi Conſeruatorem prædictis conſtitutionibus nullatenus refragantib. ſicut generatim de priuilegiis Regularium Trid.Concil. nequaquam expreſsè contrariis concludit, & quidem iure optimo Conf. d.cap.4. in fin. qui etiam in præd. ſummar.mater.tit.5. cap.9. teſtatur per ſacras Congregationes,alteram Regularium, alteram ſuper interpretatione ſacri Concil. Trid. iuſſu Gregorij XIII. declaratum fuiſſe, quòd Regulares omnes in ciuitatibus Italiæ exiſtentes ſibi Conſeruatores elige-

rent coram quibus conuenirentur. & in ſpecie, d.cap. 20. Trid. hodie non obſtare Conſeruatoriis Regularium declarauit d. ſacra Congregatio d.cap. 20. & S.Concilij Tridentini. Atque hæc de Regularibus. Iam ad religioſos milites tranſeamus.

QVÆRO *quartò, & poſtremò in hoc Cap. An Militaribus Religionibus, carúmve militibus, aut alijs perſonis dari poſſint Conſeruatores.*

Præmitto, quoſdam eſſe ordines Militares, de quibus per ſcribentes cum alibi, tum in cap. cum deputati, de iudic. cap. cum & plantare, & cap. dilecti, de priuil. cap. canonica, de ſent.excom. Petr.Greg. Tholoſ. Syntagm. iur. vniuerſ. lib. 15. cap. 33. cum duob. ſeqq. & Doct. mox allegandi. Ex his verò ordinibus

19 † ſolus ordo S. Ioannis Hieroſolymitani, & ſi quis alius emittit tria vota ſubſtantialia Religionis, hoc eſt, paupertatis, obedientiæ, & caſtitatis, de quibus ſummus Pontifex in cap. cum ad monaſterium in fin. de ſtat. monach. veræ religionis nomen, & naturam habet, cæteri verò, vt qui permittunt matrimonium non niſi ſecundum quid, vt ex S.Thom. 2. 2. quæſt. 186. art. 4. ad 3. poſt Sot. lib. 7. de iuſt. & iur. quæſt. 5. art. 3. docuimus, & ſatis oſtendimus in tract. de option. Canon. cap 2. num. 43 quicquid quoad hoc in contrarium voluerit Nauar. conſ. 9. num. 6 de his, quæ vi, metúſve cau. fi. conſ. 10. & 11. de regul. necnon in tract. de redit. eccleſ. quæſt. 1. monit. 55. & quæſt. 3. monit. 37. cum duabus ſeqq. quod etiam apertè ſenſiſſe videtur Trid. Concil. ſeſſ. 24. cap. 11. de reform. dum ordinem S. Ioannis Hieroſolymitani religionis, reliquos Militares ordines Militiarum dumtaxat nomine appellat; ibi, non obſtantibus priuilegiis quibuſcunque etiam Religioſis S. Ioannis Hieroſolymitani, & aliarum Militiarum, &c. Sed quicquid ſit, illud ſanè ſaltem quoad milites emittentes tria illa vota non officiet, quòd ij non deferant habitum regularem, quoniam habitus (vt iam prouerbio fertur) monachum, aut religioſum non facit, ſed profeſſio ipſa regularis, cap. conſuluit, qui cler. vel vouen. cap. porrectum, & cap. ex parte, de regul. cum ſimil.

Hieroſolymitana militia, & ſi quæ alia tria ſolẽnia vota profitetur, ſola inter militias vera religio eſt.

20 Hoc præmiſſo, ad propoſitam quæſtionem reſpondetur, † poſſe proculdubio dari Conſeruatorem Militiis, ſeu Militaribus ordinibus. Primùm enim id ſatis apertè colligitur ex Trid. Conc. ſeſſ. 14. cap. 5. dum ab eo decreto, quod eſt de Conſeruatoribus, excipit Regularia loca, & Hoſpitalia; at verò Militares ordines veniunt tam appellatione Hoſpitalium, vt patet ex

Militares ordines eorumq́; milites habere poſſunt Conſeruatores.

ex Greg.Tholoſ. aliis ſupr.citatis præſertim d.cap. cum & plantare, & cap.canonica, & priuilegiis ſingularum prædictarum Militiarum,quarum aliqua mox recenſebimus,quàm etiam Regularium locorum,vt deducitur ex his,quæ paulò antè hac ipſa quæſt.præmiſimus; necnon ex Trid.Concil.d.ſeſſ 25.cap.vlt.de regular. iuncta præſertim rubrica generali de regularibus poſita initio primæ partis decretorum illius ſeſſ. 25. à qua optimum argumentum ſumi docuimus ſupr. cap. 1. quæſt. 2. Deinde noſtræ concl. nihil obſtat. ſiue enim dicamus huiuſmodi milites magis de laicis, ſiue magis de Regularibus participare, vtrique harum perſonarum generi dari poſſe Conſeruatorem, docuimus ſupr.hoc ipſo cap. quæſt. 1.& 3. ſiue etiam dicamus,ſaltem huiuſmodi ordinum Militarium domus, & conuentus pia loca eſſe, quod negari nequit, ex his præcipuè, quæ adducit Greg. Tholoſ. d.lib.15. cap.33. cum religionis, ac pietatis cauſa tales milites inſtituti ſint, piis locis dari poſſe Conſeruatores oſtendimus quæſt. 2. huius cap. Denique id probatur ex ſtylo Romanæ Curiæ, & Cancellariæ Apoſtolicæ quæ pro lege habendum conſtat ex cap. quam graui, de crim. falſ. cum aliis adductis ſuprà cap.2. quæſt. 2. nam reperio fuiſſe inter cæteras, Mitiæ, ſeu Hoſpitali S. Lazari, eiúſque perſonis per Pium IV. ſummum Pontificem conceſſam facultatem eligendi ſibi Conſeruatores, vt ex eius conſtit. 131. in ordine, & incipit, inter aſſiduas anno Domini 1565. vbi etiam alia illis priuilegia concedit; quæ quoad hanc facultatem, & alia quædam confirmauit anno ſequent. Pius V. in ſua conſtitut. 31. quæ incipit, ſicut bonus.

Pari ratione † idem Pius IV. conſtit.ſua 14.incipiente, circumſpecta Romani Pontificis, anno 1560. ſimilem facultatem conceſſit Religioni Hieroſolymitanæ, vt eius fratres, & aliæ perſonæ habere poſſint Conſeruatores, qui eos defendere tenerentur; quam etiam ſimul cum aliis priuilegiis Religionis confirmauit Gregor. XIII. in conſtitut. 64. incipiente, quo magis, ac firmius, edita die 23. Martij anno 1580. Sixtus V. in conſtitut. 33. quæ incipit, etſi ex noſtri, anno 1586. Gregor. XIV. conſtit.4. quæ incipit, quanta Chriſtianæ, anno 1590. ac demum Clem. VIII. in conſtit. ſua 18. quæ incipit, paſtoris æterni,anno 1592.

21 *Hieroſolimit. Militia à plurimis Pontificibus priuilegiũ habet eligendi ſibi Conſeruato. remuide num.24.*

Huiuſmodi tamen facultas eligendi Conſeruatorem, quatenus

Digitized by Google

22 *Facultas Conſeruatorē deligendi Militijs cōceſſa, quomodo moderata ſit per Conc. Trid. quoad ijs ſeruiētes: &*

nus † eximit tales Religiones militares, earúmque perſonas à iuriſdictione Epiſcopi ita moderata fuit per Trid. Concil. ſeſſ. 24. cap. 11. vt ex priuilegiis conceſſis iis, qui ſeruiunt Militiis, nihil detractum eſſe ordinariis intelligatur quò minus ij, quibus ea priuilegia iam conceſſa ſunt, vel in poſterum concedi contigerit ipſis ordinariis tanquam ab Apoſtolicæ ſedis delegatis plenè in omnibus ſint ſubiecti; exceptis tamen iis, qui prædictis militiis actu ſeruiunt, & intra eorum ſepta, ac domos reſident, ſúbque eorum obedientia viuunt; ſiue iis, qui legitimè, & ſecundum regulam earumdem Militiarum profeſſionem fecerint, de qua Ordinario conſtare debeat, non obſtantibus priuilegiis quibuſcumque etiam Religionis S. Ioannis Hieroſolymitani, & aliarum Militiarum. eandem quoque Concilij mo-

23 *quomodo declarata à Gregorio.*

derationem comprobando videtur declaraſſe † Greg. XIII. in conſtit. 69. quæ incipit, circumſpecta, edita die 25. Nouembris 1580. approbarúntque etiam quoad Religionem Hieroſolymitanam Sixtus V. & Clem. VIII. in memoratis conſtitutionibus, ſeu confirmationibus priuilegiorum prædictæ Religionis.

Sed quoniam moderationem illam Trid. Concilij, & declarationem Gregorij, vt alia nonnulla præter, quin etiam contra mentem, ac verba diſponentium nimis extendit D. Marius Antoninus Epiſcopalis tunc Papiæ vicarius. hinc factum eſt, vt præceptum quoddam, eidem ac Reuerend. illius Ciuitatis Epiſcopo non multos ante annos, à me tranſmiſſum, dum eſſem Subconſeruator Religionis Hieroſolymitanæ mox ſcriptis ſuis impugnare non dubitauit; reſolut. nimirum 16. & duab. ſeqq. lib. 1. ex iis quas in vnum collectas, ac tribus libris, vno autem volumine comprehenſas ſub variarum rerum practicabilium reſolutionum titulo proximè ſuperioribus annis edidit.

24 *Auctor ſe tuetur ab obiectis per D. Mariū Antoninum & alios pleroſque. vide num. ſeq.*

A quibus minùs, vt reor, æquis oppugnationibus † quò me faciliùs tuear, eum prorſus ordinem dubiorum reſpondendo ſequar, quo vſus eſt obiiciendo d. Marius Antoninus; vt nimirum primò videamus, an validum fuerit, & attendendum præceptum illud à me tranſmiſſum præfatis Epiſcopo, & vicario, vt mihi conſignarent quendam Presbyterum Rectorem eccleſiæ Villanterij ſpectantis ad Commendam præfatæ Religionis Hieroſolymitanæ, qui tunc in carceribus Epiſcopalibus Papiæ detinebatur, quòd quædam crimina illi eſſent adſcripta.

Secundò, An d. Præpoſitus S. Mariæ Donnarum, vti aſſertus Conſer

Digitized by Google

Conſeruator electus à Commendatariis illius commendę tranſmittere mihi potuerit præceptum, vt meum præceptum reuocarem.

Tertiò, An præfatus d.Epiſcopus Papienſis foret iudex competens d. Presbyteri. Quamuis, vt verum fatear, ordo hic dubiorum inordinatus, & præpoſterus ſit; debuit enim tertium primo præponi,cum iuſtitia,& validitas mei præcepti ex eo maximè pendeat, an Epiſcopus Papienſis in hacfacti ſpecie illius presbyteri iudex competens eſſet; præſertim cum d. Marius contenderet eam non eſſe cauſam mixti fori, ſeuſolius Epiſcopi. verum, vt dixi ab eo diſcedendum non putaui, vt obiectionum ordini reſponſionis ordo reſponderet. Vt autem reſponſio breuis quoad fieri poterit, euadat, vbi aliqua iuris concluſio præſertim ad Cõſeruatorum materiam pertinens incidit,quam latiùs alibi in hoc tractatu propriis locis vel iam diſputata, vel poſtmodum ſit diſputanda, eam indicabo dumtaxat,& ad proprium locum lectorem remittam.

Quod igitur ad primum dubium attinet,dicendum eſt, præceptum illud à me tranſmiſſum validum fuiſſe, & attendẽdum.

Primò quidem, quoniam Pius IV. priuilegium quoddam præfatæ Religioni conceſſum à Clem. VII. per quod ſeruitores locorum quorumcumque Religionis pro tempore exiſtentes, etiam Presbyteros curam animarum exercentes, quamdiu illam exercerent, & in eorum obſequiis forent,ſub B. Petri & S. Sedis protectione ſuſceperat, & ab omni iuriſdictione, correctione, onere, ſtatutis,bannis,dominio,ſuperioritate,& poteſtate quorumcumque Epiſcoporum, & iudicum, præterquam ordinariorum dicti Hoſpitalis liberauerat, & exemerat, & alia quæcumque tam eiuſdem Clem. quàm aliorum Romanorum Pontificum priuilegia confirmauit; ac præterea perſonas in dignitate eccleſiaſtica vbilibet conſtitutas, necnon Canonicos Metropolitanarum, & Cathedralium eccleſiarum per Baiuliuos, Priores, Præceptores, & Fratres, ac eorum ſingulos pro tempore eligendos deputauit in Conſeruatores, qui quamdiu exercuerint dictum officium, à nemine, quò minus illud exerceant ſub aliquo prætextu impediri, vel moleſtari poſſint. ita quòd ipſi ſic electi ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna eoſdem Priores, Baiuliuos, Præceptores, & Fratres, ac eorum ſingulos aduerſus inferentes eis,aut eorum ſeruitoribus,&

Digitized by Google

familiaribus iniurias, ſeu grauamina, vel damna in perſonis, rebus, & bonis defendere; necnon ſententias, cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas contra rebelles, & inobedientes cum effectu promulgare, ac omnibus facultatibus Conſeruatoribus dicti Hoſpitalis, & illius perſonarum per quaſcumque litteras Apoſtolicas quomodolibet conceſſis vti; ac priuilegia Prioribus, Baiuliuis, Præceptoribus, & Fratribus præfatis pro tempore conceſſa eis obſeruari facere debeant, ac teneantur; prout latiùs in litteris ipſius Pij IV. datis Kal. Iunij anno 1560. continetur. quod priuilegium vnà cum aliis per quoſcunque Romanos Pontifices prædictæ Religioni conceſſis Pius V. litteris ſuis confirmauit, datis die 29. Nouembris 1568. Gregor. XIII. aliis datis die 23. Martij 1580. Sixtus V. datis die 20. Septembris 1586. Gregorius XIV. die vlt. Aprilis 1591. ac denique Clem. VIII. ſuis litteris datis die 29. Iunij 1592. Cum igitur ex prædictis priuilegiorum verbis liqueat ſuperiores Religionis Hieroſolymitanæ eiúſque Conſeruatores iuriſdictionem habere in d. religione in ſeruientes presbyteros delinquentes, & quidem priuatiuè ad ordinarios locorum, quod etiam in dubio cenſendum eſſet, vt infr. in 3. dubio latiùs oſtendemus; vbi etiam explicabimus Trid. Concilij decretum & nonnullas Pontificias conſtitutiones, quæ huiuſmodi priuilegio videntur aduerſari; ſequitur, vt ad tuendum presbyterum prædictum, & commendam illius, quin immo totius Religionis ius, & priuilegium, d. præceptum tranſmittere potuerim.

Secundò, quoniam vbi etiam aliqua ratione dubitari poſſet de validitate, ac iuſtitia ipſius præcepti, ſi conſideretur poſt factum; inſpecto tamen tempore, quo emanauit, omnino fuit attendendum; cum enim ex d. priuilegiis ſaltem prima facie fundatam haberet intentionem tam prædicta Religio, quàm eius Subconſeruator; antequam verò concederetur præceptum, bis interpellatus fuerit præfatus D. Marius litteris familiaribus ad eum miſſis, vt fidem faceret eorum, quibus videbatur Subconſeruatoris iuriſdictionem euertere, quod tamen non fecit, vt ex ipſo etiam præcepto apparet, ſequitur, vt omnino concedi potuerit, & iuſtificatum in ſeipſo remaneat, ex hoc ipſo etiam ſolo fundamento; huiuſmodi enim præcepta † initio iudicij paſſim abſque plena cauſæ cognitione tranſmitti ſolent.

25 *Præcepta quædã initio iudicij fiunt abſq; plena cauſæ cognitione.*

Potui igitur illud præceptum tranſmittere, quin immò debui ratione

Digitized by

ratione muneris mei, cum præſertim pœna excommunicationis latæ ſententiæ mihi eſſet propoſita in prædictis priuilegiis Religionis, niſi requiſitus illius iura, & priuilegia tuerer; metus enim excommunicationis † iuſtus eſt, vt pluribus comprobat inter cæteros Hier. Gig. tract. de penſion. eccleſ. quæſt. 36. ferè per totum, certúmque ſit, vbi de cenſuris agitur tutiorem partem eſſe eligendam. 26

Metus excõmunicationis iuſtus eſt.

Neque vlla ratione officiunt, quæ contra illud obiicit d. vicarius d. reſol. 16. Non primum quòd † in d. præcepto, ſeu litteris debuerat inſeri copia facultatis, & deputationis cap. cum in iure, de offic. deleg. & ibi Doct. & in cap. præterea, de dilat. & iis, quos ibi allegat loquentes in delegato; nam pro delegata iuriſdictione non eſt præſumendum, cum ſit odioſa, vt per gloſ. & Doct. d. cum in iure cum aliis per eundem vicarium ibid. adductis; vbi etiam pro indubitato aſſerit, Conſeruatorem non eſſe iudicem ordinarium, ſed delegatum Papæ, cum de eo tractetur in cap. 1. & fin. de offic. deleg. in 6. prout firmat, inquit in terminis Nauar. conſ. 5. num. 1. de offic. iud. deleg. & ſentiunt gloſ. & alij à d. vicario ibid. relati, & in ſpecie Conſeruatoris, quòd de Conſeruatione conſtare debeat, aliàs litteris non credatur, docet Paul. Fuſc. tract. de viſit. & regim. eccleſ. lib. 2. cap. 23. num. 3. 27

Copia deputationis an inſerenda in præcepto, vel citatione à delegato, aut Cõſeruatore tranſmiſſis.

Reſpondeo enim, quòd licèt ex genere ſuo Conſeruator habeat delegatam iuriſdictionem; tamen æquiparatur ordinario ſaltem in aliquibus, vt tradit ipſe Nauar. in alleg. conſ. quod in meo codice eſt 3. num. 2. & 3. & nominatim quoad hoc, vt non teneatur inſerere in litteris copiam ſuæ delegationis, & deputationis in Conſeruatorem, vt nos latiùs oſtendemus infr. cap. ſeq. huius tract. quæſt. 1. vbi etiam proſequemur caſus ad Conſeruatorum materiam facientes, in quibus ſimplices quoque delegati copiam delegationis in litteris, aut præceptis inſerere non tenentur, aut etiam illam dare petenti; quod verè ſolùm requirit text. d. cap. cum in iure, & ibi gloſ. & plerique Doct. Quod verò de inſertione dicitur d. c. præterea, non deciſio eſt, ſed ſola facti narratio, vt patet legenti. prout nihilominus à me data fuit copia tam deputationis Conſeruatoris, quàm meæ facultatis ſtatim, ac ab ipſo d. vicario petita fuit; quam etiam vtramque à ſe lectam fuiſſe ſatis profitetur, dum ead. reſol. 16. num. 5. in fin. & num. 6. eius verba ponderauit; illam verò pon-

Digitized by Google

derationem nos paulò poſt latiùs examinabimus. & hoc etiam ſolum eſt, quod vult Fuſc. d.num.3. neque enim requirit Conſeruationis in litteris inſertionem, ſed ſolùm, quod eius copia fiat, ſeu litteræ Conſeruatoriæ oſtendantur, prout etiam fecit aſſertus ille Conſeruator, qui mihi poſtmodum ſuum præceptum tranſmiſit.

Accedit, quòd, vbi etiam de iure neceſſaria foret huiuſmodi inſertio; cum tamen ex inueterato ſtylo huius Curiæ Archiepiſcopalis Mediolani ea nequaquam fiat, ſtatuendum omnino eſt d. præceptum non ideo minùs validum fuiſſe, quod inſertam non haberet meam facultatem; certiſſimi enim iuris eſt

28 † ſtylum cuiuſque Curiæ, quamuis iuri contrarium, in ordinatoriis iudicij attendendum eſſe, ac pro lege habendum, l.fin. C. de iniur. l.3. in fin. de teſtib. l. more, vbi Doct. præcipuè Lancell.& Curt.iun. ff de iur. omn.iud. Papienſ. in for.libell. in art. reali in princ. num. 8. Aſiro. in Prax. iud. §. 22. cap.16. verſic. Tertiò. optimus text. in cap. ex litteris vbi Abb. & alij de conſtit. latè Surd. conſ. 377. num. 38. vol.3. poſt Theſaur. deciſ. 1. num.9. Oſaſc. deciſ. 22. num.6. idem tradunt Doct. in cap. fin. de conſtit.& l.de quibus,ff.de leg. vbi inter cæteros Roch.Curt. ſect. 1.num.27.faciunt latè tradita per eundem Curt.ibid.ſect.7. concl. 8. ferè per totam Euerar. in loc. legal. à ſtyl. Cur. per totum & Grauat. in addit. ad Veſtr. in Prax.Rom. Cur. lib.5. c.3. num.4. & 5. quæque nos adducemus infr. cap. ſeq. quæſt.9. vbi de iurib. conſuetudinis in tribuenda iuriſdictione agemus.

Stylus cuiuſque fori etiam iuri cōtrarius in ordinatorijs attenditur.

Hac verò ratione tollitur etiam quod ſecundò loco contra dictum præceptum obiiciebat D. Marius Antoninus, non poſſe Conſeruatorem deputare Subconſeruatorem, ſeu vices ſuas alteri committere, niſi id habeat ex beneficio litterarum, vt expreſsè cauetur in d. cap. fin. §. vices quoque; vnde, cum non conſtet D. Georgium Conſeruatorem electum habuiſſe hanc

29 facultatem vices ſuas committendi, corruet mea deputatio in Subconſeruatorem,& conſequenter præceptum illud à me tanquam Subconſeruatore tranſmiſſum. Etenim, vbi etiam careret d. Conſeruator facultate ſubſtituendi attentis priuilegij verbis, ſeu litterarum Apoſtolicarum beneficio; cum tamen † inueterata ſit, & inuiolabilis in hoc foro conſuetudo, vt indiſtinctè Conſeruatores deputent ſibi Subconſeruatores; illa, vt derogare potuit iuri communi, ita inuiolabiliter obſeruanda eſt, iuxta ea,

Conſeruator poteſt delegare vices ſuas citra beneficiū litterarū quoad hoc, ſi id habeat conſuetudo.

Digitized by Google

ea, quæ paulò ante adduximus. Sed verè potuit etiam vi litterarum Apoſtolicarum & priuilegiorum Religionis, vt patet ex illis verbis d. priuil. Pij IV. quibus derogat conſtitutioni Bonif. 8. ne iudices à ſede Apoſtolica deputati alij, vel aliis vices ſuas committere præſumant. Quod priuilegium, ſicut alia, cum ſuis totis tenoribus confirmatum deinde fuit à Pio V. & aliis Romanis Pontificibus vt ſupra etiam admonuimus. Quatenus verò ſubiicit d. Vicarius ex ipſa deputatione d. Georgij in Conſeruatorem à Magno Magiſtro facta conſtare, non potuiſſe fieri dictam ſubdelegationem, cum in ea deputatione † videatur electa induſtria perſonæ ipſius Conſeruatoris, ponderando illa deputationis verba, confici de tua &c. ſeu veriùs, nos confidentes de ſumma fidei probitate, cura, & diligentia, in rebúſque agendis dexteritate Admodum Reuerend. in Chriſto nobis præclariſſimi D. Bartholomæi Georgij &c. Præſertim in arduis, & grauibus, per ea, quæ voluerunt Doct. in l. 1. ff. de off. eius, cui mand. eſt iuriſd. Menoch. de arbitr. iud. lib. 1. q. 68. num. 15. cum verò electa eſt induſtria perſonæ, non poteſt fieri ſubdelegatio, cap. fi. & ibi Doct. extr. de offic. deleg. Capic. deciſ. 151. num. 6. Menoch. d. lib. 1. q. 54. num. 8. cum ſeq. Reſpondetur primò, per prędicta verba, vel ſimilia non cenſeri electam induſtriam perſonæ etiam in arduis, niſi præſumptiuè, vt patet ex Doct. citatis atque eod. Menoch de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 21. num. 17. vnde cum præſumptio magis violenta vrgeat, quòd noluerit Magnus Magiſter impedire ſubdelegationem, quę vigore priuilegiorum iuncto etiam ſtylo huius noſtræ Curiæ fieri poterat, vt ſupr. deduximus, ne priuilegia, & iura Religionis, quæ ſe tueri velle per illam deputationem Conſeruatoris profeſſus erat, eodemmet actu violari, iiſque præiudicium à ſe ipſo afferri velle declararet; dicendum erit, omnino ceſſare leues illas præſumptiones ex negotij grauitate, & prædictis verbis deſumptas; quæ etiam ex eo ceſſant, quòd ſubdelegatio in me facta fuit de conſenſu partis, nimirum Præceptoris ipſius Religionis in his partibus; & quidem optima ratione, ne propter diuturnam Conſeruatoris abſentiam eidem Religioni damnum aliquod pararetur. vbi autem conſenſus partium adeſt, poteſt d. ſubdelegatio fieri, eo non obſtante, quòd induſtria perſonæ electa videatur ex prædictis, aut ſimilibus præſumptionibus, vt ex text d. cap. fin. de offic. deleg. & aliis declarat Menoch. d. præſumpt. 25. num. 18. Accedit

30 *Induſtria perſonæ in commiſſione quãdo electa cenſeatur.*

denique quòd ſi etiam expreſsè voluiſſet, non potuiſſet tamen prædicto iuri ipſius Religionis præiudicare,cum ad fauorem totius Religionis id fuerit inductum, arg.cap ſi diligenti, de foro compet. & aliorum quæ de renuntiatione priuilegij Conſeruatorum Religioſis conuentibus conceſſi dicemus infr. cap. vlt. huius tract. q.8. atque etiam Conſeruator cum integra poteſtate,de qua in d.priuilegiis,deputatus cenſetur à Papa,vt patet ex verbis initio huius dubij relatis.

Non obſtat etiam quod tertio loco obiicit d.vicarius,me non potuiſſe omni in caſu tanquam Subconſeruatorem procedere

31 † contra quoſcumque extra ciuitatem, & diœceſim, in quibus fueram deputatus, d.cap.fin. verſ. Conſeruatores autem, & ibi Doct.de offic.deleg.in 6. etiam de partium conſenſu, Gemin.in cap.ſtatutum, §.in nullo de reſcript.in 6. Fel.in cap.olim, num. 8.de except. Facultas autem mea ſi data erat in Ducatu Mediolani non extenditur ad Principatum Papiæ qui non includitur ſub Ducatu Mediolani, per ea, quæ tradit Rip. in l. ex facto, §. ex facto, num. 14.ff. ad Trebell. & Menoch.de præſumpt.lib. 5. præſumpt.45. num. 14. Si verò eſſet data in diœceſi Mediolani, prout præſumitur data in dubio, cum deputatio in genere ſit reſtringenda ad locum perſonæ deputatæ,quæ ibidem nominatur eſſe de diœceſi Mediolani,& Canonicus eccleſiæ Archiepiſcopalis, non poteſt vbique extendi, aliàs deputatio eſſet nulla, d.cap. fi. & diſpoſitio quomodocumque generalis recipit reſtrictionem de re habili, l.vt gradatim, ff. de muner. & honor. Reſpondeo enim quòd, cum obſcurè loquatur, & inuolutè,diuinandum eſt, quid ſibi velit. ſi ergo intendit ex d. verſ. Conſeruatores, probare, non poſſe Subconſeruatorem procedere, ſeu exercere iuriſdictionem ſuam contra vllum omnino extra ciuitatem, vel diœceſim, in qua ipſe deputatus eſt, hoc eſt, in qua data, ſeu facta eſt deputatio Conſeruatoris, nihil minus dicit ille verſiculus, immo oppoſitum, vt poſſit nimirum exercere ſuam iuriſdictionem intra vnam dietam à fine diœceſum, in quibus reperitur, ſeu de quibus eſt is, contra quem procedi debet,ſeu qui trahendus eſt. Senſus igitur illius verſic. Conſeruatores, eſt hic, quòd Conſeruatores contra quoſcumque velint procedere citando, & alia huiuſmodi faciendo, hæc præſtare debent exiſtentes intra ciuitatem, vel diœceſim, in quibus ipſi deputati ſunt, ſeu in loco deputationis, & commiſſionis; quòd ſi ali

Conſeruator deputatus in aliqua ciuitate vel diœceſi contra quos poſſit procedere.

Digitized by Google

ſi aliquos trahere velint, qui extra illam diœceſim ſint, tunc trahere non poſſunt, ſi diœceſis, in qua degunt, qui trahendi ſunt, diſtat à loco iudicij vltra vnam dietam; ſic enim explicandum eſſe illum verſic. ex verbis ipſis colligitur, & Doct. ibid. nec non ex cap. ſtatutum, verſic. cum autem & ſeq. iunctis ibi not. per gloſ. & ſcribentes, de quo nos cap. ſeq. q. 2. 7. & 8. Quòd ſi d. vicarius voluit forſan allegare verſ. vices quoque, qui licèt ſtatim ſequatur, omnino tamen diſtinctus eſt à d. verſic. Conſeruatores, adhuc id ex eo non probatur, ſed ſolum, quòd Conſeruator non poſſit committere vices ſuas, niſi ipſe exiſtat intra ciuitatem, ſeu diœceſim, in qua deputatus fuit, vel exiſtenti in loco ipſius delegati. vel enim loquitur ibi Pontifex de ſolo actu commiſſionis, ſeu ſubdelegationis, non autem de vſu, vel exercitio iuriſdictionis, ſeu iuriſdictione ab ipſo Subconſeruatore exercenda, qua de re ſatis diſpoſitum videbatur verſic. Conſeruatores ſtatim præcedenti ſub nomine Conſeruatorum, quorum appellatione etiam Subconſeruatores præterquam in pœnalibus veniunt, ſicut ſubdelegâti appellatione delegatorum d. §. in nullo cum ibi not. cum maximè ſubrogatum ſapiat naturam eius, in cuius locum ſubrogatum vel certè loquitur de loco, in quo debet eſſe, ac morari, is, qui deputandus eſt Subconſeruator, in loco nimirum, in quo moratur is, qui deputatus eſt Conſeruator, de quo infr. cap. ſeq. quæſt. 2. poſt medium. Quatenus verò ex eo, quòd facultas data ſit in diœceſi Mediolani, (qua de re dubitatiuè loqui non debuit, cum eius facultatis copiam habuerit, & ipſemet fateatur, me ibid. nominari Canonicum eccleſiæ Archiepiſcopalis, vt de diœceſi Mediolani, quorum tamen poſtremum ex tenore illius facultatis non colligitur,) infert d. vicarius deputationem nullam eſſe, ſi vbique extenderetur, per d. cap. fin. bis errat; primùm enim alius eſt locus, in quo quis deputatur Conſeruator, hoc eſt, in quo reperitur, ſeu domicilium habet is, qui deputatur, prout videntur exponere Doct. text. tam d. cap. fin. verſic. Conſeruatores, cum ſeq. quam d. cap. ſtatutum §. cum actor, cum ſeq. vbi idem Pontifex ſimili loquendi formula vtitur; ſeu in quo reperitur perſona, vel res, cui datur Conſeruator, prout fortè illa verba intelligenda ſunt, per ea, quæ afferemus infr. cap. ſeq. quæſt. 2. poſt medium alius in quo reperitur, ſeu domicilium habet is, qui conueniendus eſt, vnde tanquam ex diuerſo non fit illatio, vulg. l. Papinianus,

ff. de

Digitized by Google

ff.de minor. deinde, licèt in ſe verum ſit, quem non poſſe trahi forſam etiam de conſenſu ſuo extra vnam dietam à fine ſuæ diœceſis, &c, ſi trahatur, actus nullus ſit, de quo latiùs cap. ſeq. quæſt. 7. & ſeq. tamen † non ideo deputatio in totum corruit,
32 *Deputatio Subcõſeruatoris vltra vnam dietam.*
nimirum etiam quoad locum intra vnam dietam poſitum, cum text. d.cap.fin. ſolùm irritet, quæ contra ibi diſpoſita contigerit attentari. atque adeo, cum diœceſis Papienſis, in qua degebat is, qui trahendus, ſeu contra quem erat procedendum, Epiſcopus nimirum Papienſis, ſeu D. Antoninus eius vicarius diſtet à Ciuitate Mediolani, qui locus erat iudicij, intra vnam dietam ſiue legalem, ſiue vulgarem, qua de re d. quæſt. 7. differemus, neceſſariò ſequitur, vt ad prædictam Ciuitatem trahi potuerit iis non obſtantibus, quæ minùs diligenter in tertio fundamento adduxit idem vicarius. ſicut etiam non admodum diligenter legit priuilegia Religionis, præſertim verò Pij IV. de anno 1560. vbi poſtquam dedit Conſeruatorem Religioni, expreſsè derogauit conſtitutioni Bonif. VIII. qua cauetur, ne quis extra ſuam ciuitatem, vel diœceſim, niſi in certis exceptis caſibus, & in illis intra vnam dietam à fine ſuæ diœceſis ad iudicium euocetur, ſeu ne iudices à ſede Apoſtolica deputati contra quoſcumque procedere præſumant. quale & illud eſt, quòd non potuerit deputatio mea in Subconſeruatorem extendi ad diœceſim Papiæ, cum eccleſia Papienſis ſit immedatè ſubiecta Papæ, potiaturque tot notoriis priuilegiis, puta vſu Pallij, delatione Crucis, ac pluribus aliis. Nam quicquid ſit de memorata ſubiectione immediata Papæ, ſeu exemptione à iure Metropolitico eccleſiæ Mediolanenſis, de qua re diſputare non eſt præſentis, noſtríve inſtituti, adhuc inde non ſequitur, † quòd non ſub-
33 *Exempti à iure Metropolitico, aliòve ordinario adhuc ſubſunt delegatis Papæ.*
ſint delegatis Papæ; tum quòd hæc diuerſa ſunt, vnde non valet illatio; tum quòd delegati Papæ illius vices gerunt, eúmque repræſentant, vnde & maiores ſunt Legatis, cap. 2. de off. leg. cum aliis, quibus id in ſpecie de Conſeruatoribus tradit Anchar. conſil. 132. quem ſequitur Carol. Ruin. conſ. 3. vol. 4. Mandoſ. in Prax.ſig.grat. verbo, Conſeruatoria, verſic. Conſeruatores dicuntur, de quo etiam latiùs agemus cap. 8. quæſt. 4. Cæterorum verò priuilegiorum, quæ vicarius refert, puta vſus Pallij, & delationis Crucis commemoratio, cum ad rem non faciat, debuit omitti. Quod autem pro Corollario eiuſdem tertij fundamenti ab eodem vicario adiicitur ſub num. 7. dici

forſan

forſan poſſe, me tanquam Subconſeruatorem non fore tutum à pœna ſuſpenſionis per annum, & ſic ab irregularitate, ſi celebraui; partem verò procurantem dictum præceptum incurriſſe excommunicationem, de qua in d. cap. fin. id inquam cautiùs fuiſſet omiſſum; huiuſmodi enim ædificium non modò quoniam infirmo, ac nutanti nititur fundamento, ſed quia etiam eſt per ſe rimoſum, ſtatim corruat neceſſe eſt. Nam, † licèt 34
Subconſeruator tanquam ſubrogatus in locum Conſeruatoris videatur debere ſapere naturam illius, iuxta vulg. l. ſi eum § qui iniuriarum, ff ſi quis caut. tamen ea regula fallit quoad pœnam, vt poſt Bart. in l. teſtamento ff. de condit. & demonſtr. Iaſ. d. §. qui iniuriarum col. 5. Dec. in l. certi condictio col. 5. ff. ſi cert. pet. & alios ex magis communi reſoluit Ant. Gabr. d. lib. 6. commun. concl. tit. de reg iur. concl. 2. num. 59. ſeu limit. 2. Præterea pœna illa, de qua d. cap. fin. verſic. ſeu §. vt autem, † non 35
habet locum indiſtinctè, vbi quis abutitur poteſtate Conſeruatoris, vel Subconuerſatoris, ſed dumtaxat, vbi Conſeruatores deputati ſimpliciter, vt defendant aliquem, ſcienter ſe intromiſerint de aliis, quàm de manifeſtis iniuriis, ſeu extenderint illam poteſtatem ad alia, quæ exigunt iudicialem indaginem; de Conſeruatoribus enim ibidem dicitur, decernimus vt, ſi de aliis, quàm de manifeſtis iniuriis, & violentiis ſcienter ſe intromiſerint, ſeu ad alia, quæ iudicialem indaginem exigunt, ſuam extenderint poteſtatem, eo ipſo per vnum annum ab officio ſint ſuſpenſi. At verò in hoc ipſe dici nequeo exceſſiſſe, cum immò manifeſta iniuria, & violentia fieret priuilegiis Religionis, dum presbyter, quem ipſe vicarius fatebatur inſeruire commendæ, illius iuſſu carceratus fuit ab eo puniendus; cum tamen conſtaret ex priuilegiis, quæ ipſemet vicarius reſol. 17. & ſeq. ſe vidiſſe oſtendit, eundem presbyterum, vbi deliquiſſet, carcerandum, & puniendum fore vel à ſuperioribus Religionis, vel ab eiuſdem Religionis Conſeruatore. Præterquam quòd ex forma priuilegiorum d. Religionis illius Conſeruatorum facultas non eſt limitata ad manifeſtas iniurias, & violentias, ſed immò ad ea extenditur, quæ iudicialem exigunt indaginem. Denique inueterata, & inconcuſſa huius fori conſuetudo eſt, vt indiſtinctè omnes Conſeruatores de omnibus cognoſcant, iis etiam, quæ iudicialem exigunt indaginem, & de aliis, quàm manifeſtis iniuriis, & violentiis; huiuſmodi verò

Subrogatũ in pœnalib. an ſapiat naturã eius, in cuius locũ ſufficitur.

Pœna, de qua in §. vt autẽ, quãdo locũ habeat.

Digitized by Google

36 conſuetudinem † valere, & attendendam fore, conſtat ex iis, quæ in fine reſponſionis ad primam vicarij rationem adduximus, & latiùs oſtendemus cap. ſeq. q. 9. & vbi etiam dubium aliquod eſſe poſſet, an voluerit Pontifex ad hos quoque caſus prædictam pœnam extendere, cum tamen de pœna agatur, † ea interpretatio ſumenda eſt, vt voluerit extendere; odia enim ſunt reſtringenda & pœnæ interpretatione legum ſunt molliendæ, cap. odia. de reg. iur. in 6. & l. interpretatione ff. de pœn. præſertim cum ad incurrendas eas pœnas requiratur dolus propter verbum illud, (ſcienter,) in canone poſitum iuxta ea, quæ latiùs adducemus cap. ſeq. q. vlt. concl 4. & quælibet cauſa excuſet à dolo, & pœna, l. igitur §. poteſt ff. de liber. cauſ. Ang. in l. plagij, C. ad leg. Flauiam, de plag. quod etiam verum eſt in cenſura, ſaltem ſi cauſa ſit probabilis, per ea, quæ latè tradunt Vgol. tract. de cenſur. tab. 1. cap. 9. & 8. & cap. 17. §. 7. Sayr. tom. 1. Theſaur. caſ. conſc. lib. 7. cap. 9. num. 22. ſum ſeptem ſeqq. & Thom. Sanchez tract. de Matrim. lib. 9. diſput. 32. ferè per totam. Atque hæc quoad tertiam eiuſdem vicarij rationem ſufficiunt.

Conſuetudo vt Cõſeruator deputatus ad terminos iuris, de exigentibus iudiciale indaginẽ cognoſcat, valet.

37 *Pœnæ ſunt reſtringẽdæ, & ab ijs quæuis cauſa excuſat.*

Non obſtat præterea quod quarti fundamenti loco obiicit idem vicarius, me fuiſſe præuentum ſuper remiſſione prædicti presbyteri carcerati à d. Præpoſito Conſeruatore commendæ Villanterij, de qua præuentione inquit me fuiſſe cercioratum, vnde iuſtitiæ, & honeſtati conſonum fuiſſe, vt ipſe abſtinerem à d. præcepto, prout ſubdit, latiùs ſe dicturum in reſolutione ſecundi dubij. Nam primò reſpondetur, dictum dumtaxat fuiſſe, non autem vnquam doctum de d. præuentione ſiue ante, ſiue etiam poſt præceptum; vnde iuſtitiæ, & honeſtati conſonum erat, vt à præcepto non abſtinerem; neque verò ante præceptum facta fuit fides, quòd ille Præpoſitus foret electus Conſeruator d. commendæ, prout tenebatur ad hoc, vt me afficeret, meóque præcepto impedimentum aliquod afferre poſſet. quamuis nec tunc certè potuiſſet, ſicut nec ipſe potuit mihi præcipere; aut inhibere per ea, quæ latiùs paulò poſt in ſecundo dubio adducemus.

Non obſtat etiam quintum fundamentum à d. vicario quoad hoc primum dubium allatum; quòd non ſolum erat manifeſtum, ſiue notorium, quòd priuilegiis dictæ Religionis per dictam carcerationem non præiudicaretur, ſed potiùs erat notorium,

Digitized by Google

rium,& indubitatum, Epiſcopum Papienſem eſſe iudicem competentem ſaltem vti delegatum ſedis Apoſtolicæ vigore ſacri Concilij Tridentini,& Conſtitutionum Apoſtolicarum, prout diffusè, inquit, dicetur in tertio dubio. Reſpondetur enim, quòd immò manifeſta iniuria fiebat priuilegiis Religionis, vt ſupra ad tertium fundamentum dictum fuit, vbi etiam oſtendimus, non fuiſſe neceſſariam huiuſmodi notorietatem, ſicut & Epiſcopum Papienſem omnino iudicem competentem non fuiſſe, vt latiùs nos quoque dicemus in d. dub. 3.

Denique qüod pro poſtremo fundamento in hoc primo dubio ſubiicit pręfatus vicarius, nimirum per viſitatorem Apoſtolicum illius ciuitatis, & diœceſis decretum fuiſſe, quòd † ecclesiaſtici iudices etiam virtute litterarum Conſeruatoriarum delegati audiant, & decidant cauſas omnes in foro, & Curia Epiſcopi Papienſis, & in ea forum eligant, ſuúmque tribunal conſtituant ſub pœna nullitatis, ita debile eſt, vt illud omittere conſultius fuiſſet; nam vbi etiam decretum illud vſu fuiſſet receptum, intelligendum omnino eſt de Conſeruatoribus, & delegatis iudicibus in illa diœceſi, quæ viſitabat, deputatis, quomodo etiam intelligendum eſt, quod de pleriſque Conſeruatoribus ſtatuit Trid. Concil. ſeſſ. 14. cap. 5. de reform. vt non habeant tribunal erectum, nimirum diſtinctum à tribunali Curiæ, proprij Epiſcopi. Eadem quoque ratione ſacrę Congregationes interpretum Trid. Concil. & ſuper negotiis Regularium iuſſu Gregor. XIII. declarauerunt, Regulares Italię teneri indicare nomina Conſeruatorum à ſe electorum Epiſcopis locorum ordinariis, vt teſtatur Io. Bapt. Confett. in ſummar. mater. priuil. regul. tit. 4. cap. 9. Quod ſi aliter id accipiatur, illud abſurdi ſequeretur, teneri omnes Conſeruatores vbique terrarum deputatos ſuum eligere forum, & erigere tribunal in ciuitate, & Curia Epiſcopali Papien. Iam verò ad ſecundum ex tribus propoſitis dubiis tranſeamus.

38 *Conſeruatores in ſola Curia illius Epiſcopi in cuius diœceſi delegati ſunt, erigere debẽt tribunal, & nomẽ dare, nõ in alia.*

Quoad ſecundum igitur dubium, quod pręd. d. vicarius proſequitur reſolutu. 17. An d Præpoſitus S. Ioannis Donnarum aſſertus Conſeruator prædictæ commendæ Villanterij electus, vt dicitur ab Illuſtri Alliata illius Commendatario potuerit mihi inhibere, & præcipere, vt meum præceptum reuocarem;

Breuiter reſpondendum eſt negatiuè. Præmiſſo enim vbi

Digitized by Google

36 conſuetudinem † valere, & attendendam fore, conſtat ex iis, quæ in fine reſponſionis ad primam vicarij rationem adduximus,& latiùs oſtendemus cap.ſeq.q.9. & vbi etiam dubium aliquod eſſe poſſet,an voluerit Pontifex ad hos quoque caſus prædictam pœnam extendere, cum tamen de pœna agatur, † ea interpretatio ſumenda eſt, vt voluerit extendere; odia enim ſunt reſtringenda & pœnæ interpretatione legum ſunt molliendæ,cap. odia.de reg.iur. in 6. & l.interpretatione ff.de pœn. præſertim cum ad incurrendas eas pœnas requiratur dolus propter verbum illud, (ſcienter,) in canone poſitum iuxta ea, quæ latiùs adducemus cap. ſeq.q.vlt. concl 4. & quælibet cauſa excuſet à dolo, & pœna, l.igitur §.poteſt ff.de liber. cauſ.Ang.in l. plagij,C.ad leg.Flauiam,de plag. quod etiam verum eſt in cenſura, ſaltem ſi cauſa ſit probabilis,per ea,quæ latè tradunt Vgol. tract.de cenſur. tab. 1. cap. 9. & 8. & cap. 17.§.7. Sayr. tom.1. Theſaur.caſ. conſc. lib. 7. cap. 9. num. 22. ſum ſeptem ſeqq. & Thom. Sanchez tract. de Matrim. lib.9. diſput. 32. ferè per totam. Atque hæc quoad tertiam eiuſdem vicarij rationem ſufficiunt.

Conſuetudo vt Cõſeruator deputatus ad terminos iuris, de exigentibus indicialẽ indaginẽ cognoſcat, valet.

37 *Pœnæ ſunt reſtringẽdæ, & ab ijs quæuis cauſa excuſat.*

Non obſtat præterea quod quarti fundamenti loco obiicit idem vicarius, me fuiſſe præuentum ſuper remiſſione prædicti presbyteri carcerati à d. Præpoſito Conſeruatore commendæ Villanterij, de qua præuentione inquit me fuiſſe cercioratum, vnde iuſtitiæ, & honeſtati conſonum fuiſſe, vt ipſe abſtinerem à d.præcepto,prout ſubdit, latiùs ſe dicturum in reſolutione ſecundi dubij. Nam primò reſpondetur, dictum dumtaxat fuiſſe, non autem vnquam doctum de d. præuentione ſiue ante, ſiue etiam poſt præceptum; vnde iuſtitiæ, & honeſtati conſonum erat,vt à præcepto non abſtinerem;neque verò ante præceptum facta fuit fides, quòd ille Præpoſitus foret electus Conſeruator d.commendæ, prout tenebatur ad hoc, vt me afficeret,meóque præcepto impedimentum aliquod afferre poſſet. quamuis nec tunc certè potuiſſet, ſicut nec ipſe potuit mihi præcipere; aut inhibere per ea, quæ latiùs paulò poſt in ſecundo dubio adducemus.

Non obſtat etiam quintum fundamentum à d.vicario quoad hoc primum dubium allatum; quòd non ſolum erat manifeſtum, ſiue notorium, quòd priuilegiis dictæ Religionis per dictam carcerationem non præiudicaretur, ſed potiùs erat notorium,

rium,& indubitatum, Epiſcopum Papienſem eſſe iudicem competentem ſaltem vti delegatum ſedis Apoſtolicæ vigore ſacri Concilij Tridentini,& Conſtitutionum Apoſtolicarum, prout diffusè, inquit, dicetur in tertio dubio. Reſpondetur enim, quòd immò manifeſta iniuria fiebat priuilegiis Religionis, vt ſupra ad tertium fundamentum dictum fuit, vbi etiam oſtendimus, non fuiſſe neceſſariam huiuſmodi notorietatem, ſicut & Epiſcopum Papienſem omnino iudicem competentem non fuiſſe, vt latiùs nos quoque dicemus in d. dub. 3.

Denique qūod pro poſtremo fundamento in hoc primo dubio ſubiicit pręfatus vicarius, nimirum per viſitatorem Apoſtolicum illius ciuitatis, & diœceſis decretum fuiſſe, quòd † ecclesiaſtici iudices etiam virtute litterarum Conſeruatoriarum delegati audiant, & decidant cauſas omnes in foro,& Curia Epiſcopi Papienſis, & in ea forum eligant, ſuúmque tribunal conſtituant ſub pœna nullitatis, ita debile eſt, vt illud omittere conſultius fuiſſet; nam vbi etiam decretum illud vſu fuiſſet receptum, intelligendum omnino eſt de Conſeruatoribus, & delegatis iudicibus in illa diœceſi, quæ viſitabat, deputatis, quomodo etiam intelligendum eſt, quod de pleriſque Conſeruatoribus ſtatuit Trid. Concil. ſeſſ. 14. cap. 5. de reform. vt non habeant tribunal erectum, nimirum diſtinctum à tribunali Curiæ, proprij Epiſcopi. Eadem quoque ratione ſacrę Congregationes interpretum Trid. Concil. & ſuper negotiis Regularium iuſſu Gregor. XIII. declarauerunt, Regulares Italię teneri indicare nomina Conſeruatorum à ſe electorum Epiſcopis locorum ordinariis, vt teſtatur Io. Bapt. Confett. in ſummar. mater. priuil. regul. tit. 4. cap. 9. Quod ſi aliter id accipiatur, illud abſurdi ſequeretur, teneri omnes Conſeruatores vbique terrarum deputatos ſuum eligere forum,& erigere tribunal in ciuitate,& Curia Epiſcopali Papien. Iam verò ad ſecundum ex tribus propoſitis dubiis tranſeamus.

38 *Conſeruatores in ſola Curia illius Epiſcopi in cuius diœceſi delegati ſunt, erigere debēt tribunal, & nomē dare, nō in alia.*

Quoad ſecundum igitur dubium, quod pręd. d. vicarius proſequitur reſoltu. 17. An d Præpoſitus S. Ioannis Donnarum aſſertus Conſeruator prædictæ commendæ Villanterij electus, vt dicitur ab Illuſtri Alliata illius Commendatario potuerit mihi inhibere, & præcipere, vt meum præceptum reuocarem;

Breuiter reſpondendum eſt negatiuè. Præmiſſo enim vbi

Digitized by Google

etiam præfatus d. Præpoſitus legitimè fuerit electus Conſeruator d. Commendæ, tam D. Georgium generalem tunc Religionis Conſeruatorem cuius ego ſubſtitutus fui, quam d. Præ-
39 *Plures Conſeruatores dati vt ordinarij in dubio iuriſdictionem cenſentur habere cumulatiuè nō priuatiuè: &*
poſitum † huiuſmodi iuriſdictionem Conſeruatoris pro d. Commenda cumulatiuè, non autem priuatiuè habuiſſe, tum per ea, quæ de duobus ordinariis iudicibus (in quo caſu nos verſamur, cum plures Conſeruatores huic Religioni dati ſint per modum iudicis ordinarij propter omnimodam exemptionem illius ab ordinarij locorum iuriſdictione, vt patet ex priuilegiis eiuſdem à nobis initio præced. dubij commemoratis) Menoch. lib. 2. præſumpt. 18. num. 26. per d. vicarium allegata adducit probans ex Bart. in l. 1. C. de præf. vrb. & aliis, iuriſdictionem ſpecialem alicui conceſſam ſuper aliquo genere cauſarum datam cenſeri non priuatiuè, ſed cumulatiuè cum habente vniuerſalem; tum per verba ſatis aperta d. priuilegij à Pio IV. conceſſi, quæ initio præced. dub. retulimus, dum in plurali ait Pontifex (deputamus Conſeruatores) ſtatímque ſubiicit, (qui quamdiu exercuerint dictum officium,) & paulò poſt, (ipſi ſic electi eoſdem Priores &c. aduerſus inferentes eis, aut eorum ſeruitoribus, & familiaribus iniurias, ſeu grauamina, & damna in perſonis, reb. & bonis defendere, & eorum priuilegia obſeruari facere debeant, & teneantur;) eo etiam non obſtante
40 *quid, ſi vnus ſit generalis, & alius ſpecialis: vel ſi*
† quòd vna ſit generalis, alia ſpecialis, vt per text. in d. l. 1. & ibi Bart. concludit poſt Abb. & alios Dec. in c. prudentiam num. 9. iuxta antiquam illius operis editionem de offic. deleg. & ſentit Menoch. d. num. 26. & 29. ob eam rationem, quoniam in diſpoſitione legis ſpecies non derogat generi, niſi ſint incompatibilia; Bart. in l. 1. §. hoc autem il 1. num. 7. ff. de nou. oper. nunc. & l. ſanctio legum, vbi Alex. & alij ff. de pœn. Admiſſo etiam, quòd vtrique
41 *In ſolidum cōceſſa ſit vtrique iuriſdictio,*
noſtrum cenſeatur † conceſſa d. Commendæ iuriſdictio in ſolidum, ita, vt quilibet poſſet procedere, quod etiam admittit d. vicarius vbi ſupra ſub num. 3. licèt id non dicant Caualcan. & Lancell. per eum allegati; probari autem poteſt per text. in l. 1. vbi gloſ. ff. de offic. conſul. & alia, quæ de ordinariis iudicibus adducit inter ceteros Dec. d. c. prudentiam. num. 9. vbi idem docet procedere, quamuis vna ſit generalis, alia ſpecialis; non ta-
42 *An alter alteri poſſit inhibere.*
men † inde ſequitur, quòd alter alteri poſſit inhibere. Id quod ex eo etiam falſum eſſe conuincitur, quòd ego vel maior eram ipſo d. Præpoſito, cum maiorem iuriſdictionem haberem reſpectu

Digitized by Google

ſpectu totius Religionis, ad cuius fauorem ille fuerat, vt ait, electus Conſeruator illius Commendæ, & aliatum quarumdam; non obſtantibus etiam verbis d.Bullæ Pij IV. per d. vicarium ponderatis, quæ ſolùm concludunt Præpoſito, & mihi iuriſdictionem competiiſſe in d. Commendam, non autem quòd par fuerit,& æqualis vtriuſque noſtrum iuriſdictio. At verò par in parem, aut minor in maiorem † non habet imperium, l. ille, 43
à quo, §. tempeſtiuum,ff.ad Trebell. & l.nam magiſtratus, ff. de *Par in parē*
arbitr. cum aliis, quibus infra cap.8. quæſt.4. oſtendemus, non *an habeat*
poſſe Conſeruatorem alteri Conſeruatori ad fauorem eiuſdem *imperium.*
perſonæ, aut loci deputato præſertim, ſi maior ſit, inhibere, niſi is procedendo damnum aliquod inferret iuribus illius perſonæ, ac loci. Interim verò nobis ſufficiet hoc loco reſpondere iis, quæ pro d. aſſerto præcepto Præpoſiti emanato inſtigante d.vicario, (vt ex eo coniicere licèt,quòd ſcriptis ſuis illud tueri contendit,) idem vicarius d. reſol.17. adducit; & quidem eo ordine, qualis ille ſit, quo ab ipſo afferuntur, ſi illud addiderimus; vnde etiam reſultat manifeſta nullitas d. aſſerti præcepti, cum conceſſum fuerit non ad inſtantiam Commendatoris Alliatæ, qui etiam iam dimiſerat Commendam,ſed neque equitis Boſſij, qui tunc erat Commendatarius d. Commendæ, & Romæ degebat, ſed cuiuſdam Equitis Pauli Emilij Lunati, qui multum in d.Commenda intereſſe habebat.quin immo d. Boſſius Commendatarius litteris ad Reuerend. Epiſcopum Papienſem vſque ſub die 5. Februarij datis, & ſic 18. dieb. ante d aſſertum præceptum eidem Reuerendiſſ. Epiſcopo ſignificauerat, ab eodémque petierat, vt d.Presbyterum carceratum Conſeruatori à magno Magiſtro electo commoranti Mediolani conſignaret, quarum litterarum exemplum ab eodem d. Boſſio ſubſcriptum penes perilluſtr. d. Equitem Quarterium eiuſdem Commendatoris procuratorem exiſtit, ad cuius ipſe inſtantiam meum præceptum Reuerend. Epiſcopo,& eius vicario tranſmiſi.

Dum igitur primo loco ponderat verba d. Bullæ Pij IV. præcipuè verò illa, quæ ſola ad rem faciunt, (Qui Conſeruatores, quamdiu exercuerint d. officium, à nemine quò minùs illud exerceant, ſub aliquo prætextu impediri, vel moleſtari poſſint,) facilè reſpondetur, ea verba manifeſtè declarari per illa ſtatim ſequentia, (ita, quòd ipſi ſic electi ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna eoſdem Priores, Baiuliuos, Præceptores, &

Digitized by Google

Fratres, ac eorum ſingulos aduerſus inferentes eis, aut eorum ſeruitoribus, & familiaribus iniurias, ſeu grauamina, vel damna in perſonis, rebus, & bonis, &c.) relata ſupr. initio præced. dub. ex quibus patet, tribui † iuriſdictionem Conſeruatoribus Religionis contra inferentes damna, & iniurias perſonis ſuperius expreſſis; ex his autem inferentib. damna, & iniurias, aut ex perſonis expreſſis non eſt ipſe Conſeruator, niſi quatenus eius iuriſdictionis vſus aut turbatio redundaret in damnum earumdem perſonarum; quorum primum in facti ſpecie, de qua agimus, non accidit, ſed ſecundum, cum ipſe non intenderem, nec verò re ipſa efficerem, vt damnum aliquod inferretur, aut præiudicium irrogaretur Religioni, eiúſve perſonis, ac priuilegiis; ſed immò, vt hæc omnia conſeruarentur, petendo ab Epiſcopo, & loci Ordinario remiſſionem d. Presbyteri Rectoris carcerati, qui in ſeruitio d. Religionis erat, atque adeo eius gaudebat priuilegiis, vt non niſi ab eiuſdem Superioribus, vel Conſeruatore puniretur. Ex quo ſtatim ſequitur, vt cum d Præpoſitus in dicto pręcepto nullam aut priuilegiorum aut iurium Religionis defenſionem, & conſeruationem prætexere poſſet tanquam in hoc iuriſdictione, & iure carens illud tranſmiſerit; ſicut iure meum ordinario tranſmiſi, qui meam iuriſdictionem turbando, priuilegia, & iura Religionis lædebat.

44 *Conſeruator quãdo poſſit exercere iuriſdictionem in inferentẽ iniuriã ſolũ indirectè etiam Cõſeruatorem.*

Quatenus verò pro confirmatione huius fundamenti ſubiicit vicarius, quòd d. Prępoſitus aſſerebatur iam eſſe in poſſeſſione, ſeu quaſi cognoſcendi vti Conſeruator de cauſis ciuilibus motis contra d. presbyterum vigore d. deputationis, & ſic † dicitur eius iuriſdictio perpetuata, etiam ſi dicti Commendatores, & Equites obiiſſent, cap. relatum, & cap. gratum, de offic. deleg. & vtrobique gloſ. & Doct. & faciunt, inquit, dicta per S. Anton. 3. par. ſum. tit. 9. cap. 4. §. 2. in fin. non ſemel peccauit; nam præterquam quòd pro confirmatione adduxit id, quod potiùs præmittendum erat, extendit etiam iuriſdictionem delegatam, quæ alioqui odioſa eſt, vt ipſemet tradiderat reſol. præced. num. 2. atque adeo reſtringenda iuxta vulg. cap. odia de reg. iur. in 6. cum ſimil. vt in ſpecie de Conſeruatorum facultate, & iuriſdictione docuimus ſupra cap. 3. q. vlt. extendit inquam à cognitione cauſarum ciuilium ad cognitionem criminalium. deinde ſupponens electionem Conſeruatoris factam per Commendatores, vel equites pro delegatione habendam eſſe, ipſóſque

45 *Iuriſdictio Conſeruatoris, qua vſus eſt in aliquibus cauſis an perpetuetur quoad alias etiã poſt mortem Procuratorum.*

Digitized by Google

que Commendatores, & Equites delegantes fore cenſendos, (cuius tamen contrarium verius conſtat ex prædictis litteris Pij IV. ab aliis Pontificibus poſtmodum, vt vidimus confirmatis, in quibus Papa dicitur in Conſeruatores deputare perſonas eligendas à Baiuliuis, præceptoribus, fratribus, & eorum ſingulis,) dicit, per d. poſſeſſionem cognoſcendi in ciuilibus perpetuari Conſeruatoris iuriſdictionem, etiam ſi dicti Commendatores, & Equites obiiſſent, per d.cap.relatum, & cap. gratum cum tamen officium Conſeruatorum, ſicut expirat per obitum concedentis quoad negotia non cœpta, vt expreſsè cauetur in d. cap. fin. §. officium, de offic. deleg. in 6. ita etiam per renunciationem, ſeu dimiſſionem dignitatis, ratione cuius delegatio facta eſt, æquiparando talem renuntiationem, ſeu dimiſſionem morti naturali, iuxta text in cap.2.de renunc. in 6. cum ibi not.aliiſque ad id adductis inter cæteros per Flamin.Pariſ.tract.de reſig. benef. lib.1.q.16.num.27. ac lib.3.q.3.num.10. & q.5 num 32. Doct.in cap.ſuſceptum & cap.ſtatutum,de reſcript.in 6.id quod in ſpecie nos latiùs oſtendemus infr. cap. vlt. q.3. concl.4. In d. verò cap.relatum,& c. gratum, ſolùm dicitur, quòd per citationem, vel litis conteſtationem in aliqua cauſa dicitur perpetuata iuriſdictio delegati quoad illam cauſam; ita, vt per mortem delegantis non expiret; quod toto cœlo diſtat à concluſione per vicarium poſita loco cit.quam nec Doct. dictis iuribus, nec S. Antonin. vnquam ſomniarunt. Iam ad reliqua circa ſecundum hoc dubium illius obiecta veniamus.

Reſpondens ergo concluſioni ſuperius initio huius dubij à nobis firmatæ, Conſeruatores regulariter habere iuriſdictionem cumulatiuè, non autem priuatiuè, ex qua ſequi videtur, vt regulariter nequeat alter alteri, præcipuè ſi pares ſint, inhibere, niſi ei qui præiudicium aliquod habenti Conſeruatorem inferret, vt ibid.deduximus; ſubdit primò, immo de iure communi ha- 46
bentem parem iuriſdictionem poſſe inhibere alteri iudici pari, cum vnicuique cenſeatur commiſſa iuriſdictio inſolidum, Canalc.deciſ.4.num.42. par.2. & Lancell. de attent.par.2. cap.20. in præfat.num.98. verùm malè † ex eo, quòd duo habeant iuriſdictionem in ſolidum, infertur, poſſe alterum alteri inhibere; cum, etiam ſi quis habeat iuriſdictionem ſimul cum alio, poſſit aliquando illi inhibere, ne ſine eo procedat, vt de adiuncto poſt Staphil.de litt.grat.& iuſt.2.par.verſic. in commiſſionib.iuſtitiæ docet

Delegatus delegato non ideo poteſt inhibere quod vterq; datus ſit in ſolidum cum etiam datus ſi[illegible] &

docet Lancell. d.num.8. eum præſentata commiſſione poſſe inhibere coniudicibus, ne vlterius in cauſa ſine eo procedant; & hoc ſolum dicit ibi Lancell. non autem loquitur in caſu appoſito, cùm datur iuriſdictio in ſolidum, prout cum allegat vicarius. Caualc. verò d.num.42. loquitur ſolùm † in caſu præuen-

47 *quid in caſu præuẽtionis.* tionis, atque adeo id pertinet ad ſecundum dictum vicarij ſub num. 4. quo aſſerit, d. Præpoſitum præueniſſe in petendo iudicialiter ſibi remitti d. carceratum, vnde omnino potuiſſe inhibere firmarunt Caualc. d.deciſ.4. num.37. cum ſeq. & num.42. Lancell. d. cap.20. in præfat. num. 100. Bero. conſ.117. num.4. lib. 3. faciúntque, ſubiicit vicarius dicta per Farinac. quæſt. 7. crimin. num. 52. cum ſeq. cum, inquit idemmet vicarius, ſtante dicta præuentione non potuerim me intromittere, per text. in cap. cum plures, & ibi gloſ. & Doct. de offic. deleg. in 6. & Menoch. d. præſumpt. 16. ſed voluit forſan allegare præſumpt. 18. num.8.

Verùm præterquam quòd, vt iam monuimus, dictum quidem fuit, ſed non doctum de dicta legitima præuentione, vn-

48 *Præuentus validè procedit, donec de præuentione doceatur.* de † interim potui ipſe validè procedere, cum maximè, vt docui, ipſe maior eſſem, per ea, quæ tradit Soc. in cap. propoſuiſti num. 21. verſic. ſeptimò quæro, de for. compet. dicitur etiam, quòd Caualc. & Lancell. Doctoréſque ab iis citati apertè loquuntur in præuentione facta ab vno ex iudicibus, quorum alter ad fauorem vnius partis, alter verò ad alterius, non autem quando vterque iudex ad vnius tantum fauorem datus ſit; qui caſus, vt cuique patet, longè inter ſe diuerſi ſunt. Farinac. verò d. num. 52. & ſeq. nihil de inhibitione, ſed ſolùm dicit idem, quod text. & Doct. d. cum plures, ac Menoch. loco alleg. Quòd ſi vnus ex plurib. iudicibus inſolidum datis etiam ad fauorem vnius partis præuenit, non poteſt alius ſe intromittere, quod in noſtra facti ſpecie facilè admitterem, vbi de præuentione mihi legitimè conſtitiſſet; inhibere verò non potuit, cùm ipſe ab eo iuriſdictionem non recognoſcerem, vt ſentit Bal. in l.1. quomod. & quand. iud. poſt Hoſt. & Archid. & licèt à Bal. diſſentire videatur Soc. d.c. propoſuiſti, num.44 cum eo tamen ſentit vbi ambo iudices, vel officiales recognoſcerent iuriſdictionem à diuerſis, quod hic accidere videtur, cum ego à magno Magiſtro meam acceperim, Præpoſitus à Commendatore ſuam agnoſcat. Ad id verò, quod ſubiicit vicarius, nos habuiſſe parem iuriſ-

dictio

Digitized by Google

dictionem ex verbis Bullæ Pij IV. ſupr. circa initium huius 2. dubij reſponſum eſt. quamuis autem omnis delegata iuriſdictio ſit ſpecialis reſpectu ordinariæ iuriſdictionis, quæ Epiſcopis, Prætoribus, & aliis huiuſmodi competit, tamen alia magis ſpecialis aliis reperitur, vt ipſe vicarius fatetur, dum ſubdit, quòd immo delegatio d. Præpoſiti, vbi magis ſpecialis videbatur, magis attendenda ſecundùm gloſ. in cap. quamquam 23. diſt. cum aliis ibi per eum alleg. quod tamen intelligendum eſt cæteris paribus; at verò ipſe conſtitutus fui Conſeruator, ſeu iuriſdictio mea proficiſcebatur non ſolùm à maiore, ſed etiam ſuperiore reſpectu illius, à quo Præpoſitus deputatum ſe aſſerit Conſeruatorem.

Denique dum ait vicarius, indubitatum eſſe, † Conſeruatorem poſſe procedere contra impedientem ſuam iuriſdictionem qualitercumque ex Abb. in cap. 1. de offic. deleg. & d. Bulla Pij IV. quoad Bullam ſupra reſponſum fuit; quoad Abb. qui nihil de Conſeruatore ibi agit, dico, immo nonnullos caſus ab eo excipi; deinde illum loqui in tertio, non in iudice; denique vbi conſtet iuriſdictionem impediri, & text. ait, iuſtitiam impediri; ipſe verò meo præcepto iuſtitiam non impediebam ſed immò adiuuabam, vt Presbyter ille iuxta Apoſtolica priuilegia ab ordinarij iuriſdictione eximeretur, non tamen abiret impunitus, ſed remitteretur ad proprium iudicem, ab eo, prout iuſtitia exigebat, puniendus. Atque ex his ſatis, vt reor, factum eſt his, quæ in ſecundo dubio pro Præpoſiti præcepto d. vicarius eiuſdem patronus adduxit. Iam ad tertium tranſeamus. 49

Impediens qualitercũque iuriſdictionem delegati an ab eo poſſit coerceri.

Quoad tertium igitur, & poſtremum dubium ex ſupra propoſitis quod d. vicarius reſol. 18. proſequitur, An nimirum Epiſcopus Papienſis fuerit iudex competens d. Presbyteri.

Reſpondendum eſt negatiuè. Primò ex verbis Bullæ Pij IV. à multis ſummis Pontificibus confirmatæ, quæ retulimus ſuprà initio primi dubij, ex quibus conſtat, presbyteros inſeruientes etiam in Cura animarum Commendatariis Religionis Hieroſolymitanæ exemptos fore à iuriſdictione, & correctione Ordinariorum, deputatis ad id Conſeruatoribus, qui hæc, & cætera Religionis priuilegia tueantur. Deinde quia eo ipſo, quòd conſtitutus eſt prædictis Commendatoribus, & eorum ſeruitoribus Conſeruator, cenſentur exempti ab omni iuriſdictione Epiſcoporum, & ordinariorum; nam quando iuriſdictio compe-

Digitized by Google

50 tens † ordinario magiſtratui cōceditur alteri iudici fauore perſonarum, in quibus illa exercēda eſt, vt ſi fauore Monachorum datus ſit ſpecialis Viſitator; tunc præſumitur ille iudex datus priuatiuè ad iuriſdictionē Epiſcopi. ita ex ſententia Iac. de Aren. in l. quod in rerum, §. ſi quis poſt ff. de leg. 1. ſcripſerunt Bal. in l. vn. §. vbi autem, num. 7. C. de cad. toll. & alij plerique, quos referunt, & ſequuntur tuentes à contrariis Afflict. deciſ. 41. & ibi Vrſill. in addit. latiúſque D. Menoch. in d. præſumpt. 18. num. 17. cum duob. ſeqq. Cum igitur tam expreſsè, quam tacitè exemptus fuerit d. presbyter à iuriſdictione Epiſcopi Papienſis, non eſt, cur vicarius competentiam huiuſmodi ipſius Epiſcopi contendat ſiue ratione originis, aut domicilij eiuſdem presbyteri, ſiue etiam ratione delicti, ſeu delictorum ab eodem, vt aſſerit intra fines Papien. diœceſis perpetratorum, prout contendit d. reſol. 18. ſub num. 1. & 2. id enim procedere poteſt, non exiſtente priuilegio eximente ab omni iuriſdictione Epiſcopi, prout hîc adeſſe iam vidimus. Sed neque eandem competentiam firmare poteſt ex eo, quòd † presbyter ille curam animarum exerceret, in qua, inquit, ſub num. 3. quilibet tam Secularis, quàm Regularis ſubditur iuriſdictioni, viſitationi, & correctioni proprij Epiſcopi, vt cauetur in Trid. Concil. ſeſſ. 25. cap. 11. de regular. nam admiſſo verum eſſe presbyteros militiis, etiam Hieroſolymitanæ, ſeruientes in iis, quæ ſpectant ad animarum curam, & ſacramentorum adminiſtrationem Epiſcopis ſubeſſe propter diſpoſitionem non tam Trid. Concil. d. cap. 11. in quo priuilegiis Hieroſolymitanæ Religionis, (quod tamen aliàs facere ſolet, vt præcipuè conſtat ex ſeſſ. 24. cap. 11. & d. ſeſſ. 25. cap. 22. de regular.) quàm conſtitutionum Pij V. Greg. XIII. Sixti V. & Clem. VIII. quorum ſuper initio 1. dub. mentionem fecimus, atque etiam paulò poſt in hoc 3. dub. faciemus, negatur in facto, quòd hic ageretur de concernentibus curam animarum, aut ſacramentorum adminiſtratione, ob eamve cauſam carceratus fuiſſet, aut eſſet puniendus d. presbyter: neque id tanquam à veritate omnino alienum apertè aſſeuerare vnquam auſus fuit d. vicarius.

Iuriſdictio cōpetens ordinario, ſi alteri concedatur, cōcedi priuatiuè cenſenda eſt.

51 *Curam animarū exercēs aliàs exemptus in quib. iuriſdictioni Ordinarij ſubſit.*

52 *Seruientes Militijs etiā Hieroſolymit. quando ſint omnino exempti ab Ordinario, vel ei ſubdantur tanquam ſedis Apoſt. deputato.*

Quod autem ibid. ſub num. 4. ſecundo loco ſubiicit, † Epiſcopum dici iudicem competentem d. presbyteri tanquam ſedis Apoſtolicæ delegatum, iuxta diſpoſita per Trid. Concil. d. ſeſſ. 24. cap. 11. cuius verba retulimus ſupr. hoc ipſo cap. 6. quæſt. vlt. ad fi.

Digitized by Google

ad fi. & per Bullam Greg. XIII. quæ incipit, circumſpecta, editam de anno 1580. die 25. Nouembris, in qua priuilegia omnia Religioni Hieroſolymitanæ conceſſa & confirmata reduxit ad terminos decretorum Trid. Concil. cum ampliſſima derogatione; vnde ex Theſaur. for. eccleſ. par. 2. cap. 18. num. 106. cum ſeq. recenſet ita cenſuiſſe ſacram Congregationem Illuſtriſſimorum Cardinalium in vna Tranen. in hæc verba, Archiepiſcopus poteſt tanquam ſedis Apoſtolicæ delegatus ex hoc decreto, & ex reductione Greg. XIII. procedere in criminalibus, & morum correctione contra inſeruientes, & clericos militiæ S. Ioannis Hieroſolymitani in eccleſia S. Sepulchri dictæ diœceſis; intelligendo nimirum, quòd vel is profeſſus non eſſet, vel in eo non concurrerent tres illæ conditiones, de quibus Trid. Concil. d. cap. 11. & Greg. XIII. d. conſtit. qui eas ſimul concurrere debere declarat, vt locis Religionis actu ſeruiant, & intra eorum ſepta, & domos reſideant, ac ſub eorum obedientia viuant.

Verùm reſpondetur primò principaliter, quòd immo in d. Presbytero illa tria ſimul concurrebant; nam actu ſeruiebat militiæ, & commendæ in cura animarum, & ſub obedientia Commendatarij viuebat, cum eſſet amouibilis ad eius nutum, prout etiam fateri videtur ipſe d. vicarius; præterea habitabat in domo Commendæ, quod ſufficit ex verbis etiam Concilij, & conſtitutionis; dum enim ibi dicitur, (reſident intra ſepta, ac domos) priuilegium hoc exemptionis tribuitur reſidentibus tam intra domos, quàm intra ſepta militiæ, ita vt vtrique hoc priuilegio gaudeant, & in hoc ſenſu illud, *ac*, ſtabit copulatiuè iuxta propriam naturam, quamuis aliquando † ſumatur expoſitiuè pro id eſt, vt in l. decernimus, in primis verbis, vbi gloſ. & Doct. C. de ſacroſ. eccleſ. ſicque exponetur illud, ſepta, pro domibus, & tunc ceſſat omnis difficultas; ſtatímque, & facillimè euitatur quod de ſeptis † obiicit vicarius ex gloſ. in Clem. 1. §. 1. verbo, ſepta, de ſtat. Monach. vt eorum nomine intelligatur clauſura; huiuſmodi autem domum militiæ habebat presbyter ſibi à Commendatore pro habitatione aſſignatam, quam fortè inhabitabat; quòd ſi etiam illam non inhabitaret, cum per Commendatorem id non ſtaret, non debet incommodum amiſſionis priuilegij ad fauorem Commendæ inducti ex aliena culpa contra vulgares iuris regulas reportare, atque in

53 *Copula, &, ſeu ac, aliquando ſtat expoſitiuè pro, id eſt.*

54 *Septoriũ nomine quid veniat.*

Digitized by Google

omnem caſum, cum domus per presbyterum inhabitata dicatur eſſe emphyteutica Commendæ, id ſufficere debet, cum Commenda habeat aliquod dominium, nimirum directum, & hoc
55 ſufficit † ad ſuſtinendam genitiui (eorum) poſiti in d. conſtit. & Concilio vim, ac proprietatem; nam directum dominium eſt dominium; quin immo in dubio venit dominij nomine, vt per text. in l. 1. §. qui in perpetuum ff. ſi ag. vectig. tradunt ibi glo. Bart. Ang. & cæteri, Soc. conſ. vlt. lib. 2. Gomes §. fuerat num. 49. Inſtit. de action. aliique Doct. paſſim. neque Pariſ. aut Natt. in contrarium allegati diſtinguunt de dominio, dum aſſerunt, per genitiuum ſignificari dominium; Maſcard. verò loquitur in priuilegiis, & ſtatutis, quæ certum eſt ſtrictam habere interpretationem; nos verò verſamur vel in lege, vel in priuilegiorum conſeruatione; in quibus laxiorem fieri interpretationem, atque adeo poſſe verba aliquomodo impropriari, manifeſtum eſt. Sed adhuc in ſtatutis iuxta ſubiectam materiam verba impropriantur, vt ſatis probat inter cæteros Euerard. in loc. à ſub. mater. num. 8. Accedit quod neque ſemper genitiuum importat dominium, ſed alia pleraque, iuxta ſubiectam materiam, vt conſtat ex gloſ. in l. 2. ff. de orig. iur. Bart. in l. parui, ff. naut. caup. & ſtabul. cum aliis adductis per Maſcard. d. concl. 841. in contrarium allegata num 5. & ſeqq. Ex quo fit, vt etiam ceſſet illud ſimile, quod de capto in domo eccleſiæ, vt gaudeat immunitate, ſi domus ipſa cohæreat eccleſiæ, & ſit ipſius eccleſiæ pro confirmatione adducit vicarius eod. num. 4. in fi. ex Clar. §. ſin. quæſt. 30. verſic. hinc eſt, & Farin. quæſt. 28. num. 12. quia nimirum ſumus in materia odioſa, id eſt priuationis priuilegij iam Religioni conceſſi, quo caſu non procedit argumentum à ſimili, per ea quæ allegat Euerar. in loc. à ſimili num. 11. & 12. licèt etiam Clar. loc. cit ſolùm referat factum Senatus Mediolani, &, quòd ita ſeruaretur in Ducatu Mediolani. Cæterum de iure matrix eccleſia indiſtinctè gaudet immunitate cum omni eo, quod eſt per quadraginta paſſus circa eccleſiam, & 30. in aliis eccleſiis. cap. ſicut antiquitus, & cap. quiſquis, 17. quæſt. 4. quod etiam ſolum latè tradit Farinac. d. num. 12. vbi ne verbum quidem facit de huiuſmodi cohærentia domus, vel quòd ea ſit in dominio eccleſiæ.

Genitiui proprietas & vis.

Nec valet primum reſponſum vicarij ad hanc noſtram primam principalem reſponſionem, quòd d. Presbyter non probauerit

uerit

Digitized by Google

nerit in ipſo concurrere dictas tres conditiones, prout tenebatur, cum eſſet fundamentum ſuæ intentionis, iuxta l. qui accuſare, C. de eden. cum vulg. neque conſtiterit, quòd eſſet Curatus d. Commendæ cum licentia, & approbatione Epiſcopi Papien. & dictam Curam actu exercuerit. Replicatur enim non poſſe ſine aliqua nota vel ignorare, vel negare vicarium, quòd d. Presbyter exerceret Curam animarum, cum tanquam primi Paſtoris vicarius tres ſuas, & minores earum Paſtores agnoſcere neceſſe ſit, & qualitates ſubditorum ſuorum, ac beneficiorum ſitorum in ſua diœceſi † ordinarius ſcire præſumatur, vt tra- 56
dunt Doct. in c. ad aures, de reſcript. vbi Fel. num. 15. & Clem. 2. vbi Card. col. vlt. & alij, de off. ord. idque in facto verum fuiſſe vicarius ipſe optimè ſciat. pro fundamento verò ſuæ intentionis exhibita fuerint pro parte Presbyteri priuilegia Religionis, vnde regula exemptionis habebatur; quare potiùs vicarius, qui exceptionem ab hac regula allegabat, eam probare tenebatur cap. 2. de coniug. Leproſ. cum ibi not. & in rubr. de reg. iur. ff. & in 6. etiam tanquam fundamentum ſuæ exceptionis, licèt de probanda negatiua, quòd tres illæ conditiones non concurrerent ageretur, iuxta latè tradita per Ant. Gabr. com. concl. lib. 1. tit. de probat. concl. 6. ferè per totam, præcipuè num. 1. 5. 6. 8. & 11. Maſcard. de probat. concl. 1087. num. 1. 4. & 5. Hercul. tract. de proban. negat. in princ. Dum verò vrget vicarius † dictas 57
conditiones fuiſſe probandas non coram me tanquam Subconſeruatore, ſed coram Epiſcopo, tum quia d. Epiſcopus habet ſatis fundatam intentionem de iure communi, cum d. Presbyter ſit ſubditus ratione originis, domicilij, & delicti, immo etiam Monachus, vbi agitur in figura iudicij, niſi aliud ex priuilegiis caueatur, cum maximè Presbyter ille eſſet in fortiis Epiſcopi; ſicut etiam, ſi clericus ſit in fortiis iudicis ſecularis, coram eo docendum eſt de clericatu, vt in Ducatu Mediolani ſeruari teſtatur Clar. d. §. fin. quæſt. 36. verſ. regulariter; tum quia licèt d. Presbyter vſque de anno 1592. eſſet etiam Curatus d. Commendæ, (quem proceſſum inquit adhuc pendere,) Epiſcopus tamen contra eum proceſſit. at verò Epiſcopus eſt iudex competens exempti etiam lite pendente, ſi eſt in poſſeſſione ſubiectionis, Capic. deciſ. 189. num. 9. Tum demum quia fuit, inquit, apertè ſancitum tam per Trid. Concil. d. ſeſſ. 24. cap. 11. quàm per d. Bullam reductiuam Greg. XIII. quòd illæ conditiones

Ordinarius præſumitur ſcire qualitates beneficiorum ſuæ diœceſis.

Qualitates tribuētes iuriſdictionem iudici exēpti corā quo probāda. & num. ſeqq.

ſint probandæ coram Epiſcopo delegato, per illa verba, de qua ordinario conſtare debeat, quæ referenda ſunt non modò ad ad profeſſionem, ſed etiam ad illas tres conditiones ex quo eſt vnica determinatio, & eadem ratio militare videtur. dum inquam hic vrget vicarius, facilis eſt replicatio, non ſufficere Epiſcopo ad fundandam intentionem ius commune, ſed, cum adſit priuilegium, debet ipſe fundare exceptionem contra priuilegium ex prædictis; ſed neque inde ſequi, coram eo faciendam probationem d. concurſus qualitatum.

Neque obeſt, quòd Presbyter eſſet in fortiis Epiſcopi, cum ad id non adducatur niſi conſuetudo in ſimili, quæ quidem vbi
58 adſit, & veniat admittenda, de quo tamen † iure dubitari poteſt ex text. in cap. ſi iudex, de ſent. excom. in 6. cum ibi not. & latè traditis per Farinac. quæſt. 8. num. 33. Couar. pract. quæſt. c. 33. & Maſcard. de probat. concl. 689. num. 7. & ſeqq. & concl. 961. num. 3. extendi non debet de caſu ad caſum, l. 1. §. Iulianus il 2. ff. de itin. actúque priu. c. fin. de off. Archid. cum ſimil. & ſic ſoluta eſt prima ratio. Ad ſecundam dicitur, intelligendum id eſſe, vbi lis pendeat ſuper ſubiectione, & Epiſcopus ſit in vera, & perfecta poſſeſſione per actum completum ante litem prout etiam loquitur Lapic. & conſtat ex c. 1. vt lit. pend. c. cum perſonæ, de priuil. in 6. cum vtrobique & alibi ſæpè not. per Doct. quorum neutrum hîc adeſt; neque enim lis pendebat ſuper ſubiectione, ſed ſolùm ſuper criminibus Presbytero adſcriptis, quæ probari non potuerunt. præterquam quòd non probatur ſcientia, & tolerantia Commendatoris, qui etiam præiudicare nequit priuilegiis Religionis. Tertium verò fundamentum conſultiùs fuiſſet omiſſum, cum immò ex verbis Trid. Concilij ac Grego-
59 rij † contrarium expreſsè colligatur, niſi Latini ſermonis eruditiſſimum Pontificem, totque doctiſſimos Patres ignaros fuiſſe dicamus; quis enim non videt, verba illa, (de qua,) cum ſingularis numeri ſint, ad plura illa ſuperius enumerata referri non poſſe, ſed ſolùm ad profeſſionem, cuius ſtatim mentio facta erat, fore referenda, ne falſa Latinitas præſertim à Pontifice credatur admiſſa, contra l. Plautius, ff. de aur. & arg. leg. & cap. ad audientiam il 1. cum vtrobique not. extra de reſcript. præſertim verò id liquet ex verbis d. conſtitutionis, vbi inter illa verba (ac ſub eorum obedientia viuunt,) & ea, (de qua loci ordinario conſtare debeat,) interiecta ſunt hæc, (quæ omnia debere ſimul concur

Clericatus an probari poſſit coram iudice ſeculari in cuius fortijs ſit clericus.

Intellectus Trid. Conc. ſeſſ. 24. c. 2. de Reform. & constitutionis Gregorianæ.

Digitized by Google

concurrere intelligantur; ſiue iis qui legitimè, & ſecundùm regulam prædictæ religionis profeſſionem fecerint;) quare ceſſat argumentum ſumptum ex vnica determinatione, quæ hic eſſe non poteſt, cum, ſi admitteretur, falſa Latinitas reſultaret. Quod autem eâdem ratio appareat in vtroque capite, ſicut gratis à vicario dicitur, ita eadem facilitate à nobis negatur; licèt etiam diſcriminis inter vtrumque ea ratio poſſit aſſignari, quòd facilior, minoríſque eſt præiudicij probatio illarum trium conditionum, quàm profeſſionis. Quin immò tam Concilium cap. 11. quàm ſummus Pontifex d. conſtitutione apertè ſignificant, quòd de ſola profeſſione ordinario debeat conſtare, non autem de aliis qualitatib. dum his omnibus enumeratis de hac dumtaxat dicunt, quòd conſtare debeat ordinario; nam incluſio vnius eſt excluſio alterius, vulg. cap. nonne, qui text. ad id optimus eſt, de præſumpt. cum ſimil. vnde reliquum eſt vt illæ qualitates probandæ ſint vel coram ſuperioribus Religionis, vel certè coram Conſeruatore ab iis deputato, ſeu electo.

Non obſtat quoque ſecundum reſponſum vicarij ad hanc noſtram primam, eámque principalem reſponſionem, dum ait, Ex depoſitione teſtium, & confeſſione ipſius Presbyteri conſtare; quòd ipſe ſemper inhabitauerit, & reſederit in domo ſua patrimoniali ſita in d. loco Villanterij, & ſic non concurrerit illa conditio, quòd reſederit intra ſepta, & domos Militiæ, quæ cum aliis duabus conditionibus ſeruitij, & obedientiæ ſimul concurrere debet ex diſpoſitione d. conſtitutionis Gregorianæ. Nam admiſſo citra veri præiudicium, de quo paulò poſt dicemus, prædictam diſpoſitionem Concilij, & Gregorij nunc quoque locum habere, quia non ſit reuocata, atque adeo illas três conditiones ſimul debere concurrere, adhuc dicitur, dictam probationem factam coram ordinario Papienſi tanquam coram iudice incompetente ex prædictis, non eſſe attendendam iuxta text. in cap. at ſi clerici, de iud. cum ibi not. & ſuis concord. deinde dicitur, ſufficere, quòd habitauerit in domo emphyteotica d. Commendæ vel certè, quòd per Commendatarium facta fuerit d. Presbytero aſſignatio domus, quæ pleno iure erat Commendæ, vt paulò ante deduximus. Denique d. probationem non potuiſſe nocere iurib. Religionis.

Reſpondetur ſecundò principaliter, ſed ex abundanti, ac

probabiliter tantum per d.conſtitutionem Gregorij videri, facultatem ordinariis conceſſam reſtringi ad ea tantum,quæ concernunt curam animarum. Quod verò replicat vicarius, quin potius confirmari iam diſpoſita per verba illa,(quoad alia,) ibid. poſita; facilè id euitatur dicendo,ea referri non ad diſpoſita per ipſum Gregorium,ſed Pium V. in conſtitutione, cuius ibi mentio fit, vt patet legenti; neque induceretur correctio ibidem diſpoſitorum per Greg. eiúſve diſpoſitio redderetur eluſoria; nam id erit pro interpretatione præcedentium, quæ intelligenda ſint in concernentib. curam animarum. Sed hæc,vt dicebamus,ex abundanti,& probabiliter.

Reſpondetur autem tertiò, ac poſtremò principaliter & fortiùs, † iure ſuſtineri poſſe prædictæ memoratæ conſtitutionis Gregorianæ, ſicut etiam Trid.Concil.cap. 11.ſeſſ.24.diſpoſitionem reuocatam fuiſſe, non ſolùm per Sixtum V. in alleg. ſua conſtitutione, quæ incipit, etſi ex noſtri, vbi facta etiam mentione Trid. Concil. confirmat priuilegia omnia Religionis Hieroſolymitanæ non obſtantibus quibuſuis conſtitutionibus, & aliis contrariis quibuſcumque cum ampliſſimis derogationibus etiam clauſarum derogatoriarum derogatoriis, cuiuſmodi etiàm ſunt illæ conſtitutiones Greg. XIV. & Clem.VIII.quarum initio 1.dub. mentionem fecimus, verùm etiam ipſiuſmet Greg. XIII. qui in conſtit. ſua 93. quæ in Bullario eſt 88. & incipit, conſueuit ſedes, data 7. Ianuarij 1584. præcipit, quòd ordinarij non ſe intromittant in viſitatione, & correctione militum, & aliarum perſonarum Religionis Hieroſolymitanæ, niſi in concernentibus curam animarum, & adminiſtrationem ſacramentorum,cum ampliſſimis clauſulis,& derogationibus.

60 *An intellectui ſuprà d. Conc. Trid. & conſtitut. Greg. hodie derogatū ſit.*

Nec valet prima reſponſio vicarij, quòd d.conſtit. Sixti V. limitata ſit ad exemptionem à ſolutione decimarum;nam immo confirmatoria eſt omnium priuilegiorum, vt patet legenti. Non ſecunda, in d. Bulla Sixti confirmari expreſsè Bullam illam reductiuam Gregorij XIII. per clauſulam illam, (Volumus autem &c.) nam ſolùm confirmatur illa Bulla, quatenus dat ordinariis facultatem viſitandi, & corrigendi Presbyteros militum in iis, quæ pertinent ad curam animarum, quod ex eo patet, quia ſimul confirmantur litteræ Pij V. datæ die 22. Septembris, & incipiunt, expoſcit, in quibus illud ſolùm, quod ad rem attinet, diſponitur, vt Epiſcopi viſitare, & corrigere poſſint exercentes

centes curam animarum in locis d. Religionis in iis dumtaxat, quæ curam animarum, & ſacramentorum adminiſtrationem reſpiciunt; vnde, vt hæc diſpoſitio confirmationis, quæ reſpicit vtramque Bullam, nimirum Pij V. & Gregorij XIII. æqualiter eas determinet iuxta vulg. l. iam hoc iure, ff. de vulg. & pup. dicendum eſt, d. Bullam Gregorianam confirmari tam in d. Bulla Sixti V. quàm etiam illa Gregorij XIV. & Clem. VIII. habentibus eandem omnino clauſulam, ſolum quoad facultatem conceſſam Ordinariis in d. Presbyteros in concernentibus curam animarum, & ſacramentorum adminiſtrationem. Ex quibus tollitur etiam tertia reſponſio vicarij, quòd † confirmatio priuilegiorum generalis non trahitur ad iam ſpecialiter reuocata; nam, prꝏterquam quòd illa non fuit ſimplex reuocatio, ſed moderatio, & reductio priuilegiorum, dicimus etiam fuiſſe illam reductionem ſatis ſublatam, cum vim conſtitutionis haberet, non ſolùm per ipſum Greg. qui eam ediderat, in d. alia ſua conſtit. 93. ſeu 88. ſed etiam per ſucceſſores in allegatis litteris confirmationis, in quibus Trid. quidem Concil. mentio habetur: Gregorianæ verò conſtitutionis mentio † non erat neceſſariò habenda, cum Romanus Pontifex, qui iura omnia in ſcrinio pectoris ſui cenſetur habere, conſtitutionem condendo poſteriorem, priorem, quamuis de ipſa mentionem non faciat, reuocare noſcatur, vt verbis vtar Bonif. VIII. in cap. 1. de conſtit. in 6. maximè propter clauſulam, ex certa ſcientia, in d. litteris appoſitam, quæ operatur, † vt in reſcriptis quoque, & priuilegiis, & alia quacumque diſpoſitione cenſeatur expreſsè derogatum cuicumque iuri, & diſpoſitioni in contrarium facienti, vt per gloſ. d. cap. 1. verbo, noſcatur, & ibi Doct. latéque per Ant. Gabr. commun. concl. lib. 6. tit. de clauſul. concl. 1. ferè per totam, præcipuè autem num. 2. 20. 21. 27. 37. & 39. gloſ. verò il l. ſi quis priore, ff. ad Trebell. in contrarium allegata, ſicut ex text. ibid. loquitur ſolùm in vltimis voluntatibus; Pariſ. conſ. 19. num. 44. & ſeq. vol. 1. nihil dicit de priuilegiis ſiue ſpecialiter, ſiue generaliter reuocatis, ſed inualidis, nec vbi in confirmatione adſit clauſula, ex certa ſcientia, & illa non obſtantib. Surd. autem conſ. 18. num. 16. loquitur in ſtatutis reuocatis, in quibus diuerſa eſt ratio, quoniam Papa non præſumitur eorum notitiam habere, ſicut iurium, & conſtitutionum, vnde illorum, non autem horum mentio facienda eſt, vt apertè diſtinguit Pontifex

61 *Confirmatio generalis priuilegiorũ an trahatur ad ſpecialiter reuocata.*

62 *Conſtitutionis mentio habẽda neceſſariò non eſt in cõtraria conſtitutione facienda.*

62 *Clauſula ex certa ſciẽtia operatur, & quare.*

d.cap. 1. de conſtit. in 6. Rot. denique Roman. in allegata deciſ. Papien. bonorum 17. Maij 1599. præterquam quòd non publicam,& neceſſariam,ſed priuatam tantum, & probabilem auctoritatem habet in ſuis deciſionibus, vt inter ceteros ſatis oſtendit Franc. Pauin.in prælud ad Extrauag.verſic.deciſiones Rotæ, & vel ex eo liquet, quòd ſæpè variauit, vt etiam patet in ea quæſt. an remedio. cap. reintegranda 3. quæſt. 1. ſpatio longiſſimi temporis præſcribatur; loquitur in caſu, quo priuilegium quoddam ab vno Pontifice conceſſum in totum fuerat ab alio reuocatum, & deinde ab alio, quibuſdam eiuſdem priuilegij partibus dumtaxat expreſſis, quoad reliquas generaliter tantum confirmatum, non autem vbi aliqua tantum pars fuerat priùs reuocata, ſeu moderata, atque hæc etiam reuocatio, ſeu moderatio per eundemmet Pontificem reuocantem, ſeu moderantem ſublata, prout hîc accidit. Creſcent.quoque per Rot. alleg. deciſ. 139. aliàs 8. de præben. qui præcipuè negotium facere videtur, in eo maximè nititur, quòd gratia illa facta fuerat præciſè ad partis ſupplicationem, vnde nil mirum, ſi ſurreptio conſi-

64 *Motus proprius omnẽ ſurreptionẽ excludit.*

deratur, quæ † ceſſat, vbi gratia, vt hîc, motu proprio facta ſit; hæc enim clauſula omnem ſurreptionem excludit, cap. ſi motu proprio, de præben.in 6.cum ibi not.& latè traditis per Gabr. d. tit.de clauſul. concl 2.num. 1. præſertim iuncta illa clauſula,quæ in dictis omnibus litteris confirmationis appoſita fuit, decernentes præſentes litteras nullo vnquam tempore de ſurreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu, etiam ex eo, quòd locorum ordinarij vocati non fuerint,notari, impugnari, vel inualidari minimè poſſe;quarum clauſarum non meminit Rot. d.deciſ.Papien.

65 *Deciſio ſacræ Congregationis de inſeruientibus militiæ Hieroſol.declaratur.*

66 *Deciſionis præfata ſũma auctoritas.*

Eadem ferè ratione reſpondetur † ad illam quoque deciſionem ſacræ Congregationis, cuius propè initium huius 3. dub. ex d. Mario mentionem obiiciendo fecimus; nam præterquam quòd † huiuſmodi deciſionibus, quarum maxima eſt auctoritas;cum vel à ſummo Pontifice, vel ab eius delegatis prodeant, tunc demum ſtandum erit, cùm de iis legitimè conſtiterit;dicimus etiam, vel illam deciſionem editam eſſe ante publicationem prædictarum conſtitutionum, ſeu litterarum tam confirmationis Sixti V. Gregorij XIV. & Clem. VIII.quàm illarum poſteriorum Greg.XIII.in quibus ſaltem tacita reuocatio continetur illius conſtitutionis reductiuæ eiuſdem Gregorij; vel certè,

certè, quod magis crediderim, antequam harum ipſarum litterarum poſtremæ ederentur. Accedit, quòd in illa facti ſpecie ſacræ Congregationi expoſita aliquæ rei qualitates, ac circumſtantiæ forſan aderant, vnde tanti illi Patres moueri ad ita decidendum potuerunt, quæ abſunt à noſtra; vt quia deeſſet aliqua ex memoratis tribus conditionibus, quæ ſimul debent concurrere, aut aliæ ſimiles circumſtantiæ: quare, cum ex facti varietate diuerſum quoque ius oriatur, ex ea deciſione non niſi ad ſimilem omnino facti ſpeciem, qualem eam, de qua agitur, fuiſſe, non conſtat, arguere, aut inferre non licebit.

Ex his igitur omnibus, quæ in tribus hiſce dubiis latiùs, cum moderamine tamen, vt aiunt, inculpatæ tutelæ deduximus, ſatis, ſupérque factum puto iis, quæ D. Marius Antoninus tunc Papienſis vicarius tribus illis ſuis, 16. nimirum, ac duab. ſeqq. reſolut. primi libri nobis voluit obiicere. quod & facilè eruditus quiſque agnoſcet, ſi & vicarij obiectiones, & noſtras ex plurimis, quæ à doctiſſimo viro afferri potuiſſent, reſponſiones ad rationis, & æquitatis lancem reuocabit.

Ex iiſdem quoque finis 6. huius tractatus cap. imponatur; iámque tandem ad reliqua transeamus; in quorum proximo, quod ſeptimum erit in ordine, diutiùs nos immorari oportebit, quoniam plures, magíſque præcipuas difficultates continebit, ex quarum explicatione ceteræ ferè omnes totius tractatus quæſtiones pendent.

SVMMÆ RERVM.

1 *Conſeruator habet aliquam poteſtatem, & iuriſdictionem.*

2 *Iuriſdictio genericè ſumpta diuiditur in imperium, & ſimplicem iuriſdictionem & quomodo definiatur. num. 3.*

4 *Imperiũ diuiditur in merũ, & mixtũ. & quomodo hæc definiãtur. n. 5.*

6 *Iuriſdictio ſimplex quid ſit.*

7 *Officium iudicis nobile, & mercenarium quid ſit.*

8 *Merum imperium diuiditur in maximum, maius, magnum, paruum, minus, & minimum; & quid vnumquodque ſit.*

9 *Mixtum imperium diuiditur in maximum, maius, magnum; paruum, minus, & minimum; & quid eorum quodq; ſit, quódve poſſit delegari.*

Digitized by Google

10 *Iuriſdictio ſimplex quomodo diuidatur, aut ſit delegabilis.*
11 *Meri imperij quædam eſſe poſſunt, & ſimplicis iuriſdictionis diuerſis reſpectibus.*
12 *Tortura quando ſit meri imperij, vel ſimplicis iuriſdictionis.*
13 *Leuis coërctio quando ſimplicis iuriſdictionis ſit, vel meri imperij.*
14 *Carceratio quandonam meri imperij ſit, vel ſimplicis iuriſdictionis.*
15 *Excommunicatio quando ſit meri imperij, vel mixti.*
16 *Appellatio quando ſit meri imperij, vel mixti, aut iuriſdictioni ſimplicis.*
17 *Conſeruatoribus regulariter non competit niſi iuriſdictio ſimplex, & mixtum, non autem merum imperium.*
18 *Iuriſdictione conceſſa venit iuriſdictio ſimplex, & mixtum, non merum imperium, niſi Princeps conceſſiſſet pleniſſimam iuriſdictionem. num. 19. ſed & tunc non veniunt Principi reſeruata. nu. 20.*
21 *Principis propria quando veniant in conceſſione iuriſdictionis, aut imperij.*
22 *Coërctionem Conſeruator exercet tantùm ad priuatam vtilitatem.*
23 *Conſeruator an poſſit imponere pœnam, qua quis amittat ciuitatem, deportetur, relegetur, flagelletur, aut aliam corporalem.*
24 *Legem condere, aut edicta pœnalia ponere nequit Conſeruator.*
25 *Mixtum imperium quoad actus Principi reſeruatos non competit Conſeruatori, nec quoad requirentes perfectam iuriſdictionem ordinariam. num. 26. niſi declaretur in litteris eſſe loco Ordinarij, vel perſona defendenda omnino eximatur à iuriſdictione Ordinarij. num. 27.*
28 *Conſeruator poteſt ea omnia, ſine quibus nequit eius iuriſdictio explicari.*
29 *Citare poteſt, mittere in poſſeſſionem, & dare curatorem ad litem Conſeruator. cum num. ſeqq.*
31 *Reſtituere in integrum poteſt Conſeruator. Non tamen contra propriam ſententiam definitiuam. num. 32. Nec ab eo ſubdelegatus. num. 33.*
34 *Conſeruator poteſt ea omnia, quæ pertinent ad ſimplicem iuriſdictionem contentioſam.*
35 *Excommunicare poteſt Conſeruator ob priuatam, non autem publicam vtilitatem.*
36 *Iuriſdictio Conſeruatorum eſt ſimpliciter delegata. Aequiparatur tamen ordinariæ, cum ij ſint delegati ad vniuerſitatem cauſarum. num. 37. & nonnullis ſeq.*

38 *Dele*

Digitized by Google

38 *Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum in pleriſque Ordinario æquiparatur. In aliquibus tamen ab eo differt, & conuenit cum delegato ad vnam cauſam. num. 39.*

40 *Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum quis dicatur.*

41 *Ordinarij iuriſdictio an requirat commemorationem territorij.*

42 *Territorium quomodo habeat Conſeruator.*

43 *Duobus Conſeruatoribus ſimpliciter datis ad fauorem alicuius an poſſit alter ſine altero procedere.*

44 *Sententiam ferre poteſt Conſeruator, cui ſimpliciter cauſa commiſſa ſit.*

45 *Copia litterarum Conſeruatoriarum non eſt inſerenda in citatione, & multis ſeqq. Idem in ſimplici delegato. nu. 46. niſi commiſſio facta ſit inhabili aut vili perſonæ. nu. 47. debet tamen de commiſſione conſtare in actis, & fieri fides parti petenti. ibid. & nu. ſeq.*

48 *Intellectus cap. cum in iure, de off. deleg. c. præterea, de dilat. & Auth. qui ſemel, C. quom. & quan. iud.*

49 *Ordinarius non tenetur inſerere copiam ſuæ commiſſionis.*

50 *Priuilegia Regularium eligendi Conſeruatorem, & eius electio non ſunt neceſſariò oſtendenda in iudicio. debet tamen electio notificari Ordinario. num. 51. & regiſtrari in actis Notarij. num. 52.*

53 *Subdelegare vices ſuas, ſeu Subconſeruatorem conſtituere an poſſit Conſeruator. & num. 55.*

54 *Delegatus Principis poteſt ſubdelegare. Item delegatus ad cauſarum vniuerſitatem. num. 55.*

56 *Subdelegare poteſt Conſeruator citationes, & ſententiarum denunciationes.*

57 *Articulos non iuriſdictionales quilibet iudex poteſt alteri delegare.*

58 *Subdelegare poteſt Conſeru. vbi id habeat in Conſeruatorijs litteris.*

59 *Subdelegare debet Conſeruator intra ciuitates, & diœceſes, in quibus fuit deputatus. & quomodo id intelligatur. nu. ſeq.*

60 *Intellectus §. vices quoque, & §. Conſeruatores autem, in cap. fin. de off. deleg. in 6. & duob. num. ſeq.*

61 *Locus deputationis Subconſeruatoris, aut Conſeruatoris quomodo ſit accipiendus. & num. 62.*

63 *Locus non vbi ſita eſt res, vel originis, ſed domicilij attenditur in iudicis impetratione.*

64 *Archiepiſcopus Conſeruator deputatus poteſt in ciuitatibus ſuæ prouinciæ procedere.*

65 *Subdelegare non poteſt Conſeruator niſi perſonas, quæ poſſunt eſſe Conſeruatores. licèt in litteris diceretur, non obſtantib. iurib. quæ di-*

Digitized by Google

ſponunt de Conſeruatorib. nu. 66. aut Papa ex certa ſcientia deputaſſet eum, qui non haberet qualitates, cap. fin. de off. deleg. in 6. num. 67. & duob. ſeqq.

68 Delegatus ex certa ſcientia non habens qualitates cap. ſtatutum, de reſcript. in 6. non poteſt ſubdelegare niſi habentem eas qualitates.

69 Delegati cum clauſula appellatione remota non poſſunt alios, aut ſe inuicem cum eadem clauſula ſubdelegare.

70 Subconſeruator nequit ſubdelegare aliquam cauſam. Quid ſi habeat à Conſeruatore facultatem ſubdelegendi. num. 71. omnino autem poterit articulum non iuriſdictionalem. num. 72.

73 Subdelegare an poſſit Conſeruator in totum vices ſuas.

74 Subdelegare quam ob cauſam debeat Conſeruator, remiſſiuè.

75 Subdelegationis forma, & effectus, remiſſiuè.

76 Indago Iudicialis quid ſit.

77 Conſeruator deputatus ad terminos cap. 1. & fi. de off. deleg. in 6. nequit cognoſcere de ijs, quæ requirunt iudicialem indaginem. poteſt tamen aliquam indaginem iudicialem adhibere. nu. 78. & trib. ſeq.

79 Dictio, alia, repetit eandem qualitatem.

80 Iuriſdictione conceſſa cenſentur quoque conceſſa ea, ſine quibus illa nequit explicari.

81 Negante reo à ſe factum maleficium, vel dicere iure id factum, ſuper hoc recipiet Conſeruator probationes.

82 Clauſula, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, quomodo accipienda, & cur in pleriſque Conſeruatorijs ponatur.

83 Intellectus illorum verborum, nec ad alia &c, de quib. c. 1. & fi. de off. deleg. in 6.

84 Dictio, ſeu, plerumque ſtat expoſitiuè.

85 Geminatio verborum quid operetur.

86 Iniuria generaliter, & ſpecialiter quid ſit.

87 Voilentia addit iniuriæ vim, ſeu impetum.

88 Violentum quid ſit.

89 Violentia, ſeu vis quinque modis committitur.

90 Iniuriæ nomen in cap. 1. & fin. de off. deleg. in 6. An ſumatur genericè, vel ſpecificè.

91 Mulieri, cuius pudor maculatur inuitæ violentia fieri dicitur, ſi volentis, iniuria.

92 Maculans pudorem Conſeruatorem habentis poteſt à Conſeru. puniri.

93 Conſeruator poteſt de omnib. violentiæ ſpeciebus cognoſcere, & nu. ſeq.

94 Vis, & metus quomodo inter ſe differant.

95 Moleſtia

Digitized by Google

95 *Moleſtiæ nomen cur poſitum non fuerit in definitione Conſeruatoris. & quid comprehendat. num. 96.*

97 *Iniurias non modò illatas, ſed etiam inferendas propulſare poteſt Conſeruator.*

98 *Iniuria, & violentia, à qua defendit Conſeruator ad terminos iuris deputatus, debet eſſe manifeſta, ſeu notoria.*

99 *Manifeſtum aliud de iure, aliud de facto. & quomodo differat à fama, euidenti, indubitato, liquido, publico, noto, & notorio. num. 100. & multis ſeqq.*

101 *Fama quid ſit. & in quo differat à rumore. num 102. per duos teſtes probatur; requirit tamen ſaltem decem perſonas. num. 103.*

104 *Euidens quid ſit.*

105 *Indubitatum quid ſit.*

106 *Liquidum quid dicatur.*

107 *Publicum quid ſit. & quomodo ſe habeat reſpectu notorij, & famæ. num. 108.*

109 *Manifeſtum continet in ſe publicum, & famoſum. Et aliquando ponitur pro notorio, prout etiam in cap. 1. & fin. de off. deleg. in 6. num. 110.*

111 *Manifeſtum ſpecie differt à notorio, minúſque eo eſt; & à publico, ac famoſo.*

112 *Manifeſtum in ſpecie ſumptum quomodo definiatur, & nonnullis num. ſeqq.*

113 *Manifeſtum à publico in quo differat, & in quo à probatione. num. 114. quot teſtes requirat. num. 115. quid differat à notorio. num. 116. aut à famoſo. num. 117. & quomodo probetur. num. 118.*

119 *Notum quid ſit. & quotuplex. num. 120.*

121 *Notorium generatim, ſed propriè ſumptum quomodo definiatur.*

122 *Notorium aliud facti, aliud iuris.*

123 *Notorium facti quomodo definiatur. & aliquib. num. ſeqq.*

124 *Factum aliud continuum, aliud interpolatum, aliud momentaneum; unde reſultat triplex notorium facti. continui, interpolati, & momentanei.*

125 *Notorium iuris cur ſic dictum. & quomodo definiatur. num. 126. quotque ſint eius ſpecies. num. 127.*

128 *Notorium facti dicitur omne illud, quod celari non poteſt. ſiue factum ſit continuum, ſiue interpolatum. & quid in momentaneo. num. 129.*

130 *Notorium facti dicitur omne illud, quod fit coram omni multitudine, vel*

ne, vel eius maiori parte; & duob. num. ſeqq.

131 *Maior pars vniuerſitatis in agendis repræſentat vniuerſitatem. nec valet conſuetudo, vt omnes, vel duæ partes concordent. num. 132.*

133 *Dimidia, vel minor pars multitudinis non ſufficit ad notorium.*

134 *Teſtes rei notoriæ tot eſſe debent, vt non poſſint eſſe totidem in contrarium.*

135 *Maior pars multitudinis ſufficit etiam in notorio facti momentanei.*

136 *Notorium dicitur præſumptiuè quod fit in platea publica capace maioris partis multitudinis. dum tamen probetur, quòd illa platea erat plena hominibus. num. 137.*

138 *Notorium in prouincia, ciuitate, vicinia, eſt quod ſcit maior eius pars reſpectiuè.*

139 *Notorium facti ſimpliciter, requirit, quòd illud ſciat maior pars ciuitatis ſi id veriſimile eſt, aliàs ſufficit maior pars viciniæ, & trib. num. ſeqq.*

140 *Arbitrio iudicis quomodo relinquatur, quod dicatur factũ notorium.*

141 *Decem perſonæ quomodo requirantur, & ſufficiant ad notorium facti.*

142 *Teſtes, qui probare poſſunt factum notorium, quales eſſe debeant.*

143 *Notorium facti quomodo requirat, vt fiat in loco publico, vel de die.*

144 *Notorium regulariter non cadit in facto negatiuo. ſecus per confeſſionem partis, vel inſtrumentum. num. 145. & indirectè. num. 146.*

147 *Notorium non requirit eſſe notorias circumſtantias facti defenſionem excludentes, & num. ſeq.*

148 *Conſeruator ad terminos iuris datus admittit probationes ſuper exceptionibus rei.*

149 *Notorium poteſt habere locum in contractib. & alijs præter delicta.*

150 *Notorium iuris dicitur, quod reſultat ex probationib. legitimè factis. etiam per viam exceptionis plenè examinatæ, & ad finem, ad quem opponitur. num. 151. etiam in ſummario iudicio, ad effectum tamen ſummarij tantùm. num. 152.*

153 *Notorium iuris reſultat ex omnibus iudicialiter actis.*

154 *Notorium iuris dicitur, quod conſtat ex depoſitione teſtium.*

155 *Inſtrumenta, & teſtes æquiparantur, & hi veniunt illorum appellatione.*

156 *Inſtrumenta publica inducunt notorium iuris. licèt paratam non habeant executionem. num. 157. etiam quoad indirectè ex ijs probata. num. 158. debent tamen eſſe producta in iudicio, & in actis regiſtrata. num. 159. nec pati oppoſitionem coloratam. num. 160.*

161 *Pro*

Digitized by Google

161 *Probatio qualibet iudicialis iuris notorium non inducit, ſi patiatur coloratam partis exceptionem, & duob. num. ſeqq.*
162 *Notorium iuris an dicatur ante concluſionem in cauſa.*
163 *Qualitas notoria quando dicatur.*
164 *Confeßio partis facit notorium iuris. Etiam ſeclusa alia probatione, & ſententia. num.165. debet tamen eſſe iudicialis, contra quoſdam. num.166. & duob. num. ſeqq.*
167 *Confeßio iudicialis cur dicatur fieri in iure.*
168 *Confeßio extraiudicialis etiam notoria non inducit notorium iuris. & an ſaltem præſumptionis. num.169. aut fictionis. num.170. & num. ſeq.*
171 *Notorium fictionis an inducatur ex defectu in purgatione.*
172 *Confeßio iudicialis, cui aliquid opponitur, vel quæ petitur reuocari tamquam erronea, an, & quando inducat notorium iuris. Et quid in confeßione erronea. num.173.*
174 *Confeßio ſpontanea eſſe debet, vt notorium iuris inducat. & quid de facta metu probationis. num.175.*
176 *Confeßio iudicialis facta abſente parte, aut non acceptante an inducat notorium iuris. & quid ſi facta ſit coram notario. num.177. Vel arbitro, aut arbitratore. num.178. Vel coram iudice non in forma iudicij. num.179.*
180 *Confeßio emanans coram iudice incompetente an inducat notorium iuris.*
181 *Confeßio facta in iudicio ſummario quando inducat notorium iuris.*
182 *Confeßio incidenter facta in iudicio criminali plenario ſiue eodem, ſiue alio plenè non præiudicat. & quid ſi agatur de priuato intereſſe. num.183.*
184 *Confeßio incidenter facta in plenario iudicio ciuili quando notorium iuris in eodem iudicio inducat.*
185 *Confeßio facta in iudicio nullo aliter, quàm defectu iuriſdictionis quando plenè præiudicet, aut notorium iuris inducat.*
186 *Confeßio facta in vno iudicio regulariter præiudicat in alio. Item facta in criminali præiudicat in ciuili. num.187. & facta in vno iudicio ſummario probet etiam in plenario. num.188.*
189 *Confeßio facta in vno iudicio nullo aliàs, quàm defectu iuriſdictionis probat in alio.*
190 *Confeßio in vno iudicio probat in alio tantùm inter eaſdē perſonas.*
191 *Confeßio in vno iudicio, contra quam eſt pronuntiatum à iudice, non præiudicat in alio. Idem ſi reprobata fuit à parte. num.192.*

Digitized by Google

193 *Confeſſio in vno iudicio à procuratore facta an præiudicet in eodem, vel alio iudicio.*

194 *Intellectus cap. Romana §. ſi autem, de appell in 6.*

195 *Notorium iuris reſultat ex ſententia, ſeu condemnatione. Modò tranſierit in iudicatum. num. 196. & an debeat eſſe publicè lata. num. 197.*

198 *Sententia lata in ſummario iudicio non inducit notorium. Idem ſi non habeat ſaltem vim definitiuæ. num. 199.*

200 *Sententia definitiua licèt lata ſine probatione, ſi tranſiit in iudicatum, inducit notorium.*

201 *Notorium facti continui cognoſci poteſt à Conſeruatore ad terminos iuris deputato. Item facti interpolati, vel momentanei. num. 202. & an ſufficiat notorium eſſe Collegio alicui, vel viciniæ. num. 203.*

204 *Notorium iuris approbationis, & fidei, ſeu reſultans ex actis poteſt cognoſci à Conſeruatore deputato ad terminos iuris. ſi tamen acta ſint alterius iudicij, dempta confeſſione iudiciali. num. 205.*

206 *Notorium iuris an ſit propriè notorium, & in eo ſeruandus iuris ordo.*

207 *Notorium iuris diſpoſitionis, præſumptionis, & fictionis an poſſit cognoſci à Conſeruatore ad terminos iuris deputato.*

208 *Criminalis cauſa dicitur vbi de crimine agitur ad publicam vindictam, & vtilitatem. licèt pœna ſit pecuniaria. num. 209. dum tamen ea fiſco applicetur iuxta communem. num. 210. & num. 215. immo fortè etiam ſi pacti. num. 211. & trib. ſeqq.*

212 *Delictorum duo genera, alterum ſine damno tertij, vnde ſimplex actio oritur; alterum cum damno, vnde reſultat duplex actio.*

213 *Intellectus cap. tuæ, de procur & cap. per tuas il 1. de ſimon. & num. 221. cum multis ſeqq.*

214 *Ciuilis cauſa, an aliquando dicatur, licèt pœna parti non applicetur.*

215 *Ciuilis cauſa eſt ſi pœna pecuniaria parti applicetur.*

216 *Intellectus Auth. ſed hodie C. de Epiſc. & cler. & l. interrogari, C. de quæſt.*

217 *Ciuilis cauſa an aliquando dicatur, ſi pœna fiſco applicetur. & ibi intellectus l. Caius ff. ad Syllan.*

218 *Ciuilis cauſa dicitur, cùm fiſcus agit petitione hereditatis, vel ſimili.*

219 *Pœna pecuniaria à lege vel ſtatuto impoſita in dubio an veniat applicanda fiſco, vel parti.*

220 *Ciuilis cauſa eſt, in qua principaliter ad priuatam vtilitatem agitur. ſiue ex delicto, ſiue ex contractu. num. 221.*

222 Ciui

Digitized by Google

222 Ciuilis cauſa an ſit, cum agitur, vt mitius quis puniatur.
223 Ciuilis cauſa quando ſit, vbi electo crimen obycitur, vel per viam inquiſitionis proceditur. num.224. aut denuntiationis.num.226. & ſeq.
225 Criminalis cauſa ſemper eſt, cùm venit imponenda pœna corporalis.
227 Denuntiatio quotuplex ſit.
228 Ciuiliſnè actio ſit, cùm ſuſpectus tutor petitur amoueri. aut generatim priuatio officij. num.229.& ſeq.
230 Eccleſiæ vtilitas quando ſit publica.
231 Ciuilis, & criminalis actio intentari poteſt de furto, & omni maleficio, & iniuria.
232 Ciuilis actio ſolùm requirit aliquam cauſam, quæ priuatam continens vtilitatem actorem mouere potuerit.
233 Mixta actio eſt quæ partim ad publicam, partim ad priuatam vtilitatem dirigitur. æquè tamen principaliter. num.234.
235 Mixta cauſa dicitur, cùm pœna partim fiſco, partim actori applicatur.
236 Mixta cauſa dicitur, cùm quis agit ad ſeparationem tori, & plurib. num. ſeqq.
237 Procurator an poßit interuenire in cauſa criminali, vel mixta, & num. ſeq. ac 245.
238 Ciuilis cauſa eſt, cùm de crimine agitur ciuiliter.
239 Intellectus verus cap. tuæ, de procur.& ſex ſeqq.
240 Petens ſeparationem tori an amittat ius in corpus coniugis adulteri.
241 Diuortij cauſa ob adulterium quomodo ſit criminalis, & ciuilis, & quatuor ſeqq.
242 Mixtum non ſit iudicium criminale, vel ciuile per id, quod venit in conſequentiam.
243 Diuortium quoad cohabitationem, & torum quam priuatam vtilitatem habeat, & num. ſeq.
244 Maritus diuertens ab vxore ob adulteriũ an ei teneatur ad alimenta.
245 Procurator in cauſa ſeparationis tori interuenire cur poßit, cùm aliàs nequeat regulariter in criminalibus.
246 Mixta cauſa eſt cum agitur contra vaſallum ob feloniam ad feudi priuationem.
247 Mixta ne ſit cauſa turbatæ poſſeßionis. aut querelæ inofficioſi. n.248.
249 Mixtum iudicium requirit, vt ad effectum ciuilem, & criminalem principaliter ſaltem tacitè agatur.
250 Mixta cauſa dici poteſt, cùm agitur, vt quis amoueatur tamquam immeritus, & damnoſus.

251 *Mixtam cauſam eſſe, & pro crimine ciuilem, & criminalem competere actionem, differunt.*

252 *Ciuilis actio quando criminali præiudicet, vel cumulentur, remiſſiuè.*

253 *Conſeruator nequit cognoſcere cauſas criminales, aut mixtas. & an per viam inquiſitionis. num. 254. & 256.*

255 *Pœnam pecuniariam, quæ fiſco applicetur, an imponat Conſeruator.*

256 *Conſeruatores dantur principaliter ad priuatam vtilitatem.*

257 *Intellectus Concil. Trid. ſeſſ. 14. cap. 5. verſ. iccirco nemini, de reform. & num. ſeq.*

258 *Cauſas criminales, aut mixtas an cognoſcit Conſeruator, licèt habeat ampliorem facultatem, quàm à iure. Quid in Conſeruatore Regularium, & aliorum à Trid. Conc. ſeſſ. 14. cap. 5. in fin. de refor. exceptorum. num. 259.*

260 *Furti punitio principaliter, & in conſequētiam reſtitutio peti non poteſt coram Conſeruatore; nec vtrumque æquè principaliter.*

261 *Matrimonialis cauſa an poſsit agitari coram Conſeruatore.*

262 *Exemptus quoad curam animarum an ſubdatur Conſeruatori, vel ordinario.*

263 *Coërctione vti poteſt Conſeruator ad priuatam vtilitatem pro tuenda ſua iuriſdictione, & executione eius, quod decreuerit, etiam contra Epiſcopos.*

264 *Pœna pecuniaria poteſt à iudice eccleſiaſtico imponi etiam laicis.*

265 *Cauſas criminales, vel mixtas cognoſcit Conſeruator ex ſpeciali commiſsione.*

266 *Confugientes ad eccleſias Regularium an poſsint extrahi de licentia, vel mandato Conſeruatoris.*

267 *Cauſas ciuiles cognoſcere poteſt Conſeruator. & quomodo. num. 268.*

269 *Exempti Conſeruatorem habentes an debeant, poſsintve coram ordinario conueniri ratione delicti commiſſi, contractus initi, & rei ſitæ in loco non exempto. cum num. ſeq. & quid in Fratribus Minoribus, & qui eorum priuilegijs gaudent: num. 270.*

271 *Intellectus Concil. Trid. ſeſſ 7. cap. 14. de reform. & plurib. num. ſeqq.*

272 *Verbum, præmiſſa, & prædicta, refertur ad omnia præcedentia, ſicut & clauſula ſequens. niſi aliàs ſequatur abſurdum. num. ſeq.*

273 *Ciuiles cauſæ, quæ non ſint mercedum, aut miſerabilium perſonarum quando coram Conſeruatore tractari poſsint contra clericos ſeculares, aut Regulares extra clauſtra degentes. & quid in ipſis cauſis mercedum, & miſerabilium perſonarum. num. 274. & hæ quæ ſint. num. ſeq.*

Digitized by Google

275 *Reſeruatio, aut confirmatio, ſeu innouatio an nouum ius tribuat.*
276 *Monaſterium in cauſis mercedum, & miſerabilium perſonarum coram quo ſit conueniendum.*
277 *Regulares quando dicantur viuere extra clauſtra in terminis maximè Concil. Trid. ſeſſ. 7. cap. 14. de reform.*
278 *Regulares degentes intra clauſtra coram quo ſint conueniendi.*
279 *Cenſuras ferre non poteſt Conſeruator ex cauſa publica, ſed ad priuatam vtilitatem poteſt.*
280 *Subconſeruator etiam ferre poteſt cenſuras.*
281 *Denuntiare excommunicatum à ſe, vel à iure an poſſit Conſeruator. & num. 284.*
282 *Abſoluere poteſt Conſeruator excommunicatum à ſe. Item ex eo, quòd infregit eccleſias, aut loca fratrum Minorum, in ijſve violentiam exercent. num. 283.*
284 *Cenſuras ferre poteſt Conſeruator in contumacem, aut aliàs inobedientem, non autem vt puniat.*
285 *Monitorias generales ad effectum reuelandi an concedat Conſeruator, cum aliquot num. ſeqq. & an vicarius Epiſcopi, Capituli ſede vacante, vel exempti. num. 286.*
287 *Monitoriales ad effectum reuelandi quando, & cur dentur.*
288 *Cauſa, aut iudicium quando dicatur.*
289 *Delegatus per commiſſionem in quos ſortiatur iuriſdictionem.*
290 *Ordinarius, qui monitoriarum proceſſum abſoluit, an poſſit de cauſa principali cognoſcere.*
291 *Criminaliter agi non poteſt coram Conſeruatore ſine ſpeciali commiſſione pro iniuria, aut quouis delicto; ciuiliter autem poteſt.*
292 *Actiones iniuriæ ciuilis, & criminalis quando cumulari poſſint, vel ſucceſſiuè tractari.*
293 *Pœna quæ imponi poteſt pro iniuria, remiſſiuè.*
294 *Iniuria quibus caſibus inferri dicatur in ſpecie, remiſſiuè.*
295 *Iniuria facto inferri dicitur non modò percuſſione, ſed etiam minis.*
296 *Iniuria quando fiat vbi delictum improperatur, vel quid turpe obijcitur. num. 297.*
298 *Iniuriarum actione tenetur quoties quis dicto, aut facto famam alterius lædit.*
299 *Iniuriam infert qui dicit aliquem quid commiſiſſe contra bonos mores ciuitatis. Item qui obijcit vitium naturæ. num. 300.*
301 *Veritas conuicij quando excuſet ab actione iniuriarum, remiſſiuè.*
302 *Iniuria quando dicatur leuis, vel atrox, ſeu grauis, remiſſiuè.*

Digitized by Google

303 *Iniuria vni facta quando alteri facta cenſeatur, remiſsiuè.*
304 *Actio iniuriarum quot modis remittatur, & quãto tempore tollitur. num. 305. & an ciuilis detur hæredi, vel contra hæredem. n. 306.*
307 *Delictum non probatur per inſtrumentum, niſi de eo agatur ciuiliter. num. 308. Item cum probanda eſt circumſtantia delicti. num. ſeq.*
309 *Inſtrumento probatur iniuria, & violentia.*
310 *Detentores etiam auctore alio iudice, animalium Monachorum, quæ alienis paſcuis damnum inferant, an poſsint à Conſeruatore cogi ad reſtituendum.*
311 *Violentiam, & iniuriam modicam non cognoſcit Conſeruator.*
312 *Violentia, & iniuria fieri ei, qui habet Conſeruatorem dicitur, cùm in ſua poſſeſsione turbatur, eiúſve priuilegia, & gratiæ violantur; túncque contra laicos etiam poterit Conſeruator procedere.*
313 *Cauſæ in materia hæreſis nequeunt à Conſeruatore cognoſci.*
314 *Ceſsio iurium, & actionum regulariter non eſt prohibita.*
315 *Actio iniuriarum cedi poteſt.*
316 *Remedium cap. redintegranda, 3. quæſt. 1. competit ceſsionario.*
317 *Interdictũ, vnde vi, conceditur ceſsionario. Item, vti poſsidetis. n. 318.*
319 *Ceſsio quibus titulis fieri poſsit.*
320 *Ceſsio aliquãdo eſt prohibita, aliquãdo præſumitur ſimulata, & n. 328.*
321 *Ceſsio actionum ex paruitate pretÿ quando præſumatur ſimulata, vel ſit inualida.*
322 *Ceſsio fieri non poteſt potentiori per actum inter viuos, & num. ſeq.*
323 *Alienatio iudicÿ mutandi cauſa facta quando locum habeat.*
324 *Ceſsio de re, vel actione litigioſa tam inter viuos, quàm in vltima voluntate prohibetur.*
325 *Litigioſa res quando dicatur.*
326 *Ordinarius adiri poteſt pro iuribus ceſsis, non obſtantibus quibuſvis Conſeruatorÿs; illis exceptis, de quibus in Trid. Conc. ſeſſ. 14. cap. 5. de reform. in finem.*
327 *Conſeruator quoque adiri poteſt pro iuribus ceſsis. quid in ceſsione prohibita. num. ſeq. & num. 333. cum ſeq.*
328 *Ceſsio quando ſimulata præſumatur, vel non. & num. ſeq.*
329 *Potentior quis dicatur, & num. 332.*
330 *Præſumptiones ceſsionis ſimulatæ ceſſant, cum de veritate actuum conſtat, vt cùm debitor eſt præſens, & conſentit, vel tacet. Item vbi ceſsio fit acceſſoriè ad contractum. num. 331.*
332 *Clerici quando potentiores dicantur.*
333 *Ceſsio facta conſanguineo, aut à reo fiſco licèt potentiori non præſumitur*

Digitized by Google

mitur ſimulata, nec prohibetur.

334 *Conſeruator adiri an poſſit vbi ceſſio, vel alienatio facta eſt iudicij mutandi cauſa.*

335 *Edictũ de alienatione iudicij mutãdi cauſa facta quando locũ habet.*

336 *Conſeruator an adiri poſſit ſuper re litigioſa ceſſa.*

337 *Actor non poteſt reum conuenire coram ſuo Conſeruatore dato abſque facultate trahendi, & num. 340. dum tamen datus ſit tamquam Ordinarius in cauſis ciuilib. num. 338. & ſeq.*

339 *Actor ſit, qui infert manifeſtam iniuriã, & violentiam, & num. 343.*

340 *Actor regulariter ſequitur forum rei. fallit tamen id multis modis. num. 341. & 343.*

342 *Actor quoties conuenire poteſt reum coram ſuo iudice, an debeat coram Ordinario, vel coram Conſeruatore ſi eum habeat, poſſit conuenire, & num. ſeq.*

343 *Iuriſdictio ordinaria eſt naturalis, & fauorabilis, ſicut delegata eſt odioſa.*

344 *Actor poteſt coram ſuo Conſeruatore reum trahere, vbi talis facultas in litteris Conſeruatorijs ſufficienter exprimatur.*

345 *Actor habens Conſeruatoriam cum facultate trahendi debet conuenire reum habentem ſimilem facultatem coram eius, non ſuo Conſeruatore, & trib. num. ſeqq.*

346 *Priuilegiatus contra pariter priuilegiatum non vtitur priuilegio, ſed iure communi.*

347 *Priuilegiũ in ſpecie, ac potentius præfertur. & quæ illa ſint num. 348.*

349 *Priuilegiorum parium conquaſſatio non ſit, cum vnus agit de lucro, alter de damno.*

350 *Priuilegium generalem derogatoriam habens an tollatur per poſterius contrarium habens clauſulam, quorum tenores, &c.*

351 *Actor eligere poteſt vnum ex pluribus iudicibus rei.*

352 *Reus habens facultatem, vt non conueniatur, niſi coram ſuo Conſeruatore, poteſt conſentire, vt conueniatur coram Ordinario, vel Conſeruatore actoris.*

353 *Dieta quid ſit. & quotuplex. num. 354. & 361.*

355 *Miliare conſtat ex mille paſſibus. Paſſus ex quinque pedibus. num. 356. Pes quindecim, aut ſexdecim digitis. num. 357.*

358 *Dieta quot miliaribus conſtet in terra, vel mari.*

359 *Miliaria dietæ aut leucæ quomodo menſurentur.*

360 *Leucæ quot requirantur ad dietam.*

361 *Dieta alia ex diplomate, ſeu ſingularis, alia arbitraria.*

362 *Die*

Digitized by Google

362 *Dieta in dubio quænam intelligatur in quauis diſpoſitione,& num. ſeq. ac num. 379.*

363 *Arbitrium iudicis verſatur etiam in pœna à lege præſcripta.*

364 *Dies vnus datur in hebdomada, cum longum iter habendum eſt, ad quietem.*

365 *Dies integer datur pro vno militari, quod dieta ſuperſit.*

366 *Trahi quis olim non poterat vltra duas dietas extra ſuã diœceſim.& quid poſtea ſtatuerit Bonif. VIII. præſertim de vna dieta. n. 367.*

368 *Dietæ computatio in commiſſione facienda eſt à diœceſi domicilij rei. Vel ſi plura ſint domicilia, eius, cum quo concurrit res litigioſa. tum principalis; aut ſi æqualia ſint, electio erit actoris. num. 369.*

370 *Delegatus Papæ hodie non poteſt exercere iuriſdictionem extra ciuitatem, vel diœceſim, in qua eſt deputatus, ſine partium conſenſu. Et an per approximationem, vltra vnam dietam ſuſtineatur reſcriptum. num. 371.*

372 *Extenſio facienda non eſt de vno §. ad alium.*

373 *Conſeruatores deputari poſſunt in quauis ciuitate, vel diœceſi.*

374 *Delegatio iudicis diſtantis à reo vltra tres dietas, an, ſi reus transferat domicilium intra vnam dietam, ſuſtineatur.*

375 *Proceſſus Conſeruatoris deputati in diœceſi an peragendus in locis inſignibus.*

376 *Procedere Conſeruator non poteſt extra ciuitatem, vel diœceſim deputationis, vel trahere reum vltra vnam dietam etiam per ſui approximationem. & quid hodie in his liceat ex formulis Conſeruatoriarum. num. 377. & num. 380. & quid poſſit Epiſcopus Conſeruator. num. 378.*

379 *Dieta, intra quam trahit Conſeruator, an ſit legalis, vulgaris, vel arbitraria.*

380 *Trahitur hodie reus plerunque à Conſeruatore vltra vnam, & duas dietas. & an tunc habens plures Conſeruatores poſſit adire magis à reo diſtantem. num. 381.*

382 *Prorogatio iuriſdictionis, vt fiat partium conſenſu, requirit in iudice iuriſdictionem in actu, & in parte conſenſum non erroneum. Item quòd hæc iuriſdictio ſit ordinaria, vel ei æquiparetur. num. 383.*

384 *Iuriſdictio delegati ad vniuerſitatem cauſarum prorogari poteſt, ac duob. num. ſeqq. & num 409.*

385 *Prorogatio de perſona ad perſonam difficilior ceteris eſt.*

386 *Iuriſdictio delegata prorogari nequit de perſona ad perſonam; poteſt tamen de re ad rem, de tempore ad tempus, & de loco ad locum.*

Digitized by Google

387 *Prorogatio iuriſdictionis à clerico facienda quid requirat.*
388 *Archiepiſcopus ſine diœceſanorũ voluntate nequit de cauſis ſubditorum ſuorum ſuffraganeorum etiam de partiũ conſenſu cognoſcere.*
389 *Epiſcopi conſenſus non requiritur in prorogatione iuriſdictionis delegati. nec in vlteriori prorogatione poſt primam. num. 390.*
391 *Prorogationis iuriſdictionis quot ſint ſpecies, & quæ cum trib. nu. ſeq.*
392 *Prorogatio iuriſdictionis de caſu ad caſum an detur. Aut de cauſa ad cauſam. num. 393. aut de vno modo cognoſcendi ad alium. n. 394.*
395 *Argumentum de genere ad ſpeciem, quando procedat, vſque ad num. 408.*
396 *Speciei conuenit, deq́ ea prædicatur, quod prædicatur de genere, ſiue affirmatiuè ſiue negatiuè. num. 397.*
398 *Speciei non conuenit, quod conuenit generi, vbi ab eo fuit nominatim excepta. Item vbi quibuſdam ſpecialiter enumeratis genus ſubijcitur. num. 399. vel contra. num. 400. Item in materia priuilegiata, vt dotis. ibid. Aut cùm generi certa qualitas adijcitur. nu. 401. Aut generalis diſpoſitio foret inutilis ſpeciei. num. 402. aut ratio ceſſet. nu. 403. Aut vbi veriſimiliter diſponens noluit, ſpeciem comprehendi. num. 404. Aut cauſa ſit arbitraria. num. 405.*
406 *Speciei non conuenit conueniens generi, quatenus ſpecificè ſumitur.*
407 *Species inuicem non prædicantur, niſi ſint cognatæ.*
408 *Speciei quomodo conueniat quod generi conuenit, aut ſecus.*
409 *Iuriſdictio Conſeruatoris in omni ſpecie prorogationis de ſe prorogabilis eſt.*
410 *Iuriſdictio Conſeruatoris partium conſenſu prorogari nequit quoad perſonam concedentis.*
411 *Papa, & Princeps poteſt concedere Conſeruatorem ſine qualitatib. c. fi. de off. deleg. in 6. etiam ſine partium conſenſu, & duob. nu. ſeq.*
412 *Certa ſcientia Papæ quomodo probetur, & quam vim habeat.*
413 *Derogatio contrariæ conſtitutionis maximè conciliaris quando ſit neceſſaria.*
414 *Subconſeruator de conſenſu partium carere nequit qualitatib. c. fin. de off. deleg. in 6.*
415 *Decretum irritans per quæ verba inducatur: & num. ſeq.*
416 *Dictio, omnino, & penitus, quid importet.*
417 *Decretum irritans quam vim habeat, & num. ſeq.*
418 *Renuntiari an poßit diſpoſitioni habenti decretum irritans.*
419 *Diſpoſitio c. fi. de off. deleg. in 6. an ſit inducta in fauorem publicum.*
420 *Trahere quis non poteſt reum etiam de illius conſenſu coram eo, qui*

nec rei, nec actoris Conſeruator ſit, tanquam coram Conſeruatore. & num. 422. ſecus ſi alterutrius Conſeruator eſſet. num. 421.

422 *Eligere Conſer. an poßint plures perſonæ abſq. Principis deputatione.*

423 *Trahere, & trahi poſſunt, ſi conſentiant, alia perſona, quàm nominatæ in litteris Conſeruatorijs, & num. ſeq.*

424 *Iuriſdictio etiam merè delegata poteſt prorogari ad perſonam non expreſſam in reſcripto, vbi eam res contingat. Item ad perſonam acceſſoriam, vt fideiuſſorem. num. 425.*

426 *Iuriſdictio Conſeruatoris prorogari poteſt partium conſenſu de tempore ad tempus.*

427 *Iuriſdictio quælibet ſiue ordinaria, ſiue delegata prorogari poteſt de tempore ad tempus, partium conſenſu.*

428 *Error impedit prorogationem de perſona ad perſonam, & de tempore ad tempus.*

429 *Conſenſus partis in prorogatione iuriſdictionis ſufficit tacitus.*

430 *Conſenſus iudicis licèt non requiratur in prorogatione de perſona ad perſonam, ſecus tamen de tempore ad tempus.*

431 *Conſenſus partis, non iudicis accedere debet ante lapſum temporis, quod prorogatur.*

432 *Prorogatio iuriſdictionis quoad tempus debet, & cenſetur fieri cum ijſdem qualitatibus. & debet fieri tempore non finito, nec poſt illud transferri. num. 433.*

434 *Prorogatio iuriſdictionis poteſt fieri in vltimo momento, licèt actus non poteſt tunc finiri.*

435 *Prorogatio iuriſdictionis fieri poteſt poſt tempus præfinitum eius exercitio, non ſubſtantiæ.*

436 *Iuriſdictio Conſeruatoris an poßit prorogari poſt tempus præfinitum, vel ad maius tempus. num. 437.*

438 *Iuriſdictio Conſeruatoris prorogari nequit vltra tempus præfinitum, ſi adiectum ſit decretum irritans, vel quid ſimile. Neque vltra obitum concedentis, quoad negotia non cœpta. num. 439. maximè ſi conceſſa ſit ad beneplacitum. num. 440.*

441 *Iuriſdictio Conſeruatoris prorogari poteſt de re ad rem ſeu de cauſa ad cauſam. Similem tamen. num. 442. & duob ſeqq.*

443 *Prorogationes duæ diuerſarum ſpecierum poſſunt concurrere.*

444 *Iuriſdictio Cõſeruatoris prorogari poteſt ad cauſas criminales, mixti imperij, & de non notorijs, vbi hominum cognitio ei per reſcriptum concedatur. Item ad cauſas maioris, vel minoris quantitatis, quàm ſint conceſſæ. num. 445.*

446 Iuriſdi

446 *Iuriſdictio Conſeruatoris de conſenſu partium ita prorogari nequit, vt trahat reum vltra vnam dietam à fine ſuæ diœceſis; vel vt procedat extra ciuitatem, vel diœceſim deputationis. Idq; etiam per approximationem. num. 447.*

448 *Iuriſdictio Conſeru. an prorogari poßit de caſu ad caſum. & nu. ſeq.*

449 *Iuriſdictio cõditionalis non poteſt prorogari ante euentũ cõditionis.*

450 *Iuriſdictio Conſeruatoris conſenſu partium prorogari poteſt de vno modo cognoſcendi ad alium, & num. ſeq.*

451 *Ordo iuris plenarius an ſaltem de conſenſu partium poßit adhiberi à Conſeruatore ad terminos iuris deputato.*

452 *Iuriſdictio Conſer. præſcriptione, vel conſuetudine quæſita de conſenſu partium prorogari poteſt. non tamen de loco ad locum. nu. 453.*

454 *Prorogationis iuriſdictionis materia remißiuè.*

455 *Præſcriptio, & conſuetudo in quibus conueniant. Et in quibus differant. multis num. ſeqq.*

456 *Præſcriptione acquiritur ius priuato; conſuetudine, in publico, & nu. 458. & 481.*

457 *Præſcriptio requirit ſæpe titulũ & ſemper bonã fidẽ, non conſuetudo.*

458 *Vniuerſitas an poßit præſcribere.*

459 *Conſuetudinem induit vniuerſitas in his, quæ ſtatuere poteſt, ſecus in præſcriptione.*

460 *Conſenſus vniuerſitatis requiritur in conſuetudine, non item aduerſarij in præſcriptione.*

461 *Præſcriptio eſt rerum; conſuetudo, morum.*

462 *Præſcriptio tollit quod eſt, conſuetudo inducit quod non eſt.*

463 *Conſuetudo eſt tantum de incorporalib. præſcriptio etiam de corporalib. licèt mobilib.*

464 *Præſcriptio poteſt eſſe erronea, non conſuetudo.*

465 *Præſcriptio non ſtat cum priuilegio, ſecus in conſuetudine.*

466 *Conſuetudo, & præſcriptio an pariter non extendantur.*

467 *Præſcriptio, & cõſuetudo an poßit quid ſimul eſſe reſpectu diuerſorũ.*

468 *Conſuetudo legitimè, vel canonicè præſcripta quæ ſit.*

469 *Præſcriptio quadragenaria an ſola in omnibus contra eccleſiã currat.*

470 *Conſuetudinis requiſita, remißiuè.*

471 *Præſcriptionis requiſita quæ ſint.*

472 *Scientia, & patientia aduerſarij, vel ſuperioris, eiúſve officialium an, & quando requiratur in præſcriptione.*

473 *Eccleſia Romana ſolam centenariam præſcriptionem patitur; ei autem ſubiecta immediatè, ordinariam.*

Digitized by Google

474 Conſuetudo quo ſpatio inducatur ſaltem de iure Canonico.
475 Iuriſdictio extendi, & prorogari poteſt per conſuetudinem in omni ſpecie prorogationis,& num.ſeq.
476 Tempus decendij ad appellandum conſuetudine prorogari poteſt.
477 Iuriſdictio ſiue voluntaria,ſiue contentioſa conſuetudine acquiri poteſt ab eo,qui nullam habet,& num.ſeq.
478 Ceſſationem à diuinis imponere eſt iuriſdictionis ordinariæ.
479 Præſcriptione acquiri poteſt ſimplex iuriſdictio,& mixtum, ac merum imperium.
480 Epiſcopalia iura quoad vtramque legem quæ ſint.
481 Epiſcopo competit iuriſdictio ſimplex,& merum,ac mixtũ imperiũ.
482 Præſcriptionis,& conſuetudinis nomina maximè in materia iuriſdictionis aliquando in iure,& à Doctorib.ſæpe pro eodẽ ſumũtur.
483 Excommunicandi poteſtas non niſi à Prælato præſcribi poteſt.
484 Merum,& mixtum imperium à ſolo Prælato poteſt præſcribi, niſi ſimul præſcribat ſubiectos.
485 Reſeruata Principi in ſignum ſupremi dominij præſcribi nõ poſſunt. ſecus in reſeruatis tantùm in ſignũ prærogatiuæ ſingularis.n.486.
487 Reſeruata Principi in ſignum ſingularis prærogatiuæ quo modo præſcribantur & num.491.
488 Immemorabilis poßeßio quomodo probetur.aut eius contrariũ.n.489.
490 Immemorabilis præſcriptio an ſit æqualis centenariæ,& num.ſeq.
491 Titulus aliquando requiritur in centenaria, nunquam tamen in immemorabili.
492 Reſeruata Principi in ſignum ſpecialis prærogatiuæ requirunt titulum ſaltem præſumptum.
493 Immemorabilis poſſeßio quam vim habeat.
494 Propria Principis, non tamen reſeruata,quanto tempore contra eum præſcribantur, conſuetudinéve inducantur.Et quanto contra priuatum,aut eccleſiam.num. 495. & an ſit neceſſarius titulus, vel ſcientia,aut patientia num 496.
497 Iuriſdictio contra inferiores præſcriptione, & conſuetudine acquiritur priuatiuè, remanet tamen apud eos in habitu,quam aliquando reſumunt.num.498.
499 Iuriſdictio præſcriptione,vel conſuetudine quæritur per vſum actuũ iuriſdictionalium.
500 Iuriſdictio præſcriptione quæſita non extenditur ab vna ſpecie ad aliam. Et an intra eandem,de loco ad locum,de tempore ad tempus,de perſona ad perſonam,aut de re ad rem.num.501.

Digitized by Google

502 *Poteſtas dandi Conſeruatorem acquiri an poſſit præſcriptione, vel conſuetudine.*

503 *Iuriſdictio Conſeruatoris ex integro acquiri nequit per conſuetudinem, aut præſcriptionem ab eo, qui nullam habet iuriſdictionem, & duob. num. ſeqq.*

504 *Iuriſdictio delegata præſcriptione, aut conſuetudine quæri ex integro nequit.*

505 *Iuriſdictio Conſeruatoris præſcribi an poſſit ab habente ordinariam.*

506 *Conſuetudine induci poteſt, vt Conſeruator deputetur, aut eligatur qui non habet qualitates à iure requiſitas, & n. 509. cum trib. ſeq.*

507 *Conſeruatoris iuriſdictio poteſt conſuetudine augeri. & qualis eſſe debeat. num. 508. & ſeq.*

509 *Obſeruatio priuilegij, ſeu reſcripti, aut legis non eſt vera conſuetudo.*

510 *Decretum irritans an tollat conſuetudinem præteritam, vel futuram.*

511 *Conſuetudo rationabilis, vel irrationabilis quando ſit.*

512 *Clauſula acceſſoria etiam decreti irritantis ſequitur principalem diſpoſitionem.*

513 *Decretum irritans appoſitũ conditionali diſpoſitioni eſt conditionale.*

514 *Iuriſdictio Conſeruatoris præſcriptione poteſt extendi, & duob. num. ſeqq.*

515 *Decretum irritans an tollat præſcriptionem.*

516 *Solitum conuenit præſcriptioni, & conſuetudini.*

517 *Conſuetudine induci nequit, vt nullus Conſeruator in aliqua ciuitate, vel diœceſi poſſit procedere; & aliquot num. ſeqq.*

518 *Papæ vt Paſtori ſubsũt omnes etiã Reges, & Imperatores iure diuino.*

519 *Ius humanum quando redundet in diuinum.*

520 *Communicatio cum excommunicato quando prohibita iure diuino, vel humano.*

521 *Rationabile non eſt, vt in aliqua ciuitate, vel diœceſi reſcriptis Papæ, & Principis non pareatur, nec valet ea de re conſuetudo.*

522 *Iuriſdictio Conſeruatoris in totum amitti præſcriptione non poteſt in aliqua ciuitate, vel diœceſi.*

523 *Præſcribi non poteſt contra obedientiam, viſitationem, & procurationem.*

524 *Iuriſdictio Conſeruatoris in totum amitti nequit præſcriptione ſiue ad terminos iuris, ſiue cum maiori facultate deputatus ſit.*

525 *Vſus, præſcriptio, & conſuetudo differunt.*

526 *Iuriſdictio Conſeruatoris minui poteſt conſuetudine interpretatiua iuris. Item inductiua. num. 527.*

Digitized by Google

528 Epiſcopi ſui iuriſdictioni primæua inſtitutione omnes ſubſunt, & num. 532.
529 Præſcriptione minui poteſt iuriſdictio Conſeruatoris.
530 Iuriſdictio Conſeruatoris acquiſita, vel aucta præſcriptione, aut conſuetudine tollitur per contrariam conſuetudinẽ, vel præſcriptionẽ.
531 Reditus rei ad primariam naturam facilis eſt.
532 Reditus ad ius commune fauorabilis eſt.
533 Conſuetudo, qua tollitur iuriſdictio Conſeruatoris aucta, vel acquiſita præſcriptione, aut conſuetudine, quanto tempore inducatur.
534 Conſuetudo tanto tempore tollitur, quanto inducitur; niſi fauor cultus diuini, aut ſimiles aliud ſuadeat.
535 Familiares impetrantis Conſeruatoriam regulariter eius priuilegio non gaudent, & aliquot num. ſeqq.
536 Familia Epiſcopi eius fori priuilegio gaudet. & num. 539.
537 Familia Cardinalium eorum fori priuilegio an gaudeat. & nu. 539.
538 Priuilegium fori facilius conceditur, quàm immunitatis ab oneribus.
539 Priuilegium audiendi, & celebrandi diuina tempore interdicti an proſit familiaribus.
540 Stylus Curiæ quando ius faciat.
541 Priuilegium conceſſum perſonæ an extendatur ad familiares.
542 Dictiones perſonales quæ ſint.
543 Familiares impetrantis Conſeruatoriam ea vti poſſunt ex conſenſu partium. Item ſi adſit conſuetudo, vel præſcriptio. nu. 544. & quot, quibúſve familiarib. in hoc caſu permittatur, num. 545. & ſeq.
546 Familiares qui dicantur.
547 Familiæ nomine quid veniat maximè in priuilegijs.
548 Familiares Vniuerſitatum, & aliorum locorum, ac perſonarum, de quibus in Trid. Conc. ſeſſ. 14. c. 5. de reform. in fin. impetrantium Conſeruatoriam quomodo ea gaudeant.
549 Familiaris an vti poſſit Conſeruatoria domini pro iniuria redundante in iniuriam ipſius domini; & quando ea redundare dicatur.
550 Serui Eccleſiarum an vti poſſint earum Conſeruatorijs.
551 Litteræ Conſeruatoriæ conceſſæ Religioni an proſint Prælato; conceſſæ titulari proſint Commendatario; conceſſæ Collegio proſint ſingularibus; & conceſſæ Monachis ſingulis proſint Prælatis, vel Nouitijs.
552 Appellare, vel aſſectari aliquem quid ſit.
553 Socius, & conſors in iniuria, vel alia re cum impetrante Conſeruatoriam poteſt ea vti, & duob. num. ſeqq.

554 *Tertius comparens pro ſuo intereſſe quando ab eodem indice audiatur.*
555 *Cauſa poſſeſsionis, & proprietatis cum eodem indice tractanda eſt.*
556 *Impetrans Conſeruatoriam contra certas perſonas poteſt ea vti contra habentem cum aliqua illarum cauſam communem, & duob. num. ſeqq.*
557 *Laicus habens delictum, vel rem communem cum clerico quando coram Eccleſiaſtico iudice conueniendus ſit. & num. ſeq.*
558 *Indiuidua res quando dicatur, & num. ſeq.*
559 *Facultatem habens eligendi Conſeruatorem an poſsit eum eligere pro eo, qui ſibi iniuriam, aut moleſtiam intulit.*
560 *Suſpenſionem ab officio ad annum incurrunt Conſeruatores deputati ad terminos iuris, ſi de alijs, quàm notorijs iniurijs, & violentijs cognoſcant.*
561 *Suſpenſio ab officio, de qua in cap. fin. de offic. deleg. in 6. an ſit ab officio Conſeruatoris, vel potiùs ſit cenſura, & duob. num. ſeqq.*
562 *Officij nomen propriè quid contineat.*
563 *Suſpenſio à iuriſdictione Eccleſiaſtica quid prohibeat, & an eam violans fiat irregularis.*
564 *Suſpenſionem ab officio non incurrit Conſeruator, cui data eſt poteſtas cognoſcendi de cauſis dubijs, ſi de ijs cognoſcat. Item epiſcopalem habens iuriſdictionem, ſi id faciat in perſonas, & loca ſibi ſubiecta. num. 565.*
566 *Suſpenſio ab officio, de qua in cap. fin. de off. deleg. in 6. an includat etiam ſuſpenſionem à beneficio, & duob. num. ſeqq.*
567 *Suſpenſus ab officio an tueri poſsit agendo iura eccleſiæ, & beneficij.*
568 *Suſpenſus ab officio an ſit ſuſpenſus à beneficio.*
569 *Suſpenſus ab officio amittit diſtributiones quotidianas, & alios fructus pendentes ab ordinis executione.*
570 *Collegium deputatum, electúmve in Conſeruatorem incurrere poteſt ſuſpenſionem ab officio, de qua in cap. fin. de offic. deleg. in 6.*
571 *Epiſcopi, & ſuperiores incurrere poſſunt ſuſpenſionem. c. fi. de off. deleg. in 6. Item Cardinales. num. 572. & ſeq.*
573 *Cardinales quando comprehendantur in conſtitutione etiam pœnali, & num. ſeq.*
574 *Expreſsio generalis datur ſicut ſpecialis.*
575 *Subconſeruator an incurrere poſsit pœnam ſuſpenſionis, de qua in c. fin. de off. deleg. in 6. & duob. num. ſeqq.*

576 *Subrogatum quando ſapiat in pœnalib. naturam eius, in cuius locum ſubrogatur.*

577 *Participans in crimine, ob quod quis excommunicatus eſt, in eandem incidit excommunicationem.*

578 *Suſpenſio c. fi. de off. deleg. in 6. non incurritur niſi à contrauenientе ſcienter, vel ignorantia craſſa, aut affectata. & num. ſeq.*

579 *Scientia quando præſumatur, aut quomodo probetur etiam quoad pœnas, & cenſuras.*

580 *Ignorantia craſſa, vel ſupina quando dicatur.*

581 *Suſpenſio ad tempus lata in pœnam, poſt illud tollitur abſque abſolutione. ſecus in excommunicatione. num. 582.*

583 *Abſoluere à ſuſpenſione, de qua in cap. fin. de off. deleg. in 6. quis poßit ante lapſum anni, & num. 591.*

584 *Pars procurans, vt Conſeruator deputatus ad terminos iuris extendat ſuam poteſtatem ad iniurias non notorias, inuenit excommunicationem. licèt hac pars ſit Epiſcopus. nu. 585. & ante ſententiam. num. 586.*

587 *Excommunicatio cap. fi. de off. deleg. in 6. quid requirat, vt incurratur. & num. 603. cum ſeq.*

588 *Ignorantia an excuſet ab excommunicatione. cap. fi. de off. deleg. in 6.*

589 *Abſolui ab excommunicatione cap. fi. de off. deleg. in 6. nemo poteſt ante ſatisfactionem ab alio, quàm à Papa, & duob. num. ſeqq.*

590 *Intellectus cap. nuper, de ſent. excom. & num. 592.*

591 *Abſoluere quis poßit poſt ſatisfactionem ab excommunicatione cap. fin. de off. deleg. in 6.*

592 *Abſoluere à ſuſpenſione iuris non reſeruata quis poßit.*

593 *Vniuerſitas procurans, vt Conſeruator excedat limites ſuæ poteſtatis, an incurrat excommunicationẽ, vel aliã cẽſuram, & trib. n. ſeqq.*

594 *Vniuerſitas quas cenſuras poßit incurrere, & num. 596.*

595 *Syndicus vniuerſitatis an incurrat cenſurã ob eius delictũ, & n. ſeq.*

596 *Syndicus vniuerſitatis cum ſpeciali mandato, & ſinguli de vniuerſitate, qui mandato conſenſerunt, incurrunt excommunicationem. cap. fi. de off. deleg. in 6. Si Syndicus procurauit quod ibi prohibetur. & aliquib. num. ſeqq.*

597 *Excõmunicari cur nequeat vniuerſitas; & an ſaltẽ validè poßit. n. ſe.*

598 *Excommunicata vniuerſitate ſinguli ex illa culpabiles ligantur. Et an ſucceſſores eorum, qui aderant tempore excommunicationis, vel qui de nouo habitant eum locum, illam incurrant. num. 599. Vel ſoli Prælati, & maiores. num. 600.*

601. Syn.

Digitized by Google

601 *Syndicus ſine ſufficienti mandato procurans, vt Conſeruator extendat ſuam poteſtatem ſolus incurrit excommunicationem, & num. ſeq.*
602 *Pœna an incurratur ex actu nullo.*
603 *Pars non incurrit excommunicationem cap. fin. de off. deleg. in 6. licèt procuret, quòd ibi prohibetur, niſi Conſeruator procedat. Nec tertius procurans, niſi poſtea cum litigante participet in crimine. num. 604.*
605 *Suſpenſio, & excommunicatio cap. fin. de off. deleg. in 6. non incurritur ſi adſit ſpecialis facultas procedendi in non notorijs.*
606 *Nullum eſt quicquid citra ſpecialem facultatem fit contra cap. fin. de off. deleg. in 6. & trib. num. ſeqq.*
607 *Nullitas actus quando ſit pœna.*
608 *Dictio, aliquod, includit ſingula, etiam minima.*
609 *Verbum, decernimus, importat nullitatem ipſo iure.*
610 *Dictio, omnino, importat latam ſententiam.*
611 *Lex annexam habens cenſuram non ligat, niſi ſit vſu recepta, & ſemel recepta ſi abrogetur conſuetudine, deſinit ſimul cum cenſura obligare. num. 612. & an ſola cenſura poſſit abrogari. num. 613.*
614 *Cenſura ad certum tempus in pœnam lata incipit à die delicti. licèt incidat in tempus ſimilis cenſuræ. num. 615. eſtq́; vtrumque tempus continuum. num. 616. debétque compleri etiam quoad vltimum diem. num. 617. & quomodo ſit computandum. num. 618. etiam in anno biſſextili. num. 619. & vbi feratur cenſura per dies. num. 620.*

CAPVT VII.

De Iuriſdictione, ac poteſtate Conſeruatorum.

ABSOLVTIS hucúſque in hoc tractatu quæ in modum Summæ tractari in quaque re conſueuerunt, nimirum quid ſint Conſeruatores, quot eorum ſpecies, quò iure introducti, à quibus, qui, & quibus dari poſſint; veniendum nunc eſt ad reliqua eiuſdem tractatus capita, ex quibus primum,

ac præcipuum illud eſt de iuriſdictione, ac poteſtate Conſeruatorum, quatenus tamen diſtinctum quid eſt à modo procedendi, de quo in cap. ſeq. aut ab eiuſdem iuriſdictionis impedimentis, de quibus 9. cap. aut denique à tempore, quo eadem durat, qua de re in poſtremo agemus.

In hoc verò, quod, vt diximus, eſt de iuriſdictione, ac poteſtate, ex pluribus, quæ diſputandæ erunt, quæſtionibus, prima illa occurrit de qualitate huius iuriſdictionis.

QVÆRO *igitur primò, an poteſtas, & iuriſdictio Conſeruatorum ſit ordinaria, vel delegata.*

1 Suppono primò, Conſeruatores † non ſolùm habere aliquam poteſtatem, quod nulli dubium eſſe poteſt, & liquet ex l. poteſtatis, ff. de verb. ſig. & cap. 1. de off. deleg. in 6. iis verbis, (ſtatuimus, vt Conſeruatores, quos plerumque concedimus, à manifeſtis iniuriis, & violentiis defendere poſſint quos eis committimus defendendos,) verùm etiam iuriſdictionem propriè ſumptam, vt conſtat tum ex iis, quæ tradidimus ſupr. cap. 1. quæſt. 2. dum explicaremus definitionem Conſeruatoris; oſtendimus enim eum eſſe iudicem, quem quidem explorati iuris eſt habere iuriſdictionem; tum ex variis formulis Conſeruationum ſupr. relatis cap. 2. quæſt. 2. & priuilegiis regularium, quorum mentionem fecimus cap. 6. quæſt. 3. & 4. huius tract. tum quia id ſupponunt, immò expreſsè tradunt Doct. d. cap. 1. & fin. de off. deleg. in 6. & in ſpecie etiam voluit Petr. Greg. Tholoſ lib. 47. Syntagm. iur. vniuer. cap. 22. num. 23. tum etiam ex iis, quæ mox afferemus, & paſſim in quæſtionibus, tam huius quàm ſequentium cap. præſertim verò cap. 8. quæſt. 2. vbi oſtendemus eum poſſe exercere cenſuras, quod iuriſdictionis eſſe certum eſt, qua præcipuè ratione Conſeruatorem etiam iuxta terminos d. cap. 1. deputatum habere iuriſdictionem in ſpeciè adnotauit ibi Innoc. canonis illius conditor ſimul, & commentator ſub num. 6. ad finem.

Conſeruator habet aliquam poteſtatē & iuriſdictionē.

Vt autem ſciamus quæ, & quanta iuriſdictio Conſeruatoribus competat,

2 Suppono ſecundò, iuriſdictionem genericè ſumptam † diuidi in imperium, & ſimplicem iuriſdictionem. ita Bart. in l. imperium ff. de iuriſd. omn. iud. quem ſequuntur Doct. magis communiter cum ibi, tum in l. 1. ff. de off. eius, cui mand. eſt iuriſd. Mar. Soc. in cap. cum contingat num. 10. de for. compet. Hieron.

Iuriſdictionis genericè acceptæ diuiſio.

Hieron. Muſiorn. in tract.de iuriſdict. & imper. num. 12.& ſeq. nec diſſentit Petr. Gregor. Tholoſ.lib.47. Syntagm. iur.vniuerſ. cap. 21. num. 7. cum tribus ſeq. & licet ſub num. 10. aliam & ipſe diuiſionem iuriſdictionis in genere ſumptæ afferat, nimirum in pleniſſimam, plenam, & ſemiplenam, eam tamen ipſe quoque definit cum gloſ.& Bart. in d.l.1.quòd ſit † poteſtas de publico introducta cum neceſſitate iuriſdicendi, & æquitatis ſtatuendæ; quam etiam tradit idem Bart. d. l. imperium, & ibi Iaſ.& alij. Imperium verò diuiditur † in merum, & mixtum d. l. imperium vbi Bart. & cæteri communiter; & prout comprehendit vtrumque definitur à Bart.& aliis d.l. 1. & l. imperium, quòd ſit † iuriſdictio, quæ officio iudicis nobili exercetur. Merum imperium eſt iuriſdictio, quæ officio iudicis nobili, vel per accuſationem exercetur publicam reſpiciens vtilitatem. ita Pet. de Bellapert.& Bart.d.l.imperium, quem ſequuntur ibi ferè omnes, & Soc. d.cap. cum contingat num.11. Mixtum imperium eſt iuriſdictio, quæ officio iudicis nobili exercetur priuatam reſpiciens vtilitatem. ita Bart. d. l.imperium, quem communiter moderni approbant Guliel.Luueran.in Arbore Iuriſd.num.1.3. 4.5.& 29. Soc.vbi ſupr.num.2. & nouiſſimè Andr.Fachin.lib.9. controuerſ.iur.cap.95.circa initium, qui etiam docent, ideo dici mixtum, quia participat de mero imperio, quatenus officio iudicis nobili exercetur, ac de iuriſdictione ſimplici, quatenus priuatam reſpicit vtilitatem; hæc enim ſimplex iuriſdictio ab iiſdem Doct. definitur, quòd ſit † ea iuriſdictio, quæ officio iudicis mercenario exercetur priuatam reſpiciens vtilitatem. Vocatur autem † officium iudicis nobile quod actioni non ſeruit, mercenarium quod ſeruit, vt per Bart. Iaſ. Dec. & alios d.l. imperium Rip.l.1.C.de eden. Papienſ. in form.libel. in act.real. gloſ.quatenus ex officio veſtro num.1. & 2. Doctoréſq; paſſim: ducta enim vt cum Tholoſ.d.cap.21.num.10. & Papienſ. d. nu. 2.puto, metaphora à famulis, qui addicti præcepto eorum, quibus inſeruiunt, mercenarium officium iudicis dicitur, quod legũ formulis,& actionibus inſeruit, id eſt quòd nihil aliud poteſt, quàm legibus præſcribatur ſtatuendum in actione propoſita, cuius propriam naturam ſequi tenetur iudex, qui habere dicitur ſolam iuriſdictionem, l.ſed & quòd §.1.ff.quod met.cauſ.& ideo non dimittitur eius arbitrio l.2.§.nunc. ff. de eo quod cert. loc. & licèt in illa iuriſdictione adſit etiam modica coërctio,

3 *Eiúſque definitio.*

4 *Imperium, aliud meriũ, aliud mixtum: &*

5 *Quid vtrũque.*

6 *Iuriſdictio ſimplex quid ſit.*

7 *Officium iudicis aliud nobile, aliud mercenariũ & quid vtrumque ſit.*

Google

vel,vt alij loquuntur,coërcitio, vt l. 1.ff.de off.eius,cui mand.eſt iuriſd. & l.2.ff.de iuriſd.omn. iud. videlicet, vt iuri quis ſatisfacere cogatur, quia tamen præpondeat iuriſdictio imperio illi modico quod propter tutandam iuriſdictionem conceſſum eſt, atque adeo iuriſdictioni accedit, ideo iuriſdictio ei nomen ſuum,tamquam principale acceſſorio dat,non autem ab eo accipit iuxta l.acceſſorium cum ibi not.ff. de reg. iur. Et hoc officium iudicis mercenarium, vt ait Tholoſ. loc. cit. dici poterit ordinarium. Vt contrà quando imperium magis præualet in iuriſdictione,iuriſdictio imperium dicitur, quod ea magis accedat ad imperium.l.iubere ff.de iuriſd.omn.iud.vnde officium nobile antiqui interpretes illud nominarunt,quod ad imperium magis accedit, quia nobile ſit munus imperare, & poſſe extra formulas actionum,id eſt extraordinario iudicio, vel ſine actione à iure propoſita, quando æquum videbitur propter poteſtatem maiorem conceſſam ſtatuere extra ordinem, vt patet ex l.quod ſi minor §.fin.ff.de minor.l.qui bona §.qui damni ff. de dam. infect.l. 1.& tot.ff.de var.& extraord.cog. & aliis adductis per Papienſ.vbi ſupr.num.3. Et hoc officium iudicis extraordinarium, ſeu nobile illud eſt quod abſolutè officium iudicis dicitur l.officium autem ff.de rei vendic.& l. officio iudicis ff.famil erciſc.

8 Vt autem vnde vtiliter digreſſi ſumus, eò reuertamur, Merum imperium diuiditur † ſecundùm Bart.d.l.imperium in ſex gradus nimirum in maximum,maius,magnum,paruum,minus, & minimum,licèt Iaſ.ibid.& melius ponat tantùm quatuor,pro vno gradu conſtituens merum imperium maius, & magnum; ſicut etiam parum,& minus. Maximum eſt condere legem iuxta Bart.& alios d.l.imperium, licèt Fachin.d.lib.9.cap.94.in fin. poſt Zaſ. & alios contendat id non pertinere ad merum imperium, ſed ſimpliciter eſſe ex reſeruatis Principi, ſeu Regalibus, aliud exemplum eſt congregare Concilium generale ſecundùm Innoc. in cap.tranſmiſſam de elect. quia ſolus Papa poteſt congregare Concilium. gloſ. in cap. quod tranſlationem, de officio legat. & nos latiùs oſtendimus ſupr. cap.4. quæſt. 2. in princip.

Meri Imperij diuiſio eſt in maximum,maius &c.

Maximum quid.

Maius: Maius eſt adimere vitam corporalem, haberéque gladij poteſtatem ad animaduertendum in facinoroſos, de quo in d.l.imperium. *Magnum:* Magnum eſt imponere pœnam, per quam amittatur ciuitas,vel deportatio conſtituatur, gloſ. & Bart.d.l.imperium. *Paruum:* Paruum eſt relegare. gloſ.in l.nulli C. de ſent. & interloc.omn.

iud.

iud. & in §.relegare, inſtit.quib.mod. ius patr. pot.ſol. item flagellare, immò omnis pœna corporis afflictiua, l. ſi quid erit, ff. de officio proconſ. Minus eſt modica coercitio, quæ competit omnibus magiſtratibus, vt in l.magiſtratibus ff.de iuriſdictione omn. iud. & cognoſcere de leuibus criminibus l. leuia ff.de accuſat.Minimum eſt,per quod mulcta pecuniaria imponitur,l ſi. C.de mod.mulct.l. 1. cum ibi not.ff. ſi quis ius dic.non obtemp. l.2.C.de ſportul. *Minus, &* *Minimum.*

Mixtum imperium à Bart. d l.imperium ſimiliter † diuiditur in ſex gradus, maximum,maius,magnum, paruum, minus, & minimū, à Iaſ.verò in tres;iungit enim maius maximo,paruū magno, & minus minimo. Maximum eſt, quod ſoli Principi competit actus voluntarius concernens, vt dare veniam ætatis impetranti l.2.C. de his, qui ven. ætatis impet.interponere auctoritatem arrogationi l.2. ff. de adopt. & in emancipatione infantis l. fin. C. de emancipat. lib. & in legitimatione per reſcriptum, Auth. quib.mod. nat.effic. ſui collat.6. Maius eſt cognoſcere de ſupplicatione aduerſus ſententiam latam ab eo, à quo non poteſt appellari, quod ſoli Principi, & Præfecto prætorio conuenit l. 1.C.de ſent.præfect.præt. auth.quæ ſupplicatio C.de precib. imperat. offer. Magnum eſt cognitio earum cauſarum, quæ important plenam cauſæ cognitionem,& coërctionem realem,vel perſonalem, vt mittere in poſſeſſionem ex ſecundo decreto; reſtituere in integrum, expellere aliquem de poſſeſſione re ipſa hæc probatur in l. ea quæ,§. à magiſtratibus, ff. ad municip. Paruum eſt cognoſcere de cauſis, quæ habent plenam cognitionem, licèt non coërctionem realem, vel perſonalem; vt dare bonorum poſſeſſionem, quæ tribuit ius, pronunciare aliquem mittendum in poſſeſſionem ex ſecundo decreto,interponere auctoritatem in alienationibus, vel tranſlationib.ſuper alimentis. Et hi quatuor gradus mixti imperij non poſſunt delegari l.4.§.1.verſic.duas ff. de dam.infect. l. nec quicquam §. vbi decretum ff.de off.proconſ. Minus eſt dare bonorum poſſeſſionem ex edicto Carboniano, in poſſeſſionem mittere ſummariè cognoſcendo, & omnia requirentia cauſæ cognitionem tantùm ſummariam ſunt huius gradus, & poſſunt delegari l cognitio §. vt poſſeſſio ff. de off. eius, cui mand. eſt iuriſd. cum ſim. Minimum eſt eorum,quæ expediuntur abſque cauſæ cognitione, vt interponere auctoritatem manumiſſioni, & emancipationi; 9 *Mixti Imperij eadem qua Meri diuiſio, & quid vnumquodque.*

Digitized by Google

competeretque iſta iure magiſtratus, & ſic ſunt delegabilia l.2. in princ.ff.de off.ejus,cui mand.eſt iuriſd. Et hæc de imperio.

10 *Iuriſdictio ſimplex quomodo diuidatur aut ſit delegabilis.*

Iuriſdictio autem ſimplex & ipſa † diuiditur ſecundum Bart. in d. l.imperium in ſex gradus, maximam, maiorem, magnam, paruam, minorem, & minimam; at vero ſecundum eundem Bart.in l.placet.C.de pedan.iud. in tres, maximam, mediam, & minimam.Iaſ. in l.imperium & ipſe eam partitur in tres, dicens, quòd maior conſtituit vnum gradum cum maxima, parua cum magna, & minor cum minima. Maxima eſt, in qua vertitur res magni præiudicij, vt cauſæ liberales, & ſtatus, vt ingenuitatis, & libertinitatis, quæ iure actionis expediuntur, vt §. præiudiciales Inſtit.de act.& eſt ſpecies diſtincta ab aliis,quæ expediuntur officio iudicis, vt d. l.placet C. de pedan. iudic. & quia maxima, inquit Bart. non poſſunt delegari, & per magnos iudices debent explicari, vt d. l.placet nequit hæc ſpecies iuriſdictionis delegari. quod intelligo,vt ibi not. & explicat idem Bart. in l. ſi quis libertatem § planè ff. de pet.her. Maior eſt cum vigore ſententiæ latæ ſuper alia actione poteſt veniri ad cruciatum corporis, quia reus non poſſit ſoluere vt l.quicumque C. de ſer. fugit. & l.ſi quis iniuriam ff.de iniuriis. & hæc probat Bart. d.l. imperium & l.placet, quod non poſſint delegari, quia cõtinent coërctionem in corpus. Magna eſt vbi agitur de ſumma vltra 300. aureos, & hæc non competit niſi maioribus magiſtratibus §. & iudicare, auth. de defenſ. ciuit. coll. 33. & non poteſt delegari niſi propter occupationes, vel longam abſentiam, vt in l.placet & Bart.ibi & d. l. imperium vbi etiam Ang. & alij. Parua à 300. aureis & infra, vt d. §. & iudicare, & auth.de iud.§.audient. Et hæc poteſt delegari indiſtinctè,Bart.& alij d.l. imperium per illum text. Minor,& Minima à centum aureis & infra,in quib. ſi ordo iudiciarius obſeruaretur plus eſſet damni, quàm emolumenti, vnde in his ſummatim proceditur, Auth. niſi breuiores. C.de ſent §. ſi tibi auth. de mand. princ. & §.ne autem auth. de iudic. & iſtæ inquit Bart. d. l. imperium in fi. poſſunt delegari.

11 *Meri Imperij & ſimplicis iuriſdictionis quæ ſint.*

12 *Tortura.*

Illud denique eſt hoc loco adnotandum cum Iaſ. d. l. imperium nu.24. & Guliel. Luueran. declarat.arb. iuriſd. num.26.& duobus ſeqq. † quædam eſſe poſſe & meri imperij, & iuriſdictionis ſimplicis diuerſis tamen reſpectibus. Primò enim tortura † quando infligitur ad pœnam eſt meri imperij;& ſi in criminalibus imponatur ad veritatem eruendam eſt meri imperij ſecun-

ſecundùm Bart. in l. interdum 2. §. qui furem ff. de fur. ſi imponatur in ciuilibus, quia teſtes vacillant, eſt iuriſdictionis, vt in auth. de teſtib. §. ſi verò ignoti collat. 7. Secundò leuis coërcitio, † quæ imponitur ad pœnam leuis delicti, eſt meri imperij; 13
at in ciuilibus contra contumacem eſt ſimplicis iuriſdictionis *Leuis coërcitio.*
ſecundùm Ang. in l. magiſtratib. ff. de iuriſd. om. iud. & Iaſ. d. l. imperium. Tertiò incarceratio, † quæ fit de iure Canonico 14
ad puniendum delictum, eſt meri imperij, aliàs eſt ſimplicis iu- *Carceratio.*
riſdictionis ſecundùm Guliel. Alber. Bal. Salic. Alex. & Iaſ. d. l. imperium. Quartò Excommunicatio, † quando nimirum ex 15
publica cauſa imponitur contra rebelles, vel contumaces eſt *Excommunicatio.*
meri imperij, vt poſt Innoc. in cap. tranſmiſſam de elect. voluit Abb. in cap. cum contingat nu. 17. de for. compet. Sed ad inſtantiam paſſis conceſſa eſt mixti imperij ſecundùm Abb. d. nu. 17. ponentem caſum in cap. venerabilib. de ſent. excom in 6. Luueran. ſupr. nu. 28. poſt Iaſ. d. l. imperium. Quintò appellatio † in 16
cauſa criminali eſt meri imperij, in ciuili eſt iuriſdictionis, vel *Appellatio.*
mixti imperij.

His poſitis prima concluſio ſit. Conſeruatoribus † regula- 17
riter non competit niſi iuriſdictio ſimplex, & mixtum, non autem merum imperium. Probatur hæc concluſio; nam licèt iuriſdictio in genere ſumpta comprehendat ſub ſe tam ſimplicem iuriſdictionem, quàm etiam merum, & mixtum imperium; tamen cum ſimpliciter, & abſolutè conceditur alicui iuriſdictio, regulariter vel non venit niſi iuriſdictio ſimplex, vt poſt Ang. & Iaſ. in d. l. imperium. illum col. 3. hunc verò col. 6. tenet auctor ille non contemnendus definitionum, ac declarationum arboris iuriſdictionum, quæ declarationes leguntur initio 2. lib. ff. vet. cuius tamen arboris loco iniuria vt reor librariorum poſita fuit arbor interdictorum. Ang. quoque refert, & ſequitur Gregor. Tholoſ. d. lib. 47. Syntagm. iur. vniuerſ. cap. 21. nu. 12. licèt Ang. *Conſeruatoribus regulariter competit iuriſdictio ſimplex, & mixtum nõ merum imperium.*

hoc non dicat, ſed ſolùm, quòd conceſſo caſtro cum iuriſdi- 18
ctione non tranſit poteſtas condendi legem, quod eſt meri imperij maximi, vt vidimus; vel potiùs † venit etiam imperium mixtum, non autem merum. quorum poſtremum probatur tum rationib. Iaſ. quæ id ſolùm concludunt; tum ex cap. licèt, de off. vicar. in 6. vbi dicitur, quòd licèt in officialem Epiſcopi per commiſſionem officij generaliter ſibi factam cauſarum cognitio transferatur, poteſtas tamen inquirendi, corrigendi, aut pu- *Iuriſdictione conceſſa venit iuriſdictio ſimplex, & mixtum nõ merum imperium.*

niendi

niendi exceſſus non transfertur, niſi ſibi ſpecialiter hoc committatur; quæ quidem meri imperij eſſe conſtat ex iis, quæ iam ſuppoſuimus; tum ex l.fin.mox citan. Primùm verò patet tum ex communi ſententia, de qua d.auctor, & laudata per Menoch. de præſumpt.lib.3. præſumpt.97. nu.40. & Couar. pract. quæſt. cap. 1. nu. 10. in fin. tum etiam quia mixtum imperium eſt, cui etiam iuriſdictio ineſt d. l. imperium, & mandata iuriſdictione priuato etiam imperium, quod non eſt merum, videtur mandari l.fi.ff.de off.eius, cui mand.eſt iur. Id autem ita intelligendum, modò non ſint tales actus mixti imperij, qui requirunt plenam, & perfectam ordinariam iuriſdictionem, vt paulò poſt dicemus.

19 *Niſi Princeps cōceſſiſſe pleniſſimam iuriſdictionem: ſed*

Præterea temperandum erit, † niſi Princeps conceſſiſſet pleniſſimam iuriſdictionem. ita Iaſ. & Tholoſ. loco cit. tunc enim cenſebitur conceſſiſſe tam merum, quàm mixtum imperium, arg.l.ſi in aliquam § cum pleniſſimam vbi gloſ. Bal. & alij ff. de off.Proconſ.& leg.idem ſi omnimodam iuriſdictionem dediſſet per gloſ.in Clem. 1. verbo, omnimodam de for.compet. quam præter Doct.ibi commendat etiam Abb.in cap.conqueſtus eod. tit.& alij relati pariter ac laudati à Menoch.d. præſumpt.97.nu. 34.

20 *tunc nō veniunt Principi reſeruata.*

Excipienda tamen † ea ſunt, quæ ſunt Principi reſeruata, vt condere legem, adimere vitam corporalem, legitimare & alia quæ ſupr. commemorauimus iiſque ſimilia de quib cap. 1. & cap.quod tranſlationem mox citan. Roman.& alios d.l.imperium; hæc enim quæ Principis propria ſunt,

21 *Principis propria quādo veniant in conceſſione iuriſdictionis aut imperij.*

† in conceſſione iuriſdictionis, aut etiam imperij per verba quantumuis vniuerſalia, & prægnantia non contineri, niſi exprimantur, certiſſimi iuris eſt, vt per Bart. in l.fideicommiſſa §.ſi ſeruo ff.de leg.3.cap. 1. in princ. quæ ſint regal. cap. quod tranſlationem de off. leg. cum ibi not. & latè traditis per d.Menoch. d.præſumpt 97. nu. 40. Niſi apertè in conceſſione iuriſdictionis aliqua, quæ ſunt imperij etiam regalia reſeruaſſet; tum enim cætera regalia conceſſa intelligerentur per ea, quæ tradit Menoch.d.præſumpt.97. nu. 37. & 42. aut ſi aliqua reſeruata in conceſſione expreſſiſſet adiecta mox clauſula generali (& omnia alia, quæ nos poſuimus, etiam ſi mandatum, ſeu priuilegium exigant ſpeciale) nam tum ille omnia poterit etiam reſeruata per ea, quæ ex textu in cap. qui ad agendum, §.1.de procur.in 6.tradunt gloſ.& alij d.cap.licèt, quod tamen intelligendum eſt, vt poſſit ſimilia, vel minora expreſſis, non maiora, vt ibi inter cæteros notauit Franc. & eſt

optimus

Digitized by Google

optimus text. in clem. non poteſt, eod. tit. Deinde principaliter limitandum id eſt, niſi Princeps huiuſmodi iuriſdictionem in feudum, vel etiam pleno iure alicui concederet; nam cum tum non vſum tantùm, ſed dominium quoque ſaltem vtile transferret, cenſeretur etiam merum, ac mixtum imperium dare, vt voluit Fel. & alij cap. quod ſedem, de off. ord. & probat Fachin. lib. 8. controuer. iur. cap. 69.

Denique temperandum id erit in modica coërctione non modo ea, quæ cohæret ſimplici iuriſdictioni ad tuendam iuriſdictionem ſuam, & exequendum quod decreuerit l. 1. §. qui mandatam, in fin. & l. fin. ff. de off. eius, cui mand. eſt iuriſdict. cum vtrobique notat. Sed etiam ea, quæ ſuprà poſita eſt in duobus vltimis gradibus ex ſex, vel vltimo ex tribus meri imperij, & competit omnibus magiſtratibus, l. magiſtratibus ff. de iuriſd. omn. iud. l. fin. C. de mod. mulct. cum aliis ſuprà adductis. Verùm cum hanc Conſeruatores † exercere nequeant, niſi 22
ad priuatam vtilitatem, eorum nimirum, qui ei commiſſi ſunt defendendi, non autem publicam, vt patet tum ex formulis ipſis Conſeruatorum ſupr. cap. 2. quæſt. 2. relatis, tum ex d. cap. 1. & fin. de offic. delegat. in 6. & Concil. Trident. d. ſeſſ. 14. cap. 1. dum ſtatuit, vt in criminalib. & mixtis cauſis quilibet conueniatur regulariter coram loci ordinario non obſtantib. litteris Conſeruatoriis; Coërctio videtur potiùs in hoc caſu ad mixtum imperium continere. Hanc tamen rem latiùs diſcutiemus infrà hoc eod. cap. quæſt. 4. Iuxta id porrò, quod ſtatim ante hanc concluſ. & hac ipſa concluſ. tradidimus de iuriſdictione, & imperio, quod habet Conſeruator, accipiendum eſt quod ait Innocent. dict. cap. ſtatuimus, quod eſt idem cum cap. 1. de offic. delegat. in 6. cui conſentiunt plerique Doctor. ibid. & Neuiz. conſil. 35. num. 2. iuriſdictionem Conſeruatorum eſſe quaſi merum imperium, & ſupremum inter omnes iuriſdictiones.

Coërctionē exercet Cōſeruator ad publicā vtilitatem.

Ex hac verò principali concluſione infertur primò, quid dicendum ſit † de illa quæſtione, An Conſeruator poſſit impo- 23
nere pœnam, per quam amittatur ciuitas, vel deportatio conſtituatur; aut etiam relegare, flagellare, vel aliam pœnam corporalem infligere; cum enim hæc ſint meri imperij, & modicam coërctionem excedant, vt ſupr. ex Bar. & aliis ſuppoſuimus, ſequitur, ea non eſſe Conſeruatori permiſſa.

Conſeruator an valeat pœnam imponere.

Digitized by Google

24 *Legẽ cõdere, vel edicta pœnalia proponere nequit Conſeruator.* Infertur ſecundò non poſſe Conſeruatorem † legem condere; ſed neque banna, ſeu edicta pœnalia proponere; nam legem condere meri imperij eſt, vt ſupr. ex Bart. & aliis docuimus, quod idem de bannis, & edictis pœnalibus docet Natta conſ.636 nu.77. vol.3. in quo conſilio multa circa merum imperium, & iuriſdictionem vtilia tradit.

25 *Mixtũ imperiũ quoad actus Principi reſeruatos non competit Cõſeruatori:* Infertur tertiò non poſſe quoque Conſeruatorem † exercere actus mixti imperij non modò Principi reſeruatos, cuiuſmodi ſunt legitimare, emancipare infantem, & alia facere, quæ cum Bart. in maximo gradu mixti imperij poſuimus, aut cognoſcere de ſupplicatione aduerſus ſententiam latam ab eo, à quo non poteſt appellari, quod cum eodem in gradu maiori locauimus, per ea, quæ paulò ante hac ipſa concluſ. circa medium adduximus; ſed etiam † qui requirunt veram, & perfectam iuriſdictionem ordinariam, quique neceſſarij non ſunt ad conſeruationem ſibi commiſſorum, & iuriſdictionis, neque exercitium; & ſpectant ad iuriſdictionem voluntariam, non autem contentioſam; cuiuſmodi eſt interponere auctoritatem in alienationibus bonorum minorum, vel Eccleſiæ, manumiſſionib. emancipationibus puberum, tutorum dationibus, adoptionibus, donationum inſinuationibus, & aliis ſimilibus; cum regulariter Conſeruator neque ſit propriè ordinarius, ſed æquiparetur in aliquib. habenti ordinariam iuriſdictionem, vt paulò poſt demonſtrabimus; & datus ſit ſolùm ad tuendum aliquem à manifeſtis iniuriis, & violentiis, vt d. cap. 1. & fin. de offic. delegat. in 6. vel ſi ex priuilegio eius facultas in fauorem ſingularium perſonarum, & aliquorum etiam piorum locorum amplietur, adhuc non extenditur, niſi ad ea, quæ requirunt iudicialem indaginem, vt patet ex pleriſque formulis Conſeruatoriarum, quas ſupr. c. 2. quæſt. 2. retulimus.

26 *nec quoad requirentes perfectã iuriſdictionem ordinariã: niſi*

27 *contineatur in litteris eſſe loco Ordinarij, vel perſona defendenda eius iuriſdictioni non ſubdatur.* Fateor tamen, † quòd ſi ita priuilegiata ſit facultas Conſeruatoris, vel perſona ſiue vera, ſiue ficta, ad cuius fauorem ea conceditur, vel Conſeruator declaretur eſſe loco ordinarij iudicis, vt videre eſt in litteris Conſeruatoriis pro Societate Ieſu, quas poſuimus d. quæſt. 2. vel d. perſona omnino eximatur ab omni iuriſdictione, ac ſuperioritate loci ordinariorum, vt legitur in litteris priuilegiorum Ordinum Mendicantium, præcipuè Prædicatorum à Pio V. conceſſorum, quorum verba quatenus ad hanc rem faciunt, retulimus ſupra cap. præced. quæſt. 3. atque etiam priuilegiorum

Digitized by Google

Pij I V. ad fauorem religionis Hieroſolymitanæ, quorum meminimus eod.cap. quæſt.4. tunc poterit talis Conſeruator iuriſdictionem in iis omnibus exercere, quæ Principi, ſeu Pontifici reſeruata non ſunt, ne aut fruſtratoria ſit huiuſmodi conſtitutio ordinarij loco, vel exemptio ab omni iuriſdictione ordinarij loci, & ſubiectio Romano Pontifici, aut cum ordinario deſtitutus ille ſit, cui tale priuilegium conceſſum fuerit, deterioris ſit hiſce in rebus conditionis, quàm qui huiuſmodi caret priuilegio, atque adeo quod in fauorem inductum fuit, in odium retorqueatur, contra vulgatas iuris regulas. Id verò ita demum procedit, vbi in iis caſibus non verſemur in quib. Trid.Concilium regulares, & alios quoſcumque exemptos locorum ordinariis, & eorum iuriſdictioni ſubiectos eſſe voluit, non obſtantibus quibuſcumque priuilegiis, & exemptionibus, quos præcipuè habes ſeſſ. 6. cap. 3. ſeſſ 7. cap. 14. & ſeſſ. 14.cap. 4. & 5. ſeſſ.24. cap.11. de refor.& ſeſſ.25.de regular. ferè per totum.

Cæterum his circumſcriptis, (idque 4. Illat. loco ſit,) poterit † quilibet Conſeruator ea omnia facere, ſine quibus iuriſ- 28
dictio ſibi demandata nequit exerceri; nam cui iuriſdictio data *Conſeruator*
eſt, ea quoque conceſſa eſſe videntur, ſine quib.iuriſdictio ex- *quæ poſſit.*
plicari non poterit l.2.ff.de iuriſdict. omn.iud. cap. præterea, & cap.ſuſpicionis de off.deleg. cum ſuis concord. ibid. per gloſ. & Doct. allegatis. vnde non modò citare † poterit, & in poſſeſ- 29
ſionem mittere, vt ſaltem in delegato Principis admittunt glo. *Citare, in*
& Doct.d.l.2.ſed etiam † dare curatorem ad litem iuxta l.1.C. *poſſ.mittere,*
qui pet.tut. vel curat. l.qui habent §.ſi pupillus,& §.fin ff.de tu- *&*
tel.& §. item inuiti. Inſt. de curat. cum ibi notat. & ſuis ſimilib. 30
aliiſque adductis per Borgn. tract. de tutor. & curat.nu.282. & *dare cura-*
duob.ſeqq. dare enim curatorem ad litem, cum ſit quid acceſ- *torē ad litē*
ſorium litis, ad eum iudicem ſpectat, qui eſt iudex ipſius litis, *poteſt Con-*
vt per text. in l. fin. C. de adminiſtr. tutor. Et alia in ſpecie ſatis *ſeruator.*
probat Rot. Rom. deciſ. 5. de iudic. in antiquior. ſeu Biſignet. per totam. Poterit etiam † reſtituere in integrum, cum id ſit 31
mixti imperij, & ad cauſæ expeditionem neceſſarium, vbi hoc *Poteſt reſti-*
remedium de iure competat, nec Principi reſeruatum; quin *tuere in in-*
immo nec iudicis ordinarij proprium ſit, ſed delegatis quoque *tegrū Con-*
præcipuè Principis, conueniat vt conſtat ex l.fin.C.vbi,& apud *ſeruator.*
quem & pluribus comprobat ex communi reſoluens D. Stort. d.d.tract.de reſtit.in integ. quæſt. 32. art.6. docétque Maurit.

Digitized by Google

Dolan.eod.tract. cap.35. & ſeq. & Franc. Cald. in interpret.l.ſi curatorem habens C.de in integr. reſtit. min. verbo implorandum num. 17. & ſeq. vbi in ſpecie idem tradit in Delegato Papæ, ídque vel ex eo patet, quòd nomine Principis venit etiam Papa & quod Imperatori ac Principi ſæculari competit in proprio foro, conuenit & Papæ in ſuo; quo etiam argumento vtitur Pontifex ad oſtendendum Delegatum Papæ poſſe ſubdelegare in cap.paſtoralis, & cap.fin.in princ.de off.deleg. Non poterit tamen † reſtituere in integrum aduerſus propriam ſententiam difinitiuam, cum iam dicatur functus officio ſuo, vt optimè adnotauit Cald.loc.cit. & colligitur ex d.l.fin.quod autem dictum eſt de Delegato Papæ, ſtatuendum etiam fore in Subdelegato, vt reſtituere in integrum poſſit, voluit Fulgoſ.d.l. fin.per l.à iudice C. de iud. vbi delegatus Principis comparatur ordinario. Contrarium tamen † ipſe tutius puto. Cum Odd. d.cap.6.in fin. Alex.in l.1.num.53. ff.de off.eius, & Caſtor. d.l. fin.num. 4. vbi text. ſecundùm gloſ. dicit, quòd reſtituere non poſſunt delegari à non habentib. propriam iuriſdictionem, qualis, inquit ibi Odd. eſt etiam Delegatus à Principe. quòd ſi quis vrgeat, immo Conſeruatorem cum comparetur ordinario, vt infr. concluſ. 13. oſtendemus, videri habere propriam iuriſdictionem, atque adeo ab eo delegatum poſſe in integrum reſtituere: reſpondeo primò Conſeruatorem non eſſe propriè ordinarium regulariter loquendo, neque habere iuriſdictionem ſibi propriam, ſed verè, & ſimpliciter delegatam, vt dicemus concl.ſeq. licèt in aliquib. æquiparetur ordinario, vt videbimus infrà concl.3. Deinde reſpondeo, id, quod dicit hac in re Imperator d.l. fi. melius explicari à ſummo Pontifice in cap.cauſa, de in integr. reſtit. vbi ſtatuit delegatos ab ordinariis qui non habent adminiſtrationem, reſtituere non poſſe. Certum eſt autem Conſeruatorem non habere adminiſtrationem, vt facilè colligi poteſt ex his, quæ ibi tradit gloſ.1.& 3.& poſt eam Doct. Poterunt tamen fortaſſe huiuſmodi ſubdelegati ſeu Subconſeruatores concedere hanc reſtitutionem ſuper incidenti, vt ſatis patet ex d.cap.cauſa, dum concedit huiuſmodi delegatis ab ordinariis adminiſtrationem non habentibus, quales eſſe videntur Conſeruatores ex traditis præcipuè per d.gloſ.3.in princ.vt cognoſcere poſſint de cauſa reſtitutionis in integrum, ſi coram eis mota fuerit incidenter.

32 Non reſtituit in integrũ Conſer. contra propriã ſententiam diffinitiuam:

33 nec ab eo ſubdelegatus.

Infertur

Infertur quintò, poſſe Conſeruatorem † ea omnia facere, & cognoſcere quæ ad ſimplicem iuriſdictionem contentioſam pertinere ſuprà ex Bart. & aliis ſuppoſuimus; nam cum nihil ex iis reperiatur Principi reſeruatum, conceſſa ſimpliciter, & abſolutè huiuſmodi ſimplici iuriſdictione, nulli dubium eſſe poteſt, quin omnia poſſit, quæ ad illam ſpectant, cap. præterea, de offic. delegat. cum ſimil. cum maximè ex eius vſu nullum abſurdum ſequatur. 34 *Poteſt Conſeru. omnia quæ pertinẽt ad iuriſdictionem cõtentiuſam.*

Infertur denique, vt † licèt nequeat Conſeruator excommunicationem ferre ob publicam cauſam, cum id meri imperij, ſit vt ſupr. ſuppoſuimus, quod in Conſeruatorem non tranſit, vt initio huius concluſ. oſtendimus; poterit tamen ob priuatam vtilitatem, cum tunc ſimplicis iuriſdictionis, vel mixti imperij ſit, vt ibid. ſuppoſuimus, & latiùs demonſtrabimus infrà hoc ipſo cap. quæſt. 7. cum iis tamen moderationibus quas ibidem afferemus, & ea forma ſeruata, de qua cap. ſeq. quæſt. 2. Interim verò ad alias huius quæſtionis concluſiones veniamus. 35 *Excõmunicare non poteſt Conſeru. ob publicam vtilitatem, ſed priuatã.*

Secunda concluſio. Regulariter loquendo † iuriſdictio Conſeruatorum eſt ſimpliciter, & abſolutè delegata. Probatur hæc concluſio primò auctoritate Doctorum, qui id in ſpecie tradiderunt. Id enim voluit gloſ. 2. d. cap. 1. & ibi Archid. nu. 1. Io. An. num. 2. Franc. num. 3. Butr. num. 4. Gemin. nu. 5. Anchar. ibid. num. 2. & cap. fin. num. item 2. Euerar. in loc. legal. à Rubr. num. 5. Mandoſ. in Prax. ſig. grat. verbo, Conſeruatoria, verſic. Conſeruatores dicuntur. Fuſc. de viſit. & regim. eccleſ. lib. 2. cap. 23. num. 3. Gregor. Tholoſ. lib. 47. Syntagm. iur. vniuerſ. cap. 22. num. 23. S. Anton. 3. part. ſum. tit. 9. cap. 4. §. 2. Anchar. conſ. 132. num. 1. in fin. Iaſ. conſ. 145. num... vol. 4. Ruin. conſ. 3. num. 1. vol. 4. Io. Neuiz. conſil. 35. num. 9. Nauar. conſil. 3. num. 1. ſub tit. off. deleg. nouiſſimè Io. Bapt. Confett. in ſæpiùs allegato ſummar. mater. priuil. ord. mendic. tit. 4. cap. 7. in princ. & Io. Azor. Inſtit. mor. part. 2. lib. 5. cap. 34. circa initium, & alij quotquot aliquid de Conſeruatorib. ſcripſerunt. Deinde ratione gloſ. d. cap. 1. Euerar. d. num. 5. Mandoſ. d. verſic. Conſeruatores. Nauar. d. nu. 1. quam etiam nos attulimus, & comprobauimus ſuprà cap. 2. quæſt. 2. quia nimirum materia Conſeruatorum ponitur à ſummo Pontifice ſub tit. & rubr. de off. deleg. Tertiò ratione quam Io. An. Anchar. Gemin. & alij afferunt d. cap. 1. quoniam iuriſdictio ordinaria non expirat morte 36 *Cõſeruatorũ iuriſdictio eſt ſimpliciter delegata.*

Digitized by Google

mandantis etiam quoad non cœpta, cap 2. de off. delegat. in 6. cum ſimil. cum tamen iuriſdictio, & officium Conſeruatoris quoad non cœpta per obitum concedentis expiret vt expreſsè cauetur d. cap. fin. §. officium autem, de off. deleg. in 6.

Tertia Concluſio. Conſeruatoris iuriſdictio, licèt delegata
37 ſit, † æquiparatur tamen ordinariæ, & ipſe Conſeruator ordinario comparatur tamquam delegatus ad vniuerſitatem cauſarum.

Iuriſdictio Conſeruatoris æquiparatur Ordinariæ.

Quamuis enim contrarium tenere videatur Io. An. Gemin. Anchar. Butr. & Franc. loc. cit. dum aſſerunt Conſeruatoris iuriſdictionem eſſe delegatam, non autem ordinariam & Capel. Tholoſ. deciſ. 38. dum ait, Conſeruatorem non poſſe de nullitate ſuæ ſententiæ cognoſcere, quod tamen poteſt ordinarius, & delegatus ad vniuerſitatem cauſarum, qui æquiparatur ordinario, vt mox dicemus. Satis verò id voluit Franc. in cap. cum cauſam, num. 27. de appell. & idem Anchar. d. cap. fin. num. 2. verſ. quintò not. & expreſſiùs D. Iacob. Menoch. libr. 1. de arbitr. iud. quæſt. 67. num. 63. dum ait, Conſeruatorem non eſſe delegatum ad vniuerſitatem cauſarum, quem ordinario æquiparari mox oſtendemus, ſed ad certum genus cauſarum, idque ob eam rationem quòd Conſeruatores non dentur ad omnes cauſas vnius territorij, ſed vnius generis perſonarum; cui ſimilis eſt ratio, quam affert Anchar. d. cap. fi. num. 2. verſic. quintò nota, & arguendo etiam Io. Neuiz. d. conſ. 35. num. 13. quoniam quando committuntur omnes cauſæ certarū perſonarum, puta quæ verti poſſunt inter Titium, & Sejum, huiuſmodi commiſſio generalis quoad cauſas non repræſentat iuriſdictionem ordinariam, quia, inquit Anchar. ſolum territorium hoc facit arg. l. fin. C. vbi, & apud quem, Gul. de Cun. in l. à iudice C. de iud. quem ibi ſequuntur. Bal. Salic. & Caſtr. Præpoſ. in cap. cum cauſam col. pen. Franc. num. 28. de appel. Alex in l. ſolent. ff. de iuriſdict. omn. iud. Butrig. & Bal. in l. more maiorum, & l. & quia, ff. de iuriſdict. omn. iudic. Tamen con-
38 cluſionem noſtram quòd nimirum Conſeruator æquiparatur ordinario tamquam delegatus ad vniuerſitatem cauſarum, quem † ordinario in pleriſque ſaltem æquiparari, certum eſt ex gloſ. in cap. cum cauſam, ibique Præpoſ. Franc. Dec. & cæteris, de appellat. alia gloſ. in l. à iudice, vbi Iaſ. num 8. & aliis adductis per Vant. de nullit. ſent. tit. coram quo null. prop. poſſ. num. 17. & Iacob. Sbroz. de Vicar. Epiſc. lib. 1. quæſt. 22. num. 12. & ſeqq.

Delegatus in pleriſque ad vniuerſitatē cauſarū Ordinario æquiparatur. &

Digitized by Google

& ſeqq. & D.Menoch. d. quæſt. 67. num. 52. vſque ad 57. vbi cum duob. ſeqq. ex Franc. d. cap. cum cauſam, Dec. & aliis tradit, & optimè huiuſmodi delegatum ad vniuerſitatem cauſarum † in aliquib. etiam differre ab ordinario, & conuenire 39
cum delegato ad vnam cauſam, præcipuè verò in duob. nimirum, quòd ſi ſemel nulliter iudicauit non poſſit iterum iudicare, quódque eius iuriſdictio expiret morte delegantis; licèt quoad primum contrarium ex aliis plurib. teneat ipſe D. Menoch. d. quæſt. 67. num. 47. & 57. cum ſeq. vnde colligere poſſumus, idem concedendum fore Conſeruatori, maximè cum ſit delegatus Principis, qui id poteſt, vt ſatis probat idem Menoch. d. quæſt. 67. num. 43. & ſeq. licèt ibid. referat alios contra ſentientes. quoad ſecundum Franc. ſibi ipſi contrarius videatur tam d. cap. cauſam num. 27. & 29. quàm d. cap. fin. §. officium num. 2. niſi eum ita ſibi conciliemus, vt d. num. 27. & 2. loquatur ſolum quoad negotia non cœpta, num. autem 29. Simpliciter, & re omnino integra, vbi numquam vſus ſit iſte delegatus ad vniuerſitatem iuriſdictione ſua, prout verè ita loquitur dd. locis. Adde tertium, quòd à ſubdelegato delegati ad vniuerſitatem cauſarum non appellatur ad delegantem, ſed ad ſuperiorem. gloſ. in cap. dilecti il 3. & ibi Franc. num. 31. Bal. Abb. & alij. Cæteros verò caſus tradunt Doct. tum d. cap. cauſam de matrimonij de off. deleg. cap. cùm cauſam de appel in l. 1. ff. quis & à quo, & d. l. à iudice C. de iud. Hanc, inquam, noſtram concluſionem ſatis tenuit Aufer. in addit. ad Capell. Tholoſ. d. deciſ. 38. apertè verò, & in ſpecie Franc. & Gemin. d. §. officium, num. 2. initio. Io. Neuizan. d. conſ. 35. num. 10. Nauarr. d. conſ. 3. num. 2. & 3. ac nouiſſimè Io. Bapt. Coſt. tract. de re integr. diſt. 64 num. 3. & Io. Bapt. Confett. in ſæpiùs alleg. ſummar. mater. priuileg. Regul. tit. 4. cap. 7. in princ. & verſic. præterea Conſeruator, in primis verbis. Et probatur ex eo, quòd † delegatus ad vniuer- 40
ſitatem cauſarum is dicitur, cui ſub vno vniuerſali verbo commiſſæ ſunt cauſæ, l. 1. ff. quis, & à quo appell. vtputa, ſi mandentur lites, & controuerſiæ illæ omnes, quæ contigerint agitari inter mercatores ciuitatis, vel inter clericos, vt ex gloſ. d. l. 1. verbo, ab eo, ff. quis, & à quo appell. Iaſ. d. l. à iudice, num. 8. poſt Bal. & Salic. ibid. & alios reſoluunt Thom. Sanch. tract. de matrim. lib. 3. diſput. 31. num. 4. D. Menoch. d. quæſt. 67. num. 48. vbi etiam poſt gloſ. in l. ſolet. verbo, ſpeciem, ff. de iuriſdict. omn.

in aliquibus differt ab eo, & conuenit cum delegato ad vnam cauſam.

Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum quis dicatur.

Digitized by Google

omn. iud. Bal. & Salic. d. l. à iudice illum num. 4. ſupr. col. 2. Caſtr. l. 2. num. 3. ff. de off. eius, Soc. ſent. l. more. num. 41. Iaſ. num. 8. ff. de iuriſdict. omn. iud. Franc. d. cap. cum cauſam, col. pen. ſeu num. 27. & Curt. iun. conſ. 2. num. 6. docent idem eſſe, quando alicui delegantur cauſæ omnes vnius territorij, infértque Menoch. num. 50. Vicarium Foraneum dici delegatum ad vniuerſitatem cauſárum, cum de cauſis clericorum vnius diœceſis, vel pactis illius cognoſcat, & iudicet, vt per Doct. in clem. 2. de reſcript. latéque probat Sbroz. d. lib. 1. de Vicar. Epiſcop. quæſt. 20. & 22. num. 7. Thom. Sanch. tract. de matr. lib. 3. diſp. 29. num. 10. Negari autem non poteſt, quin Conſeruatoribus ſub nomine vniuerſali delegentur cauſæ omnes, non autem certum genus cauſarum, neque contra certas perſonas, ſed ſolùm ad fauorem certi generis perſonarum, aut etiam certæ perſonæ contra quoſcumque inferentes iniurias, aut violentias iis, qui tales Conſeruatores impetrarunt, vnde ceſſat quod obiiciebat Anchar. de commiſſione cauſarum omnium vertentium inter Titium, & Seium, vt non repræſentet ordinariam iuriſdictionem; quod etiam voluit Fel. dict. cap. cum cauſam, num. 28. & alij, quos refert, ac ſequitur Sanch. dict. libr. 3. diſputat. 31. num. 4.

41 Præterea vbi etiam admitteremus, quòd † iuriſdictio ordinaria requireret commemorationem territorij, quod ſolùm volunt Franc. d. cap. cum cauſam num. 28. de appell. & alij nonnulli ex Doct. in contrarium allegatis, cuius tamen contrarium voluerunt Bart. & alij l. 1. ff. de iuriſdict. omn. iud. & plurib. relatis comprobarunt Io. Neuiz. d. conſ. 35. num. 13. Card. Iacobat. tract. de Concil. lib. 5. art. 8. num. 45. Thom. Campeg. in ſimili tract. cap. 23. num. 4. & nouiſſimè Sanch. d. num. 4. ac Ludolph. Schrader. tract. de feud. part. 10. ſect. 3. concl. 1. quæſt. 6. num. 83. cum duob. ſeqq. quibus non obſtat text. in l. fin. C. vbi, & apud quem, quem allegant Innoc. & Anchar. nam ſolùm ad rem dicitur adminiſtrationi cohærere iuriſdictionem; hoc eſt, quòd, qui habent territorium, habent & iuriſdictionem, non tamen dicitur, quòd ij ſoli; quamuis & nomen adminiſtrationis, cum plures habeat ſignificationes, aliter fortaſſe ibi ſumatur quàm pro territorio. Bart. verò d. l. à iudice, quem allegat Franc. nihil de hac re, ſed voluit fortaſſe allegare d. l. fin. vbi hoc velle videtur, tamen ſubobſcurè; nam vult etiam ordinarium eſſe poſſe

Iuriſdictio ordinaria an requirat commemorationem territorij.

poſſe ſine territorio, vt in cartulariis iudicib. & l. 1. ff. de iuriſd. omn. iud. generaliter vult, iuriſdictionem non cohærere territorio; vbi inquam id quoque admitteremus, adhuc dici poteſt cum Neuiz. d conſ. 35. num. 10. & 13. vel id procedere solùm in vera, ac ſimplici ordinaria iuriſdictione, quam nos Conſeruatoribus non tribuimus, ſed ſolùm per æquiparationem; vel certè ſatis dici † in iis deſignari territorium, vt patet, tum ex 42
formulis Conſeruatoriarum, tum ex diſpoſitione d. cap. fin. vbi cauetur, ne Conſeruatores aliquem trahant vltra vnam dietam à fine ſuæ diœceſis, vt enim ait Bart. d. l. 1. ff. de iuriſdict. omn. iud. quem ſequuntur Add. ad Fel. in cap. Rodulphus nu. 15. ideo dicit iuriſdictionem cohærere territorio, quia terminatur territorio; vel denique dici poteſt cum Neuiz. d. conſ. 35. num. 9. & 14. quòd, cum Conſeruatores gerant vices Papæ, à quo dati ſunt, vt eam ſemel admonuimus, & probant inter alios Anchar. & Ruin. ille conſ. 132. hic conſ. 3. vol. 4. qui quidem habet iuriſdictionem ordinariam per mundum nullo limitatam territorio, cap. cuncta per mundum il. 1. quæſt. 3. cum ibi not. & ſuis ſimil. aut non requiritur ad Conſeruatorum iuriſdictionem quaſi ordinariam conſtituendam vllum territorium, aut pro territorio totum orbem habet; prout dicendum eſſet; niſi ea in d. cap. fin. limitata fuiſſet, vt ſuperius dictum eſt, ad vnam dietam, & per reſcriptum, vel litteras Conſeruatorias aliquando ad duas, aliquando ad tres dietas à fine diœceſis eorum, qui vocandi ſunt, non reſtringeretur. Denique hoc ipſum, quòd Conſeruator æquiparetur ordinario, optimè colligitur ex l. 1. iuncta gloſ. C. de iuriſdict. omn. iud. vbi habetur, prorogari poſſe iuriſdictionem procuratoris fiſci, qui cognoſcit ſolùm inter fiſcum, & priuatos l. 1. & 2. C. ſi aduerſ. fiſc. de perſona ad perſonam, quod non permittitur ſimplici delegato, c. P. & G. de off deleg. vt latiùs dicemus infr quæſt. 8. Et ex his ſatis, vt reor, factum iis, quæ in contrarium allata ſunt, ſimúlque confirmata manet hæc noſtra cenclusio ſuperiùs firmata, Conſeruatorem tamquam delegatum ad vniuerſitatem cauſarum ordinario in pleriſque æquiparari, quod multo magis dicendum erit, vbi litteræ Conſeruatoriæ pro iis dentur, qui iam exempti ſunt ab omni iuriſdictione ordinarij locorum, vel Conſeruatores nominatim dentur tamquam ordinarij iuxta ea, quæ diximus concluſ. 1. præced. illat. 3. Reliquum nunc illud eſt, vt ex ea

Territorium quomodo habeat conſeruator.

Gg

nonnulla non inutilia inferamus.

Infertur ergo primò, quòd duobus Conſeruatoribus ad fauorem vnius perſonæ, aut loci etiam ſimpliciter datis, † alter ſine altero poterit procedere, quaſi vterque datus in ſolidum cenſeatur; licèt enim datis ſimpliciter duobus delegatis ad vnam cauſam, ita cenſeantur ſimul delegati, vt vnus ſine altero nequeat validè procedere, aut ſententiam ferre, cap. cum cauſa.cap. cauſam matrimonij, cap prudentiam, & cap.pen. de off.deleg. vbi Abb. & cæteri id adnotarunt, cum ſuis concord. tamen ſecus dicendum eſt in duobus, aut pluribus ad vniuerſitatem cauſarum delegatis etiam ſimpliciter, ex communi ſententia, cui ſatis adhæret gloſ. in l. ſi vni, aliàs incipit, Pomponius, ff.de re iudic. quam tenet expreſsè Bart.ibi, & in l. 1. §. ſi plures, ff.de exercit act.& poſt alios Fel.d.cap.cauſam num.8. & Menoch.de arbitrar.iud. quæſt.67. num.53. & de communi teſtatur Alex. d.l.ſi vni,& Dec.d.cap.cauſam, num.9.& 10. qui & ipſe idem ſentire videtur.quæ opinio duobus etiam nititur fundamentis; alterum eſt, quòd iſti delegati ad vniuerſitatem cauſarum æquiparantur ordinariis; vt circa initium huius concl. oſtendimus. at iuriſdictio ordinaria duob. conceſſa ſimpliciter, cenſetur data in ſolidum, vt probat text. in l.vnica, ff.de offic. Conſ. atque adeo de iudicibus vniuerſalibus docet hoc ipſum idem Menoch.lib.2. præſumpt.18.num.8. & Vant.tract.de nullit.tit. de nullit.ſent.ex defec. iuriſd. ord. num. 178. alterum ex d.§.ſi plures, vbi plures præpoſiti exercentibus multa negotia cenſentur habere poteſtatem in ſolidum, cum ſecus ſit in procuratorib. deputatis ad cauſas particulares, l. ſi pluribus, ff. de procur.

43 *Duobus Conſeruatorib. ſimpliciter datis ad fauorem alicuius, an poſſit alter ſine altero procedere.*

Quamuis autem ex prædictis probabilis reddatur hæc prima illatio ad propoſitam concluſ. Probabilius mihi tamen eſt oppoſitum, vt nimirum etiam duo, vel plures ad vniuerſitatem cauſarum delegati ſimpliciter, cenſeantur dati non in ſolidum, ſed ſimul, ita vt vnus ſine altero procedere, aut ſententiam ferre non poſſit; quod ſentit apertè Dec.d.cap.cauſam.num.10. & apertiùs d.cap.prudentiam in princ. num. 13. Eidem ſententiæ ſatis adhæret Imol.d.l.ſi vni; eam verò expreſsè tenent, ac latè tuentur Abb.d.cap.cauſam. num. 7. cap.prudentiam in princip. num.13. & cap.fin.num.18.& 19.de ſent.& re iud.& Apoſt.Fel. d.num.8.

Nititur

Digitized by Google

Nititur porrò hæc poſterior opinio & ipſa duobus, ſed magis ſolidis fundamentis. Alterum eſt, quòd etiam ſi delegati ad vniuerſitatem cauſarum non habent propriam, & radicatam iuriſdictionem, ſed funguntur vice delegantis. l. 1. ff. de off. eius, cui mand. eſt iuriſd. & cap. ſanè il 2. de off. deleg. cum ſimil. & ſic qualitercunque ſint cenſendi, poſſunt habere exercitium pro parte, & non in ſolidum, cum ſint loco vnius. Alterum deſumitur per locum à ſpeciali ex cap. vt officium, de hæret. in 6. vbi fauore fidei conceditur pluribus Inquiſitorib. hæreticæ prauitatis delegatis ſimpliciter, vt vnus poſſit ſine alio procedere, cum tamen Inquiſitores huiuſmodi ſint delegati ad vniuerſitatem cauſarum, vt inter alios voluit Archid. in cap. ne aliqui, & Io. An. in cap. per hoc, eod. tit. & lib. admittitque Abb. d. num. 7. Barb. eod. cap. cauſam, & Fel. d. num. 8. Dec. d. num. 10. & alij quoque tenent, quos refert Menoch. d. quæſt. 67. num. 64. licèt ibid. recenſeat, & ſequatur alios hac in re contrarium ſentientes, quod & facit D. Franc. Penna ſchol. 74. in 3. part. Direct. Inquiſit. ſed plerique ex iis Doct. ſolùm contendunt, prædictos Inquiſitores eſſe delegatos, non ordinarios ſimpliciter, id quod facilè concedimus, illud tantùm contendentes, eos eſſe delegatos ad vniuerſitatem cauſarum; quod & ipſe Menoch. verius exiſtimauerat d. tract. de arbitr. lib. 1. quæſt. 54. nu. 41. poſt Abb. cap. vlt col. pen. de re iud. & Alciat. in rubr. de off. ordin. num. 19. & ſatis etiam probatur tum ex eo, quòd talis delegatus dicitur, & eſt is, cui committuntur omnes cauſæ mutui alicuius territorij, vt poſt Bal. in l. ſolet, & ibi. Alex. de communi teſtantem tradit Dec. d. num. 10. & alij tenent, quos refert, ac ſequitur Sanchez de matrimon. lib. 3. diſput. 31. num. 4. tum ex eo quòd delegatus ad vniuerſitatem cauſarum ille eſt, cui aliquod genus cauſarum ſub ſe alias ſpecies continens committitur, licèt illud genus non ſit generaliſſimum, (aliàs enim eſſet ille ordinarius ſimpliciter non ſecundum quid,) ſed ſubalternum cum reſtrictione temporis, loci, aut quantitatis, ſeu numeri, cauſarum, non autem perſonarum, vt pluribus relatis probat Sanchez d. num. 4. huiuſmodi autem eſt Inquiſitor: cognoſcit enim contra quaſcunque perſonas vnius territorij, diœceſis, vel prouinciæ de hæreſi, quæ eſt genus ſubalternum continens ſub ſe tot ſpecies, quot ſunt articuli fidei; & præterea ſaltem analogicè ſuperſtitionem, apoſtaſiam, blaſphemiam, & ſimilia. ex quo tollitur

Digitized by Google

fundamentum Menoch. Pennæ, Franc. & quorundam aliorum dicentium, Inquiſitorem non eſſe delegatum ad vniuerſitatem cauſarum, quia cognoſcit tantùm de certo genere cauſarum, nempe hæreſi. quæ verò ad euitandam vim argumenti ſumpti ex d. cap. vt officium affert Alex. Barb. & Fel. aut aliàs excogitari poſſunt, ſatis ſoluit Dec. dict. num. 10. ſicut num. præced. optimè ſatisfacit duobus præcipuis fundamentis, quæ ſuperiùs in principali articulo pro communi opinione allata ſunt. Ad primum enim reſpondet, ac probat, delegatum ad vniuerſitatem cauſarum non in omnibus æquiparari ordinario; quod & fatentur plerique eorum, qui ſunt in oppoſita ſententia, & conſtat ex adductis per Franc. & alios in cap. cum cauſam, de appellat. Fel. d. num. 8. & nos ſupr. hac ipſa concl. 3. & cap. 1. quæſt. 2. deinde quia illud fundamentum præcipuè ſumitur ex eo, qui delegatus ad vniuerſitatem cauſarum poteſt vnam cauſam ſubdelegare. at dato hoc verum eſſe, non bene, inquit, ad quæſtionem noſtram infertur, quia videmus, quòd delegatus à Principe ſubdelegare poteſt, cap. quamuis & cap. fin. de off. deleg. l. à iudice, C. de iud. & tamen vnus ex plurib. delegatis à Principe ſolus procedere non poteſt, vt d. cap. cauſam, & aliis iurib. initio huius articuli citat. Ad alterum fundamentum reſpondet primò in caſu d. §. plures videntur illi præpoſiti, ſeu magiſtri habere ordinariam poteſtatem, vt notat ibi Bart. col. 1. in fine. Secundò illud ſpecialiter ſtatutum fuiſſe propter vtilitatem contrahentium, vt in princ. d. l. 1. quia interdum locus, & tempus non patiuntur plenius deliberandi conſilium. deinde dici poteſt maius præiudicium parari per ſententiam & auctoritatem, quæ vniuerſalior eſt, quàm per vnius priuati deputationem; & diuerſam quoque rationem eſſe de iſtis magiſtris, ſeu præpoſitis operam, & procuratoribus, ſatis conſtat ex traditis per eundem Dec. d. cap. prudentiam in princ. num. 15. In duobus tamen caſibus priorem opinionem communem facilè admitterem. alter eſt ſi duo Conſeruatores diuerſis temporibus darentur; tunc enim in dubio putarem, ſingulos poteſtatem accipere in ſolidum; cum certum ſit, primum ſic eam habuiſſe, cum vnius eſſet; de ſecundo verò ſupponimus non conſtare, quòd Princeps eum adiunctum priori dederit, idémque in duobus iudicibus vniuerſalibus ſentiunt Menoch. d. nu. 8. & Vant. d. num. 178. Alter caſus eſt, vbi duo illi, aut plures Conſeruatores

tores

Digitized by Google

tores dati ſint tamquam Ordinarij, vt quia ij, quibus dantur, ſint omnino exempti à iuriſdictione Ordinarij loci, iuxta ea, quæ latiùs adduximus ſupr.cap.6.quæſt.vlt. initio 2. dubij. & in hoc caſu omnino vrget primum præcipuè fundamentum prędictæ prioris ſententiæ. Atque hæc quoad primam propoſitę concluſ.illationem dicta ſint ſatis;ad reliquas tranſeamus..

Infertur ſecundò,quòd niſi expreſsè id prohiberetur d cap.fi. §.vices quoque,de offic. deleg. in 6. poſſet Conſeruator ſubdelegare alteri vices ſuas ſaltem quoad vnam cauſam, non ſolùm tamquam delegatus Principis., ſed etiam vti delegatus ad vniuerſitatem cauſarum, vt admonuimus, & latiùs dicemus quæſt.ſeq.

Infertur tertiò, quòd Conſeruator non ſolùm vti delegatus Principis poteſt ſententiam ſuam exequi intra annum, iuxta cap.quærenti, de offic. deleg. verùm fortaſſe etiam tamquam delegatus ad vniuerſitatem cauſarum, quandocumque poteſt Ordinarius,vt oſtendemus cap.ſeq.q 9.concl.3.

Infertur quartò, quòd † licèt Conſeruatori mandata fuiſſet ſimpliciter cognitio cauſarum, poterit tamen ſententiam ferre ſiue tamquam delegatus Principis, iuxta latè tradita per Menoch.d. libr. 1. de arbitr. quæſt.37. num. 37. cum ſequentib. ſiue tamquam delegatus ad vniuerſitatem cauſarum per ea, quæ poſt alios idem docet d. quæſt.37. num.39.& d.quæſt. 67. num.56. 44 *Sententiam ferre poteſt Conſeru. cui ſimpliciter cauſa commiſſa ſit.*

Quintò poſſe ſaltem in aliquib.caſibus iuriſdictionem Conſeruatoris conſenſu partium prorogari,vt infrà quæſt.8.demonſtrabimus.

Sextò infertur, attento ſaltem iure antiquo non poſſe Conſeruatorem recuſari, cùm in forma iuris datur, licet ſecus fortaſſe ſit de iure nouo; qua de re latiùs agemus infrà cap. 9. quæſt.1.

Infertur denique, non teneri Conſeruatorem † inſerere copiam delegationis, ſeu litteras Conſeruatorias in citatione. Primò quidem, quia licèt contrarium † in ſimplici delegato voluerit Bart. in Auth. qui ſemel per illum text.C.quom.& quan. iud. & gloſſ. in cap. ſi epiſcopus, 3. quæſt. 2. quam ibi ſequitur Archid. & Gemin. per text. in cap. cum in iure, de off.deleg. & cap.præterea, de dilat. ídque etiam tenent Specul. tit. de citat. §.iam de citatione num. 2. nihilominus id, quod nos dicimus, 45 *Copia litterarū Cōſer. non eſt inſerenda in citatione.* 46 *Idē in ſimplici delegato.*

Digitized by Google

in eo quoque delegato ſtatuendum eſſe, vt nimirum non teneatur huiuſmodi ſimplex delegatus, qui non ſit Conſeruator, inſerere copiam ſuæ delegationis, ſeu reſcripti commiſſionis in citatione, ſed ſufficiat, quòd de ea conſtet in actis, voluit gloſ. d.cap. cum iure, verbo, ſuper mandato; vel ad ſummum, quòd detur copia petenti, apertè tenent Roder. tom. 1. quæſt. regul. quæſt. 65. art. 16. Innoc. Hoſt. Io. An. & Butr. d. cap. præterea, & ibi Abb. num. 5. in fi. idem Innoc. d. cap. cum in iure, & ibi Fel. num. 5. Rom l. ſciendum num. 10. ff. de verb. oblig. Mar. Soc. tract. de citat. art. 20. num. 11. ex quorum tamen dictis colliguntur duæ limitationes. Prima, niſi commiſſio † facta ſit

47 *Limitantur ſupra dicta.* perſonæ aliàs inhabili, vt ſi commiſſio Papæ fiat ſimplici clerico contra diſpoſitionem cap. ſtatutum in princ. de reſcript. in 6. aut vili perſonæ. altera vbi citatus longè diſtet à citante, ſecus ſi ſit in eodem loco, vel parum diſtet; quod in ſpecie probat Iaſ. conſ. 145. num. 1. vol. 4. poſt Butr. & Abb. d. cap. præterea, idem aſſerentes quoque de Conſeruatore; ſicut etiam non debet neceſſariò inſeri à ſimplici delegato, vt plerique ex citatis Doctoribus aſſerunt, tenor reſcripti, vbi citandus aliunde habeat legitimam notitiam eiuſdem, vt quia ſimul illud impetrauit, & in Conſeruatore, vbi reus citandus ſit coram proprio illius Conſeruatore, voluit Iaſ. d. num. 1. quoniam cenſetur habere notitiam facultatis, & certus non debet ampliùs certiorari l. 1. in fi. ff. de act. empt. & cap. eum, qui, de reg. iur. in 6. Neque in d. cap.

48 *Intellectus c. cũ in iure, de off. &c.* cum in iure † aliud exigitur, quàm, quòd de mandato Apoſtolico fiat fides, quod & conſtat ex gloſ. ibid. in verbo ſuper mandato. quinetiam ex eo text. colligitur, quòd præciſè non requiratur hæc inſertio etiam vbi agitur de executione; dicitur enim ibi, quòd non cogitur ordinarius exequi mandatum delegati Papæ, vnde colligit ibi Abb. & alij, quòd poteſt, ſi vult, exequi, licèt non fiat fides de Apoſtolico mandato. in d. cap. verò, cap. præterea licèt mentio fiat de inſertione reſcripti; tamen id ad factum ibi narratum pertinet, nec aliud ius continet, quàm, quòd induciæ deliberatoriæ denegantur reo, ſi per litteras citatorias (vtputa continentes tenorem reſcripti) plenè poſſit inſtrui, & deliberare ſuper eo, de quo quæritur, vt patet ex ſummario illius text. & traditis ibi per gloſ. & Doctores magis communiter dantes pro cautela talem inſertionem. Denique in d. auth. qui ſemel, ibi, precibus per eum (id eſt iudicem) aduer

Digitized by Google

aduerſario cognitis, expreſsè non habetur, quòd debeat inſeri copia commiſſionis in citatione, ſed ſolùm, quòd iudex curare debet, vt petente aduerſario ei copia fiat precum, quas actor Principi obtulit, vt nimirum ſciat reus petitionem actoris, vel etiam opponere poſſit de precum Principi oblatarum ſubreptione. Secundò quoniam, vbi etiam in ſimplici delegato admittamus tamquam neceſſariam huiuſmodi commiſſionis inſertionem, id tamen † aſſerendum non eſt in ordinario, cum 49
eius iuriſdictio certa ſit, cap. hoc etiam, 2. quæſt. 6. & cap. ſicut, de re iud. vt in ſpecie ſentit gloſ. d. cap. cum in iure, verbo, ſuper mandato, & ibi Innoc. Abb. & alij atque adeo etiam in delegato ad vniuerſitatem cauſarum, qui, vt paulò ante docuimus, regulariter ordinario comparatur. Et in terminis de Conſeruatore Regularium, quòd, cum ſit ad vniuerſitatem cauſarum eorundem electus, & à ſede Apoſtolica deputatus atque ordinario æquiparetur, propterea † ad oſtendendas etiam litteras 50
ſuæ auctoritatis, & commiſſionis in cauſis coram eo vertentibus minimè teneatur, Doct. Io. Bapt. Confett. in d. ſummar. mater. priuil. regul. tit. 4. cap. 7. verſic. præterea Conſeruator; ſubdens, quòd neque pars aduerſa neceſſariò citari debet ad dicendum contra priuilegia eorundem Regularium continentia iuriſdictionem, & electionem Conſeruatoris tamquam notoria; nec minùs etiam electio Conſeruatoris à Regularib. facta eſt de neceſſitate oſtendenda, ſeu in actis regiſtranda, cum ex citationibus decretis ad ipſorum Regularium inſtantiam, requiſitio qua quis etiam in Conſeruatorem eligitur iuxta dictorum priuilegiorum diſpoſitionem, ſatis facta comprobetur. Et tantò minùs, inquit, ſolemnitas prædicta requiritur, quantò † Re- 51
gulares ex decreto ſacræ Congregationis Illuſtriſſimorum Cardinalium Concilij Trid. interpretum iuſſa etiam Greg. XIII. nomina horum Conſeruatorum à ſe electorum intra menſem à die electionis locorum ordinariis indicare tenentur, cuius decreti iam ſemel mentionem fecimus cap. præced. poſt quæſt 4. in reſol. 1. dubij in fi. & ipſe Confett. d. tit. 4. cap. 9. Concludit autem d. verſic. præterea, debere ad omnem dubitationem remouendam † inſtrumentum, ſeu litteras patentes de Conſeruato- 52
ris electione per ipſos Regulares, ſeu eorum Prælatos facta per Notarium in libro ſuo cauſarum, & actorum, quæ coram Conſeruatore fecit integrè regiſtrari, vt ab omnibus, quorum intereſt,

Ordinarius non tenetur inſerere copiã ſuæ cõmiſſionis.

Priuilegia Regularium eligẽdi Conſeru. & eius electio non ſunt neceſſario oſtẽdẽda in iudicio.

debet tamen electio notificari Ordinario, &

regiſtrari in actis Notarij.

Digitized by Google

tereſt, videri poſſunt. Quod idem eadem ratione dicendum erit non modò de Conſeruatoribus Militarium Religionum, & aliorum piorum locorum, vbi vel Conſeruatores loco ordinariorum iudicum nominatim deputantur, vel ea pia loca ab omni ordinariorum loci iuriſdictione eximuntur, verùm etiam de aliis omnibus Conſeruatoribus, cum ij regulariter ordinariis æquiparentur, vt ſuprà oſtendimus. Et hæc de 1. huius c. quæſt.

QVÆRO. *Secundò in hoc Capite, An, & quomodo Conſeruatores poßint alteri committere vices ſuas, ſeu conſtituere Subconſeruatores.*

Vidimus hucúſque in hoc cap. an Conſeruatores habeant iuriſdictionem, & quo in genere, vt cum Iuriſconſultis, ſeu qua in ſpecie, vt cum dialecticis loquar, & ſimul etiam qualis ea ſit, vtrum nimirum ordinaria, vel delegata. Nunc de eiuſdem iuriſdictionis effectibus, ſeu ad quæ ſe extendat, videamus.

Prima verò, quæ hac in re quæſtio occurrit, illa eſt mox
53 propoſita. In qua † ſtatuenda eſt regula, & concluſio negatiua, non poſſe nimirum Conſeruatorem alteri committere vices ſuas, ſeu ſubdelegare, vel conſtituere Subconſeruatorem. Quamuis enim alias poſſet id facere, non modò tamquam delegatus Principis & Papæ, qui † regulariter poteſt ſubdelegare, l. à iudice, C. de iud. cap. paſtoralis, & cap. fin. in princip. de offic. deleg. cap. cum cauſam, de appellat. necnon in cap. ſtatutum §. in nullo quoque in fin. de reſcript. in 6. cum nonnullis tamen moderationibus de quibus ibi per text. gloſ. & Doct. verùm etiam tamquam delegatus ad vniuerſitatem cauſarum, qui & ipſe † id poteſt. gloſ. in l. 1. §. 1. ff. qui & à quo, & d. l. à iudice, vbi Iaſ. num. 8. C. de iudic. Bart. in l. more, num. 11. & ibi Purpurat. num. 98. ff. de iuriſd. omn. iud. alia gloſ. in cap. ſuper quæſtionum. §. ſi verò, verbo, delegare, vbi Abb. & alij, de offic. deleg. Franc. in cap cum cauſam, num. 20. & ibi Dec. in fin. qui poſt Abb. hanc communem aſſerit, de appel. Hoſt. in ſumma tit. de off. deleg. num. 6. Menoch. lib. 1. de abitr. iud. quæſt. 67. num. 52. cum aliis adductis per Thom. Sanchez, quem poſt hæc ſcripta vidimus, in tract. de matrimon. lib. 3. diſput. 31. num. 2. vnde Specul. tit. 1. ad finem verſic. Sed nunquid Conſeruator, vt etiam refert gloſ. d. cap. fin. verbo, nulli committere, de offic. deleg. in 6. ante eiuſdem cap. fin. diſpoſitionem tenebat indiſtinctè, quòd Conſeruator in eo, in quo iuriſdictionem habet, vices ſuas committere aliis poterat.

53 An poſſit ſubdelegare Cõſeruator.

54 Delegatus Principis poteſt ſubdelegare:

55 Immò & delegatus ad cauſarũ vniuerſitatem.

Nihilomi

Digitized by Google

Nihilominus id in ſpecie prohibetur regulariter Conſeruatori d.c.fin.§.vices quoque de off.deleg. in 6. dum ibi dicit Bonifacius VIII. vices quoque ſuas (citationibus, & ſententiarum denunciationibus duntaxat exceptis,quas per alios valeant exercere)nulli committere poſſint.

Ex verbis porrò parentheſi incluſis habetur prima limitatio ad iam propoſitam regulam, & concluſionem: quia licèt nequeat regulariter Conſeruator alteri vices ſuas committere;poteſt tamen † committere citationes, & ſententiarum denunciationes, quas practici craſſiori vocabulo intimationes vocant, idque ob eam fortaſſe rationem, quoniam † articulos non iuriſdictionales quilibet iudex poteſt delegare, vt eſt optimus tex. vbi Abb.Hoſt. & alij d.cap.ſuper quæſtionum in princ.Franc.d. cap.cum cauſam,num.14.& cæteri Doct.ibi enim cap.cum Bertoldus,de re iud.Marant.in Spec.aur.port 4.diſt.5.num.54. poſt Alex.d.l.more col.5.latè Sanch ſuprà num.10.

56 *Subdelegare poteſt Cōſer. citationes & ſentētiarum denūciationes:immo*

57 *& articulos non iuriſdictionales.*

Secunda verò limitatio ad eandem concluſionem per nos poſitam † habetur ex illis verbis, quæ ſtatim ſubiicit Pontifex d.§.ſeu verſic. vices quoque (niſi hoc eis competierit ex beneficio litterarum,) hoc eſt, niſi in litteris,quib.Conſeruatores deputantur, exprimatur, vt poſſint aliis committere vices ſuas, ſeu quòd valeant defendere ſibi commiſſos, iuriſdictionémve ſuam exercere per ſe vel per alium, qua dicendi forma vtuntur plerumque ſummi Pontifices, vt patet ex formulis Conſeruatoriæ relatis ſupr. cap. 2. quæſt. 2. necnon ex facultatibus datis Regularium Ordinibus, vt eligere ſibi poſſint Conſeruatores; quod idem eſt, ac ſi in iis diceretur, vt poſſint alteri committere vices ſuas,vt patet tum ex iiſdem litteris,& facultatibus, vbi poſtquam à Papa datus eſt Conſeruator, vel conceſſa facultas Conſeruatorem eligendi,qui poſſit per alium defendere,vel iuriſdictionem ſuam exercere, derogatur deinde conſtitutioni Bonifacij VIII. in d.c.fin. prohibenti, ne Conſeruatores alteri vices ſuas poſſint committere;tum ex verbis mox relatis,iunctis verbis d.parentheſi incluſis,(quas per alios valeant exercere,)vt exceptio ſit de regula iuribus vulgar.

58 *Subdelegare poteſt Cōſer. vbi id habeat in litteris Conſeruatorijs.*

59 *Subdelegare debet Cōſer. intra ciuitates & diœceſes in quibus deputatus eſt.*

Sublimitatur autem primò hæc limitatio, quòd etiam vnà cum ſeq. eſſe poteſt ampliatio ad principalem concluſionem, quòd † vbi etiam ex beneficio litterarum competat Conſeruatoribus, vt poſſint alteri committere vices ſuas, non poſſunt

Digitized by Google

tamen id facere niſi intra ciuitates, ſeu diœceſes, in quibus deputati fuerint; ita totidem, immo iiſdem planè verbis cauetur in d. §. ſeu verſic. vices quoque prope fin. quæ quidem verba cum duplicem ſenſum habere poſſint; alterum, quòd huiuſmodi actus commiſſionis, ſeu ſubdelegationis non poſſit exerceri, niſi in loco deputationis Conſeruatoris, hoc eſt, in quo deputatus fuit Conſeruator; alterum, quòd talis ſubdelegatio fieri nequeat, niſi exiſtenti in d. loco deputationis Conſeruatoris, vel ei ſaltem, qui ibidem exercere poſſit, & debeat iuriſdictionem

60 ſibi ſubdelegatam; videntur † iuxta priorem illum ſenſum eſſe accipienda, non quaſi loquatur Pontifex de vſu, & exercitio iuriſdictionis Subconſeruatoris, ſeu iuriſdictione ab ipſo Subconſeruatore exercenda, cum de ea re ſatis diſpoſuiſſet §. ſeu verſic. Conſeruatores autem ſtatim præcedenti ſub nomine Conſeruatorum, quorum appellatione etiam Subconſeruatores regulariter veniunt, ſicut ſubdelegati ſub nomine delegatorum continentur cap. ſtatutum §. in nullo, de reſcript. in 6. cum ibi not. & ſuis ſimil. Et quia ſubrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur, vulg. l. ſi eum, §. qui iniuriarum ff. ſi quis caut. verùm de ſolo actu ipſo commiſſionis, ſeu ſubdelegationis, quod ſatis colligi videtur tum ex ipſis verbis §. vices quoque, vbi cum mox cauiſſet Pontifex de Conſeruatoribus, vt nulli committere poſſint vices ſuas, niſi hoc eis competierit ex beneficio litterarum, dum ſtatim ſubiicit, (ſed nec tunc, niſi intra ciuitates, ſeu diœceſes, in quibus deputati fuerint,) non potuit intelligere, niſi de actu commiſſionis, cuius ſtatim mentionem fecerat; tum etiam ex d. cap. ſtatutum §. in nullo, vbi eadem formula verborum idem Pontifex Bonifacius, explicatiori tamen, & clariori vtitur, dum ait, (in nullo quoque caſuum prædictorũ iudex extra ciuitatẽ, ſeu diœceſim in quib. deputatus fuerit, citet partes, nec de cauſa ſibi commiſſa cognoſcat, neque alibi, quàm intra illas committat quomodolibet vices ſuas,) vbi gloſ. in verbo, deputatus fuerit, ab omnibus ibidem approbata notat, quòd non ſolùm requiritur, quòd delegatus non citet ad locum, vltra dietam remotum, ſed etiam, quòd non citet extra locum, in quo deputatus eſt. quod idem eodem modo intelligendum erit de commiſſione, ſeu ſubdelegatione, ne eadem res diuerſo iure cenſeatur contra cap. quia circa de priuil. & cap. cum intra de decim. cum ſuis concord. ibid.

Intellectus § vices quoque, & §. Conſeruatores autẽ in cap. ſi. de off. deleg. in 6.

Digitized by Google

ibid. per gloſ.allegatis. Quòd ſi aliquis dicat, non recuſari nos in eadem re, cum priùs loquens de citatione, & commiſſione cauſæ dicat Pontifex extra ciuitatem,& diœceſim, loquens verò de committendis ciuibus, ſeu ſubdelegatione, dicit intra illam; ſtatim reſpondetur primum dictioni illi (extra) iungenda eſt negatiua, quæ ineſt illi dictioni (nullo) & ſic idem erit, non extra,atque intra; deinde,vbi etiam contraria eſſent, certi iuris eſt, tam Philoſophici, quàm ciuilis, contrariorum eandem eſſe diſciplinam. Accedit denique, quòd d.§. Conſeruatores autem decernitur expreſsè, Conſeruatores procedere non poſſe extra ciuitates, ſeu diœceſes, in quibus fuerint deputati; negari autem non poteſt ſubdelegationem partem eſſe proceſſus. Verùm, licèt ex his probabilis reddatur prior hic ſenſus illorum verborum; probabilius tamen eſt, † ea fore accipienda iuxta poſteriorem, vt nimirum non ſit neceſſe Conſeruatorem facere actum ſubdelegationis, dum exiſtit in loco ſuæ commiſſionis, ſed benè facienda ſit ibi moranti, ita in delegato expreſsè tenet Gemin. in cap.ſi is, cui.num.4. de off.deleg.in 6.indiſtinctè volens, poſſe delegatum exiſtentem extra locum commiſſionis ſubdelegare aliquem exiſtentem intra eum locum; id quod etiam Franc.eod.§.in nullo num.2.admittit vbi præſentatio reſcripti, & eius acceptatio facta fuerit in loco commiſſionis, quia inquiunt text. d. §. in nullo vult quidem, vt cognitio cauſæ, & citatio fiat in loco commiſſionis, non autem ſubdelegatio, niſi eo modo, quo nos declarauimus, & ferè omnes Doct. interpretantur d. § in nullo; ex quo, cum ibi loquatur Pontifex de delegato, ſub quo Conſeruator tamquam ſub genere proximo continetur, & ſimili verborum formula vtatur, optimum argumentum ſumitur ad Conſeruatorem.

61 Locus deputationis Subcōſeruatoris, aut Conſeruatoris quomodo ſit accipiendus. v. de num.ſeq.

Qua poſteriore interpretatione retenta ad primum fundamentum pro priore ſenſu reſpondetur primò multa addi ad tollendam dubitationem per ea, quæ adduximus cap. 1. quæſt. 2. deinde in d.§. Conſeruatores autem ſatis quidem dictum erat, etiam Subconſeruatores debere procedere in loco, in quo deputati fuerint, non tamen explicatum fuerat,in quo locò deputari deberent; quod fit d.§. vices quoque. in omnibus ſubdelegatus venit nomine delegati, Dec.& alij in cap.ſi pro debilitate, de off.deleg. & alibi paſſim;aut ſubrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur, vt patet ex Gabr. Com. concluſ.

Digitized by Google

lib. 5. tit. de reg. iur. concluſ. 7. & Euerar. in loc. à vi ſubrogat.

Ad ſecundum conceditur commiſſionem fieri debere in loco deputationis, ſed modo explicato; atque item debere citare, & cognoſcere, dum exiſtit in loco ſuæ deputationis, non tamen ſubdelegare; de quo actu cum loquatur Pontifex in clauſula omnino ſeparata, ceſſat argumentum ab identitate rei deſumptum.

Ad poſtremum verò reſpondetur, quòd vbi etiam admitteretur, ſubdelegationem partem eſſe proceſſus, ſeu de actis iudicij, non rectè tamen dicitur Conſeruator procedere contra aliquem (prout loquitur text. in d. §. Conſeruatores) quando ſubdelegat.

Certũ igitur eſſe debet verba illa in d. §. vices quoque (ſed nec tunc, niſi intra ciuitates, ſeu diœceſes in quib. deputati fuerint) intelligenda eſſe non de actu ſubdelegationis iuriſdictionis à Conſeruatoribus faciendo, ſed potiùs de vſu, & exercitio ipſius iuriſdictionis ſubdelegatæ, ſeu de iuriſdictione à ſubdelegato, & Subconſeruatore exercenda.

Dubium autem illud remanet circa illa eadem verba d. §. vices quoque (ciuitates, ſeu diœceſes, in quib. deputati fuerint) an nimirum † intelligenda ſint de ciuitatibus, ſeu diœceſibus, vbi degunt, & morantur ij, qui Conſeruatores deputantur; an de illis ciuitatibus, ac diœceſibus, in quibus reperiuntur res, vel perſonæ, quib. dantur, ſeu deputantur Conſeruatores. Quod etiam dubium formari poteſt ad interpretationem ſimilium verborum, quæ habentur eod. cap fin. §. Conſeruatores autem, qui ſtatim præcedit d. §. vices quoque. Qua in re, vt meum interponam iudicium, probabilius mihi eſt, ea verba iuxta priorem ſenſum accipienda eſſe, cum eum & innuant nonnulli Doct. ibid. & apertiùs indicet gloſ. d. cap. ſtatutum §. in nullo verbo, prædictorum, & verbo, deputatus fuerit, quam ibi plerique ſcribentium ſequuntur; quod idem etiam tenuit I. Eman. Roderic. quæſt. regul. tom. 1. quæſt. 65 art. 7. & 8. Et ego ex eod. cap. ſtatutum §. cùm verò, & §. cum autem iuncto d. §. in nullo, ſic deducam. Cum enim d. §. cùm verò in quibuſdam caſibus ibi expreſſis, vbi etiam actor, & reus ſunt eiuſdem ciuitatis, ſeu diœceſis, permittat Pontifex, vt extra eam cauſa committatur, & in d. §. cum autem liberè concedat actori, qui diuerſam à reo ciuitatem ac diœceſim habet, vt ſi in ciuitate rei iudicem habere

Digitized by Google

bere recuſet, ipſum non in ſua, ſed in alia ciuitate, vel diœceſi liberè impetrare valeat, ſtatímque ſubdat d. §. in nullo, quòd in nullo caſuum prædictorum iudex extra ciuitatem, ſeu diœceſim, in quibus deputatus fuerit, citet partes, nec de cauſa ſibi commiſſa cognoſcat, neque alibi quàm intra illas committat qaomodolibet vices ſuas: illa verba, (in quibus deputatus fuerit,) debent poſſe intelligi etiam in caſu, vbi iudex non deputatur in loco vbi degit impetrans, vt ex verba quæ reſpiciunt æqualiter plura determinabilia, ea æqualiter determinent, vulgata l. iam hoc iure ff. de vulg. & pupil. & genus ſub ſe contineat omnes ſpecies, & æquè illis conueniat l. ſemper. ff. de re iudic. l. item apud Labeonem §. generaliter. ff. de iniur. cum aliis adductis per Vigel in Dialect. iur. loc. à gener. reg. 1. & Euerar. in loc. leg. à gen. ad ſpeciem, & loc. à ſpec. ad gen. ideoque non debet intelligi de impetrantis, ſed iudicis loco, qui omnibus prædictis caſibus poteſt adaptari. quòd ſi quis dicat ſaltem intelligenda ea verba eſſe de loco, vbi ſita eſt res, iuxta cap. dilectus il 2. de reſcript. & cap. ex parte B. de for. compet. facilè occurri poteſt dicendo; Primùm quidem, adhuc non ſatisfieri actioni perſonali, quæ plerumque intentatur tam coram Conſeruatore, quàm coram quouis alio iudice delegato; vnde adhuc militat ratio paulò ante allata. Deinde probabilius eſſe † iure nouo illius cap. ſtatutum quoad impetrationem iudicis non attendendi locum, vbi res ſita eſt, aut etiam originis, ſed ſolùm domicilium, vt apertè voluit glo. communiter recepta d. §. cum verò, verbo, vnam dietam. 63

Locus non originis ſed domicilij attenditur in impetratione iudicis.

Quod autem dictum eſt de iudice delegato, ſtatuendum quoque erit in Conſeruatore, cum contrarium in ſpecie diſpoſitum non reperiatur in Conſeruatore, qui & ipſe iudex delegatus eſt, vt oſtendimus ſuprà hoc eodem cap. quæſt. 1. concl. 2. & cap. 1. quæſt. 2. tum quòd quę conueniunt generi, conueniunt & ſingulis ſpeciebus, niſi in iis aliud expreſsè diſpoſitum reperiatur, vt ſatis inter cæteros comprobat Vigel d. reg. 1. tum quòd vbi caſus de quo agitur ſpeciali aliqua lege non eſt comprehenſus, ad ſimiles leges recurrendum eſt, vt oſtendit idem Vigel. in Method. iur. ciu. lib. 1. cap. 2. quæſt. 6. reg. 2. Method. iur. Pont. lib. 2. cap. 1. quæſt. 8. reg. 4. & Method. iur. controuer. lib. 1. cap. 1. tit. 1. reg. 1. & arguere licet à ſimilibus ad ſimilia, vt pluribus oſtendit Euerar. in loc. à ſimili. Probabilius igitur eſt vt diceba-

Digitized by Google

mus ea verba (in quibus deputati fuerint) poſita, ſiue in d. §. Conſeruatores autem, ſiue in §. vices. quoque accipienda eſſe iuxta priorem ſenſum, nimirum de loco, vbi degit iudex, & Conſeruator, non autem iuxta poſteriorem, hoc eſt de loco impetrantis, vel vbi res ſita eſt. Quòd ſi quis pro poſteriori hoc ſenſu ponderet quædam verba poſita in nonnullis formulis Conſeruatoriarum ſuprà cap. 2. quæſt. 2. relatis præſertim verò conceſſarum ad fauorem Illuſtriſſimi Cardinalis à Monte alto tum à S. C. D. Paulo P P. V. quarum tenorem ibid. poſuimus, tum etiam à fel. record. Clem. VIII. directarum Illuſtriſſimo D. Federico Card. Borromæo Mediolanenſi Archiepiſcopo, illa nimirum (per te, vel alium, ſeu alios, etiam ſi ſis extra loca, in quibus deputatus es Conſeruator, & iudex) cum enim ad vnam perſonam ſcribens plurium locorum, in quibus deputatur Conſeruator, mentionem faciat Pontifex, non videntur ea verba poſſe referri ad locum, in quo degit, aut degere veriſimiliter ſolet, is qui deputatur, cum in vno ſolo loco degat & reſidere ſoleat, nimirum in propria ciuitate, ac diœceſi, vbi eſt Archiepiſcopus; Reſpondeo vel fuiſſe errorem ſcriptorum, qui ſcribere forſan debuerant, (extra locum, in quo deputatus es Conſeruator, & iudex) ſumpta fortaſſis erroris occaſione ex formula, quæ habetur in extrauag. vn. de iudic. in commun. quæ directa erat plurib. vel certè ideo plurium locorum mentio fit in iis Conſeruatoriis litteris Illuſtriſſimo Card. Archiepiſcopo diœceſis, ſiue vt comprehendantur etiam loca, in quibus degunt ille, alius, ſeu alij, per quos iuriſdictionem Conſeruatoris poteſt exercere, ſiue vt contineatur tam ciuitas, quàm diœceſis, quarum alterius nomine alteram indiſtinctè non venire conſtat ex l. fin. ff. off. præfect. vrb. & cap. tua, vbi Abb. num. 5. de offic. vicar. & ſatis colligitur ex d. cap. ſtatutum, & cap. fin. vbi ſemper vtriuſque mentio fit in materia deputationis iudicum; ſiue denique vt ſignificentur ſingula loca Prouinciæ, in quibus ſi non omnem

64 ſaltem aliquam iuriſdictionem habet Archiepiſcopus cap. paſtoralis, de off. ar. cum ibi not. per gloſ. & Doct. & ſuis ſimil. quorum aliqua nos retulimus ſupr. cap. 5. quæſt. 9. concl. 2. Ex iis verò vniuerſis probabile mihi redditur, † non ſolùm Epiſcopos in ſuis ciuitatibus, ac diœceſibus, verùm etiam Archiepiſcopos in ſuis propriis prouinciis, & ſingulis earum ciuitatibus, ac locis poſſe ſaluis terminis Bonifacianæ conſtitutionis d. §. Conſeruatores

Archiepiſc. Cōſer. deputatus poteſt in ciuitatib. ſuæ prouinciæ procedere.

tores autem, & §.vices quoque, ſi Conſeruatores, aut aliter iudices deputentur, poſſe inquam tam procedere, & cognoſcere, quàm etiam vices ſuas committere. qua de re aliquid forſan etiam dicemus infr. hoc eod. cap. quæſt. 8. Interim verò ad alteram ſublimitationem ſecundæ limitationis ſupra poſitæ, ſeu alteram ampliationem principalis concluſionis in hac quæſt. propoſitæ veniamus.

Sublimitatur ergo ſecundò d.l. limitatio, vt vbi Conſeruatori ex beneficio litterarum competierit committere poſſe vices ſuas; id tamen † facere non poſſit, niſi perſonis expreſſis d.cap. 65
fin. in princip. nimirum Epiſcopis, vel eorum ſuperioribus, aut *Subdelegare* Abbatibus, ſeu obtinentibus dignitates, vel perſonatus in ec- *poteſt Cōſer.* cleſiis Cathedralibus, vel Collegiatis, quas nos latius proſecuti *perſonas* ſumus ſupr. cap. 5. per totum. ita cauetur d.cap.fin.§. vices quo- *quæ poſſunt* que. & quoad hoc ſimilis eſt Conſeruator delegato, quia ſubde- *eſſe Conſer-*legatus talis eſſe debet, ſeu eiuſdem qualitatis, cuius delegatus *uatores.*
vt habetur cap ſtatutum §. in nullo in fin. quod adnotauit gloſ. ab omnibus recepta d.§. vices quoque, verbo, ſuperiùs. faciunt etiam quæ poſt Io. An. in add. ad Specul. tit. de offic. deleg. Bart. in l. 2. per illum text. C. de præpoſ. agent. in rebus lib. 12. Perez lib. 2. ord. col. 356. & alios tradit in hac ſpecie I. Eman. Roder. quæſt. regular. tom. 1. quæſt. 65. art. 10. vbi idipſum docet in Conſeruatoribus Regularium. verùm præterea hæc ipſa ſublimitatio procedit etiam † vbi in litteris, quæ ſubdelegationem 66
permittunt, & iudicialem indaginem, adſit clauſula illa deroga- *Licet in litteris eſſet, nō* toria (non obſtantibus iuribus, quæ diſponunt de Conſeruato- *obſtantibus* ribus;) nam adhuc Subconſeruator d. qualitates habere debe- *iuribus, &c.* bit, vt ſatis oſtendimus ſuprà cap. 5. quæſt. 8. ampl. 1. Quin etiam *vel* procedit, † vbi Papa ex certa ſcientia deputaſſet, vel faculta- 67
tem dediſſet eligendi Conſeruatorem aliquem, qui non habe- *Papa deputaſſet eū qui* ret aliquam ex qualitatibus requiſitis d. cap. fin. cuiuſmodi fa- *non haberet* cultas conceſſa fuit Regularibus, & aliquibus Religionibus Mi- *qualitates c.* litaribus, præſertim verò Hieroſolymitanæ, vt admonuimus *fi. de off. &c.*
cap. 6. quæſt. 3. & 4. & cap. 5. quæſt. 5. vſque ad 10. paſſim; nam ſi ille Conſeruator haberet facultatem ſubdelegandi, ſeu iuriſdictionem per alium exercendi, & Subconſeruatorem daret, adhuc debebit ille Subconſeruator habere qualitates requiſitas d. cap. fin. tum ex ratione pro caſu præcedenti allegata d. ampl. 1. quæ à fortiori in hoc etiam locum habet, vbi non ſupponitur

tur adeſſe alia clauſula derogatoria, & veritate prædicti caſus; tum quod iurium correctio odioſa eſt, & quoad fieri poſſit euitanda cap. cum expediat, de elect. in 6. cum ſuis concord. & diſpenſatio ſtricti iuris eſt., neque vllatenus extendenda cap. 1. & 2. de fil. presbyt. & cap. non poteſt, de præbend. eodem lib. cum ibi not. & ſuis ſimil. tum denique ex iis fundamentis, quibus Felin. in cap. ſi pro debilitate col. 2. ſeu verſic. quæro, Papa

68 committit cauſam, de offic. deleg. idem oſtendit † in ſimplici delegato iuxta terminos d.cap. ſtatutum. & licèt Dec. ibid.nu. 28.& ſeq. ea contendat euertere, tertiam ipſe pro concordia opinionem adſtruens nimirum quòd cùm Papa ex certa ſcientia cauſam ſimplici ſacerdoti committit, delegatus poterit cauſam committere alteri ſacerdoti ſecundùm qualitatem ſuam, ſecus ſi non haberet qualitatem principalis delegati, vnde cauſa non poterit per eum Diacono ſubdelegari. Nihilominus adhuc adhæreo ſententiæ Fel. aſſerentis omnino requiri in tali ſubdelegato qualitates prædictas, non obſtantib. Dec. reſponſionibus, non modò propter noſtras rationes in Conſeruatore mox allatas, quæ ſimplici quoque delegato deſeruiunt, ſed etiam ob fundamenta ipſius Fel. quorum Primum eſt, quoniam illa commiſſio facta à ſummo Pontifice non habenti qualitatem requiſitam, eſt quædam diſpenſatio perſonalis, quæ perſonam eius non egreditur, arg. l. quia tale ff. ſol. matrim. & cap. priuilegium, de reg. iur. in 6. nec valet reſponſio Dec. quòd ex quo reſpectu principalis delegati diſpenſatum fuit, idem videtur reſpectu ſubdelegati; quia cum Princeps ſciret delegatum eius poſſe ſubdelegare, habilitando principalem delegatum, videtur etiam habilitare ſubdelegatum; & ſufficit ſubdelegatum habere qualitatem delegati arg. l. parabolani, vbi Bal. C. de Epiſc. & cler. replicatur enim quod immò cum Papa ſciret poſſe à delegato fieri ſubdelegationem, ſi voluiſſet in eo quoque diſpenſare, id expreſſiſſet, arg. cap. ad audientiam, de decim. & ſimil. & diſpenſatio ſtricti iuris eſt, neque extendenda, vt diximus. ex d. verò l. parabolani, & ibi Bal. ſolùm habetur, quòd ille, qui non poteſt aliquod officium principaliter exercere, nequit etiam in eo ſubrogari. quamuis etiam ibi non agatur de ſubrogatione per viam ſubdelegationis, ſed ſuffectionis, & ſuppoſitionis in locum principalis. Alterum fundamentum Fel. ſumitur ex d. cap. ſtatutum §. in nullo, vbi expreſsè cauetur; quòd commiſſio fiat perſonis

Delegatus ex certa ſcientia non habẽs qualitates c. ſtatutũ, de reſc. in 6. poteſt ſubdelegare habẽtiẽ eas qualitates.

perſonis duntaxat ſuperiùs deſignatis; vnde ſi Papa commiſerit non habenti qualitatem, non debet extendi ad alias perſonas propter dictionem taxatiuam.

Nec obeſt reſponſio Dec. quòd attenta illa generalitate etiam excluderetur delegatus principalis qui non haberet illas qualitates. Replicatur enim primò, quòd in d. cap. ſtatutum ſunt duæ ſpeciales diſpoſitiones, altera in princ. circa principalem delegatum, & huic derogatur per commiſſionem ex certa ſcientia factam; altera circa ſubdelegatum d. §. in nullo, vbi expreſsè prohibuit delegato, ne committeret vices ſuas alteri, quàm habenti illas qualitates, & huic diſpoſitioni non apparet quod voluerit derogare. Deinde vbi etiam eſſet vnica diſpoſitio, dicitur, quòd diſpenſatio non extenditur de perſona ad perſonam, neque de caſu ad caſum, maximè ſtante dictione taxatiua, dict. cap. non poteſt, de præbend. & cap. 1. & 2. de fil. presbyt. in 6.

Poſtremum fundamentum deſumit Fel. ex d. cap. ſuper quæſtionum §. ſi verò, de offic. deleg. vbi, † ſi Papa committit cauſam duobus cum clauſula, appellatione remota, non poterunt alij, aut etiam inuicem ſibi cauſam ſubdelegare cum huiuſmodi clauſula, quoniam qualitas oppoſita reſpectu delegati non tranſit in ſubdelegatum, de quo Papa non cogitauit; ergo etiam in caſu noſtro non datur poteſtas tranſmittendi iſtam ſpecialitatem in alium. Nec valet reſponſio Dec. quòd ille text. videtur habere ſpecialem rationem in clauſula illa, appellatione remota, quæ odioſa eſt, & reſpicit ius tertij; ſecus videtur in iſto caſu, vbi ſolùm agitur de qualitate, quæ in iudice requiritur. Nam replicatur, quòd hic agitur de diſpenſatione, vt ipſe Dec. docet eod. cap. ſi pro debilitate num. 24 poſt gloſ. d. cap. ſtatutum in princ. verbo litterarum; at verò diſpenſatio & ipſa odioſa eſt, vt ſuprà oſtendimus; atque etiam dici poteſt agi de præiudicio tertij, cum ad fauorem litigantium requirat qualitates illas Pontifex d. cap. ſtatutum in princ. quia veriſimiliter arguit licentiam, & doctrinam vt adnotauit ibid. gloſ. communiter approbata in verbo, Canonicis. Illa porrò concordia opinionum, quam affert Dec. nullò poteſt niti fundamento, niſi d. l. parabolani, cum ibi not. per Bal. quæ tamen præter paulò ante allatas, illam quoque patiuntur reſponſionem quòd non procedant, vbi de diſpenſatione, illâque extendenda, vt in hac ſpecie, aga-

69 *Delegati cũ clauſula, appellatione remota, non poſſunt alios aut ſe inuicẽ cum eadem clauſula ſubdelegare.*

tur adeſſe alia clauſula derogatoria, & veritate prædicti caſus; tum quod iurium correctio odioſa eſt, & quoad fieri poſſit euitanda cap. cum expediat, de elect. in 6. cum ſuis concord. & diſpenſatio ſtricti iuris eſt., neque vllatenus extendenda cap. 1. & 2. de fil. presbyt. & cap. non poteſt, de præbend. eodem lib. cum ibi not. & ſuis ſimil. tum denique ex iis fundamentis, quibus Felin. in cap. ſi pro debilitate col. 2. ſeu verſic quæro, Papa
88 committit cauſam, de offic. deleg. idem oſtendit † in ſimplici delegato iuxta terminos d.cap. ſtatutum. & licèt Dec. ibid.nu. 28.& ſeq. ea contendat euertere, tertiam ipſe pro concordia opinionem adſtruens nimirum quòd cùm Papa ex certa ſcientia cauſam ſimplici ſacerdoti committit, delegatus poterit cauſam committere alteri ſacerdoti ſecundùm qualitatem ſuam, ſecus ſi non haberet qualitatem principalis delegati, vnde cauſa non poterit per eum Diacono ſubdelegari. Nihilominus adhuc adhæreo ſententiæ Fel. aſſerentis omnino requiri in tali ſubdelegato qualitates prædictas, non obſtantib. Dec. reſponſionibus, non modò propter noſtras rationes in Conſeruatore mox allatas, quæ ſimplici quoque delegato deſeruiunt, ſed etiam ob fundamenta ipſius Fel. quorum Primum eſt,quoniam illa commiſſio facta à ſummo Pontifice non habenti qualitatem requiſitam,eſt quædam diſpenſatio perſonalis, quæ perſonam eius non egreditur, arg.l.quia tale ff.ſol.matrim. & cap priuilegium, de reg. iur. in 6. nec valet reſponſio Dec. quòd ex quo reſpectu principalis delegati diſpenſatum fuit, idem videtur reſpectu ſubdelegati;quia cum Princeps ſciret delegatum eius poſſe ſubdelegare, habilitando principalem delegatum, videtur etiam habilitare ſubdelegatum; & ſufficit ſubdelegatum habere qualitatem delegati arg.l.parabolani, vbi Bal.C.de Epiſc.& cler.replicatur enim quod immò cum Papa ſciret poſſe à delegato fieri ſubdelegationem, ſi voluiſſet in eo quoque diſpenſare, id expreſſiſſet, arg.cap.ad audientiam, de decim.& ſimil. & diſpenſatio ſtricti iuris eſt, neque extendenda,vt diximus. ex d.verò l. parabolani, & ibi Bal. ſolùm habetur,quòd ille, qui non poteſt aliquod officium principaliter exercere, nequit etiam in eo ſubrogari. quamuis etiam ibi non agatur de ſubrogatione per viam ſubdelegationis, ſed ſuffectionis, & ſuppoſitionis in locum principalis. Alterum fundamentum Fel. ſumitur ex d. cap. ſtatutum §. in nullo, vbi expreſsè cauetur; quòd commiſſio fiat

Delegatus ex certa ſcientia non habēs qualitates c.ſtatutū,de reſc. in 6. poteſt ſubdelegare habentē eas qualitates.

perſonis

perſonis duntaxat ſuperiùs deſignatis; vnde ſi Papa commiſerit non habenti qualitatem, non debet extendi ad alias perſonas propter dictionem taxatiuam.

Nec obeſt reſponſio Dec. quòd attenta illa generalitate etiam excluderetur delegatus principalis qui non haberet illas qualitates. Replicatur enim primò, quòd in d. cap. ſtatutum ſunt duæ ſpeciales diſpoſitiones, altera in princ. circa principalem delegatum, & huic derogatur per commiſſionem ex certa ſcientia factam; altera circa ſubdelegatum d. §. in nullo, vbi expreſsè prohibuit delegato, ne committeret vices ſuas alteri, quàm habenti illas qualitates, & huic diſpoſitioni non apparet quod voluerit derogare. Deinde vbi etiam eſſet vnica diſpoſitio, dicitur, quòd diſpenſatio non extenditur de perſona ad perſonam, neque de caſu ad caſum, maximè ſtante dictione taxatiua, dict. cap. non poteſt, de præbend. & cap. 1. & 2. de fil. presbyt. in 6.

Poſtremum fundamentum deſumit Fel. ex d. cap. ſuper quæſtionum §. ſi verò, de offic. deleg. vbi, † ſi Papa committit cauſam duobus cum clauſula, appellatione remota, non poterunt alij, aut etiam inuicem ſibi cauſam ſubdelegare cum huiuſmodi clauſula, quoniam qualitas oppoſita reſpectu delegati non tranſit in ſubdelegatum, de quo Papa non cogitauit; ergo etiam in caſu noſtro non datur poteſtas tranſmittendi iſtam ſpecialitatem in alium. Nec valet reſponſio Dec. quòd ille text. videtur habere ſpecialem rationem in clauſula illa, appellatione remota, quæ odioſa eſt, & reſpicit ius tertij; ſecus videtur in iſto caſu, vbi ſolùm agitur de qualitate, quæ in iudice requiritur. Nam replicatur, quòd hic agitur de diſpenſatione, vt ipſe Dec. docet eod. cap. ſi pro debilitate num. 24 poſt gloſ. d. cap. ſtatutum in princ. verbo litterarum; at verò diſpenſatio & ipſa odioſa eſt, vt ſuprà oſtendimus; atque etiam dici poteſt agi de præiudicio tertij, cum ad fauorem litigantium requirat qualitates illas Pontifex d. cap. ſtatutum in princ. quia veriſimiliter arguit licentiam, & doctrinam vt adnotauit ibid. gloſ. communiter approbata in verbo, Canonicis. Illa porrò concordia opinionum, quam affert Dec. nullo poteſt niti fundamento, niſi d. l. parabolani, cum ibi not. per Bal. quæ tamen præter paulò ante allatas, illam quoque patiuntur reſponſionem quòd non procedant, vbi de diſpenſatione, illâque extendenda, vt in hac ſpecie, aga-

69 Delegati cũ clauſula, appellatione remota, non poſſunt alios aut ſe inuicẽ cum eadem clauſula ſubdelegare.

Digitized by Google

tur. Stat ergo firma concluſio Fel. quòd ſubdelegatus adhuc habere debet qualitates d. cap. ſtatutum requiſitas, licèt commiſſio ex certa ſcientia fiat delegato eas non habenti. Quod idem de Conſeruatore reſpectu Subconſeruatoris ſtatuendum erit, tum quòd ille ſub genere delegati ſit;tum quòd tam d.cap. ſtatutum, quàm d.c.fin. idem Pontifex ſimili loquendi formula vtatur;vnde tam argumentum à genere ad ſpeciem, quàm à ſimili,de quibus ſupr.locum habebit.

70 *Subcōſeruator nequit ſubdelegare aliquã cauſam; &*

Tertiò ſublimitatur, quòd † Subconſeruator deputatus ab eo etiam, qui vigore litterarum vices ſuas committit, nequit ampliùs ſubdelegare aliquam cauſam; neque enim poteſt ſubdelegatus ampliùs ſubdelegare, vt tradunt Abb.Franc. Dec. & alij in cap. cum cauſam, de appellat. per illum text. & cap.ſuper quæſtionum §. verò, de offic deleg. ídque procedit, † licèt Conſeruator dederit Subconſeruatori poteſtatem ſubdelegandi; nam delegatus à Principe nequit talem poteſtatem ſubdelegato concedere, vt poſt alios plurimos ab eo relatos tradit Tho. Sanchez d. tract.de Matrim. lib.3. diſp.31. num. 9. & ante eum Dec. qui communem aſſerit in cap.cum cauſam, num.4.de appellat. Niſi dicere velimus, quòd cum Conſeruator æquiparetur ordinario tamquam delegatus ad vniuerſitatem cauſarum, vt quæſt. præced. concl. 3. docuimus, ordinarius autem poſſit dare ſuo delegato poteſtatem ſubdelegandi, vt plerique tradiderunt, quos referunt, ac ſequuntur Dec. d. num.4. Alex.in l.à iudice C.de iud.& Sanchez d.diſput.31. num.6. videtur dicendum, poſſe Subconſeruatorem ſubdelegare ſaltem vnam cauſam. Sed reſponderi poſſet, delegatum ad vniuerſitatem cauſarum verè eſſe delegatum, qui in pluribus non æquiparatur ordinario, vt probat inter alios Dec.ſupr.num 8.& nos d.concl. 3. Omnino autem poterit † talis Subconſeruator articulum non iuriſdictionalem ſubdelegare, per ea, quæ de delegato ordinarij latè adducit Sanchez ſupr. num. 10. maximè cum text. tam d.cap.ſuper quæſtionum §.ſi verò,iuncta gloſ. quàm d. cap. cum cauſam ea ratione nitantur, quòd talis ſubdelegatus non ſit delegatus à Principe, ac præterea ſolùm prohibeat ſubdelegato Papæ cauſæ commiſſionem, non autem articuli non iuriſdictionalis. optimus text.d.cap. ſuper quæſtionum in princ. ibi, iudex quicumque non tam cognitorem,quàm executorem,&c. Subdelegatus enim iudex eſt.facit & text.d.cap.fin.§.vices quoque,

71 *quid ſi habeat à Conſeruatore facultatẽ ſubdelegandi.*

72 *Subcōſeruator poteſt articulum non iuriſdictionalem ſub delegare.*

Digitized by Google

que, de offic. deleg. in 6. dum ibi dicitur, quòd Conſeruator, qui nequit committere vices ſuas, poteſt tamen quoad citationes, ac ſententiarum denunciationes. Ex cuius deciſione dicendum videtur, non niſi hos duos actus poſſe à Subconſeruatore cõmitti, ne plus Subconſeruator, quàm Conſeruator mero iure facere poſſe videatur. licèt abſurdum id non eſſe quis dixerit, quòd talis Conſeruator limitatam ad eos duos actus committendi facultatem à iure habet, non ſic Subconſeruator deputatus à Conſeruatore, qui vigore litterarum ſimpliciter committere poteſt vices ſuas; ex hoc enim ſequitur, vt talis Subconſeruator committere valeat omnes actus non iuriſdictionales.

Denique ſublimitari poſſe videtur prædicta 2. limitatio principalis concluſ. vt † non poſſit Conſeruator in totum committere alteri vices ſuas, ſeu ſubdelegare vniuerſitatem ſuarum cauſarum; Conſeruator enim eſt delegatus ad vniuerſitatem cauſarum, vt quæſt. præced. concl. 3. docuimus; at verò huiuſmodi delegatus non poteſt ſubdelegare vniuerſam ſuam delegationem, ſeu cauſarum ſuarum vniuerſitatem, vt poſt Hoſt. tit. de offic. deleg §. quis poſſit & Alex. in l. à iudice, C. de iudic. tradit Maran. in ſpec. aur. part. 4. diſt. 5 num. 55. ac tenet Butr. & Imol. d. cap. ſuper quæſtionum, § ſi verò, de off. deleg. Franc. d. cap. cum cauſam num 30. Dec. num. 39. de appellat. poſt alios Sanchez d. diſt. 31. num. 3. ob eam præcipuè rationem, quòd ordinarius, cui talis delegatus æquiparatur, non poteſt inconſulto Principe totam ſuam iuriſdictionem delegare l. pen. vbi Doctor. ff. de off. Pręſid. quod & alij tradunt relati pariter, ac probati à Sanchez d. diſp. 31. nu. 11. Contrarium tamen ſtatuendum eſt, tum quòd Conſeruator ſimul eſt delegatus Principis, ſeu Papæ, qui delegatus poteſt in totum ſubdelegare vices ſuas d. cap. ſuper quæſtionum §. porrò, & §. item cum totum, de off. delegat. cap. quamuis alicui, eod. tit. in 6. cum ſimil. tum quòd id apertè ſignificare videtur Pontifex d. cap. fin. dum permittit Conſeruatori, vt poſſit committere vices ſuas, vbi id eis competierit ex beneficio litterarum; vices enim committere propriè loquendo eſt aliquem in totum in ſui locum ſubrogare, vt apertè ſenſit glo. recepta d. cap. ſuper quæſtionum §. ſi verò, verbo, vices ſuas, & d. cap. ſtatutum § in nullo verbo, vices quoque, quam ibi Gemin. & alij ſequuntur tum ibi, tum in cap. 1. de off. vicar. in 6. & toto ferè eod. tit. in Decretal. & in rubr. ac toto tit. C. de offic.

75 *Subdelegare in totũ vices ſuas Conſeruator an poſſit.*

Digitized by Google

eius, qui vic.ger. & alibi ſæpe, vnde nomen Vicarij prodiit, vt ferè ex omnibus citat. iuribus conſtat, probátque inter cæteros Iacob.Sbroz. tract.de vicar.Epiſc.lib. 1.quæſt. 1.qui etiam quæſt. 27. pluribus oſtendit Vicarium ſimpliciter conſtitutum,cenſeri conſtitutum in ſpiritualibus generalem. & hoc fortè eſt quod poſt Barb.cap. 1.col.4.verſ.tu pondera, de off.leg. voluit Io. Neuiz.in alleg.conſ. 35. num. 6. dum ait Conſeruatores poſſe dare Vicarios generales; tum denique quoniam id habet communis praxis præſertim in Mediolanenſi foro, de quo nos teſtari poſſumus, cum in eo diu verſati ſimus, vt ſaltem aliqua ſubſiſtente iuſta cauſa Conſeruatores conſtituant Subconſeruatores in omnibus cauſis. Ad contraria reſpondetur, ea procedere vbi quis eſſet ab inferiore delegatus ad vniuerſitatem cauſarum: & vbi ordinarius aut vellet in totum abdicare à ſe iuriſdictionem, ita, vt ſaltem ſibi non retineret facultatem auocandi, aut id faceret inconſulto Principe, & abſque eius facultate. At verò Pontifex id permittit Conſeruatori ſiue generaliter tamquam delegato, cui hoc expreſsè conceſſit, ſiue etiam ſpecialiter ſaltem tacitè, vt declaratum eſt.

Pro complemento autem huius quæſtionis videri poſſet, An ſaltem de partium conſenſu Subconſeruator deputari poſſit, qui alibi degere ſoleat, quàm vbi deputatus eſt, ſeu degere ſolet ipſe Conſeruator, aut aliàs contra formam d.cap.fin.vbi in litteris ei non derogaretur, vel de certa ſcientia Papæ non conſtaret. verùm de hoc agemus infr.hoc eod.cap.q.8.

74 *Quam ob cauſam ſubdelegare debeat Conſer. remiſſiuè.*

Quærere etiam quis poſſet, An † vbi Conſeruator ex beneficio litterarum poteſt committere vices ſuas etiam in totum, quam ob cauſam debeat id facere. De hoc tamen ſufficiet lectorem remittere ad cap. ſi pro debilitate, & cap.ſuper quæſtionum, de off.deleg.cap.ſi quis contra, de for.compet. cap. poſtremò, cap.ſuſpicionis, & cap.cum ſpeciali, de appell.cap.legitima, eod.tit.in 6.cum ibid.notat.per gloſ.& Doct.

75 *Subdelegationis forma & effectus, remiſſiuè.*

Similiter quæri hîc alia poſſent † circa formam, & effectum ſubdelegationis; ſed quia hæc communia ſunt cum aliis delegatis Apoſtolicis, remittere ſufficiat ad cap. paſtoralis, cap.ſuper quæſtionum, & cap.fin.de offic.deleg. necnon ad cap.quamuis, & cap.ſi ſub delegatus, eod. tit. in 6. & ſimilia; quod verò ſpectat ad appellationem, de hoc agemus infrà cap.9, quæſt.vlt. Interim ad 3.huius cap.tranſeamus.

QVÆRO

Digitized by Google

QVÆRO *igitur tertiò, An Conſeruator poßit cognoſcere de ijs, quæ requirunt iudicialem indaginem, ſeu de alijs, quàm de manifeſtis iniurijs, & violentijs.*

Præmitto per hanc iudicialem indaginem, de qua etiam loquitur text. d. cap. 1. & fin. † intelligi eam cauſæ cognitionem, & examinationem, quam ſolent iudices adhibere in rebus dubiis, vt voluit gloſ. d. cap. 1. verbo, indaginem, & ante eam Innoc. Io. Monac. & Hoſt. ibid. poſt eam verò Gemin. & alij vel ibi, vel d. cap. fin. indagare enim vnde indaginis nomen ducitur, eſt diligenter quærere, & ſcrutari, vt apud Cicer. de opt. gen. dicen. indagemus inuſitatas vias, tritas relinquamus. per manifeſtas autem iniurias quid intelligendum ſit, latiùs non multò poſt examinabimus. Nunc ad propoſitam quæſtionem 76

Indago iudicialis quid ſit.

Reſpondeo, certiſſimum eſſe, † quòd, vbi Pontifex non det Conſeruatorem præter aut contra formam d. cap. 1. & fin. de off. deleg. in 6. cui fiat ſufficiens derogatio, non poterit de prædictis cognoſcere Conſeruator; nam d. cap. 1. expreſsè dicitur, quòd Conſeruatores à ſede Apoſtolica deputati à manifeſtis iniuriis, & violentiis defendant, nec ad alia, quæ iudicialem indaginem exigunt, ſuam poſſint extendere poteſtatem. d. verò cap. fin. §. vt autem, decernitur, vt, ſi Conſeruatores de aliis, quàm manifeſtis iniuriis, & violentiis ſcienter ſe intromiſerint, ſeu ad alia, quæ iudicialem exigunt indaginem, ſuam extenderint poteſtatem, eo ipſo per vnum annum ab officio ſint ſuſpenſi; pars verò, quæ hoc fieri procurabit, ſententiam excommunicationis incurrat, à qua non poſſit abſolui, niſi ei, quem ſic fatigauit indebitè, primò ſatisfaciat integraliter de expenſis. 77

Conſeruator deputatus ad terminos c. 1. & fi. de off. del. in 6. de requirentib. iudicialẽ indaginẽ cognoſcere nequit.

Difficultas verò quoad priorem, eámque præcipuam huius diſpoſitionis partem (de poſteriori enim quæ ad pœnam attinet, agemus in quæſt. illa, quam de pœnis abutentium iuriſdictione Conſeruatoris, quæ erit poſtrema, hoc ipſo cap inſtituemus) eſt in pluribus quæ ſingula (omiſſa breuitatis cauſa earum propoſitione) ſingulis concluſionibus abſoluemus.

Prima igitur concluſio ſit. Prædicta verba cap. 1. & fin. ita ſunt accipienda, † vt poſſit Conſeruator in manifeſtis iniuriis, ſeu notoriis (prout Doct. communiter in dd. iuribus exponunt) ſaltem aliquam iudicialem indaginem adhibere. Probatur primò hæc expoſitio, ſeu concluſio, quoniam ita expreſsè voluit Innoc. d. cap. 1. num. 4. dum illa verba, ad alia &c. ita ex- 78

Cõſer. poteſt adhibere iudicialẽ aliquã indaginẽ in manifeſtis iniurijs.

Digitized by Google

plicat, præterquam in notoriis, quia, inquit, in notoriis benè habebunt indaginem, & num. 6. in fine ait, expone ergo ſic litteram, quia non habebit iudicialem indaginem, ſupple in non notoriis. Omnino autem ſtandum puto huic expoſitioni Innoc. tum propter eius maximam auctoritatem, qui pater iuris, & organum veritatis, Monarcha iuris diuini, & humani, lux mundi appellatur, aliiſq; ſimilibus encomiis extollitur à Doct. relatis per Thomam Conſtantinopolitanum in eius vita; tum quòd idem Innoc. auctor fuit illius cap. 1. vnde Innocentij mentem in eo canone, ſi quis alius interpres, ipſe certè noſſe potuit; neque aliam mentem exiſtimare debemus fuiſſe Bonif. VIII. in d. cap. fin. huius canonis auctoris. Sed expoſitionem Innoc. ſequitur etiam gloſ. poſt Hoſt. & Archid. d. cap. 1. num. 3. in princ. & circa finem, Io. And. eod. cap. 1. in princ. Butr. num. 6. & 7. Anchar. num. 5. circa princ. Gemin. num. 2. propè fin. Franc. num. 3. poſt Io. de Imol. Secundò ſuadetur hæc expoſitio ex illa dictione, (*alia*,) quæ † repetit eandem qualitatem,

79 *Dictio, alia, repetit eandem qualitatem.*

Doct. in cap. ſedes, de reſcript. & cap. 2. vbi Dec. & alij, de iudic. Legiſtæ in l. 2. C. de ſer. fugit. & alibi paſſim, latè Euerard. in loc. leg. à diction. implicat. num. 4. cum igitur dicat Pontifex tam d. cap. 1. quàm fin. ad alia, quæ iudicialem exigunt indaginem, ſequitur, vt in notoriis, ſeu manifeſtis quoque iniuriis, quarum mox meminerat, iudicialis indago ſaltem aliqualis exigatur. Tertiò hæc ipſa expoſitio, ſeu prima noſtra concluſio, præter alias pleraſque, probatur ratione illa, quam affert Innoc. Archid. Io. An. Anchar. & alij mox citati, quoniam Conſeruatoribus committitur iuriſdictio in notoriis, ſeu manifeſtis iniuriis, igitur † & omnia, ſine quib. illam nequeunt explicare. l. 2. ff. de iuriſdict. omn. iudic. cap. præterea, cap. prudentiam §. pen. & cap. ſuſpicionis de off. deleg. cum ſimil. ibid. per gloſ. & Doct. allegatis, non poteſt autem punire aliquos de notoriis malefactis, niſi eos citet, idem Innoc. & alij in cap. 1. de off. deleg. latè Aret. conſ. 145. col. 8. & niſi citatos, & contumaces puniat in expenſis, & aliàs, cap. de cauſis eod. tit. & l. 1. ff. ſi quis ius dic. non obtemp. iuncto cap. ad noſtram il 3. de iureiur. ex quo text. notat ibi gloſ. verbo, obſeruandus, communiter à Bart. recepta; quòd etiam in notoriis aliquis ordo iuris eſt obſeruandus, ſimúlque conſurgit quartum fundamentum pro hac expoſitione ad eam confirmandam adductum per Innoc. & alios ferè

80 *Iuriſdictione conceſſa cenſentur quoque conceſſa, ſine quib. illa nequit explicari.*

omnes

omnes d.cap.1.de off.deleg.in 6.quòd latiùs examinabimus inf. cap.ſeq.quæſt.1.

Quintò probatur ratione allata per Innoc. Archid.Io. An. & alios loc.cit.quia † quando reus negat per ſe factum fuiſſe maleficium, ſeu notorium eſt aliis, ſed non iudici, quòd ille maleficium fecerit; vel denique ait, ſe id feciſſe iure ſuo,ſuper hoc requiret probationes vtriuſque, aliàs non poterit explere iuriſdictionem ſuam. Sextò ratione eiuſdem Innoc. & Io. An. vbi ſupr. quoniam reus, non actor offenſus parat iudici viam cognoſcendi de his manifeſtis iniuriis,proponendo exceptionem, quaſi ſit vera, contra ipſum procedi non poterit, vt patet ex iis, quæ poſt Doct.d.cap.1. trademus d.quæſt.1. Sæpè autem habet quis beneficium per alterum, quod per ſe non haberet,l pen.C. de temp.in integr.reſtit.cap.pen.de temp. ord.cum ſimil. Denique probatur ratione, quam afferunt Innoc.Archid.Io.An.Anchar. & cæteri communiter d.cap.1. quoniam Conſeruator poteſt excommunicare, vt latiùs oſtendemus infrà cap.ſeq.quæſt. 2. at verò excommunicatio regulariter non fertur ſine cauſæ cognitione, cap.ſicut & cap.nemo 2.quæſt.1. cap.ſacro de ſent. excomm.cum ſuis concord.

81 *Negãte reo maleficiũ à ſe factũ, vel dicente iure id factũ ſuper hoc recipiet Conſeruator probationes.*

Concludendum ergo, Conſeruatorem etiam datum iuxta terminos d.cap.1. & fin. non ſolùm habere cauſæ cognitionem, ſeu indaginem ſemiplenam, ſeu planam, quam is adhibet ad ſui inſtructionem, quod admittit quoque Hoſt.d.cap.1. qui Innoc.& ſequacium opinioni aduerſari videtur, verùm etiam plenam, hoc eſt omnem illam, quæ in notoriis adhiberi poteſt, ac debet, non autem eum ordinem iudiciarium, qui in aliis obſeruari debet, iuxta d.cap.ad noſtram il 3. cum ibi not.per gloſ. in verbo, obſeruandus, ac cæteros Doct. de iureiur. & aliis iurib. ibid. allegatis, vt ſatis colligitur ex Doct. communiter d.cap.1. & in ſpecie ibi adnotarunt Gemin. num. 2. infr. & Franc. num. 3. Et hac ratione in definitione Conſeruatoris per nos poſt Io. An. Anchar. & alios allata ſupr. cap. 2. quæſt. 2. addidimus illa verba (iudiciali non vtens indagine) ea videlicet quæ in aliis, quàm notoriis, ſeu manifeſtis adhibetur, nimirum in dubiis, ſeu occultis; vnde, cum iudicialis indago tamquam de principali analogato, (vt cum Dialecticis loquar,) dicatur de pleno ordine iudiciarij, qui in aliis, quàm notoriis obſeruatur, minùs verò principaliter de eo, qui in notoriis,rectè poſuimus illa ver-

ba

Digitized by Google

ba (iudiciali non vtens indagine) in definitione Conſeruatoris apponere, cum regulariter verba in poſteriori ſignificatione ſumi debeant l. 1. §. qui in perpetuum ff. ſi ager vectig. vel emphy. petat. cum ſimil.

Ea igitur verba huiuſmodi recipere debent interpretationem, vt ſolùm excludatur omnino plena cauſæ cognitio, & examinatio, ſicut etiam proportionabiliter intelliguntur illa
82 verba † (ſine ſtrepitu, & figura iudicij,) quæ in pleriſque commiſſionibus à Principe adiiciuntur, vel adiecta cenſentur à iure propter cauſæ naturam, & qualitatem, vt in clem. diſpendioſam, de iudic. & clem. ſæpe contingit, de verb. ſignific. ex quibus iurib. cum ibi not. habetur, quòd in talibus cauſis, licèt non omnis, aliqualis tamen iudiciarius ordo ſeruandus eſt; ob eámque cauſam exiſtimo Romanos Pontifices, quando deputant Conſeruatores cum facultate cognoſcendi in iis, quæ iudicialem exigunt indaginem, mandare, vt in iis procedant ſimpliciter, de plano, & ſine ſtrepitu ac figura iudicij, vt patet ex nonnullis formulis Conſeruatoriæ allatis ſupr. cap. 2. quæſt. 2. præcipuè verò Societatis IESV. & Illuſtriſſimi Card. à Monte alto. Dixi autem, (proportionabiliter,) quia plenior iuris ordo in ſummariis adhibetur, quàm in notoriis, vt ſuo loco oſtendemus.

Clauſula (ſine figura iudicij) quomodo accipienda, & cur in pleriſque Conſeruatoriis ponatur.

Senſus igitur prædictorum verborum cap. 1. & fin. erit, vt poſſit Conſeruator iuxta eorum iurium terminos deputatus de manifeſtis, ac notoriis iniuriis cognoſcere, aliquam iudicialem indaginem, & cauſæ examinationem, hoc eſt eam omnem, quæ in notoriis adhibetur, habere; de aliis verò, quæ plenam, & omnimodam cauſæ cognitionem, ſeu exactum ordinem iudiciarium requirunt, nequeat cognoſcere.

Quod ſi aliquis contra huiuſmodi expoſitionem, & prædictam noſtram concluſionem vrgeat, dicendo, fruſtra videri appoſita poſteriora illa verba, (nec ad alia, quæ iudicialem exigunt indaginem, ſuam extendant poteſtatem) cum ſaltem in d. cap. fin. per verba mox præcedentia id ipſum ſatis diſpoſitum fuiſſe videatur, dum dictum fuit, quòd nequeunt huiuſmodi Conſeruatores de aliis, quàm de manifeſtis iniuriis ſe intromittere; excluduntur enim his verbis à cognitione Conſeruatoris cætera omnia, præter iniurias manifeſtas, atque adeo etiam quæcumque exigunt iudicialem indaginem, vel plenam, & abſolutam,

ſolutam, vel etiam aliqualem, eam nimirum, quæ notoriæ in-
iuriæ propria eſt, vbi eam adhibere vellet in aliis, quàm in hu-
iuſmodi notoriis, & manifeſtis iniuriis. Reſpondeo, quòd
† reſpectu quidem d. cap. 1. hæc difficultas facilè vel ex eo tol- 83
litur, quòd in prioribus verbis ſolùm datur facultas cogno- *Intellectus*
ſcendi de manifeſtis iniuriis, in poſterioribus verò expreſsè *illorũ verbo-*
prohibetur cognitio aliorum. Reſpectu verò d. cap. fin. vbi tam *rum, nec ad*
in prioribus, quàm in poſterioribus verbis procedit Pontifex *alia, &c. de*
prohibendo, adhuc fruſtra non fuerunt adiecta poſteriora; ve- *quib. c. 1. &*
rùm tum ad maiorem declarationem, & omnem ambiguita- *fi. de off del.*
tem tollendam; dubitari enim poterit, in quo ſenſu prima ver- *in 6.*
ba forent accipienda, quidque ſibi ea vellent, cum præſertim
manifeſtum non vnam habeat ſignificationem, vt patet ex
cap. veſtra de cohabit. cler. & mul. cum ibi not. & aliis iuribus
circa initium quartæ concluſ. per nos allegandis vbi de mani-
feſto agemus, vnde illa dictio (*ſeu*) ſtabit expoſitiuè, quod
† nouum non eſt, vt patet ex l. ſi quis ita ff. de aur. & arg. leg. 84
& cap. bonæ il 1. de elect. cum ſimil. quod autem cauſa decla- *Dictio, ſeu,*
rationis, ſeu ambiguitatis tollendæ in aliqua diſpoſitione ad- *plerumque*
iicitur, ſuperfluum dici non poteſt, per ea, quæ latè adduxi- *ſtat expoſi-*
mus ſuprà cap. 2. quæſt. 2. in fin. tum vt oſtendatur, quam ob *tiuè.*
cauſam nollet Pontifex, Conſeruatorem cognoſcere de aliis,
quàm manifeſtis iniuriis, ne nimirum plena, & iudiciali inda-
gine, ſeu exacto iuris ordine vteretur, vt minùs quoad fieri
poſſit ordinariorum iuriſdictioni detraheretur. Tum denique
in omnem caſum, vbi etiam mera geminatio dici poſſet, ad-
huc † ea admittitur ad oſtendendam enixam voluntatem di- 85
ſponentis, quamuis eodem contextu fiat iuxta text. in l. bali- *Geminatio*
ſta, vbi Doct. ff. ad Trebell. latè inter cæteros Surd. conſ. 369. *Verborum*
num. 16. Menoch. lib. 4. præſumpt. 81. num. 24. & ante eos Eue- *quid opere-*
rard. in loc. à vi geminat num. 1. *tur.*

Iam verò pro complemento huius concluſionis, duarúm-
que ſimul reſolutione ſequentium videndum eſt, quæ ſit iniu-
ria, & violentia; poſtmodum autem videbimus, quæ ſit ma-
nifeſta, ſeu notoria. Et quidem iniuria generaliter dicitur
† omne id, quod iure non fit, prout patet ex l. 1. in princ. ff. 86
de iniur. & l. 1. in princ. cum ibi not. ff. de nou. oper. nunciat. *Iniuria ge-*
atque ex text. Inſtit. de iniur. in princ. ad hanc materiam Con- *neraliter &*
ſeruatorum tradiderunt Io. An. Archid. Gemin. & Franc. d. c. 1. *ſpecialiter*
quid ſit.

Kk

Digitized by Google

& nos admonuimus ſuprà cap. 1. quæſt. 2. vbi etiam oſtendimus, hoc nomine comprehendi quoque violationem priuilegiorum; ſicut & continebitur contumelia, quæ à contemnendo dicta eſt, item culpa, quam Græci ἔγκλημα dicunt, ſicut in lege Aquilia damnum iniuria, (hoc eſt dolo, vel culpa, ſeu à conſilio) datum accipitur, § iniuria Inſtit. de lege Aquil. Denique iniquitas & iniuſtitia, quam Græci ἀνομίαν, καὶ ἀδικίαν vocant, vt cùm iudex non iure contra aliquem pronunciat, his enim tribus modis ſpecialiter iniuriam dici, totidem, immo iiſdem ferè verbis docet Imperator in alleg. princ. Inſtit de iniur. quod eſt deſumptum ex l. 1. in prin. ff. de iniur. licèt paulo aliter eas ſpecies, ſeu potiùs ſignificationes nominis iniuria diſtinxerit auctor ad Herenn. lib. 4. Rhetor. dum ait iniuriam eſſe, quæ aut pulſatione corpus, aut conuicio aures, aut aliqua turpitudine vitam cuiuſpiam violat; qua tertia ſpecie ſuppleuit meo iudicio diſtinctionem Imperatoris, ſicut Imperator ſecundo membro huius auctoris diuiſionem ſuppleuit; cui conſonat, quod probat Corn. conſ. 80. vol. 3. iniurioſum id dici, quod eſt contra bonos mores. Denique iniuriæ ſpecies paulò quoque aliter commemorat, eas iuribus confirmans Bero. conſ. 202. num. 10. & plurib. ſeqq. vt iniuria fiat re, cùm vel perſona verberatur, vel res vi aufertur, ſitve ingreſſus vi in domum, vt l. 1 §. 1. iuxta l. lex Cornelia §. lex itaque, & l. item apud §. ſi quis bona, ff. de iniur. Verbis quando in cantu voces conferuntur ad inuidiam, ſeu iniuriam, vel ad infamiam, d. l. 1. §. 1. iuncta d. l. item apud §. ait Prætor cum ſeq. ff. de iniur. & §. 1. Inſtit. eod. tit. Opere, ſed largè, inquit, Bero. & generaliter loquendo, quando contra ius fit opus, vel deſtruitur, l. prætor ait §. ait prætor. ff. de nou. oper. nunciat. cap. 1. cum ibi not. extr. eod. tit. Quod autem ſubiicit Bero. de ope, cum quis opem alicui præbet in iniuria inferenda, iuxta l. is qui opem, l. in furti §. ope, & l. ſi ſeruo, ibique Bart. ff. de furt. ac de opera, cum quis alterius opera vtitur, puta mandato, vel conductione ad iniuriam alicui inferendam, iuxta l. non ſolùm, § ſi mandato, d. l. item apud §. ait prætor l. ſed etſi §. ſeruus meus, ff. de iniur. ac denique conſilio, ſeu inſtigatione, qua quis iam etiam paratus ad iniuriam ſui gratia inferendam ab alio iuuatur, & accenditur, ita tamen, vt poſtea ſequatur effectus, vt declarat Bart. d. §. ſi mandato, d. l. in furti §. ope cum ſeq. ff. de furt. id inquam

Digitized by Google

inquam non eſt intelligendum quaſi hæ ſint aliæ ſpecies iniuriæ, ſed potiùs modi, quibus prædictæ tres ſpecies iniuriarum inferuntur; ita tamen, vt qui aliquo ex dictis modis vtatur, eidem iniuria adſcribatur.

De his verò ſignificationibus nominis, ſpeciebus & modis iniuriarum nos aliquid dicemus infrà quæſt. 4. ad fin. ac videndus vbi opus erit poſt alios, quos citat, Proſp. Farin. quæſt. crimin. 105. inſpect. 2. & 3. cum ſeqq. Violentia verò, † quæ & 87
ipſa iniuria quædam eſt, vt auctor eſt M. Tull. lib. 1. offic. atque inter Canoniſtas adnotauit Franc d. cap. 1. num. 2. iniuriæ vim, ſeu impetum addit Doct. in cap. ſi quis ſuadenti, 17. quæſt. 4. cap. cum illorum, cap. de monialibus, cap. veniens, & cap. contingit il 1. de ſent. excomm. cum aliis iuribus per nos alleg. d. quæſt. 2. ad finem. Violentum autem † definitur, quòd ſit à 88
principio extrinſeco, paſſo vim non conferente, hoc eſt, non opitulante, ſeu iuuante vt poſt Ariſtotelem 3. Ethic. tradit S. Thom. communiter receptus 1. 2. quæſt. 6. art. 4. & 5. quem etiam ſequitur Nauar. conſ. 2. num. 2. tit. de iureiur. ac priùs in manual. Confeſſ. prælud. 6. num. 2. & 4. id ipſum colligens ex l. 2. ff. quod met. cauſ. vbi dicitur, vim eſſe rei maioris impetum, cui reſiſti, ſeu qui repelli non poteſt.

Violẽtia addit iniuriæ vim & imperium.

Violentum quid ſit.

Committitur autem † vis, ſeu violentia, (quæ pro eodem 89
ſumuntur, vt conſtat ex gloſ. Bart. & aliis in l. Pomponius §. cum quis ff. de acquir. poſſ. l. ſequitur. §. ſi rem ff. de vſucap. & aliis mox citandis,) quinque modis, vt poſt gloſ. vlt. in l. extat, ff. quod met. cauſ. gloſ. 2. in cap. ad audientiam, de iis, quæ vi, metúſve cau. fin. & alios tradunt Plot. in l. ſi quando num. 63. cum multis ſeqq. C. vnde vi, & clariſſimus Iuriſconſultus D. Menoch. de recuper. poſſ. in prælud. num. 38. & quinque ſeqq. alia enim eſt expulſiua, ob quam interdictum, vnde vi, deiecto conceditur, vt ante omnia reſtituatur; & ſolet aliquando appellari occupatio, & poſſeſſionis ſpoliatio, vt patet ex tot. ferè tit. de reſtit. ſpol. & aliis paſſim allegatis per d. Menoch. d. tract. de recuper. poſſ. alia dicitur ablatiua, cùm per vim res mobilis aufertur, datúrque tunc actio vi bonorum raptorum, non autem interdictum vnde vi, quod pro re mobili locum non habet l. 1. §. illud. ff. de vi, & vi arm. Tertia dicitur vis compulſiua, qua quis compellitur facere quod ſponte aliàs minimè eſſet facturus, pro qua datur actio, quod metus cauſa, non

Violẽtia ſeu vis quinque modis committitur.

Digitized by Google

autem interdictum vnde vi. Quarta dicitur vis turbatiua, quæ inducit interdictum retinendæ, nimirum, vti poſſidetis in rebus immobilibus, & in rebus mobilibus interdictum vt ibi, cùm duo ſe poſſidere contendant. Quinta dicitur inquietatiua, vt cùm quis non ſinit alium vti re ſua quietè, vel alter eo inuito vult ædificare in ſuo, & inducit vt plurimum interdictum quod vi, aut clam; in quo non diſtinguitur, iuſtè, vel iniuſtè fecerit, l.1.ff.quod vi, aut clam, & interdum etiam inducit interdictum retinendæ, cum non multum à turbatiua differat teſte d.Menoch.ſuprà num.43.poſt Alc.& alios.

90 *Iniuriæ nomē in c.1.& fi.de off. del. in 6. an ſumatur genericè vel ſpecificè.*

Secunda concluſio. Dici æquè poteſt nomen iniuriæ d.cap. 1. & fin. † ſumi genericè, & ſpecificè, quòd ſi ſumatur genericè, prout continet tam iniuriam qualificatam, quæ eſt cum vi, ſeu impetu, quàm non qualificatam, quæ ſine tali vi, ſeu impetu eſt, tunc dictio illa (*&*) poſita inter illa verba (manifeſtis iniuriis) & illud, (violentiis) non ſtabit copulatiuè, ſeu augmentatiuè, ſed exemplificatiuè; exemplum nimirum afferendo præcipuæ ſpeciei illius generis mox memorati, hoc eſt iniuriæ, prout prædicta dictio ſumitur cum alibi ſæpe, tum in rubr. ff. de vi, & vi armat. quod etiam docuimus ſupr.cap 1.quæſt.2.ad fin.vel ſi dictio (*&*) vtrobique ſtat copulatiuè, & augmentatiuè, dicendum erit, tam in d. rubr. quàm d. cap. 1. & fin. eam non poni inter genus, & ſpeciem, ſed inter duas diuerſas ſpecies, quia nimirum ibi vis primo loco ſumatur, non genericè, prout continet vim armatam, & non armatam, ſeu, quod idem eſt, publicam, & priuatam, iuxta gloſ. 1. cap. 2. de ord.cog. & Menoch. d. prælud. num. 37. ſed ſpecificè, pro illa ſpecie vis, ſeu violentiæ, quæ ſine armis fit, ſeu priuatæ: hîc autem nomen iniuriæ pari ratione non genericè ſumatur pro iniuria, hoc eſt, pro omni eo, quod non iure fit, ſed ſpecificè, nimirum pro iniuria, quæ vim, & impetum, ſeu violentiam excludit; ſicut etiam adoptio & genericè accipitur, prout includit adoptionem in ſpecie, & arrogationem; & ſpecificè pro ſpecie contra diſtincta ipſi arrogationi, l. 1.ff. de adopt. & ſupr. hoc ipſo cap. quæſt.1.circa princ. poſt Bart. & alios oſtendimus, iuriſdictionem genericè diuidi in imperium, & iuriſdictionem ſimplicem, ſeu in ſpeciem ſumptam. Quocumque autem modo ſumatur in d.cap.1. & fi. nomen iniuriæ comprehendet tres illas ſpecies iniuriæ, quas paulò ante recenſuimus ex Imperator.

Iuſtit.

Digitized by Google

Iuſtit. de iniur. in princ. Et illam, quam ex authore ad Herennium, (quiſquis ille fuerit, ſiue M. Tullius, ſiue Cornificius, ſiue quiuis alius,) ibidem retulimus, de alterius vitam per turpitudinem violante; quamuis † hæc, vt nomen ipſum ſonat, ad violentiam potiùs, quàm ad iniuriam pertineat; niſi fortè cùm alicuius pudor contra diuinam legem volentis tamen maculatur; tunc enim veriùs puto illi quamuis volenti verè iniuriam irrogari; nam licet vulgatum ſit axioma, & iuris regula, ſcienti, ac volenti nullam fieri iniuriam, ſicut neque dolum; nihilominus intelligendum id eſt in iis dumtaxat, quæ à volentis tantùm arbitrio, ac voluntate pendent, quæque in illius ſunt libera diſpoſitione, vt patet ex cap. ſcienti, de regul. iur. in 6. l. nemo videtur, ff. eod. tit. l. 1. §. vſque adeo ff. de iniur. cum aliis iuribus allegatis per Dyn. d. cap. ſcienti, gloſ. & Doct. d. l. nemo videtur, ex quibus iuribus illud axioma ſumptum eſt. vnde ſi quis rapit virginem etiam volentem, adhuc tenetur pœna raptoris, l. vnica C. de raptor. virg. & in Auth. de raptu mul. & flagitium ſtupri punitur lege Iulia, cum quis ſine vi virginem, vel viduam honeſtè viuentem, vel puerum ſtuprauerit, Inſtit. de publ. iud. §. 2. iuncta gloſ. facitque optimè quod de ſeruo corrupto habetur in l. 1. §. perſuadere, & §. vlt. iuncta l. ff. de ſeru. corrupt. idque ob eam cauſam, vt ait Dyn. d. cap. ſcienti num. 5. & alij relati per Add ibi ad Dyn. quoniam in huiuſmodi delictis exceptio, & ſeductio regulariter contingit, cap. 1. & 2. de adult. qui autem decipitur pro non volente habetur, & doloſa perſuaſio plus eſt, quàm coactio, d. §. perſuadere, & l. 3. §. ſi quis volentem ff. de lib. hom. exhib. facit denique quod dicitur in cap. contingit il 1. de ſent. excomm. percuſſionem clerici ſponte ſe ſubiicientis verberibus, licèt non violentam, iniurioſam tamen videri, cum ille canon non tam in fauorem clerici ordinati, quàm ordinis clericalis fuerit promulgatus; vnde idem dicendum eſſe de huiuſmodi crimine, cum id prohibitum ſit, non fauore perſonæ, ſed reip. atque honeſtatis, quæ cum in tali perſona reperiatur, ſi ei iniuria fiat, illata quoque eidem perſonæ cenſetur. Et in ſpecie quòd pro ſtupro illato virgini, vel puero dicitur inferri iniuria, patet, quia datur pro eo actio iniuriarum, l. ſed & quæſtionis §. fi. & l. ſi ſtuprum, ff. de iniur. vbi nullum conſtituitur diſcrimen, an volenti, vel nolenti ſtuprum inferatur.

91 *Mulieri cuius pudor maculatur, inuitæ violentia fieri dicitur; ſi volenti, iniuria.*

Ex quo illud ſequi puto, quoad Conſeruatorum materiam,
92 vt † ſi quis ſanctimoniali, aut alteri perſonæ datus ſit Conſeruator, poterit tamquam deputatus defenſor ab iniuriis, quæ eidem inferuntur punire eum, qui huiuſmodi perſonæ honeſtati iniuriam aliquam fecerit, eius pudorem maculando, modò tamen iniuria manifeſta, ac notoria ſit, vbi Conſeruatoria conceſſa ſit ad terminos d.cap.1.& fin. iuxta ea, quæ paulò poſt dicemus, cùm de manifeſto, ac notorio agemus. Interim verò cum de iniuria, eiúſque ſpeciebus quoad rem attinet loquuti ſimus, aliquid etiam de violentia dicamus. Exiſtimo igitur, & hæc

Maculans pudorē Cōſeru. habētis poteſt à Cōſeru. puniri.

Tertiæ concluſionis in hac quæſtione loco ſit, Conſeruatorem etiam iuxta terminos d. cap. 1. & fin. dumtaxat deputatum † poſſe de omnibus illis quinque ſpeciebus violentiæ ſuperiùs enumeratis cognoſcere. Quamuis enim dubitari poſſe videatur de tertia ſpecie vis, quæ compulſiua dicitur, quoniam ea potiùs metus, quàm vis nomen mereatur, iuxta text. in l. 1. ff. quod met. cau. cum ibi not. quæ quidem duo † inter ſe ita differunt, vt, quod vi fit, metu quoque fieri dicatur, non contra, d.l.1.2. & 3.& vis, ſeu coactio voluntarium omnino tollat, non ita metus, qui reddit ſolùm inuoluntarium ſecundum quid, vt conſtat ex cap. ſacris, de his, quæ vi, metúſve ca. fi. cum ibi traditis, & aliis adductis inter ceteros per Nauar. d. prælud. 6. num. 4. & nouiſſimè Thom. Sanchez tract. de Matrim. lib. 4. diſput. 1. num. 2. & ſeqq. in qua diſput. vſque 21. latiſſimè de metu agit. Nihilominus adhuc de ea ſpecie cognoſcere poterit talis Conſeruator, ſiue quia ſaltem aliqua ratione ſub nomine violentiæ continetur, vt ex Menoch. & aliis ſupr. relatis apertè colligitur, ſiue quia in omnem euentum ſub nomine iniuriæ comprehenditur; per ſe enim patet iniuriam ei fieri, qui aliquid facere inuitus compellitur.

93 *Cōſer. poteſt de omnibus violētia ſpecieb. cognoſcere.*

94 *Vis & metus quomodo differāt.*

95 De nomine autem moleſtiæ, quo vtitur tam Trid. Concil. ſeſſ. 14. cap. 5. quam plerique Doctorum, dum de munere Conſeruatorum verba faciunt, illud dumtaxat nos dicimus, † non fuiſſe à nobis poſitum in definitione Conſeruatoris ſupr. allata cap. 1. quæſt. 2. quoniam nimis latè patet; hoc enim nomen
96 † ex ſua natura aptum eſt comprehendere non ſolùm moleſtiam eam quæ infertur de facto, ſed etiam quæ de iure, vt patet ex l. die ſabbati C. de iud. & l. 1. C. de nundin. cum vtrobique

Moleſtiæ nomē cur nō poſitum in definitione Conſeruat.

Quid comprehendat.

Digitized by Goo

que not. Fel. in cap. cauſam quæ, de reſcript. Barbat. conſ. 65. libr. 3. & aliis relatis per d. Menoch. de præſumpt. libr. 4. præſumpt. 98. & Mandoſ. for. commiſſ. ſuper iact. Verb. moleſtare, at verò Conſeruator iuxta terminos d. cap. 1. & fin. prout eum definiuimus d. quæſt. 2. cognoſcere non poteſt niſi de iniuriis, vt ex dd. iuribus liquet, & iniuria non dicitur, niſi quod iure non fit, vt paulò ante docuimus, & nomen ipſum ſatis oſtendit. Trid. autem Concilium eo loci præterquam quòd non diſponendo, ſed narrando, ſeu enunciatiuè loquitur, agit etiam de Conſeruatoribus non iuxta terminos d cap. 1. & fin. dumtaxat, ſed generatim prout eorum poteſtas per reſcriptum quoque extenditur; ac præterea verbo, moleſtiæ, adiungit etiam verbum iniuriæ, de qua per quemlibet Conſeruatorem cognoſci conſtat ex eod. c. 1. & fin. & aliis prædictis. Sic etiam loquuntur Doct. quotquot moleſtiæ nomine in materia Conſeruatorum vtuntur.

Illud denique quoad haſce concluſiones certum eſt, † Cõſeruatorem etiam iuxta terminos d. cap. 1. & fin. Deputatum non ſolùm poſſe defendere ab iniuriis illatis, compellendo ad ſatisfactionem per diſtrictionem eccleſiaſticam & inuocationem brachij ſecularis; ſed etiam ab inferendis, vt, ſi quis paratus ſit inferre iniuriam his, quorum eſt Conſeruator, prohibere poterit, excommunicare, & punire. ita poſt Io. An. & Doct. communiter d. cap. 1. & fin. Silu. verbò, Conſeruator. num. 3. ídque ſatis indicat nomen defenſionis, quo iura, & canones vtuntur. 97

Iniurias illatas & inferẽdas propulſare poteſt Conſer.

Quarta concluſio. Non ſufficit † Conſeruatori ſecundùm terminos d. cap. 1. & fin. deputato ad hoc, vt ſuam exercere poſſit iuriſdictionem, & cognitionem, iniuriam, aut violentiam admiſſam eſſe contra eum, qui eidem committitur defendendus; ſed ea debet eſſe manifeſta, ſeu notoria. 98

Iniuria Cõſeru. defendenda debet eſſe notoria.

Præmitto autem, † aliud eſſe manifeſtum de iure, aliud manifeſtum de facto; de illo enim intelligendum omnino eſt illud Pauli Apoſtoli ad Galat. 5. manifeſta ſunt autem opera carnis, quæ ſunt, fornicatio, immunditia, &c. quódque habetur l. in traditionib. rerum ff. de pact. ibi, quodcumque pactum ſit, id valere manifeſtum eſt, necnon in l. generi, ff. de verbor. ſignific. ibi, generi appellatione & neptis; & proneptis maritos contineri manifeſtum eſt, vbi Rebuff. alia, quæ ad idem faciunt, 99

Manifeſtũ aliud de iure, aliud de facto.

Digitized by Google

faciunt, iura adducit; de eo vero, quòd manifeſtum eſt de facto, accipiendum eſt illud eiuſdem Apoſtoli 1. Cor. 3: vniuſcuiuſque opus manifeſtum erit; dies enim Domini declarabit, &c. quódque habetur cap. manifeſta, 2. quæſt. 1. manifeſta eſſe, quæ accuſatione non indigent, & cap. de manifeſta ead. cau. & quæſt. de manifeſta, & nota plurib. cauſa non eſſe quærendos teſtes; de eodem loquitur, etiam Iuriſconſultus in l. 3. & ſeqq ff. de furt. & l. manifeſtus fur. ff. de condict. furt. & ſummus Pontifex in cap. cum olim, de verbor. ſignific. vbi declarans, quæ ſit manifeſta offenſa, ait, eam eſſe, quæ vel per confeſſionem, vel probationem legitimè nota fuerit, aut euidentia rei, quæ nulla poſſit tragiuerſione celari. Sed tale manifeſtum de quo d. cap. cum olim, potius eſt notorium, vt ſentit gloſ. 1. d. cap. manifeſta, & expreſsè docet alia gloſ. in cap. veſtra, verbo, notorium, de cohabit. cler. & mul. & d. cap. cum olim, verbo, non quæ iudici in fin. ex quarum gloſ. dictis, nec non Doct. ibid. & in cap. tria, & fin. de cohabit. cler. & mul. cap. cum dilectis, de purg. can. cap. ſuper eo, de teſti. cap. ſcelus, 12. quæſt. 1. cap. eorum, 11. quæſt. 3. l. ea quidem, C. de accuſat. Specul. tit. de notor. crim. Butr. & Capr. tract. de notor. Ant. Gom. libr. 3. var. reſol. cap. 1. Clar. in prax. crimin. §. fin. quæſt. 9. D. Menoch. de arbitr. caſ. 166. 255. & 542. Maſcard. de probat. concluſ. 748. 1014. & 1101. Brixien. Mil. & Bertach. in ſuis repert. verbo, Fama, Manifeſtum, Notorium. Proſp. Farin. quæſt. 21. crimin. num. 3. & multis ſeqq. Sigiſm. Scau. de iudic. cap. 76. Hoſt. in ſumm. tit. de cohabit. cler. & mul. Greg. Tholoſ. in Syntagm. iur. vniuerſ. lib. 48. cap. 10. D. Polij d. Rip. conſultiſſimus Philoſophus aliquando meus condiſcipulus, tract. de noct. temp. cap. 68. Toller. in pract. crimin. verbo, item quod eſt notorius delinquens. Clar. in ſimili Praxi, ſeu §. fin. quæſt. 9. Bart. Vgol. tract. de irregular. cap. 43. §. 1.
100 & Greg. Sayr. lib. 2. Theſaur. caſ. conſcien. cap. 12. num. 19. & ſeq. cum aliis præſertim per hos allegatis; altiùs rem hanc repetendo, vt dilucidiùs procedatur, ſciendum eſt, † hæc omnia reperiri, quæ inter ſe ſimilia ſunt, & aliquando confunduntur, famam, euidens, indubitatum, liquidum, publicum, manifeſtum, notum, & notorium. Fama deſcribitur ſecundùm
101 gloſ. d. verbo, notorium, † illæſæ dignitatis ſtatus vita, & moribus comprobatus, & in nullo diminutus, l. cognitio §. exiſtimatio,

Manif. ſtũ in quo differat à fama, euidenti, indubitato, &c.

Fama quid ſit.

matio, ff. de var & extraord. cog. Sed ea eſt definitio, ſeu deſcriptio famæ ſumptæ pro exiſtimatione, & bona opinione; verùm quod ad rem noſtram attinet, hoc eſt, ſumpta fama pro ſermone quodam communi, definitur, quòd ſit communis locutio ex veriſimilibus coniecturis ſurgens, vt per Abb. d. cap. veſtra num. 12. vel ſecundum Io. An. ibid. num. 9. eſt vulgi, ſeu maioris partis eius opinio de re aliqua conſentiens; vel communis opinio voce manifeſtata ex ſuperiore proueniens, vt poſt alios docet Menoch. lib. 1. de præſumpt. quæſt. 1. num 40. cum ſeqq. vbi etiam optimè oſtendit, † eam differre à rumore, quòd rumor falſus ſermo appellatur, & qui certum nuncium, & auctorem non habet; fama verò poteſt à certo, & incerto auctore prodire, ſecundùm gloſ. 1. d. cap. de manifeſta, gloſ. Io. An. & Abb. d. cap. veſtra, num. 12. de cohabit. cler. & mul. vel potiùs à fide dignis, certíſque perſonis originem habet, quòd etiam conſtat ex traditis per Maſcard. dict. concluſ. 740. & Butr. tractat. de notor. art. 1. num. 9. vbi & illud diſcrimen affert, quòd fama eſt maioris partis iniuriæ, rumor etiam minoris. 102

Fama in quo differat à rumore.

Licèt autem fama † per duos teſtes probetur, deponentes, quòd audierunt publicè dici à maiori parte populi, ad eam tamen inducendam ſaltem decem perſonæ requiruntur, vt ſatis probat Maſcard. concluſ. 749. num. 1. 4. & ſeqq. vbi alia plurima ſcitu digna circa famæ probationem ita cumulatiuè affert, vt ad eum remittere lectorem ſufficiat. 103

Fama per duos teſtes probatur, requirit tamẽ decem perſonas.

Euidens eſt, † quod liuidè, & planè videri poteſt, vt per text. in l. licèt ff. de leg. 1. monet Rebuff. in l. natura cauillationis, verſ. euidens eſt ff. de verb. ſignific. paulò verò poſt idem Rebuff. ait, euidentiam aliquando in iure Canonico poni pro notorio, & manifeſto, & in cap. euidentia, de accuſat. iuncto d. cap. manifeſta, licèt plus contineat euidens, quàm manifeſtum vt patet ex l. quoniam C. de iur. delib. ibi, manifeſtum, atque euidens eſt. 104

Euidens quid ſit.

Indubitatum verò † illud eſt, quod arctat mentem iudicis, ita vt omnino credat, nec poſſit in contrarium inclinare, ſeu demonſtratum per ſigna ſufficientia, per quæ animus tamquam in proprio exiſtens quieſcit, & plus inueſtigare non curat; vt poſt Caſtr. l. fin. C. de probat. Bald. d. l. ea quidem Maſcard. concluſ. 1221. num. 49. & alios tradit Proſp. Farin. 105

Indubitatũ quid dicatur.

Digitized by Google

quæſt.36. crimin. num.36. & ſequent.

106 *Liquidum quid ſit.* Liquidum verò † illud dicitur, quod prima ſpecie ſuſpicione caret, neque impugnari poſſe videtur, vt colligitur ex Fel.in cap.ſignificarunt num.4.de teſt.vbi poſt Abb.d.cap.cum olim, dicit, eo ipſo, quòd probatio eſt facta,dicitur liquere de cauſa, & reddi rem notoriam præſumptione iuris; ſed iſta notorietas eſt commutabilis vſque ad concluſionem in cauſa.vnde dicendum erit, liquidum iuris coincidere cum notorio præſumptione iuris; liquidum autem facti erit,quod etiam vni conſtat,vt patet ex cap.per tuas,de cond.appoſ.

107 *Publicum quid appelletur.* Publicum † eſt, quod omnibus patet,vt per text.in §.conſequens,Inſtit.de ſuſp.tutor.docet Rebuff.l.inter publica ff. de verb.ſign. verùm hoc ita intelligendum eſt,ſiue pateat actu, ſiue ex ſua natura patere poſſit omnibus, vt ſatis colligitur ex d. §.conſequens, nec non ex §.1.Inſtit.de publ.iud.ibid.allegato per gloſ.

108 *Publicum quomodo ſe habeat reſpectu Notorij & Famæ.* Habet autem ſe publicum † reſpectu notorij,& famæ,tamquam genus reſpectu ſpecierum, vt inter cæteros adnotauit Abb.d.cap.veſtra num.11.& Nauar. cap.25.num.255.Man.patétque ex d c.tua, de cohabit.cler.& mul.ibi,ſi crimen eorum ita publicum eſt, vt meritò debeat appellari notorium, iunctis iis verbis, ſi verò publicum eſt non ex euidentia, ſed ex fama, vbi euidens ſumitur pro notorio,ſeu aliqua eius ſpecie.

109 *Manifeſtũ cõtinet in ſe Publicũ & Famoſum.* Manifeſtum † continet in ſe publicum,& famoſum, Butr. d tract.de notor. art.2.num.18. & ſeq. Capr.ſimili tract.de notor.in præfat.num.28. aliquando verò † pro notorio ſumitur, vt d.cap. cum olim, de verb.ſignific. teſte ibid. Abb.num.2. & d.cap. veſtra num.12. & Butr. d. tract.de notor. art.1.num.13.

110 *Vſurpatur aliquando pro Notorio.* Capr. d. præfat. num.26. & ſeq. Farin.d. quæſt.21. num.5. vbi etiam docet ita ſumi in cap. in his, eod.tit.cap.de manifeſta 2. quæſt.1.cap.ſuſpecti, 3.quæſt.5. cap.1. cum in diœceſi,de vſur. cap.infragrabilis,de off.ord.cap.pręſenti & cap.ſi canonici eod. tit.in 6.l. emptorem ff. de act.empt. ſic etiam ſumitur in d.cap. 1.& fi.de off.deleg.in 6.in materiis Conſeruatorum, vt iam ſemel & quidem non multo ante admonuimus. Propriè verò

111 *differt ſpecie à Notorio, Publico, & Famoſo.* manifeſtum † differt tamquam ſpecies diſtincta à notorio, licèt ſit minus, quàm notorium; Abb.d.num.12. immo etiam à publico & famoſo; Abb. ibidem. Butr. d. artic. 2. num. 19. & ſeq.

Definitur

Digitized by Google

Definitur autem manifeſtum ſic in ſpecie ſumptum ab Abb. d num. 12. quòd ſit † publica, ſeu famoſa inſinuatio ex certo 112 auctore, & ex certis cauſis proueniens, vel meliùs à Butr. dict. num. 19. Farinac. d. quæſt. 21. num. 6. & Io. An. d. cap veſtra, num. 9. quòd ſit publica, ſeu famoſa inſinuatio, vel proclamatio, eaque communis, ex certa ſcientia, & à certis auctoribus proueniens. Butr. verò ibid. poſt Io. An. addit, nondum iudicialiter diſcuſſa. Dicitur in definitione, (famoſa inſinuatio, vel proclamatio,) quia oportet, quòd fama concurrat cum veritate, ad hoc; vt inducatur manifeſtum. Ex quo ponitur diſcrimen inter publicum, & manifeſtum: nam publicum eſt, quod † eſt factum præſentibus multis, & tamen non eſt famoſum, 113 quia ſecretè tenetur, cap. 1. cum ibi not. de poſtul. prælat. Manifeſtum autem eſt quod habet ſecum famam. ita Butr. d. art. 2. num. 19. Capr. d. tract. de notor. in præfat. num. 28. & 29. Dicitur (communis) quia oportet eſſe multorum; nam † non 114 ſufficerent duo, vel tres teſtes, qui hoc ſciuerint, vt differat à probatione, ſeu eo quod probatum, ſeu probari poſſe dicitur, ad quod regulariter ſufficiunt duo, vel tres teſtes, l. vbi numerus, ff. de teſt. cap. cum eſſet, & cap. relatum il 1. de teſtam. cum vtrobique not. quot autem requirantur, † ſecundùm aliquos 115 relinquitur arbitrio iudicis, quos ſequitur Butr. d. art. 2. num. 20. & Capr. d. num. 28. modò non excedat maiorem partem populi, vel iniuriæ, quia ſic, inquiunt, eſſet notorium; ſed dicere fortaſſe voluerunt, vel debuerunt, modò non attingat maiorem partem populi, vel iniuriæ; nam ex eorundem ſententia † hic numerus ſufficit in notorio, vt mox videbimus; & 116 manifeſtum eſſe, quod pluribus patet, non omnibus, aut maiori parti, poſt alios docet Farinac. d. quæſt. 21. num. 4. Iaſ. Alex. & alij in l. ſi verò §. qui pro rei, ff. qui ſatiſd. cog. vel certè non in hoc conſtituere debuerunt diſcrimen inter notorium, & manifeſtum, ſed potiùs in aliquo alio prout conſtituit Nauar. d. cap. 27. num. 255. ſubditur in definitione (ex certa ſcientia, & à certis auctoribus proueniens) vt manifeſtum diſtinguatur † à 117 famoſo, ſeu fama, quæ vel ab incerto auctore prodire poteſt, ſicut à certo, vt paulò ante poſt alios diximus, quibus nunc addo Capr. d. num. 28. vel certè ſufficit, quòd fama habuerit ortum à certo auctore, & quod hoc acclamet tota iniuria, vel maior pars; neque neceſſe eſt, quòd oſtendantur auctores, qui

Manifeſtũ ſpecifice ſũptũ quomodo definiatur.

Manifeſtũ à Publico in quo differat.

Quomodo differat à Probatione.

Quot teſtes requirat.

In quo diſcrepet à Notorio: aut

à Famoſo.

Digitized by Google

hoc habuerint ex certa ſcientia, vel præſentia; in manifeſto au-
118 tem † oportet, quòd plures adfuerint auctores, qui per certam
Quomodo probetur. ſcientiam hoc apprehenderint, & ſuper hoc poſſent teſtificari deponentes videlicet de certa ſciētia, hoc eſt, per aliquem ſenſum naturalem ſecundùm quod naturæ rei congruit; ita Capr. d.num. 28. clariùs Butr. d. num. 19. & 20. Demum ponitur à Butr. poſt Io. An. in definitione (nondum iudicialiter diſcuſſa,) ad differentiam illius ſpeciei notorij iuris, quæ probationis dicitur, vt paulò poſt explicabitur.

Notum autem, vt nomen ipſum ſatis demonſtrat, vnde optimum argumentum in iure deſumi, quia vel mediocriter in eo verſatis notiſſimum eſt, comprobare non conabor, definiri,
119 ſeu deſcribi poſſe puto illud eſſe, quod † vel omnes, vel pleri-
Notũ quid ſit. que, vel aliqui ſaltem norunt, ſeu certò ſciunt, vnde notum dicitur id, quod eſt iudicialiter probatum, vt poſt Bart. in l. illicitas §. veritas ff. de offic. præſid. monet Capr. d. tract. de notor. membr. 1. num. 49. Butr. d. art. 2. num. 24. conſtátque ex cap. cum olim, de verb. ſignific. & de eo, quod plures ſciunt, habetur in cap. de manifeſta. 2. quæſt. 1. non tamen hoc ſolùm, ſed & omne, quod certò cognitum eſt, ex prædictis notum dicitur; ex quo fit, vt omne notorium iis, apud quos eſt notorium, notum ſit, non contra, omne notum ſit notorium; vnde datur, notum, & notorium, quod ſimul conſtat populo & iudici. vt per Butr. dict. tractat. artic. 1. num. 12. & artic. 2. num. 7.

120 Noti autem, ſicut & manifeſti † duæ quaſi ſpecies à Philo-
Notorium quotuplex cõſtituatur. ſophis aſſignantur; aliud enim notum eſt, ſeu manifeſtum ſecundùm ſe, hoc eſt, natura ſua; aliud ſecundùm nos, quia nimirum illud nobis, noſtríſque ſenſibus, aut intellectui notum eſt, ac manifeſtum; vnde prodiit celeberrimum illud Peripateticorum, immo Philoſophorum omnium facilè Principis dictum lib. 2. Metaph. cap. 1. text. 1. ſicut ſe habent oculi veſpertilionum ad lumen diei, ita animæ noſtræ mens ad ea quæ natura ſunt manifeſtiſſima omnium.

Notorium denique (quæ vox in ea ſignificatione, qua ſumitur à Legiſtis, Latina non eſt, vt poſt Budæ. Adnot. ad l. de accuſatione. ff. ad Turpil. & alios adnotauit Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. caſ. 166. nu. 1. & conſtat etiam ex iis, quæ affert Hieron. Verrat. in Lexico iuris, verbo, notoria) propriè quidem, ſed gene

Digitized by Google

generatim ſumptum, prout omnes ſuas ſpecies comprehendit, ex Io. An. & aliis definitur à Capr. d. tract. de notor. membr. 2. num. 1 & 2. Farin. d. quæſt. 21. num. 8. Maſcard. de probat. concluſ. 1101. num. 3. & ſeq. quòd ſit † rei, cui adiungitur, valde plena notitia, inducens indubitatam, & finitam probationem diſcuſſione non egentem. Breuiùs autem, & ſufficienter definitur à Butr. d. art. 2. num. 1. quòd ſit probatio indubitata, & finita, nulla diſcuſſione egens. Dicitur (probatio) loco generis, in quo conuenit cum aliis probationibus, ponitur autem (indubitata, & finita) ad differentiam aliarum probationum; & quidem dicitur indubitata, quia, vt detur notorium, oportet ibi dare vltimum gradum fidei, ita, vt nullus dubitationi locus relinquatur: dicitur (finita) quod idem eſt, ac probata, quia notorium eſt probatio probata, nullam nimirum rei probationem requirens, ſeu ſeipſam probans; aliæ probationes ſunt probantes, ſeu, quæ, ſi negentur, aliunde probari debent; quare ad maiorem declarationem vltimo loco in definitione adiicitur, (nulla diſcuſſione egens,) ad differentiam aliarum probationum, quæ rei ipſius diſcuſſione, & examinatione egent: dico autem, (rei ipſius,) quoniam in notorio ſaltem facti, permanentis, licèt iudex ſolius notorij non recipiat probationes ſuper facto, rémque ipſam non diſcutiat, aut examinet, hoc tamen facit ſuper ipſo notorio; ſi enim negetur, quòd res ſit notoria, probari, & examinari id poteſt ac debet, vt poſtea videbimus. Nunc verò illud admonemus, in hiſce definitionibus, ſi ſermonis proprietas attendatur, non tam deſcribi, ac definiri ipſum notorium, ſeu rem ipſam notoriam, quàm notorietatem, ſeu qualitatem, per quam res dicitur notoria, vel potiùs in priori quidem definitione cognitio, quæ de huiuſmodi re cum tali qualitate habetur; in poſteriori verò effectus, & ſpecies probationis ex eadem qualitate reſultans. Ex his porrò notorij in genere ſumpti, ſicut etiam ex aliis eius ſpecierum, quas mox afferemus, definitionibus, multa in hac materia deducuntur, quæ infra ſuis locis explicabimus.

122 *Notoriũ generatim ſed propriè ſũptum quomodo definiatur.*

Interim autem ad eiuſdem ſpecies deſcendentes dicimus, notorium prima diuiſione diuidi † in notorium facti, & iuris. ita poſt alios Butr. d. cap. veſtra, ſeu tract. de notor. art. 1. num. 10 & 12. ſeq. Capr. ſimili tract. membr. 1. num. 7. Sigiſm. Scac. de iudic. cauſ. ciuil. crimin. & hæretical. cap. 76. num. 2. initio.

122 *Notorium aliud facti, aliud iuris.*

Digitized by Google

Farinac. d.quæſt.21. num.9. Maſcard.d.concl. 1101. cum ſeq. & eſt communiter diuiſio Doct. cum alibi paſſim, tum d. cap. veſtra, de cohabit.cler.& mul. quicquid dixerit ibi gloſ.verbo, notorium, dum aliud dicit eſſe facti, aliud iuris,aliud præſumptionis; quam etiam diuiſionem ſecutus eſt inter alios ibid.Io. An. Hoſt. in ſumm. hoc eod. tit. Innoc. d. cap.tua nos, Abb.d. cap. cum olim, de verbor. ſignific. eorum enim opinio vel ex eo facilè reiicitur, quòd ex Dialecticorum præceptis omnis prima diuiſio alicuius rei bimembris eſſe debet.

Notorium facti omiſſis aliis definitionibus, de quibus per Io. An. d. cap. veſtra, Butr. d. art. 2. num. 2. definitur ab eod. Butr ibid.num 3. Capr.ad num.7.& aliis,quos refert, & ſequi-

123. tur Farinac. d. quæſt. 21. num. 11. quòd ſit † finita, & communiter indubitata probatio immediata natura facti, ſeu rei continuæ, interpolatæ, vel momentaneæ, oculis omnium, aut maioris partis ita ſe exhibens, vt nulla tergiuerſatione celari, aut negari poſſit, vtpotè cuius vniuerſus populus, vel maior pars teſtis eſſe poteſt; qui etiam aſſerunt, hanc definitionem ſumi ex cap. cum dilectis,de purgat.canon. cap. tua,& cap fin. de cohabit. cler. & mul. eámque latiùs, ac per partes ſingulas declarat Butr.d.art.2. num. 4. & multis ſequent. Ego non immoror in eius explicatione, ne nimis longum faciam; breuiùs tamen poſitis in definitione iis duntaxat quæ huiuſmodi notorij eſſentiam attingunt, illud ſic definirem, quòd ſit res per ſe ita euidens, vt neque negari, neque vlla tergiuerſatione celari poſſit. quam definitionem approbaſſe videntur Ant. Burg. in cap.cum dilecti,num.27.de empt.& vend. & Io.Iacob.de Leonard. inter conſ. Brun. conſ. 117. num. 176. quos refert Menoch. d.cap.166.num. 4. ac ſequitur Polyd.Rip d.tract.de nocttur. temp. cap. 68. num. 18. & Eman. Suarez in Theſ. recept. ſent.verbo, notorium. Vigel in Method.iur.Pont.lib.1.cap.14. in princip. dum abſolutè dixerunt notorium dici, quod celari non poteſt. Dum autem dicò, (res) oſtendo, me non definire qualitatem notorietatis,ſed ipſam rem cum d.qualitate,ac pręterea comprehendo non modò rem aliquam geſtam,qua tranſierit, ſiue redeuntem, ſiue non, ſed etiam permanentem,atque adeo notorium facti momentanei, interpolati, & continui, quæ ſunt tres eiuſdem notorij facti ſpecies poſitæ in ſuperiori definitione, ſeu potiùs ſpecies,vel qualitates facti,ſeu materiæ, circa

Notorium facti quomodo definiatur.

Digitized by Google

circa quam huiuſmodi notorium verſatur; nam † quoddam 124
eſt factum continuum, vt, quòd quis teneat pontem ſuper viam, quòd turris aliqua ſit in aliquo loco, cum id continuè ſe oculis exhibeat; quoddam eſt interpolatum, vt, quòd quis exerceat vſuras, neque enim vſurarius continuè id facit, ſed per actus interpolatos, & redeuntes; quoddam eſt momentaneum, vt interfectio alicuius hominis vel furtum alicuius rei. Ex primo facto reſultat notorium facti continui; ex ſecundo facti interpolati, ex tertio momentanei, ſi hoc vtrumque factum coram omni populo, vel maiori parte contingat; hoc enim requiritur ad notorium facti, vt infrà fuſiùs demonſtrabimus. Has porrò ſpecies notorij facti tum alij omnes de notorio tractantes ponunt, tum inter cæteros Butr.d. tractat. de notorio art. 1. num. 11. & art. 2. num. 21. cum ſeq. Capr.eod.tract. membr. 1. num. 9. & duobus ſeqq. Farinac.d.quæſt.21.num.2. Maſcard.d. concl. 1101. Dixi (Euidens) tamquam genus magis proximum notorij facti, vt ſatis conſtat ex d.cap.veſtra, ibi, cæterum aliud eſt crimen notorium, iunctis iis, quandiu tolerantur, nec habent operis euidentiam, ſumpto argumento à contrario ſenſu, quod in iure fortiſſimum eſſe, nemo dubitat, & gloſ.ibid. dicente, hîc explicat notorium facti, ſuperiùs enim explicauerat notorium iuris, nimirum per confeſſionem, vel condemnationem, necnon ex d.cap. tua. ibi, ſi crimen eorum ita publicum eſt, vt meritò debeat appellari notorium, iunctis iis, ſi verò publicum eſt non ex euidentia, ſumpto pariter argumento à contrario ſenſu.

Factũ aliud continuum: aliud interpolatum: aliud momẽtaneum: vnde reſultat triplex notoriũ facti.

Denique ex d.cap.ſi. ibi, niſi peccatum huiuſmodi ſit notorium per ſententiam, ſeu per confeſſionem factam in iure (quibus verbis notorium iuris explicatur,) ſeu per euidentiam rei, quæ tergiuerſatione aliqua celari non poſſit, per quæ explicatur notorium facti, & ſimul comprobatur poſterior noſtræ definitionis pars, in qua propria differentia eius, quod eſt notorium facti ponitur; neque enim quælibet euidentia facit notorium facti, ſed ea, per quam res nulla poſſit tergiuerſatione celari; addidi autem in eadem poſteriore parte, (vel negari) licèt aliquo modo contineatur in illis verbis (nulla tergiuerſatione celari,) ad maiorem declarationem præſertim notorij eius facti, quod, cum momentaneum ſit, & tranſiens, nec rediens, ſicut oculis hominum non niſi pro eo momento, ſeu breuiſſimo

Digitized by Google

uiſſimo tempore ſe exhibet, ita tunc tantùm celari non poteſt, negari autem numquam, ſaltem probabiliter, poteſt, quia vniuerſam multitudinem, aut maiorem eius partem teſtem habet; quod de omni facti notorio ſatis comprobat Farin.d.quæſt. 21. num. 18.& 51. Et hæc quidem clauſula, ſed aliis verbis habetur in d. cap. cum dilectis, de purgat. canon. ibi, vſque adeo publicum fuerat, & notorium, quòd nullus inficiationi locus penitus exiſtebat; qui ſanè textus loquitur in facto momentaneo; verba autem illa, quæ ibid. ſubiiciuntur, atque à Butr. & aliis poſita ſunt in ſua definitione, (vtpotè cuius vniuerſæ iniuriæ populus teſtis erat,) effectum potiùs quendam notorij facti, & rationem, cur negari non poſſit, quàm eius eſſentiam ſignificant; ſicut & illa eiuſdem definitionis (probatio finita, & communiter indubitata, oculis omnium aut maioris partis ſe exhibens) ſatis ſignificantur per illud verbum (euidens) in noſtra definitione poſitum, maximè iuncto eo, quod ibid. ſubditur (per ſe) quod idem eſt cum eo, quod in Butrij, & aliorum definitione dicitur (immediata natura;) & ſignificat, ab eo notorio aliquam rei probationem aliunde aſſumptam non requiri, ſed ſe ipſo ſatis probatum remanere. Atque hæc de notorij facti definitione.

145 *Notorium vocis cur ſic dictum.*

Notorium autem iuris † ſic dictum ex Conrad. in Pract. tit. de notor. crimin. num. 6. Butr. d. art. 1. num. 11.& Farinac. dict. quæſt. 21. num. 10. ſiue quia probatio, vnde illud oritur, in iudicio fit, in quo quod fit, in iure fieri dicitur, cap. fin. de confeſſ. & in materia notorij, d. cap. fin. de cohabit. cler. & mul. ſiue quia hoc ius operatur, vt fides talibus habeatur, teſtibus quidem, cap. in omni, & toto tit. de teſtib. præſumptioni l. illud, & ſeq. de præſumpt. cum ſimil. ſicut & fictioni cap. ex parte il 2. de cler. non reſid. cap. vnico eod. tit in 6. quin immo hoc iuris notorium ius ipſum introduxit, vt infra latiùs dicemus, cum notorium facti per ſe tale ſit, vt ſuprà oſtendimus, neque à iure aliud, quàm declarationem, vel potiùs commemorationem obtinuerit.

146 *Notoriũ iuris quomodo definiatur.*

Notorium inquam iuris definitur à Capr. d. tract. de notor. membr. 1. num. 12. † probatio finita per medium, in iure facta, aut facto iudicialiter diſcuſſo, ſiue aliàs notorio, à iure ſumpta; Butr. verò eod. tract. art. 2. num. 15.& poſt alios Farin. dict. quæſt. 21. num. 10. addunt etiam, approbata, ficta, vel præ-

ſumpta,

ſumpta, & quamuis hæc definitio latiùs improbari poſſet ſaltem tamquam ſuperflua, cum hæc breuior, & ſufficiens afferri poſſet, quòd ſit probatio finita per medium, in iure facta, & à iure ſumpta; vel cum Scauia d.cap. 76. num.2. poſt Conrad. in Pract.crimin.tit. de notor. crim.num.6.quòd ſit illud notorium, quod à iure, vel in iudicio oritur; quia tamen præcedens Butr. & ſequacium aliqua ratione ſuſtineri poſſe videtur ſaltem ratione maioris declarationis, & in vtilioribus inſudandum nobis eſt, illam ſic breuiter declaro paucis mutatis cum Butr.loco citato, vt in ea primo ponatur (probatio) loco generis, hæc enim notorietas iuris, quædam ratio eſt, qua aliquid probatur, ſeu probatum remanet. Dicitur (finita) vt oſtendatur hanc probationem non eſſe in fieri,ſed in facto eſſe, vt cum Philoſophis loquar, ſeu cum Iuriſtis, in eſſe deducta; diſcuſſa enim probatione, & iudicialiter finita, dicitur notorium quia eſt probatio probata. Subditur(per medium)ad differentiam notorij facti, quod ex ſe vbique alio medio, ſeu inſtrumento oculis hominum ſe exhibet, hoc autem id facit per medium aut confeſſionis,aut probationis per teſtes,vel inſtrumenta. Subiicitur (in iure facta;) quia, vt probatio tranſeat in notorium,ſeu notorium induat, debet eſſe facta in iudicio, vt conſtat ex text.cap. cum olim, vbi Abb.num.3. de verb.ſignif. cap.quæſitum, de temp. ordin. & aliis adductis per eundem Butr.d. artic.2. num. 24. & duob ſeqq. Capr.d.membr.1.num. 47. vſque ad finem, & Farin.d.quæſt.11. num.14.vſque ad 26. & ſic verbum illud, in iure, ſumitur pro iudicio, vt ſumitur cum alibi ſæpe, tum in ſpecie notorij,d.cap.fin. Additur in definitione, (aut ex facto iudicialiter diſcuſſo,) vt expreſſiùs includatur ſententia, per quam induci notorium iuris conſtat ex d cap.veſtra; licèt ea, ſimúlque notorium,quod diſpoſitione, præſumptione, aut fictione iuris inducitur, ſatis contineatur in illis verbis (per medium) ſicut & iis contineri voluit Butr. illud iuris notorium, quod ex confeſſione oritur, aut probatione per teſtes, vel inſtrumenta; qui tamen aït,ſe ſubiecisse,(ſiue aliter notorio,)propter notorium præſumptionis,vel fictionis; ac demum ſubdit, adiecta per eum eſſe illa verba, (à iure ſumpta, approbata, ficta,vel præſumpta) vt concluderet † quadruplicem ſpeciem notorij iuris; quandoque enim aliquid eſt in iudicio probatum,& hoc ius aſſumit pro perfecta 127 *Noto-ũ iuris quotuplex.*

Digitized by Google

probatione, & illud dicitur notorium approbationis, ſiue fidei; quandoque aliquid eſt probatum in iudicio, vel confeſſatum, aliáſve eſt notorium factum, & ex eo ius ad aliud factum extendit, & hoc quandoque diſponendo, & ſic habemus notorium diſpoſitionis; nam conſtito in iudicio, quòd aliquis fundus ſit in limitibus parochiæ alicuius, ius diſponit, quòd ſpectent decimæ ad talem parochiam, cap. quoniam, de decim. cap. fin. de paroch. cap. ad decimas, de reſtit. ſpol. in 6. & ſic conſurgit notorium diſpoſitionis; quandoque ius progreditur præſumendo, & ſic datur notorium præſumptionis; nam conſtito in iudicio, vel aliàs notoriè ex facti euidentia, quòd quis teneat in domo fœminam ſuſpectam, ius præſumit, quòd eam cognoſcat, & reſultat notorium præſumptionis. Item conſtito in iudicio, quòd quis præcedentibus ſponſalibus ſponſam cognouit, ius antiquum fingit, quòd ſit illius vxor, cap. is, qui de ſponſ. & hoc eſt notorium fictionis. Habes igitur ex prædictis quatuor ſpecies notorij iuris ſecundùm Butr. d. art. 2. num. 16. & latiùs num 24. 35. & 36. & Maſcard. poſt alios d. concl. 1101. num 2. & 1102. num. 32. quamuis Innoc. d. cap. tua nos, Io. An. & Anchar. d. cap. veſtra, de cohabit. cler. & mul. & ibid. gloſ. verbo, notorium, Hoſt. in ſumm. eod. tit. Abb. in cap. cum olim, de verb. ſignif. Polyd. Rip. poſt alios d. tract. de not. temp. cap. 68. num. 36. idémque met Butr. incautè poſuerit duas tantùm, art. 1. num. 12. ſcilicet quoddam probationis, quoddam fictionis, ſeu præſumptionis, omittens illud diſpoſitionis, & pro vno ponens notorium fictionis, & præſumptionis, prout verè poni poteſt, cum vnum ab altero vix diſtinguatur, vel ſaltem contineatur; omnis enim præſumptio per fictionem fit, licèt fortaſſe non contra, & poſuit Sigiſ. Scau. d. cap. 76. num. 3. Farinac. d. quæſt. 21. num. 12. poſt Capr. d. membr. 1. num. 18. qui & ipſi, & quidem non ſine fundamento, ponunt cum Butr. d. num. 16. illam notorij iuris ſpeciem, quæ dicitur diſpoſitionis, ſumpto nimirum hoc nomine ſpecificè pro ea iuris diſpoſitione, quæ citra vllam præſumptionem aut fictionem fit. Has verò duas ſolas ſpecies. hoc eſt præſumptionis, & fictionis omiſſa illa diſpoſitionis, præter illam tamen probationis, poſuit Bero. in cap. quia in omnibus, num. 60. & 61. de vſur. comprehendens, vt arbitror, ſub præſumptione, & fictione diſpoſitionem, cum hæc præſumptio, & fictio fiat per quandam iuris diſpoſitionem, ſimilíque

Digitized by Google

milique fortè ratione Innoc. & alij mox relati poſuerunt ſolam ſpeciem præſumptionis, ſub ea, vt reor, comprehendentes fictionem, & diſpoſitionem, cum hoc vtrumque fieri videatur non verè, ſed præſumptiuè. Ex his autem Doctorum opinionibus illam, vt probabiliorem ſtatuimus, quæ quatuor ponit notorij iuris ſpecies, hoc eſt, probationis, ſeu fidei, diſpoſitionis, præſumptionis, & fictionis, niſi præſumptioni fictionem iungere quis velit, & pro vna ſpecie ponere, quod per nos ei licet.

Iam verò nonnulla, quæ partim ex allatis notorij tum facti, tum iuris definitionibus deducuntur, partim ad illarum maiorem explicationem, comprobationémve pertinent, hoc loco pertractanda remanent, & quidem fuſiùs, quàm earundem ſimplex declaratio patiatur. Sequemur autem eum ordinem, quo vſi hucúſque ſumus, vt ante notorium iuris, de iis, quæ notorium facti ſpectant, agamus; hæc autem diſtinctis, prout expedire videbitur, concluſionibus, inchoatum iam eorum numerum proſequentes, præſtabimus.

Quinta igitur concluſio ſit. Notorium facti † dici omne id, 128 quod celari non poteſt. Probatur hæc concluſio ex text. d. cap. fin. de cohabit. cler. & mul. quem paulò ante in noſtra definitione huiuſmodi notorij ponderauimus. Suadetur quoque ex text. d. cap. cum olim, iuncta gloſ. de verb. ſignif. vbi dicit text. manifeſtam offenſam intelligi, cum nota fuerit, euidentia rei, quæ nulla poſſit tergiuerſatione celari. gloſ. verò ibid. verbo, non quæ iudici à nemine, quem viderim, reprobata inquit, manifeſtum in eo textu ſumi pro notorio, eámque concluſionem præter Doct. pleróſque in citatis iuribus, & alibi ſæpe, poſt Bal. in l. ciues, C. de appell. & Ant. Burg. in cap. ad noſtrum, num. 25. de empt. & vend. & alios tenent Clar. §. fin. quæſt. 9. num. 21. Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed. 15. num. 261. & Farinac. d. quæſt. 21. num. 39. vbi cum Maſcard. d. concluſ. 1101. num. 13. & 14. & aliis plurimis, quos vterque recenſet, inferunt, quòd, cum omne id, quod euidenter oculis hominum ſubiicitur, celari minimè poſſit, ideo per euidentiam facti notorium inducitur; & quidem iure optimo, cum id probetur in d. cap. tua, & cap. veſtra de cohabit. cler. & mul. prout hęc iura ad idem perpendimus in d. noſtra definitione notorij facti, verbo, euidens.

Notoriũ facti ſiue cõtinui, ſiue interpolati, quid ſit.

Digitized by Google

129 Procedit autem hoc ipſum † non modò in facto continuo, ſed etiam interpolato, vt poſt Maſcard. loc. cit. tradit Farinac. d.num. 39. In facto autem momentaneo, ſeu breuiſſimo vix locum habere poteſt hæc facti euidentia, niſi pro eo momento, ſeu breuiſſimo tempore, quo illud admitti contingit, ſed potiùs illa, quæ omnem probabilem negationem excludit, quod & nos admonuimus in explicatione d.noſtræ definitionis verbo,(vel negari) & ſentit poſt alios Farinac d.quæſt.21.num.40. omnino verò locum habebit in huiuſmodi facto momentaneo illa euidentia, quæ ex eo oritur, quòd factum illud contigerit coram omni multitudine, vel maiore illius parte de qua latiùs, & peculiariter in ſeq.concluſione.

Quid de facto momẽtaneo vt ſit dicendum.

130 Sexta concluſio. Notorium dicitur † delictum, & omne id, quod geſtum eſt coram omni populo, ſeu multitudine, vel eius maiori parte. Ita Innoc. d.cap.veſtra, Hoſt. in ſumma tit. de cohabit.cler & mul. & inter cæteros poſt Io. An. & Calder. d.cap.veſtra, & alios, tradit Butr eod.cap.ſeu tractat.de notor. artic. 2. num. 12. 13. 19. & 20. Capr. eod. tractat. membr. 2. num.4. Clar.§.fin. quæſt.9. num.2. Farinac.d.quæſt. 21. num. 41. & 43. Probant autem id ferè omnes citati ex cap.ſcelus 2. quæſt.1. ibi, omnibus manifeſtum eſt, & cap.de manifeſta, ibi omnes ſciebant. melior text.in d.cap. cum dilectis, de purgat. canon.cum expreſsè loquatur in notorio facti; quòd verò ſufficiat etiam, maiorem partem poſſe eſſe teſtem, licèt nullus ad id apertus textus allegetur; tamen ſuadetur id iuris interpretatione; quod enim † fit à maiori parte alicuius vniuerſitatis, factum cenſetur à tota vniuerſitate, l. aliud §. refertur, ff. de reg.iur.l. quod maior ff.ad municip.& toto ferè tit.ff.quod cuiuſque vniuerſ.nom. & extra de his, quæ fi à mai.par.capit.cum aliis adductis per Nicol. Loſæ. tractat. de iur. vniuerſit. par. 1. num.75. vſque ad 83. quin immo non valet conſuetudo, † vt omnes, vel duæ partes capituli, vel vniuerſitatis debeant concordare in agendis in vniuerſitate, vt per text. in cap.1.de his, quæ fi.à mai.par. capit. voluit ibid.Abb. not. 7. cúmque refert, & ſequitur Rod. Cur. in repet cap. fin.de conſuet ſect.5.num. 33. in nuper impreſſis, eam etiam afferens rationem, quia hæc conſuetudo eſſet multùm præiudicialis eccleſiæ, niſi ſufficeret, maiorem partem eſſe concordem; & ad inducendam conſuetudinem licèt requiratur conſenſus populi, tamen ſufficit maior

Notoriũ facti quomodo hic definiatur.

131 *Maior pars Vniuerſitatis in agẽdis repræſentat Vniuerſitatem.*

132 *Non valet cõſuetudo vt omnes vel duæ partes concordent.*

ior pars, vt conſtat ex allegatis per Curt. d. cap. fin. ſect. 4. num. 2. 46. cum duobus ſeq. Petr. Rauen. in enarrat. tit. de conſuet. ſect. 1. num. 1. Idem ſuadetur, etiam ratione; nam nullum omnino ex hoc capite daretur facti notorium, cum vix fieri poſſit, vt totus omnino, & vniuerſus populus interfuerit; vel aliquid viderit, cum plures domi ſe contineant, plures etiam in remoto loco verſentur ab eo, in quo illud factum exercetur.

Quòd autem † dimidia, vel minor pars multitudinis non ſufficiat, ſed omnino maior requiratur ad notorium, comprobari poteſt, tum ex eo, quòd aliàs notorium à manifeſto non diſtingueretur, à quo tamen differre ſupra vidimus: tum quòd † in notorio tot debent fuiſſe præſentes, vt totidem teſtes eſſe non poſſint in contrarium, vt poſt Io. An. tandem tenet Butr. d. art. 2. num. 12. & poſt Bal. d. cap. tua num. 11. dicentem, hoc eſſe mirabile verbum, tradit Polyd. Rip. d. tract. de noct. temp. c. 68. num. 26. & ſeq.

133 Dimidia vel minor pars multitudinis non ſufficit ad Notorium.

134 Teſtes rei notoriæ tot eſſe debēt vt non poſſint eſſe totidē in contrarium.

Hanc porrò concluſionem omnino extendere debemus primò † etiam ad factum momentaneum, vt nimirum, ſi huius teſtis eſſe poſſit vniuerſa multitudo, ſeu eius maior pars, id notorium facti momentanei dicendum ſit, vt expreſsè probatur in d. cap. cum dilectis, qui apertè loquitur in facto momentaneo, & adnotauit Bal. in auth. qui ſemel, col. 3. C. quomod. & quand. iud. Butr. d. artic. 2. num. 11. & ex communi poſt alios reſoluit Clar. d. num. 2. quem etiam referunt, & ſequuntur Maſcard. d. concluſ. 1101. num. 24. Farinac d. quæſt. 21. num. 44. vnde audiendus non eſt Bart. qui in l. illicitas, §. veritas ff. de off. præſid. d. auth. qui ſemel, & l. ſi verò §. qui pro rei qualitate, ff. qui ſatiſd. cog. poſt Iacob. Butrig. voluit, factum momentaneum non poſſe tranſire in notorium, quod etiam eſt contra cap. quanto de tranſlat. Epiſc. cap. illud, de cler. excom. mĩn. & alia iura, quæ contra eum allegat Butr. d. num. 11. Amplia 2. vt † ſi delictum ſeu factum contigerit in platea publica, quæ ſit capax populi, vel maioris partis, dicitur notorium etiam abſque eo, quod probetur, illud fuiſſe factum coram toto populo, vel maiori eius parte, cum ratione loci hoc præſumatur, ita poſt Butr. d. cap. veſtra, num. 48. concludit Gomez. tit. de delict. cap. 1. num. 42. quem refert, & ſequitur Farinac. dict. quæſtio. 21. num. 46. quod tamen ita intelligo,

135 Maior pars multitudinis ſufficit in Notorio facti momentanei.

136 Notoriū dicitur præcipuè quod ſit in platea publica capace maioris partis multitudinis.

Digitized by Google

137 † ſi teſtes dicant ſe vidiſſe fieri in huiuſmodi platea plena hominibus, prout intelligit ibid. Farinac. poſt Capr. d. tract. de notor. membr. 6. num. 10. in fi. & Maſcard. d. concl. 1101. num. 4. & 5.

Dummodo probetur quod illa platea erat plena hominibus.

Declaratur nunc eadem concluſio primò, id, quod dictum eſt de tota multitudine, ſeu maiori parte; vt † ſi quidem factum reſpiciat prouinciam, notorium dicetur, quod tota vel maior pars prouinciæ ſcit; ſi reſpicit ciuitatem, quod ſcit tota, vel maior pars ciuitatis; ſi reſpicit parochiam, vel viciniam, quod notum eſt toti parochiæ, aut viciniæ, vel maiori eius parti. ita Butr. d. art. 2. num. 14. Capr. membr. 2. num. 4. Farinac. d. quæſt. 21. num. 45. vbi ex Foller. in Pract. crimin. tit. de notor. verbo, item quòd eſt notorius delinquens, nu. 17. addit aliam huic non omnino diſſimilem declarationem, quòd † ſi factum in ciuitate eſt prorſus notabile, & arduum, ac tale, quòd veriſimile eſt, illud perueniſſe in notitiam totius ciuitatis, vel maioris partis, tunc ad inducendum notorium hoc facti eſt neceſſaria notitia totius ciuitatis, vel maioris partis. At ſi factum non ſit ita grande, & arduum, vt veriſimile ſit illud non tranſiiſſe in notitiam totius populi, vel maioris partis, tunc ſufficit notitia, & teſtificatio totius, aut etiam maioris partis illius parochiæ, vel viciniæ, in qua factum ſucceſſit; vt ſi agatur de probando concubinatu alicuius, quod eſt exemplum huiuſmodi facti continui ſecundùm Specul. tit. de notorio §. notorium, verſic. notorium facti manentis; aut quòd quis exerceat vſuras, quod eſſe poterit exemplum facti interpolati non ita notabilis; aut de probanda percuſſione alicuius clerici, quod erit exemplum ſimilis facti, ſed momentanei; nam vt optimè arguit Farinac. ſi aliàs hæc concluſio intelligeretur, pauca reperirentur notoria facti momentanei. Iuxta duas autem haſce declarationes accipiendum eſt, quod poſt alios tradunt Nauarr. in Man. cap. 25. num. 73. & cap. 27. num. 255. necnon Sayr. de cenſur. lib. 2. cap. 12. num. 19. abſolutè docentes ad notorium facti ſufficere, quòd fiat coram maiori parte ciuitatis, ſeu regionis, viciniæ, vel collegij, ſeu congregationis, modo in ea vicinia, vel congregatione ſaltem adſint decem perſonæ.

138 *Notoriũ in prouincia, ciuitate, vicinia quid ſit.*

139 *Notoriũ facti ſimpliciter quid requirat. vide num. ſeqq.*

140 *Arbitrio iudicis quomodo relinquatur quod dicitur Notorium facti.*

Atque etiam iuxta eaſdem declarationes duas quoque alias intelligo. Quarum altera eſt, † iudicis arbitrio relinqui quando

do aliquid dicatur notorium facti, præcipuè ob numerum perſonarum quæ rei teſtes eſſe poſſint, quæ fuit ſententia Bart. in l. ſcriptus. num. 2. ff. de relig. & ſumpt. fun. Bal. l. ea quidem, num. 25. C. de accuſat. & aliorum, quos recenſent, ac laudant Butr. d. art. 2. num. 13. Capt. membr. 2. num. 4. & 5. Menoch. d. caſu 166. num. 7. Sayr. d. num. 19. & Farinac. d. quæſt. 21. num. 48. vbi teſtatur de communi. Altera, † iudicem æquè arbitrari, quòd ſaltem decem debeant eſſe perſonæ, quæ teſtes facti eſſe poſſunt ad inducendum notorium facti, vt ſentit Bart. d. l. ſcriptus, num. 12. & expreſsè voluit gloſ. d. cap. de manifeſta. Fel. cap. cum oportet, num. 6. de accuſat. Cyn. d. l. ea quidem, & ibi Salic. num. 84. C. eod. tit. Iaſ. in l. ſi verò, §. qui pro rei qualitate, num. 9. ff. qui ſatiſd. cog. & alij, quos refert, & ſequitur Nauar. d. cap. 25. num. 73. & cap. 27. num. 255. Polyd. Rip. d. tract. de noct. temp. cap. 68. num. 20. & ſeq. Farinac. qui hanc ſententiam dicit magis communem d. quæſt. 21. num. 48. & 39. Vtraque enim hæc declaratio ita eſt accipienda, vt, cum diuerſæ ſint qualitates facti, & locorum, temporis, & perſonarum interuenientium, iudex arbitrari debeat, vt inſigne factum in aliqua ciuitate debeat eſſe notum toti ciuitati, aut oppido, in quo contigit, vel maiori eius parti; ſi non ita inſigne ſit factum, ſufficiat, ſi notum ſit viciniæ, vel maiori eius parti; in vtroque autem caſu ſat ſit, & requiratur, quòd ſaltem decem perſonæ totam illam ciuitatem, aut viciniam, vel maiorem eius partem conſtituentes interfuerint, quæ ratione qualitatis teſtes eſſe poſſint, vt † quia non ſint amentes, neque cæci in facto, quod ſub viſum, neque ſurdi, in eo, quod ſub auditus ſenſum cadunt; & aduerterint ad id, quod geſtum eſt. non puto autem, fore neceſſe, vt careat omnibus, & ſingulis cæteris qualitatibus, vtputa infamiæ, inimicitiæ, propinquitatis, aut ſimilium, ob quas aliquis à teſtimonio ferendo repellitur, vel minùs integer teſtis reputatur, cum ſufficiat, eas perſonas teſtes eſſe poſſe, neque ad notorium inducendum, aut etiam probandum perſonæ ſint neceſſariò examinandæ, ſed duæ aliæ, quæ viderunt illas interfuiſſe; quòd ſi hæ duæ ſint ex illis decem, quæ vt minimum requiruntur, cùm agitur de probando notorio alicuius loci, qui non niſi decem perſonis conſtet, tum nulli dubium eſſe poteſt, quin hæ duæ, quæ examinandæ ſunt, prædictis omnibus qualitatibus à teſtimonio ferendo repellentibus,

141 *Perſonæ decẽ quomodo requirantur & ſufficiant ad Notoriũ facti.*

142 *Teſtes qui probare poſſunt factum Notorium, quales eſſe debeant.*

lentibus, fidémve diminuentibus carere debeant.

Septima concluſio. Vt aliquid dicatur notorium facti requiritur non ſolùm quantitas adſtantium, vt nunc oſtenſum eſt,
143 ſed etiam † qualitas loci, quòd ſcilicet factum ſit in loco publico, & vt plurimum etiam temporis, quod factum non ſit de nocte. Quoad locum ita ex d.cap.ſcelus, 2.quæſt.1.& poſt Io.An.Calder. d.cap. veſtra, Butr. d. tract. de notor art.2.num. 14. Capr. eod. tract. membr.2. num. 7. & alios tradunt Polyd. Rip.d.cap.68 num.28 & 31.ac Farinac.d.quæſt.21.num.55. & 56. vbi poſt eoſdem, & Toller. in pract. crimin. verbo, item quod commiſit crimen notorium num. 12. & Maſcard. dict. concluſ. 1101. num. 16. inferunt, ea, quæ in domo fiunt, cum non poſſunt dici facta in loco publico, nec facilè probari, l. conſenſu §. ſin autem C. de repud. cap.veniens de teſti.& c. cum dilecti,de elect.cum ſimil. notoria non eſſe. Quoad tempus, ita Io.An.d.cap.veſtra, num.13. & poſt Specul.tenet Bal. in l.ciues, C.de appellat. Toller. & Capr. loc.cit. Butr.d.num. 14.per text.in cap. pernicioſum 10.quæſt.2. cap.conſideret,de pœn.diſt.5.cap.ſicut dignum,de homic.& l.aut facta ff.de pœn. Farinac.d.quæſt.21. num.57. & ſeq. Rip.d. cap.68. num.33. & ſeq. Dixi autem, (vt plurimum,) quoniam,vt Calderin.d.cap. veſtra, Toller.Farinac. Capr & Butr.vbi ſuprà. Rip. d. cap.68. num. 35. adnotarunt, ſonus campanæ poteſt eſſe notorius de nocte, quod idem dixerim de ſono tubæ,& his ſimilibus, quæ ſub ſenſum non viſus,ſed auditus cadunt.

Notorium facti quomodo requirat vt fiat in loco publico vel de die.

144 Octaua concluſio. In facto negatiuo † regulariter non cadit notorium, ita poſt Bart.in l.ſi conſtante, ff.ſol.matrim Nouell.in addit. ad Reg. Buen. reg. 113. num.6. Farinac.d.quæſt. 21.num 52. & poſt Butr. Capr.d.tract.de notor.num.3.num.4. & poſt Farinac. Rip. d. l. ſi conſtante, num.24. Polyd.Rip.d c. 68. num. 76. ratio eſt, quia negatiua regulariter eſt improbabilis, l.actor.C de probat. cap. bonæ il 1.de elect. cum aliis adductis per Franc. Herculan. in tract. de probat. negat in princ. qui quidem num.30.& 60.poſt alios ab eo relatos tenere videtur in facto negatiuo cadere notorium, ſed vel hæc poſterior ſententia intelligenda eſt in notorio præſumptionis, prior verò illa in notorio veritatis, ſecundùm Rip. d l. ſi conſtante nu. 15. & ibi Iaſ.poſt Aret.num.142. & de communi teſtatur Hercul.vbi ſupr.num.63.& Maſcard.concl.1103. num.31.vel melius

Notoriũ regulariter in facto negatiuo non cadit ſecus

lliùs cum Farinac. d. num. 62. cum duob. ſeqq. Capr.d.num.4. Butr.d.tract.de notor. artic. 3. vt certa quidem ſit prior opinio, ac ſimul noſtra concluſio regulariter, ea tamen fallat † in con- 145
feſſione partis per quam factum negatiuum tranſire poteſt in *per cōfeſſionem partis, vel inſtrumentum: &*
notorium per text. in cap. 1. de confeſſ. in 6. Butr. addit etiam per inſtrumenta tum poſſe non factum tranſire in notorium per text in cap. cum contingat, de reſcript. & cap. 1. vt lit. non conteſt. ſed vterque hic modus potiùs ſpectat ad notorium iuris. patebit ex concl. 10. & ſeqq. Ad notorium facti propriè pertinet, quod ibidem tradunt præcitati Doct. nimirum, vt, licèt non directè, poſſit tamen † in notorium tranſire indirectè, 146
coarctatione negatiuæ, vt ſatis conſtat ex cap. dudum il 1. de *indirectè.*
elect. vbi habetur, quòd defectus ſcientiæ, vel ætatis poteſt eſſe notorius, & ex c. venerabilem, eod. tit. vbi periurium, quod promiſſorium vocant, erat notorium.

Nona concluſio Regulariter loquendo, † vt aliquid di- 147
catur notorium, non eſt neceſſe notorias etiam fore qualitates, ſeu circunſtantias facti, quod ſcilicet nulla excuſatio, ſeu defenſio àduerſus illud competit, vtputa, quòd homicidium non ſit factum ad defenſionem, quòd occiſus non potuerit impunè occidi, & his ſimilia. ita Innoc. d cap. tua nos, num 6. & 7. de cohabit. cler. & mul. & poſt eum Io. An. d. cap. veſtra, nu. 16. eod. tit. Anchar. num. 13. Mil. in Repertorio, verbo, notorium, contra quod allegantur, ex verbo, notorium facti geſti, in princ. & Butr. d. tractat. de notor. artic. 4. num. 36. & 38. Capr. eod. tractat. membr. 4. num. 59. & 69. Foller. d. Pract. crimin. verbo, item quòd committit notorium, ſub num. 13. & 25. cuius verba refert, & ſequitur Farinac. d. quæſt. 21. num. 51. & ratio huius concluſionis triplex eſſe poteſt. Prima quam affert Innoc. Io. An. Butr. & Capr. loc. cit. quia cum nullum maleficium tam notorium ſit, quòd regulariter non poſſit habere aliquas qualitates, & circunſtantias occultas excuſantes, vt poſt Innoc. Hoſt. Io An. & Butr d. cap. veſtra, tradit Capr. vbi ſuprà num. 70. Mil. in Repert. d. verbo, notorium, contra quod allegantur, & de ſe patet, ac fatentur quot quot oppoſitam præcedenti ſententiam tueri videntur, nullũ quoque maleficium eſſet notorium. Altera, quam affert Farinac. quia notorium facti per negationem dubium non redditur, vt ſatis probatur ex cap. ſuper eo, de teſtib. cog. & poſt alios tradit idem Fari-

Notoriũ nõ requirit eſſe notorias circunſtantias facti, defenſionem excludentes.

nac. communem aſſerens loc. cit. Tertia denique eſt, quoniam Innoc. ipſe conditor ſimul, & commentator cap. 1. de off. deleg. in 6. quem Doct. vel ibi, vel cap. fin. eod tit. & lib. ſequuntur, docet, † Conſeruatorem deputatum iuxta terminos d. cap. 1. poſſe, ac debere admittere probationes ſuper exceptionibus, quas reus proponit; & tamen Conſeruator huiuſmodi non poteſt cognoſcere, niſi de iniuriis notoriis, vt d. iuribus cauetur; & ad firmandam ſuam iuriſdictionem, antequam vlterius procedat, ad recipiendas probationes ſuper exceptionibus, debet ei conſtare de notorietate facti, ſeu iniuriæ illatæ, vt latiùs dicemus cap. ſeq. quæſt. 1. Et quamuis oppoſitum huius noſtræ concluſionis tenuerit Vigel. in Method. iur. Pont. lib. 1. cap. 14. in princ. & in Meth. iur. controu. lib. 1. cap. 6. reg. 28. except. 1. Clar d. quæſt. 9. verſic. ſed aduerte, vbi etiam refert Hier. Tortum poſt conſ. Butr. conſ. vnic. ſub num. 28. & Collegium Florent. tamen ex numero & auctoritate Doctorum, quos pro concluſione retulimus, apparet, illam frequentiori calculo eſſe receptam; & oppoſita ſententia, omiſſis etiam modis, quibus vtramque ſententiam conciliare, atque ad concordiam reducere conatur Maſcard. d. concl. 1101. num. 11. & 12. qui tamen non placent Farinac. loc. cit. poteſt exponi, vel vt procedat, cùm agitur de aſſerendo, tamquam notorio crimine, eo, quod ex genere ſuo non eſt tale, ſed ex circunſtantiis id quod in ſpecie dixerunt, & pro concordia videntur attuliſſe Innoc. & Io. An. locis paulò ante allegatis exemplum ponentes in eo, de quo notoriè conſtat, quòd cognouit aliquam mulierem, quam is tenet pro vxore; in hoc enim caſu, inquiunt non videtur habere locum proceſſus notorij, quia tunc non eſt notorium maleficium, licèt notorium ſit factum, nimirum quod tenet, & cognouit talem mulierem, quod non eſt peccatum nec de genere peccatorum, niſi & ipſa conſanguinitas eſſet notoria aliis, quàm coniugibus, ita, vt poſſit cenſeri notoria; vel vt locum habeat, cùm de notorio agitur ad effectum, vt abſque citatione, & vlteriori probatione condemnari quis poſſit, iuxta id, quod poſt Ang. in l. ictus fuſtium, num. 4. ff. de his, qui not. infam. ſeruari de facto dicunt Clar. d. quæſt. 9. num. 5. & Polyd. Rip. d. cap. 68. num. 15. Scauia d. cap. 76. ſeu tract. de iudic. cauſ. ciuil. crimin. & hæret. num. 8. verſic. ſi loquimur, qui & hanc concordiam ſentire videntur,

148 *Conſer. iuxta terminos iuris deputatus probationes ſuper exceptionibus rei non recuſat.*

videntur, ſed apertiùs ſentit Innoc.d.cap.tua num.17. Io.An. d.cap. veſtra, num. 17. & ibi Anchar. num. 25. idem Tort. & Collegium Florent. vt per Clar. d. quæſt.9. num.4. quæ etiam concordia ex eo confirmatur, quòd aliàs regulariter citatio in notoriis requiratur, & probationes ſuper propoſitis rationabilibus exceptionibus, ſeu circunſtantiis excuſantibus ſunt recipiendæ, vt latiùs cap.ſeq.quæſt.1.docebimus.

Atque hæc de concluſionibus ad notorium facti ſpectantibus. iam ad eas, quæ notorij iuris ſunt, tranſeamus; ſi priùs tamen † illud admonuerimus, quod ad vtrumque pertinet, & 149
poſt Innoc.Hoſt. & Io.An.tradunt Butr.d.tractat.de notor.art 3 num.2. Capr. eod. tract. membr.3. num.2. & 3. quem etiam refert, & ſequitur Farinac.d. quæſt. 21. num. 2. ad id quoque allegans Conrad.d.Pract. crimin.tit. de notor.crim. num.9. nimium, notorium verùm etiam in contractibus, & aliis, nam parentela poteſt eſſe notoria cap.porrò, & cap. ſignificaſti, de diuort.quod quidem omnino verum eſſe in notorio iuris Capr. & Butr.d.num 3.affirmant.

Notoriũ poteſt habere locũ in contractib. & aliis praeter delicta.

Decima nunc concluſio ſit. Notorium (iuris nimium) illud iure dicitur, † quod reſultat ex probationibus legitimè factis, 150
text.eſt d.cap.cum olim, de verb. ſignif.ibi, offenſam illàm nos reſcribimus intelligere manifeſtam, quæ vel per confeſſionem, vel probationem legitimè nota fuerit, aut euidentia rei, quæ nulla poſſit tergiuerſatione celari; quem textum intelligendum eſſe de notoria offenſa, quia nimirum ibi manifeſtum pro notorio ſumitur, voluit ibid.gloſ.in verbo, non quæ iudici, quam Abb. & alij ſequuntur. Idem etiam ſatis conſtat ex cap. quæſitum, de temp.ordin. ibi, ſi propoſita crimina ordine iudiciario comprobata, vel aliàs notoria non fuerint; dictio enim *aliàs*, implicat eandem qualitatem, gloſ.l.ſi fugitiui C.de ſeru. fugit. cum aliis adductis per Afflict.deciſ.244.num.1. Surd.deciſ.265.num.24. & conſ.77.num.25. & conſ.112. num.49. per quem textum, & alia noſtram hanc concluſionem firmant poſt alios, & ex communi reſoluunt Butr.d.tract.de notor.art. 2.num.24. & 25. Capr.eod tract. membr.1.num.47. Maſcard. d.concl.1102. num.17. & Farinac. d. quæſt.21. num.20. Quæ 151
quidem concluſio ampliatur primò, vt procedat † etiam in probationibus factis per viam exceptionis, ſi exceptio plenè examinetur, & ad finem, ad quem opponitur, vt per not.in cap.

Notoriũ iuris nimium quid ſit.

Quomodo procedat prædicta cõcluſio.

Digitized by Google

cum dilectus, de ord.cog. tradit Butr.d.num.25. quem ſequitur Capr. d. membr. 1. num. 50. relatus etiam, & laudatus à Farinac. qui & alios refert d.quæſt.21. num.21. Pariter procedit in probationibus † factis in iudicio plenario, non item in ſummario; nam hæ non niſi ad effectum ſummarij notorium inducunt; ita Butr.d art.2.num.26.Capr.d.membr.1.num. 51. quem ſequitur, alios quoque ad id referens, Farinac.d.quæſt. 21. num. 30. & huius rei ratio eſt, quam affert Capr. & Butr. loc. cit. quoniam aliàs probatio in iudicio ſummario facta faceret plenum præiudicium in plenario, contra notat.in cap.2. & fin. de ord. cog. necnon in cap.veniens, & cap.cum cauſam, de teſtib.

152 *In plenario iudicio, an in ſũmario?*

153 *Notorium iuris reſultat ex omnib.iudicialiter actis.*

Ampliatur 2.vt procedat † in omnibus iudicialiter actis,ex quibus inducitur notorium; vnde notorium dicitur, quod ex actis reſultat, optimus text. in l properandum, §.ſin autem ex geſtis, C. de iudic. cap. venerabilibus, §.ſecundùm, de ſent. excomm. in 6. cap.pen. in princ.extra de cauſ.poſſ.& propriet. per quæ, & alia iura poſt Cyn. in l. 1. (vt quæ deſunt Aduoc. Hoſt. in cap. cum dilectus, de conſuet. id adnotarunt Butr.d. art.2. num.26. Capr.d.membr.1. num.52. & ex communi poſt alios tradiderunt Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed.1. num. 232. Farin. d. quæſt. 21. num. 14. Maſcard. d. concluſ. 1102. num.13.

154 *Notoriũ iuris reſultat ex depoſitione teſtium.*

Ex hac porrò concluſione infertur primò, † id,quod conſtat ex depoſitione teſtium, dici notorium iuris, vt præter Butr. & Capr.loc. mox cit. tradit poſt alios Maſcard. d. concl. 1102. num.18.& Farinac.d. quæſt,21. num.22.per text.in cap. cum olim, & cap.ſignificauit, de teſtib. & l. fin. C. de probat. melior in cap. licèt, de teſtib. ex quibus iuribus, & ſimilibus habetur, probationem, quæ ex teſtium depoſitionibus reſultat, optimam eſſe, aut ſufficere ad cauſæ deciſionem, quare optimo quoque iure hæc illatio ex mox firmata concluſione deducitur; ſed ea etiam probatur ex text.in cap.ſuper quibuſdam, ibi, vel coram Prælatis ſuis conuicti iuncta gloſ. verbo, prædicant, de verb. ſignif. Ad hæc à Capr. & Butr. vbi ſupr. clariúſque per Farinac.d.num.22.& Maſcard.de probat.concl. 1102. nu.18. hæc eadem illatio ex eo confirmatur, quòd † teſtes, & inſtrumenta æquiparantur, l. in exercendis, C. de fide inſtrument. immò inſtrumentorum appellatione etiam teſtes

155 *Inſtrumẽta & teſtes æquiparãtur.*

Digitized by Google

teſtes continentur, vt dicit text. in cap. peruenit il 1. de teſtib. cogen.

At verò per inſtrumentum publicum, (& hæc ſit ſecunda huius concluſionis illatiò) † notorium inducitur, vt per text. 156 in l. cum precibus, C. de probat. cap. licèt cauſam, ex eod. tit. & alia iura probant Butr. & Capr. loc. paulò ante alleg. Bart. l. 1. num. 8. & ibi Iaſ. num. 10. ff. de nou. oper. nunc. latè Menoch. d. remed. 1. num. 224. latiſſimè Tiraq. de retract. conſang. §. 2. gloſ. 1. num. 20. & ſeq. Maſcard. d. concl. 1102. num. 19. & Farinac. d. quæſt. 21. num 23. & trib. ſeqq. vbi de communi, & num. 24. poſt Menoch. d. num. 224. hoc ampliat † etiam in 157 inſtrumentis non habentibus paratam executionem. num. verò 25. poſt Conrad. in l. vnica, C. ſi de moment. poſſ. limit. 9. num. 29. & Abb. in cap. cum olim. num. 10. de cenſ. etiam † reſpectu eorum, quæ ex inſtrumento indirectè probantur, ac de- 158 nique eod. num. 25. & 26. poſt Abb. in cap. quoniam contra num 8. & ibi Fel. num. 9. de probat. & Conrad. d. limit. 9. num. 27. hanc eandem illationem temperat, & optimè, † dummo- 159 do inſtrumentum ſit productum in iudicio, & ſit in actis regiſtratum, quod etiam voluit Butr. d. num. 26. & conſtat ex iuribus, quæ initio huius concluſionis adduximus, requirunt enim in probatione, vnde notorium iuris conſurgit, quòd ſit iudicialiter facta. Et hæc ſit prima limitatio ad hanc poſteriorem illationem, quæ eſt de inſtrumento. Limita 2. dummodo † ad- 160 uerſus huiuſmodi inſtrumentum nihil coloratè opponatur, quod illud in dubietatem, & controuerſiam adducat; tunc enim nullum ab eo oritur notorium; ita poſt Fel. in cap. ſignificauerunt, num. 4. de teſtib. Bart. in l. ſi cauſa cognita, num. 4. & ibi Alex. de tranſact. Ruin. l. 1. in princ. num. 44. ff. de nou. oper. nunc. & alios pleroſque tradit Menoch. d. remed. 1. num. 225. Conrad. d. limit. 9. num. 29. & 30. Farinac. d. quæſt. 21. num. 27. 28. & 29. vbi poſt Iaſ. in l. naturaliter §. nihil commune. num. 108. & ibi Rip. num. 144. ff. de acquir. poſſeſſ. Bellam. 161 deciſ. 444. Conrad. vbi ſupr. num. 31. & alios docet, † generale id eſſe in quouis probationum genere, vt nimirum ab eo ſemper excludatur notorietas, vbi talis probatio per partis oppoſitionem (coloratam nimirum) redditur dubia; quod etiam ex pluribus Doctoribus, præcipuè verò ex Io. An. Hoſt. Abb. Dec. & cæteris communiter in cap. cum ſpeciali, de appel. la-

Inſtrumēta publica notorium iuris inducunt.

Licet nō habeāt paratā executionē:

Immo quo ad indirectè probata.

Debent inſtrumenta producta eſſe in iudicio, & in actis regiſtrata:

Nec pati oppoſitionē coloratam.

Probatio qualibet iuris notorium non inducit, ſi patiatur coloratam partis exceptionem.

Digitized by Google

tiùs antea confirmauerat num. 16. & 17. ex hoc temperans quod num. 15. ex communiori reſoluerat poſt Soc. plures congerentem conſ. 96. num. 15. vol. 4. & Conrad. d. limit 9. num.
162 *Notoriũ iuris an dicatur ante cõcluſionem in cauſa.* 25. vt nimirum † notorium iuris ex probationib. reſultans dicatur etiam ante concluſionem in cauſa; vbi ita explicant & conciliant huic oppoſitam ſententiam, quàm tenere videtur gloſ. d. cap. ſignificauerunt, verbo, liquere, de teſtib. à pleriſque approbata, quos refert Conrad. ſuprà num. 23. & ſeq. ac ſequitur Maſcard. d. concl. 1102. num. 24 & ſeq. nec non Rot. Rom. coram Puteo deciſ. 284. lib. 2. & d. Caſſad. deciſ. 1. de reſt. ſpol. vt, ſi id, quod reſultat ex actis, minimè ab aduerſario impugnatur, tunc notorium dicatur, licèt ante concluſionem in cauſa poſſit impugnari; cum iſto caſu attendi debeat non potentia impugnandi, ſed actus, quicquid in contrarium dixerit Capr. d. membr. 1. num. 48. ad fin. illa enim di-
163 *Qualitas notoria quãdo dicatur.* citur † qualitas notoria, quæ prima facie de iure communi eſt talis, licèt poſſit ſubeſſe cauſa excluſiua notorietatis, Fel. d. num. 4. quem ſequitur Contard. d. num. 29. & poſt Aret. l. in illa col. 1. verſic. tertiò adde ff. de verb. oblig. voluit etiam Tiraq. tract. de pœn. leg. num. 61. quem refert Menoch. d. caſ. 166. num. 5. de arbitr. iud. ſed hoc dicetur notorium commutabiliter, ſeu conuertibiliter, quòd ſi reuera id, quod conſtat ex actis coloratè impugnatur, tunc ceſſat notorietas, & commutatur, ſeu conuertitur in dubietatem vt ſupra oſtenſum eſt, quæ concordia videtur etiam fuiſſe de mente Fel. d. num. 4. Abb. d. cap. cum olim, num. 3. de verb. ſignif. Natt. conſ. 51. num. 10. lib. 1. & aliorum, quos ſequitur Contard. d. limit. 9. num. 25. dum dixerunt, quòd quicquid in iudicio fit, notorium eſſe dicitur, licèt vſque ad concluſionem in cauſa per partis impugnationem ſit commutabile.

164 *Cõfeſſio partis facit notoriũ iuris.* Vndecima concluſio. Notorium iuris † reſultat ex confeſſione partis. Probatur hæc concluſio ex cap. cum ſpeciali §. porrò, de appellat. in iis verbis, ſi eius exceſſus euidentia rei, vel ipſius confeſſione, aut alio modo legitimo fuerit manifeſtus; quem text. & de notorio eius intelligunt ibi Doct. omnes. Item ex cap. cum olim, de verb. ſignif. cuius verba initio præced. concluſ. retulimus, oſtendentes quoque ſumi in eo text. manifeſtum pro notorio. Præterea ex cap. ſuper quibuſdam, eod. tit. ibi, vel qui coram Prælatis ſuis conuicti ſunt, vel con-

feſſi

Digitized by Google

feſſi, vel ab eis ſententialiter condemnati;& quamuis ille text. loquatur in hæretico manifeſto;tamen ibi quoque manifeſtum ſumi pro notorio, apertè ſentit ibid. gloſ. in verbo, publicè prædicant, à nemine, quem viderim, reprobata; ſed expreſsè id cauetur in d.cap.veſtra, de cohabit.cler.& mul.ibi,cæterum aliud eſt, quando crimen notorium non diffitetur presbyter, vel de ipſo eſt canonicè condemnatus, expreſſiùs verò d. cap. fin.eod tit.ibi, niſi peccatum huiuſmodi ſit notorium per ſententiam, ſeu per confeſſionem factam in iure. Per quæ iura, ſeu pleraque eorum præter Doct.ibi, concluſionem hanc probarunt Butr.d.art.2.num.27.Capr.d.membr.1.num.pariter 27. & ſeq. Contard.d.limit.9.num.28.Maſcard.d. concl.1102.nu. 2.Farinac.d.quæſt.21. num.31. Scauia d.cap.76.num.2.per eadémque patet, † ipſam ſolam confeſſionem abſque alia quoque probatione, vel ſententia huiuſmodi iuris notorietatem inducere, quicquid aliqui voluerint, quos refert Polyd. Rip. d.tract. de noct.temp.cap.68 num.40.& 41. nec tamen ipſe ſequitur, ſed potiùs alios nobiſcum ſentientes; quod etiam per eum text. tradiderunt inter cæteros Butr.d.num. 27.Capr. vbi ſupr,num.34. gloſ.d.cap.quæſitum, quod eſt vlt. verbo, notoria,de temp. ordin.& iure,cum prædicta iura inter ſententiam, aliáſve probationes ponant aliquam dictionem alternatiuam, in alternatiuis porrò ex vulgata iuris regula ſufficit,vt alterum impleatur.

165 *Ex ſola partis cõfeſſione reſultat notoriũ iuris, ſecluſa quauis alia probatione.*

Patet quoque ex alleg.cap. fin. de cohabit. cler. & mul. (& hæc ſit prima limitatio huius vndecimæ concluſionis,) confeſſionem hanc † debere eſſe iudicialem, ita, vt per extraiudicialem confeſſionem notorium hoc iuris non inducatur; quicquid in contrarium voluerit Butr.d.art.2.num.29.& ſeq. Capr. d.membr.1.num. 39. vſque ad 45. quem etiam ſequitur Farin. de reo conuicto & confeſſ.ſeu quæſt.crimin.lib.3.queſt.82.reg. 1.num.2. dum in eo iſti conueniunt, quòd in contractibus, & parte acceptante confeſſio extraiudicialis facta coram toto populo, ſeu maiori eius parte tranſit in notorium, cuius rei rationem illam Butr & Capr.adducunt,quoniam habet ſuos comites, cum de ipſa confeſſione notoriè conſtet,& eius effectus approbetur à iure, quia nimirum confeſſio extraiudicialis parte præſente, & acceptante plenè præiudicat, & à iure habetur pro perfecta probatione, l. Publia Mœuia in fin. ff. depoſit. l. cum

166 *Cõfeſſio partis debet eſſe iudicialis, contra quoſdam.*

Digitized by Google

cum de indebito, §. fin. ff. de probat. l.generaliter in fin. & ibi Doct.C.de non num pec.vnde ſufficit ad inducendum in prædicto caſu notorium iuris, quòd fiat fides de confeſſione;quod idem in criminalibus admittit Farinac.& Capr. vbi aliquis nomine fiſci acceptet, Butr. autem (quem paulò aliter retulit Capr.) dicit talem confeſſionem quidem fieri notoriam, quia notoriè de illa conſtat, ex ea verò induit vel notorium,vel ſaltem manifeſtum; vnde vſurarius manifeſtus dicitur, ſi vſurarium ſe eſſe coram notario extraiudicialiter fateatur, cap. quamquam cum ibi not. de vſur. in 6. In eóque rurſus conueniunt Butr. Capr. & Farinac. quòd ſi confeſſio extraiudicialis fiat quidem coram omni populo, vel maiori eius parte,ſed nemine cuius interſit, acceptante, tunc actus quidem confeſſionis eſt notorius, ipſius tamen confeſſionis virtus non ingerit niſi ſuſpicionem & præſumptionem vehementem de delicto; vnde poſſet dici notorium præſumptionis, vel ſuſpicionis,ſufficientis nihilominùs ad condemnationem, quomodo inquiunt Capr. & Butr.intelligi poteſt Innoc. in cap.per inquiſitionem, de elect.id tamen reſtringentes, niſi reus aliter illam ſuſpicionem,& præſumptionem purgaret,iuxta dictum gl.in l. ictus fuſtium ff.de his qui not.infam.

Patet, inquam,ex d.cap.fin. de cohab.cler.& mul.confeſſionem, quæ notorium inducit, iudicialem eſſe debere, atque ideo extraiudicialem non ſufficere; nam ibi requiritur, quòd confeſſio ſit facta in iure; hoc eſt in iudicio iuxta text.cum alibi ſæpe, tum in cap. at ſi clerici in princ. de iudic. cap. pen. &
167 fi.de confeſ.& ita exponunt omnes Doct.ſiue † quia iudicium ſit à iure introductum, ſiue quia ius in eo reddatur; ſicque exponenda ſunt alia iura ſuperiùs initio huius concluſionis allegata, in quibus ſimpliciter, & abſolutè dicitur per confeſſionem notorium induci; illa enim declaranda ſunt per d. cap.fi. de cohabit. cler. & mul. notiſſimi enim iuris eſt, vnam legem per aliam declarari. Accedit, quòd cum notorium iuris ſit quod à iure, vel in iudicio oritur,vt ſupr.concl.4. in definitione huius notorij ex ipſo Butr. & aliis docuimus; iure autem non caueatur confeſſione. extraiudiciali notorium induci, apertè ſequitur, illud non niſi ex iudiciali oriri; cum maximo ab eod.Butr. & aliis quos ibid. retulimus, ideo ponatur in definitione d. notorij iuris, quod ſit probatio in iure facta, quia ad

Confeſſio iudicialis cur dicatur fieri in iure.

Digitized by Google

ad hoc, vt probatio tranſeat in notorium, debet eſſe facta in iudicio, quod & ſatis ibi probauimus, præcipuè verò ex cap. cum olim, de verbor. ſignific. & cap quæſitum, de temp.ord. nulli autem dubium eſſe poteſt, quin confeſſio probatio quædam ſit, quin & maxima probationum, vt latiùs inter cæteros comprobant de communi quoque atteſtantes Suarez in Theſaur.recept.ſent. verbo, confeſſio, & nouiſſimè Farinac. d.lib. 3.quæſt.crimin.quæſt.81. cap. 1. num. 4. ex quo etiam tollitur vis rationis allatæ per Butr. & Capr. ſuperiúſque à nobis relatæ; licèt enim † de confeſſione notoriè conſtet, cùm ea ſit 168
coram toto populo, vel eius maiori parte, eiúſque etiam effectus approbetur à iure ad hoc, vt plenum pariat præiudicium, ſaltem in ciuilibus, vel vbi de crimine ciuiliter agitur, de quo non diſputo, ne longior ſim; tamen à iure non approbatur quoad hoc, vt notorium inducat, cum nullibi in iure id cautum reperiatur. nec mirum, cum etiam pactum nudum, quod ex ſe actionem non parit, ſaltem de iure ciuili, tamen calore iudicij ita veſtiatur, vt actionem quoque pariat, text. in l. nouiſſima, C. de pact. gloſ. in auth. generaliter, verbo, conſcribat, C. de epiſc. & cler. éſtque communis opinio teſte Rip. in rubr. num 27. ff. de verb. oblig. ſimúlque falſum comprobatur quod Farinac. & Capr. in criminalibus quoque aſſerebant vbi alius fiſci nomine acceptet; quod autem Butr. contendebat induci ſaltem manifeſtum, licèt impugnari id poſſet, pertinaciter tamen non negamus, cum ad notorium non pertineat, de quo nos agimus, & à quo manifeſtum differre ex ipſo Butr. & aliis ſupra docuimus.

Cõfeſſio extraiudicialis etiã notoria non inducit notoriũ iuris.

Cæterum quod Butr. Capr. & Farinac. dicebant, † notorium præſumptionis reſultare ex confeſſione, quæ emanauit 169
coram populo, ſeu maiori eius parte nemine acceptante licèt impugnare poſſemus, tum quod nullo pariter iure id probatur; tum quod pactum cum eo videatur conuenire, quod, vt ſupr. indicauimus in definitione huius notorij, idemmet Capr. d.membr. 1. num. 10. poſt Butr. d. art. 2. num. 16. 34. & 35. ad notorium præſumptionis, & fictionis requirunt, quòd factum, ex quo à iure trahitur præſumptio, ſit notorium facti, vel iuris approbationis, & fidei; ac præterea, quòd ius præſumat, aut fingat illud habendo pro violenta probatione; ſicut ad notorium iuris, quod vocatur diſpoſitionis, exigitur pariter noto-

Cõfeſſio extraiudicialis an inducat notoriũ præſumptionis.

Digitized by Google

rium facti, vel probationis, vnde ius trahit diſpoſitionem; ſi enim ad notorium præſumptionis prærequiritur, ſeu ſupponitur aliquid, quod ſit notorium facti, vel iuris probationis, hîc factum non habemus, cum aliud ſit confeſſio de aliquo facto, aliud factum ipſum, quod iam ſupponimus notorium non eſſe; ſed neque habemus notorium aliquod iuris approbationis præciſum, quod ſi dicant, eſſe ipſam confeſſionem extraiudicialem, hoc eſſet aliunde probandum, & nos oppoſitum paulò ante demonſtrauimus, ſi tamen id prædictis Doctoribus daremus, prout facilè dari poteſt, non ideo euertitur quod hîc præcipuè ſtatuimus, ex confeſſione iudiciali tantùm, non item ex extraiudiciali illam ſpeciem notorij iuris, quæ probationis dicitur, induci.

Longè verò faciliùs concedemus quod contendit Butr. d. art. 2. num. 31. & poſt eum Capr. d. membr. 1. num. 45. & ſeq.
170 *An ex cõfeſ. extraiudiciali reſultet notorium fictionis.* quòd † ſi loquamur de ficta confeſſione, quæ nimirum ex actibus extraiudicialibus, notoriis tamen per iuris fictionem conſurgit, vt in exemplo d. concl. 4. in fi. allato ex cap. is, qui de ſponſal. & ſimilibus, tunc talis confeſſio ficta poteſt tranſire in notorium, quod fictionis dicitur; ſicque, inquiunt, poteſt intelligi Iacob. relatus per gloſ. in l. quoniam ff. de his, qui not. infam. & Innoc. in cap. 1. de off. deleg. in 6. cuiuſmodi etiam fi-
171 *Notoriũ fictionis an inducatur ex defectu in purgatione.* ctam confeſſionem, atque adeo notorium fictionis † conſurgere volunt ex defectu in purgatione, quia nimirum indicta fuit alicui in iudicio purgatio, iſque defecit, conſtétque de huiuſmodi facto purgationis indictæ: quod etiam voluiſſe videtur Spec. tit. de notorio §. notorium verſic. notorium præſumptum, & colligitur ex cap. inſinuatum, de ſimon. cap. decernimus, 1. quæſt. 1. quæſt. 19. cap. excommunicamus, de hæret. & de purgat. cānon. cum ibi notat. per totum, præcipuè verò cap. cum P. & cap. cum dilectus. qua de re non diſputo, quia vix caſus hic in Conſeruatore, de quo agimus, euenire poteſt; ſed ad alias limitationes præcipuæ concluſionis veniamus.

172 *Confeſſio iudicialis cui aliquid opponitur, vel quæ petitur reuocari, an & quando inducat notoriũ iuris.* Limita igitur ſecundò hanc vndecimam concluſionem, † quando contra iudicialem confeſſionem aliquid opponeretur, vel pateretur eam reuocari, tamquam erroneam. ita Butr. d. artic. 2. num. 27. Capr. d. membr. 1. num. 34. poſt Io. An. d. cap. cum olim, de verb. ſig. Hoſt. in cap. cum ſpeciali, de app. gloſ. in cap. ex parte il 1. de verb. ſig. & in cap. Romana, §. ſi autem

tem verbo, vel de quo, de appellat. in 6. & poſt alios Farinac. d.quæſt.21. num. 32. & 33. vbi ex latiùs per eum adductis nu. 15. cum ſeq. & concl. præced. per nos ponderatis, id declarat, modò actu opponatur contra huiuſmodi confeſſionem, & petatur reuocari; quod etiam ibidem apertè ſentiunt Butr. & Capr. contra gloſ. d.cap. ex parte, (licèt ratio, qua eam impugnant, non conuincat, quòd nimirum ſequeretur confeſſionem non inducere notorium, niſi cum ſententia, cum vſque ad eam poſſit reuocari confeſſio; dicere enim poſſet glo. intelligendum id eſſe vſque ad ſententiam excluſiuè) ante vero confeſſio iudicialis non inducet notorium niſi commutabile per ipſam actualem petitionem reuocationis, & oppoſitionem coloratam, vt latiùs nos d.concl. præced. poſt Farinac. & alios deduximus.

Huic ſimile eſt; quod † de confeſſione erronea, quæ reuocata, & docto de errore euaneſcit, & pro nulla habetur, probat text. in cap. fin. de confeſſ. & docet Farin. d. quæſt. 81. cap. 1. num. 43. & latiſſimè cap. 9. num. 315. & multis ſeqq. vbi id multipliciter amplians, & limitans videri poterit, cùm opus erit. 173 *Quod de cōfeſſione erronea ſentiendum.*

Limita tertiò, dummodo † confeſſio ſit ſpontanea, & non metu facta, vt notauit Butr. d. num. 27. poſt Io. An. d. cap. veſtra, num. 10. licèt iniuria vel ſua, vel librariorum eum alleget d. cap. de manifeſta, & Capr. dict. membr. 1. num. 35. poſt gloſ in cap manifeſta 2. quæſt. 1. quæ tamen mihi hoc non dicit, ſed id ſentit Hoſt in ſumm. tit. de cohabit. cler. & mul. nu. 8 idémque voluit gloſ. in cap ex tenore, verbo, vtatur, de temp. ord. quatenus verò eadem gloſ. indicare videtur, licèt ſubobſcurè, † confeſſionem factam metu probationis non eſſe ita ſpontaneam, vt ex ea notorium inducatur, iure optimo à Capr. ac Butr. loc. cit. reprobatur, quoniam talis metus probationis non ita inficit confeſſionem, vt ei detrahat, atque adeò tollat effectum notorij, iuxta not. per Innoc. & alios in cap. cauſam matrimonij, de offic. deleg. 174 *Confeſſio ſpōtanea eſſe debet vt ab ea reſultet notorium iuris.* 175 *Confeſſio facta metu probationis.*

Limita 4. eandem concluſionem, vt non procedat, † ſi confeſſio facta ſit quidem in iudicio, ſed abſente parte, ita Capr. d. membr. 1. num. 37. nam tunc etiam non præiudicat, l. certum §. ſi quis abſente ff. de confeſſ. immò requiritur acceptatio, aliàs plenè non præiudicat, vt poſt plures alios Foller. in practic. 176 *An confeſſ. iudicialis, abſēte parte vel non acceptante facta notoriū iuris inducat.*

Digitized by Google

crim. verbo, & ſi confitebuntur, num.49.p.1. Ant.Gabr.com. concl. lib. 1. tit. de confeſſ. concl. 1. vbi multipliciter id ampliat; & limitat, Brunor. à Sole in compend. reſol. iur. verbo, confeſſio ad hoc inducat plenam probationem, & verbo, confeſſio non acceptata, vbi de communi teſtatur.

Limita 5. vt non habeat locum d. concluſio, vbi confeſſio
177 *Quid, ſi facta ſit corã Notario?* † facta non ſit coram iudice, ſed coram notario, tunc enim ſaltem plenè non præiudicat, vt pluribus relatis comprobat, præcipuè ter text. in l. cum ſcimus, C.de agric. & cenſ.lib.11. Farinac.d.tit.de reo confeſſ.& conuict.q.81.cap.1.num.45.qui num.46.id poſt alios declarat, niſi notarius examinet reum de mandato iudicis.

178 *vel arbitro, aut arbitratore?* Limita 6.vt non procedat, vbi confeſſio † emanauit coram arbitro, vel arbitratore; hæc enim confeſſio non valet, niſi tamquam extraiudicialis, vt poſt Butr.in cap. Quintauallis, verſic. quarta differentia, qui Cyn. etiam ad id refert, voluit Mil. in repert. verbo, confeſſio facta coram arbitratore il 2. & poſt Alex.ſtiatic.in pract.iud. cap. 19. num.53.tenet Farinac.d.quæſt. 81.cap.3. num.98. qui tamen loquitur ad hoc, vt plenè præiudicet coram iudice in alio iudicio, non coram ipſo arbitro, vel arbitratore; licèt dubitari de hac 6. limitatione ex eo poſſit, quoniam arbitria redacta nunc ſunt ad inſtar iudiciorum, l. 1. vbi ſcribentes ff. de recept. arbitr. gloſ. & Doct. in rubr. de arbitr. niſi dicamus, redacta eſſe quoad ordinem iudicij, non ef-
179 *vel corã iudice non in forma iudicij?* fectum probationis. Minùs verò dubium eſt, † quòd, ſi fiat quidem coram iudice, ſed non in forma iudicij, non inducit notorium, vt in ſpecie voluit Capr. d. membr. 1.num. 36. per gloſ.in l.iubemus C. de lib.cauſ. text. etiam iuxta gloſ.& Bald. expoſitionem in l.interrogatum C.eodem, & ſenſit Farinac.d. quæſt.21. num.34.dum ſe remittit ad tractata per eum d.tit.de reo.confeſſ. & conuict. vbi quæſt.81. cap.1. num. 50. per text. in l.cum ſcimus, iuncta gloſ.d l.iubemus, & ibi Bald.alióſque quamplurimos ab eo laudatos, inter quos refert etiam Capr.d.
180 num. 36. docet eam plenum præiudicium non parere, neque ſufficere ad condemnandum.

Confeſſio emanãs corã iudice incõpetente an inducat notoriũ iuris. Limita 7. in confeſſione † emanata coram iudice incompetente; ita ſatis apertè ſentit in ſpecie Butr.d. art. 2. num. 28. apertiſsimè Capr.d.membr.1. num.38.per text.in cap.at ſi clerici, vbi Doct.omnes, de iud. ex quo habetur, confeſsionem emana

emanatam coram iudice incompetente non præiudicare ſaltem plenè etiam in iudicio poſtmodum intentato còram iudice competente; quod pluribus exornat,ac multipliciter declarat Farinac. d. quæſt. 81. cap.6. num.188. & ſeq. ex qua Farin. quæſtione deduci poſſunt aliæ non paucæ limitationes, atque etiam ampliationes ad hanc noſtram concluſionem. Nos verò eas dumtaxat hoc loco ſubiiciemus, quæ frequentius in vſum venire poſſunt, & quas notorij materiæ accommodarunt Butr. d num.28. & latius Capr. d membr.1. num.28. & tribus ſeqq. cuius dicta per Maſcard.d.concl.1102.num.2. cum ſeq.reaſſumi aſſerit & in hac notorij ſpecie ſectatur Farinac.d. quæſt.22. num. 34. cuiuſmodi ſunt, præter aliquas ſupra explicatas, illa de confeſsione iudiciali incidenter facta, item de ea,quæ emanauit in iudicio ſummario, aut in nullo alia ratione, quàm ex defectu iuriſdictionis,quibus illam quoque inſeremus de confeſsione in vno iudicio præiudicante in alio.

Amplia igitur primò prædictam concluſionem, vt † procedat etiam in confeſsione, quæ emanauit à reo in iudicio ſummario; ita in ſpecie Butr.d. num.28.art.2. & Capr.d. membr.1. num.pariter 28. Maſcard.d.concluſ. 1102. num. 3. per dictum Innoc.in cap.cum dilectus, de ord.cog.cap.2.de confeſſ.cap.1. de except. & cap.qualiter il 2. in gloſa magna num.7.verſ.non negamus, vbi vult, quòd confeſsio ad ſui eſſe non exigit telam iudicij, cum poſsit fieri ex abrupto, & tamen habeat ſuas vires, vt notatur d. cap. dudum de elect. l. ſi reus paratus ff. de procur.l.ſi debitori ff. de iud. Dictum tamen Innoc.Bart.in l.ſi confeſſus ff.de cuſtod.reo.intelligit procedere, ſi fiat confeſsio in ſummario iudicio principaliter, & propter ſe, ſecus verò, ſi propter aliud, ſeu incidenter, per gloſ.not.in cap.ex pertinentibus, 51. diſt. in fi. Bart.ſequitur Abb.d.cap.at ſi clerici, col. 1. vt refert Apoſtillator ad Innoc d.cap.qualiter,verbo,confiteatur; & confirmatur ex eo, quod in plenario iudicio latiſſimè probat in criminalibus Farin d.quæſt.81.cap.7.num.219.Confeſſionem † incidenter in eo factam non præiudicare in eodem iudicio, & multò minùs in alio iudicio, vt poſt alios docet ead.quæſt.81. cap.3.num.109.vbi etiam ex ſententia Rom. in l.cum mulier num. 37. & ſeq.ff. ſol. matr.ait,quòd † quando agitur de priuato intereſſe partis,tunc quoque confeſſio incidenter facta in vno iudicio non probat in alio, licèt in con-

181 *Confeſſio facta in iudicio ſumario, quando inducat notorium iuris.*

182 *Confeſſio incidenter facta an præiudicet.*

183 *Quid ſi de priuato partis intereſſe agatur.*

trarium alleget Foller. in pract.crim. verbo, &, ſi confitebuntur par. 1. num. 31. ex Bart. & Ang. locis per eam cit. Quamuis quoad iudicium plenarium, vt † confeſſio in eo inciden-
184 ter facta in eodem præiudicet, quin immò notorium iuris inducat, (quæ eſſe poteſt ſecunda ampliatio huius concluſionis,) in ſpecie teneat Butr.d.art.2. num.28. & Capr.d.membr. 1.num. 31. Maſcard. d.concluſ 1102. num. 4. poſt Innoc. d.c. 1. de except. cap. qualiter in gloſ.magna, dummodo id, ſuper quo emanat confeſſio,ſit annexum ei,quod principaliter in iudicio deducitur, prout notatur in d.cap. 1. de except. & cap.2. de confeſſ. & latè probat Farinac.d. quæſt.81. cap.7.num.251. ſecus ſi non eſſet annexum, & ita procedit gloſ. in l. ſi filium, C.de lib.cauſ.& quod poſt alios voluit Farin.d.cap.7.nu.219.

Confeſſio in plenario iudicio incidẽter facta an præiudicet in eodem?

185 Amplia 3.præfatam concluſionem, vt † confeſſio etiam facta in iudicio aliter nullo, quàm defectu iuriſdictionis, plenè præiudicet, validat enim proceſſum ipſum nullum, atque id præcipuè locum habeat in iuriſdictionibus, vt pluribus comprobat Farinac. d.quæſt. 81. cap. 2. num. 66.& 78. & maximè per l. vnicam, vbi Doct. omnes,C de confeſſ.quod multis modis ampliat, & limitat d.cap. 1. per totum;& in ſpecie,quòd talis confeſſio inducat notorium iuris, voluit Butr.d.num.28. & Capr.d.membr. 1. num.30. per text.in cap.Piſanis,de reſt.ſpoll. cum ibi not.& in c.1.& 2.de accuſ.in 6.& in Clem.conſtitutionem,de elect.

Confeſſio facta in iudicio nullo aliter quã defectu iuriſd. quãdo plenè præiudicet.

Quoad aliud verò iudicium eſt regula affirmatiua, & hæc
186 erit 4.ampliatio prædictæ concluſionis, vt nimirum † regulariter confeſſio facta in vno iudicio confitenti præiudicet in alio, prout per text. in l.iubemus & ibi inter cæteros Bal.C. de lib.cauſa,& ex aliis probat Diaz.reg.121, in princ. Villalob. in commun.opin. litt.C.num.141.Rot.deciſ. 4. de confeſſ.in antiq.Paul. Granut. Theorem. 20. num. 26. ac pro regula plures ad id allegans conſtituit Farin.d.quæſt. 81. cap.3. num.92. vbi ad num. 109. multas ad eam extenſiones, ac declarationes affert;nos iis,quas ſupra attigimus, quáſque ad rem noſtram minimè pertinere iudicauimus,omiſſis,extendimus illam,primò, vt licèt dubium ſit, an confeſſio facta in iudicio ciuili præiudicet in criminali per ea, quæ poſt Maſcard. de probat. concluſ. 348. num.19. Clar.§.fin.9.54.verſ. ſed quid,& alios pleroſque vtrinque relatos adducit Farin.d.cap.3.num.94.& ſeq. certum

Confeſſio facta in vno iudicio regulariter præiudicat in alio.

tamen

tamen eſt, † quòd facta in criminali præiudicat in ciuili, ſal- 187
tem inter eaſdem perſonas, vel quando iudex proceſſit ex of-
ficio, vt poſt Fel. inter cæteros in cap. cauſam, quæ, num. 23. de
teſt. ac plures Rotæ Rom. deciſiones probat Maſcard. de pro-
bat. concluſ. 351. num. 3. & Farin. d. quæſt. 81. cap. 3. num. 96.
Extendimus 2. vt † confeſſio facta in vno iudicio ſummario 188
probet etiam in plenario, vt poſt alios probat Diaz reg. 121.
ampl. 2. Soc. reg. 7. Fallent. pen. Maſcard. de probat. concluſ.
349. num. 9. & ſeq. Farin. d. cap. 3. num. 100. Extendimus deni-
que hanc 4. ampliationem in iudicio aliàs nullo, quàm ex defe-
ctu iuriſdictionis; nam confeſſio in eo emanata † præiudicat 189
in alio iudicio, vt tradit Farin. d. cap. 3. num. 101. poſt Diaz d.
reg. 121. ampl. 3. qui ad id allegat Purpurat. in l. is, apud quem
num. 82. verſ. tertiò etiam C. de edend. pro quo facit, quòd
paulò ante ampl. 3. docuimus poſt Farin. d. quæſt. 81. cap. 2.
num. 66. confeſſionem emiſſam in tali iudicio nullo regulari-
ter eius nullitatem validare. Declaratur nunc, ſeu reſtringitur
eadem 4. ampliatio primò, vt procedat tantum † in confeſſio- 190
ne facta inter eaſdem perſonas; ita poſt Io. Andr. in addit. ad
Specul. tit. de oblig. §. fi. num. 7. Imol. in cap. per inquiſitionem,
& ibi Card. num. 6. de elect. Rot. d. deciſ. 4. de confeſſ. in antiq.
Surd. deciſ. Mant. 309. num. 4. & alios latè probat Farin. d. cap.
3. num. 103. quod ipſe intelligo non modò quando nulla ex
perſonis prioris iudicij, in poſteriori interuenit, quomodo
verè dicit Farin. ibid. num. 104. ferè eandem eſſe hanc reſtri-
ctionem cum illa, de qua ibi, nimirum, vt ea confeſſio non
præiudicet tertio, ſed etiam quando mutatur ſola perſona eius,
ad cuius fauorem in priori iudicio confeſſio emanauit; nam
confeſſio, quam quis facit contra ſe cum vna perſona non præ-
iudicat contra aliam, l. fi. ff. de interrog. act. & confeſſio facta
coram vno iudice ad vnius poſtulationem non præiudicat ſibi
quoad alium l. interrogatam, C. de lib. cauſ. Præterea intelli-
genda eſt facta confeſſio inter eaſdem perſonas, ſi controuerſia
nunc ſit cum hærede eius, qui confeſſus eſt, vt in ſpecie poſt
Abb. d. cap. cum ſpeciali §. porrò num. 7. de appell. alios refe-
rentem tradit Veſtr. in Prax. Rom. Cur. lib. 7. cap. 3. num. 17.
dicens, ita practicari in Romana Curia; & ratio eſt, quia hæres
cenſetur eadem perſona cum defuncto, vulg. l. cum à matre C.
de rei vend.

Confeſſio facta in criminali præiudicat in ciuili.

Facta in iudicio ſummario probat in plenario.

In vno iudicio nullo aliàs quàm defectu iuriſdictionis probat in alio.

Facta verò in vno iudicio probat in alio inter perſonas.

Declara

Digitized by Google

191 Declaratur 2. vt non procedat, † quando contra confeſ-
Confeſſio cõtra quã eſt pronuntiatũ à iudice an præiudicet? ſionem fuit per iudicem pronuntiatum, vt tradit Farin.d.cap. 3. num. 107. poſt Maſcard. plures referentem d.concluſ. 348. num. 13.& poſt alios.præcipuè verò poſt Conrad.tit.de confeſ. crim.limit. 25. idem aſſerentem, vbi † reprobatio facta ſit à
192 ac Purpurat.d.l. is, apud quem nu.81.verſ.quartò limitetis,qui
Quid ſi reprobata ſit à parte. notabiliter id ait procedere, ſiue reprobetur in præiudicium confitentis, ſiue etiam in eius fauorem, vt quia ipſe confitens non obſtante ſua confeſſione fuerit abſolutus.

Declaratur denique eadem 4. & vltima ampliatio huius
193 concluſionis, vt non procedat † in confeſſione procuratoris,
Confeſſio in vno iudicio à procuratore facta an præiudicet in eodẽ, vel alio iudicio. ſi enim non præiudicat in eodem iudicio, vt voluit Compoſtel. in cap.per inquiſitionem, & ibi Bellam.Butr. Imol Card. Anchar. Abb. communem aſſerens de elect. latéque probat Farin.d. quæſt. 81. cap.1. num. 60. multò minùs præiudicabit in alio iudicio, vt poſt Fel. in cap.cauſam, quæ, num.8.de teſt. Diaz reg.121. limit.3. Mant.cap.at ſi clerici num.10. Maſcard. d. concluſ. 348. num. 11. & 20. cum ſeq. & aliis ex communi reſoluunt Honded conſ.66 num.174. Villal.in commun.opin. litt.C. num. 143. Clar. §. fi. quæſt.54. verſ.quæro, & Farin. d. cap. 3. num. 108. Illud denique omittendum non eſt in hac materia notorij ex confeſſione reſultantis, quod ex omnibus caſibus, in quibus in hac concluſ. diximus, confeſſionem iudicialem non præiudicare, atque adeò non inducere notorium iuris, ſoluitur, quod contra ipſam concluſionem obiici
154 poterat † ex cap. Romana §.ſi autem, de appell.in 6.dum al-
Intellectus c. Romana §. ſi autem, de appel.in 6. ternatiua, (*vel*) ponitur inter crimen notorium, & de quo quis eſt confeſſus in iure; atque ita ſoluit ibi gloſ.frequentiùs recepta, verbo, vel de quo, niſi dicamus,ſumi ibi notorium in potiori ſignificatione,hoc eſt, pro notorio facti,aut exponit etiam eadem gloſ.ibidem, verbo, notorio; aut dictionem illam (*vel*) non ſumi alternatiuè, vt ex aliorum ſententia explicat prædicta gloſ. d.verbo, vel de quo; nam alternatiua poſita inter genus,& ſpeciem,vt hîc reſoluitur in coniunctam, vt latè probat Euerar.in loc.à natur.alternatiuos.num.11.& ſeq.

155 Duodecima concluſio. Notorium iuris † reſultat quoque
Notoriũ iuris ex ſentẽtia reſultat. ex ſententia, ſeu condemnatione. probatur id expreſsè ex d. cap.veſtra, de cohabit.cler.& mul.ibi, notorium definitur, de quo presbyter canonicè condemnatur & cap.fi. eodem tit. ibi, niſi

Digitized by Google

niſi peccatum huiuſmodi ſit notorium per ſententiam,& vtrobique gloſ.& Doct.alibíque ſæpè adnotarunt ſimul hoc appellantes notorium iuris, quod & facit Butr.d.tract. de notor.art. 2.num.31. cum duob.ſeq. Capr.ſimili tract.membr.1.num.20. & 21. aliíque relati pariter, ac laudati per Maſcard. d. concluſ. 1102. num. 31. Farinac. d. quæſt.21.crimin. num. 35. id comprobans etiam ex text. in l. emptorem in princ. ff. de act empt. ceteri verò ferè omnes id ex eo confirmant; quòd res iudicata pro veritate habetur,l.res iudicata,ff.de reg.iur.l.ingenuum, ff.de ſtat. hom. cap. cum inter, de ſent. & re iudic. cum ſimil. ex quo colligitur ſingularis limitatio ad prædictam concluſionem, vt nimirum † non ſufficiat ad inducendum hoc iuris 196
notorium, ſententiam latam eſſe, ſed requiritur, vt tranſierit *Modo trāſierit in iudicatum.*
in iudicatum, quam limitationem ſentit Farinac. d. quæſt. 21. num. 36. expreſsè verò probauit Maſcard. d. num. 31. Butr.d. art.2.num.32. & Capr.d.membr.1.num.26.ad id rationem,& quidem optimam adducens, quia pro huiuſmodi ſententia, quæ non tranſiuit in iudicatum, non præſumitur ex quo reuocari poteſt,d.cap.cum inter,vbi notant Doct.& in l. Herennius §.Caia,ff.de euict.cap.cum in iure, de off.deleg.c. in præſentia, de probat.& alibi paſſim.

Limita 2. dummodo † ſententia fuerit publicè lata, non 197
occultè; nam tunc neque publicum inducet, nedum notorium, per not.in cap.ad probandum, de ſent.& re iudic. ita limitat Maſcard. d. concluſ.1102. num. 31. poſt Mil.in Repert. verſ.notorium approbationis, & fidei, Capr.d.membr.1.num. 22.& ante eum Butr.d.art.2. num.33. ſed id eſſe requirere potiùs in ſententia notorietatem facti, ad quam ſpectat tamquam genus illud, quod publicum eſt, vt ſuprà admonuimus, & colligitur ex d.cap. tua nos, de cohabit. cler. & mul.(ſi crimen eorum ita publicum eſt, vt meritò debeat appellari notorium,) maximè iunctis iis, quæ paucis interiectis eodem contextu ſubiiciunt, cum huiuſmodi crimen nulla poſſit tergiuerſatione celari, quod non niſi ad notorium, facti referri poſſe patet ex eius definitione ſuperiùs 4.concluſ. à nobis allata. Accedit quòd negari non poteſt, quin ſententia non mòdò recitata, ſeu lecta, ſed etiam dumtaxat per iudicem ſubſcripta, & à nobis regiſtrata ſit de actis, atque adeo ſaltem, vt de actis, inducat notorium iuris, iuxta ea,quæ latiùs adduximus ſupr.concl.

Sentētia notorium iuris inducit, ſi publicè lata ſit.

Digitized by Google

10. Denique cum reſpectu publicitatis, vt ita dicam, nil aliud in ſententia requiratur, quàm vt coram duobus teſtibus legatur, vt cap. ſicut, de ſent. & re iudic. iuncto cap. fi. eod. tit. in 6. & toto tit. C. de ſent. ex breuit. recit. & conſuetudo nihil addiderit, ſed alicubi potiùs induxerit, vt ſaltem in iis ſententiis, quæ non ſunt merè definitiuæ, ſed interlocutoriæ habentes vim definitiuæ, (prout etiam ſecluſa conſuetudine ſentit poſt alios Fel. in rubr. de re iudic. num. 3. dum ait, in interlocutoriis etiam vim definitiuæ habentibus non deſiderari eas omnes ſolemnitates, quæ in ſententiis definitiuis requiruntur) ſola ſubſcriptio iudicis, & conſignatio per eum notario facta ſufficiat; quod & regulariter in definitiuis ſufficere poſt pronuntiationem, vt in cedula, teſtatur morem eſſe in Rotæ Auditorio Veſtr. in d. Prax. Rom. Cur. lib. 7. cap. 1. num. 12. & 13. immò etiam gloſ. in cap. cum in iure, verbo, ſuper mandato, de offic. deleg. voluerit, quòd in definitiuis ſolus tabellio ſufficiat ad fidem imponendam ſententiæ, per cap. quoniam contra, de probat. cum inquam hæc ita ſint, ſequeretur ſumpto argumento à communiter accidentibus, nullum dari iuris notorium, quod ex ſententia conſurgat; licet enim aliquando ſententia feratur, aut legatur coram multis, id neque ita frequenter, & per accidens contingit. Neque text. d. cap. ad probanbandum, aut quod ibi tradunt Doct. id mihi probat, ad quod à Butr. & Cap. adducitur. ex quibus admodum dubia redditur parúmque probabilis hæc poſterior limitatio ad propoſitam concluſionem.

Probabiliùs autem ea tertiò loco limitatur, vt procedat

198 *Sent. ētia lata in ſūmario iudicio non inducit notorium.* † quando ſententia eſt lata in plenario iudicio, ſecus vbi ſententia eſſet lata in ſummario iudicio; tunc enim non induceret notorium; ita Butr. d. num. 23. Capr. d. num. 22. ea ratione, quia aliàs, cum eſſet pleniſſima probatio, obſtaret in plenario contra l. ſi quis à liberis §. meminiſſe, ff. de lib. agnoſc. l pen. ff. de his, qui ſunt ſui, vel al. iur. & cap. veniens il 1. de teſt. & not. per gloſ. & Innoc. cap. cum dilectus, & c. fi. de ord. cog. eandem limitationem probauit etiam Maſcard. d. concluſ. 1162. num. 51. poſt Mil. in repert. verſicul. notorium approbationis, & fidei.

199 *Idem ſi non habeat vim definitiuæ.* Limitatur quartò eadem concluſio, vt procedat, † vbi ſententia ſit definitiua vel habens vim definitiuæ. ita Maſcard. d.

num.

num. 31. poſt Mil. ſupra. idem tradit Butr. d. artic. 2. num. 34. Capr. d. membr. 1. num. 23. & duob. ſeqq. quia non omnis vox iudicis habet vim ſententiæ. l. ex ſtipulatione, C. de ſent. & interloc. omn. iud. & l. 1. & 2. C. comminationes, & epiſtolas, &c. & ibi not. per Doct. & Innoc. cap. 2. de in integr. reſtit. atque inde inferunt, præceptum iudicis latum ſine cauſæ cognitione non inducere notorium, ſecus in eo, quod latum eſt cum cauſæ cognitione, quia tunc haberet vim definitiuæ, maximè ſi præcedat litis conteſtatio, iuxta notata per Doct. in cap. peruenit, de appel. cap. fi. de confeſ. & l. non fatetur, ff. eod. ſic intelligi poteſt gloſ. in cap. ex parte, de verb. ſig. & in cap. hæc quippe, 3. quæſt. 6. dum ait, ſententiam præcepti non tranſire in notorium, & aliæ gloſ. in ſumma. 2. quæſt. 1. cap. dudum il 2. de elect. & l. non ſolum §. neceſſitatem C. de bonis quæ lib. dum dicunt, ſententiam præcepti non eſſe verè ſententiam.

Procedere tamen poteſt prædicta concluſio † in ſententia definitiua, quamuis lata ſit ſine vlla probatione; nam, ſi tranſeat in iudicatum, quia non fuerit appellatum, tranſibit quoque in notorium, aut voluit Butr. d. art. 2. num. 32. poſt Io. An. d. cap. veſtra, qui ad id allegat l. ſi prolatam, C. de ſent. & l. accuſatoribus ac l. abſentem C. de accuſat. idémque tenet Capr. d. membr. 1. num. 23. adductus quoque text. in d. cum inter vos, de ſent. & re iud. ſed melior in cap. inter Monaſterium & cap. ſuborta, eod. tit. vbi habetur, quòd ſententia, licèt iniuſta, non retractatur, ſi tranſitum fecerit in iudicatum, quoniam ab ea non fuerit appellatum. 200 *Sententia definitiua licet lata ſine probatione ſi tranſit in iudicatum, inducit notorium.*

Habes igitur, Candide lector, hucúſque poſtquam de notorio agere cœpimus, citra tertiam nimirum huius quæſtionis concluſionem, qua fieri breuitate, ac facilitate à nobis potuit, quid ſit notorium, quot eius ſpecies, ſimúlque explicatum, quid earum vnaquæque ſit, & vnde, & quando reſultet. Reliqua nunc duo eſſe videntur pro exacta huius materiæ, quatenus ad rem noſtram pertinet, cognitione; quorum alterum eſt, aut Conſeruator iuxta terminos dumtaxat iuris, (præcipuè verò d. cap. 1. & fi. de offic. deleg. in 6.) deputatus cognoſcat de omnibus iniuriis, & violentiis notoriis, (ita enim exponi debet illud verbum, manifeſtis, quod in dictis duobus iuribus ponitur; prout exponi ab Innoc. & cæteris docuimus ſupr. hac ipſa quæſt. concluſ. 1. in princ.) iuxta ſingulas notorij ſpecies ſupe-

Digitized by Google

riùs concluſ.4. & ſequentib. huius eiuſdem quæſt. enumeratas non modò, ſed etiam explicatas. Alterum eſt, quem iuris ordinem ſeruare debeat huiuſmodi Conſeruator; in hiſce notoriis iniuriis, & violentiis, ſeu, quod idem eſt, qua in iis ratione procedat. Verum cum de hoc poſteriori articulo agendum præcipuè ſit quæſt. 1. cap. ſeq. vbi de modo procedendi Conſeruatoris diſſeremus, atque adeo huiuſce diſputationis opportunior incidet locus, videndum hîc erit de priore illo, breuiſſimè tamen.

Atque vt à notorio facti ſumamus initium, ſi loquamur de
101 notorio facti continui, certum eſſe debet, quòd † vbi de eo agi contingat, quoniam aliqua iniuria, ſeu violentia continenter inferatur iis, quorum aliquis deputatus eſt Conſeruator etiam iuxta terminos dumtaxat d. cap. 1. & fi. poterit talis Conſeruator illos defendere; nam, ſi quod notorium eſt, illud præcipuè erit, quod, eum continuè oculis omnium ſe exhibeat, celari nequaquam poteſt, iuxta ea, quæ d. concluſ. 4. in definitione notorij facti attulimus; ídque in ſpecie ſentiunt gloſ. & Doct. omnes d. cap. 1. & fi. Si verò loquimur de noto-

Notoriũ facti continui poteſt cognoſci à Conſer. ad terminos iuris deputato.

102 rio facti interpolati, vel momentanei, † idem ſtatuendum eſt, tum quòd vtrumque verè notorium eſt, vt ſupr. d. concluſ. 4. & duabus ſeqq. ſatis demonſtrauimus; tum quòd id apertè in ſpecie ſatis ſentiunt Innoc. d. cap. 1. & gloſ. Io. An. & alij tum ibi, tum d. cap. fi. quos etiam ſequitur Boſel excommun. 216. Angel. Silueſt. & cæteri Summiſtæ d. verbo, Conſeruator, nec non Abb. conſ. 100. nùm. 3. par. 1. & conſ. 62. num. 6. relatus pariter, & probatus ab Illuſtriſſimo Card. Tuſc. in ſuis concl. Iuris, verbo, Conſeruatores num. 4. & 5. Ant. 3. part. ſumm. tit. de excommun. cap. 37. dum aiunt, Conſeruatorem, ſi negetur factum, quod dicitur notorium, poſſe adhuc procedere, vt probetur eius notorietas.

Facti itẽ interpolati vel momẽtanei.

103 Quod ſi quæras, an † notorium hoc facti, de quo cognoſcit Conſeruator iuxta terminos iuris præciſè deputatus poſſit etiam eſſe reſpectu alicuius viciniæ, aut vniuerſitatis, ſeu collegij, vel omnino requiratur, quòd ſit reſpectu totius alicuius populi, vel maioris eius partis, iuxta ea quæ diximus ſupr. concluſ. 6. Reſpondeo verius mihi videri, notoriam iniuriam, ac violentiam, de qua prædictus Conſeruator cognoſcit, accipi debere reſpectu totius populi, vel maioris eius partis. Tum quòd

An ſufficiat notoriũ eſſe alicui collegio vel viciniæ.

Digitized by Google

quòd verba ſimpliciter, propriè, ac ſtrictè ſunt accipienda; præſertim in materia ſtricta, & odioſa, in qua nos verſamur, iuxta latè tradita ſupr. cap. 3. quæſt. 3. vt colligitur ex cap. pen. de ſent. excommu. l. fi. C. de iis, qui ven. æt. impetr. cum ſimil. Tum quòd verba debent ſumi in potiori ſignificatione, l. 1. ff. ſi ag. vectig. petat. & intelligenda ſunt per prius, non per poſterius Bal l. 1. C. de ſucceſ. edict. Signerol. conſ. 75. Spieg. in vocab. iur. verſic. iuxta in indifferenti materia. At verò d. cap. 1. & fi. de offic. deleg. in 6. vbi mentio fit iniuriæ, & violentiæ manifeſtæ, ſeu notoriæ, notorium, ſeu manifeſtum ponitur ſimpliciter, & abſolutè, negaríque non poteſt, quin notorium ſolum in vicinia, aut aliquo collegio, non ſit ſimpliciter notorium, ſed ſolùm ſecundum quid, id eſt, in vicinia, ſeu collegio, ſicut nec poteſt negari, quin potior ſit ſignificatio notorij illius, quod tale eſt reſpectu totius populi, quàm quod reſpectu ſolius viciniæ, aut collegij.

Quoad notorium autem iuris, ſi loquamur † de ea ſpecie, quæ notorium probationis, ſeu approbationis, & fidei dicitur, & continet notorium reſultans ex teſtium depoſitionibus, inſtrumentis productis in iudicio, & poſitis inter acta, necnon confeſſione iudiciali, ac ſententia quæ in iudicatum tranſierit, & generaliter ex actis, iuxta ea, quæ fuſiùs adduximus, ſimúlque explicauimus tribus poſtremis huius quæſt. concl. dicimus de hoc quoque notorio poſſe cognoſcere Conſeruatorem, ſeu ex eo fundari, ac firmari Conſeruatoris etiam ad terminos dumtaxat d. cap. 1. & fi. deputati iuriſdictionem, vt in ſpecie docet Roder. quæſt. reg. tom. 1. quæſt. 65. art. 12. ad fi. ac de confeſſione iudiciali tradiderunt Roder. d. quæſt. 65. art. 11. atque inter ceteros Innoc. Io. An. & alij d. cap. 1. & fi. Roſel. & S. Ant. vbi ſupr. ac Silu. loco cit. dum in eo conueniunt, quòd, ſi factum aliquod coram Conſeruatore notorium allegetur ab actore, & reus confiteatur factum, iam ex ipſa confeſſione notorium habetur, ita, vt poſſit procedere in cauſa; quod idem alij Summiſtæ tradiderunt verbo, Conſeruator, & multò magis ſentire eos dicendum eſt de re iudicata, quæ regulariter retractari non poteſt, cum tamen confeſſio aliquando reuocari poſſit, d. cap. fin. de confeſſ. iuncto d. cap. cum inter, de ſent. & re iudic. cum ſuis concord. Sed idem etiam ſtatuendum eſt de ceteris actis omnibus, ſaltem poſtquam impugnari ampliùs

204 *Notoriũ iuris approbationis & fidei ſeu reſultãs ex actis cognoſcitur à Cõſer. ad terminos iuris deputato.*

nequeunt; tunc enim notorium iuris certum inducunt incommutabile per talem impugnationem, vt d.concl.4. oſtendimus.

205 *Prædicta intelliguntur ſi acta ſint alterius iudicij, dēpta confeſſione iudiciali.*

Hoc tamen, quod de omnibus actis diximus, dempta confeſſione iudiciali † intelligo de actis alterius iudicij, vt ſentit Capr.d. tract. de notor. membr. 4. num. 35.36. 44. & duobus ſeqq. licet is non excipiat confeſſionem. ratio autem huius, quod nunc dicimus, eſſe poteſt; nam acta eiuſdem iudicij, quod nimirum tunc agitatur coram ipſo Conſeruatore, eſſe non poſſunt, vt de ſententia patet, quæ in fine iudicij fertur; de aliis ex eo probatur, quia nemo dixerit, citationem tranſmiſſam, ac executam, oblationem libelli, litis conteſtationem, poſitiones, & ſimilia ex ſe notorium in eodem iudicio inducere reſpectu alicuius rei geſtæ, de qua tunc in controuerſia, ſed tunc demum, ſi inde ſaltem tacita confeſſio reſultet, vt quia in iudicatum tranſierint quod ſupr. concluſ. 12. in ſententia docuimus, & multò magis in cæteris actis dicendum eſt, quæ, vt cuique notum eſt, non tantam vim habeant in probando, quantam habet ſententia, confeſſione iudiciali excepta, quæ maior & potentior eſt omnibus probationib. l. 1. l. certum, & ferè per totum ff.& C. de confeſſ.l. qui ſententiam C.de pœn.l.vlt.C. de fideicomm.& l.generaliter §.& ſi quidem C.de reb.cred. cum ſimil. & in ipſo limine iudicij emanare poteſt, vt colligitur ex cap. 1. de confeſſ. cum ibi not. & in l. 1.ff. & C.eod tit. & aliis adduct. ſupr. concluſ. 11. ampl. 1.in princ. vnde, licèt emanauerit in iudicio nullo, tamen præiudicat, & validat ipſum iudicium, vt ſupra d.concluſ. 11.ampl.3.demonſtrauimus cum moderationibus tamen de quibus d. concluſ. 11. ad fi. pro quo facit quod ſupr.concl.9. ad finem docuimus, notorium iuris reſultans ex actis vſque ad concluſionem in cauſa dici non ſimpliciter notorium,ſed conuertibiliter.

206 *Notorium iuris an ſit propriè notoriũ & in eo ſeruãdus iuris ordo.*

Neque obſtat, quòd † notorium dumtaxat facti propriè notorium videatur, notorium verò iuris impropriè, vt in ſpecie poſt Io.An.adnotauit Butr.d.art.2.num.33.& poſt Conrad. in pract.crim. tit.de notor. crim. num. 8. qui refert Abb.d.cap. dudum il 1.num. 7. de elect. voluit Farin. d. quæſt.21.crimin. num. 11. & 167. ſubiicitque Butr. id notandum eſſe propter ſtatuta; in quibus etiam tamquam in materia ſtricta appellatione notorij non venire notorium, quod reſultat ex actis, poſt

Abb.

Digitized by Google

Abb. in d. cap. dudum il 1. col. 2. de elect. Dec.in cap.ex inſinuatione num. 22. de appell. & Maſcard. de probat. concluſ. 1101. mihi 1107. num. 29. tradit Farinac. d. quæſt. 21. num. 19. qui etiam num. 166. plus dicit, quòd nimirum in notorio iuris ſeruandus ſit iuris ordo, qui tamen in nototiis non eſt ſeruandus, vt in cap.ad noſtram il 3.de iureiur. cum aliis allegandis cap.ſeq quæſt. 1. non niſi quia notorij appellatione ſtrictè, & propriè non veniat notorium iuris, ſed ſolùm facti, quod etiam ſatis probari videtur d.cap.dudum, ibi,ſi vel notorium eſſet, vel per ea, quæ iam dicta erant, conſtaret &c. vbi ponuntur tamquam diuerſa notorium, & illud, quod conſtat ex actis. Quòd autem litteræ Cōſeruatoriæ ſint potiùs odioſæ, ac reſtringendæ, patet ex iis, quæ ſupra cap. 3.quæſt.vlt. adduximus. Reſpondetur enim primò,quòd litteræ Conſeruatoriæ præſertim ad terminos d. cap. 1. & fi. de quibus nunc loquimur, non ſunt omnino ſtrictæ, & odioſæ, tum quòd habent quandam ſaltem tacitam approbationem iuris, & quidem fauorabilem,cum tendant ad faciliorem criminum punitionem, & promptiorem iuſtitiæ adminiſtrationem, dum iniuriæ manifeſtæ propulſantur, & ius ſuum petentibus faciliùs tribuitur, nimirum per Conſeruatorem, cum plerumque ordinarij propter negotiorum, aliarúmque cauſarum multitudinem;& grauitatem ſint præpediti; cum quibus etiam cumulatiuè, non ad eos priuatiuè poteſtatem habent Conſeruatores ſic deputati, ſaltem volente impetrante, vt dict.quæſtio. vltim. deduſcimus.

Deinde reſponderi poteſt, quòd cum ex iuribus d.concluſ. 10.11.& 12. allegatis, præſertim cap. veſtra, & cap.fin. de cohabit.cler. & mul. cap.quæſitum, quod eſt fin. de temp.ord. & cap. cum olim, de verb. ſignif. in quorum pleriſque notorium iuris prædictum, quod approbationis, ſeu fidei dicitur, dum nototia numerantur, ponitur ſimul.cum notorio per euidentiam rei,quæ tergiuerſatione celari non poteſt,quod notorium eſſe facti ſupr. concluſ. 4. ſatis oſtendimus, in omnibus verò prædictis iuribus notorium abſolutè, ac ſimpliciter appellatur, quamuis de pœna, atque adeo de materia ſtricta in eorum nonnullis agatur; negari non poteſt, quin propriè ſit notorium, licèt fortaſſis non ita propriè, ſicut eſt notorium facti, quod ſolum elici poteſt ex d.cap.dudum. Præterea dicere poſſumus,

Digitized by Google

ſumus, notorium iuris dici impropriè notorium reſpectu eiuſdem iudicij, excepta iudiciali confeſſione, propriè verò reſpectu alterius, iuxta ea, quæ paulò ante deduximus; iunctis tamen dictis de ea concl. 11.

107 *Notoriũ iuris diſpoſitionis, præſũptionis & fictionis an cognoſcatur à Conſer. ad term. iuris deputato.*

Idémque dicendum † de tribus illis ſpeciebus notorij iuris, quæ diſpoſitionis, præſumptionis, & fictionis ſupra concl. 4. & 11. ad finem cum Butrio appellauimus, &, vt arbitror, vno præſumptionis nomine comprehenderunt gloſ. & Doct. quos d. concluſ. 4. ad finem retulimus, vt nimirum qua ratione, ſeu quo caſu notorium ſiue facti, ſiue iuris approbationis, & fidei deduci poteſt coram Conſeruatore ad terminos d. cap. 1. & fin. deputato, eiúſque iuriſdictionem firmare, poſſit etiam notorium diſpoſitionis, præſumptionis, & fictionis, quod inde oritur; dum tamen illa diſpoſitio certa ſit, præſumptio violenta, & fictio indubitata, atque adeo neceſſaria, non probabilis tantum deductio, quæ ex ea re notoria à iure fit; ob eam præcipuè rationem, quòd illud, vnde à iure trahitur huiuſmodi diſpoſitio, præſumptio, & fictio, ſit aliquod verum notorium facti, ſiue iuris, & tale à iure nuncupetur, vt ſupr. ex Capr. d. membr. 1. num. 11. poſt Butr. d. art. 2. num. 16. 35 & 36. non ſemel admonuimus, præſertim concluſ. 4. vnde concludendum, ipſum etiam, quod inde à iure diſponitur, præſumitur, aut fingitur, tanquam effectum ſuæ cauſæ ſequi debere naturam, ac de ea participare quoad hoc, vt tunc notorium ſit, quando illud, ex quo trahitur, tale eſt; vt apertè ſentit Capr. d. membr. 4. num. 35. 36. 44 & ſeqq. licèt is non diſtinguat confeſſionem ab aliis notoriis probationis, quoad hoc, vt in eodem iudicio præiudicet, & notorium inducat; in quo tamen ab aliis eam ſecernendam eſſe tum aliàs, tum præcipuè quod ad Conſeruatorem pertinet, non multò ante docuimus. dum autem idem Capr. loco mox cit. loquitur de alia inſtantia intelligere voluit de iudicio, vt latiùs explicabimus cap. ſeq. q. 1. concl. 3. in fine. Interim verò nos finem quoque imponamus 3. quæſt. huius cap.

QVÆRO *nunc Quartò in hoc cap. 7. An Conſeruator poſſit cognoſcere de cauſis criminalibus, vel mixtis.*

208 *Criminalis cauſa quæ dicatur.*

Pro huius quæſtionis definitione præmittendum eſt, quæ ſit cauſa criminalis, quæ ciuilis, quæ mixta. Qua in re communior eſt Doctorum ſententia, & verior, † criminalem cauſam dici,

Digitized by Google

dici, quando de crimine agitur ad publicam vindictam,& vtilitatem. ita Veſtr. in Prax.Rom.Cur. cap.2. num.2. Butr.rubr. de iud col.1. Aret. num.21. vbi de communi Dec. num. 96. in fi. verſ. ſi verò ad vtilitatem publicam in 1.lect. & num. 52. in 2. Rip.eadem rubr. num.92. Nauarr. num.31. addens,& optimè, verbum, principaliter, Clar.§.fi. quæſt.1.num.1.verſ. ego tamen, & poſt alios Maran. de ord. iud. par.4. in princ. diſt.1. num.2. verſ.cauſa verò criminalis, & num.24.poſt medium,& poſt Maſcard.de probat.concluſ.463.num.3.& alios tradit Farinac. lib.3. quæſt.crim. quæſt. 100. num.4. pro qua inter alios Dec. & Rip. adducunt text.in cap.quicunque il 2.11. quæſt.3. ibi ciuiliter,ſiue publicè, ſumitur enim ibi publicè, pro criminaliter, quaſi cauſa criminalis ſit, cùm ad publicam vtilitatem, ſeu vindictam crimen aliquod inſequimur;& Greg.Thol. lib.47. Syntagm. iur. vniu.c.5. num.3. adducit text.in l.fi.ff.de furt. & alia iura.

Quod quidem procedit † quamuis pœna ſit pecuniaria, Veſtr.dict.num.2.gloſ. l. prætor,quæ eſt 3.in princip. ff.ſepul.viol. quam ibi Bart. & alij ſequuntur, Butr.d. rubr.de iud. quem ibi ſequitur Abb. Dec. Rip. & ceteri; quicquid voluerit in contrarium alia gloſ. nimirum in l. ſi qua per calumniam, verbo, auri, C.de epiſc.& cler. dum voluiſſe videtur, cauſam ciuilem dici quoties imponitur pœna pecuniaria,quod expreſſiùs voluit Rot. Rom.deciſ.10.de appel.in antiquior. nam eam gloſ.communiter non teneri, ait Dec.d.rubr. de iud. num.64. in 1.lect. & communiter reprobari,teſtatur poſt Blanc.in pract. crim.num.158. & alios Farinac.d.quæſt.100. num.10.& tribus ſeqq. Clar.d quæſt.1.nu.1. verſic. ſed hæc etiam opinio. Surd. tractat.de alim.tit.7. quæſt. 16. num. 69. nam in publicis iudiciis plerumque imponitur pœna pecuniaria, vt §.1. Inſtit. de public. iudic. & ſimil. & tamen certum eſt,publica iudicia eſſe criminalia, vt eſt text.in l.vnica l.quando ciuil.act.crimin.præiud.ad quod etiam Innoc.d.cap.qualiter, & quando il 2. num. 5.in fi. de accuſ.allegat l.3.§.vlt. ff. de præuaric. ſed melior in l. qui ſepulchra, C.de ſepulchr. viol. vbi imponitur pœna pecuniaria pro iudicio criminali ſecundùm expoſitionem omnium tum ibi, tum d. l. 3. in princ.ff. eod. tit. Id autem quod dictum eſt de pœna pecuniaria, intelligit Innoc.loco cit. gloſ.d.l. 3. in princ. verbo, centum aureorum, quam ſequitur ibi Bart. di-

209 *Cauſa criminalis, ſi pœna ſit pecuniaria, quomodo procedit.*

Digitized by

cens ab omnibus eam teneri, & poſt pleroſque alios etiam de communi teſtantes latè tradit Clar.d.num.1. verſic.quarta igi-
210 tur cum ſeq. & Farin. d.quæſt.100. num.10. dummodo † hæc

Pœna ſuprà dicta fiſco applicanda:

pœna applicetur fiſco, aliàs ſi applicetur parti, erit ciuilis cauſa.Et quamuis durum ſit ab hac ſententia recedere propter tot, tantorúmque patrum, præcipuè verò Innoc. gloſ. & Bart. auctoritatem. Quia tamen eorum auctoritas tandem probabilis tantum eſt, cum nullo textu expreſſo muniatur, libentiùs in
211 eam inclinarem ſententiam, vt † cauſa adhuc merè criminalis dicatur cum pœna parti applicatur; per pœnam autem

Immò fortè Parti. vide num.ſeq.

intelligo, non quidem damnum, aut intereſſe partis, quod naturali,ac diuino iure eſt regulariter ſarciendum,ſed illud,quod pœnæ nomine ab humana aliqua lege, vel ſtatuto imponitur pro aliquo delicto, vt quiſque faciliùs ab eo patrando deterreatur, quomodo pœnæ nomen propriè, & vt plurimum in iure ſumitur, præſertim tot tit. de pœn. & cap.pœnitentia, de pœnit. diſt.3. vbi pœna dicitur eſſe læſio puniens,& vindicans quod quiſque commiſit, & eſt caſus in d.l.3. in princ. ff. de ſepulchr. viol. vbi is, qui ſepulchrum violauerit, condemnatur ei, ad quem pertinet quanti ob eam rem æquum eſſe videbitur, (hoc eſt, ad intereſſe, vt ibi gloſ in verbo,videbitur,& interpretes omnes exponunt;) ſi autem nemo ſit,ad quem pertineat,vel is agere nolit,quicumque agere nolet, ei centum aureorum actionem prætor dabit.

Moueor autem præcipuè, quòd, cum cauſa criminalis dicatur,quando agitur de crimine ad publicam vindictam,& vtilitatem, & vt ait Butr. loco cit. cuius finis eſt intereſſe publicum, & publica vindicta, quamuis pœna pecuniaria ſit infligenda, quia, vt ipſemet Innoc.ait loco cit. in vltimis verbis,ita eſt vindicta in pecunia, & fortuna, ſicut in corpore, & fama; quod vtrumque paulò ante ex ipſa communiori ſententia docuimus, publica vindicta verſari, & publica vtilitas dicitur,licèt pœna ipſa parti applicetur, cum illud præcipuè ſpectandum ſit, quòd delictum puniatur.vnde prodiit illud iuris axioma omnium iam ore vſurpatum: Intereſt reip. ne delicta maneant impunita. quod apertè colligitur ex l. ita vulneratus ff. ad legem Aquil. l. ſi operis, ff. de ſolut. C. ſi à reo §. fin. C. de pœn. cum aliis iuribus penè ſexcentis; id quod etiam contingit, cùm pœna parti applicatur; nam per eam aliquid detrahitur

Digitized by Google

tur delinquenti, quo à delinquendo retrahatur, præter intereſſe, & damnum, quod ſecluſa quoque lege pœnam illam infligente, iure ipſo naturali, & diuino non ſuadente modo, ſed etiam præcipiente, vt dicebamus, ſarciendum eſt; ſicque accipiendum eſt quod præcitati Doct. & alij aſſerunt, aut etiam aſſerunt, dum probare nituntur, tunc dici cauſam non criminalem, ſed ciuilem, cùm agitur de commodo priuato, præſertim Alex. in addit. ad Bart. d.l. 3. in princip. ad id allegantem textum in l. infamem in vlt. reſp. ff. de public. iudic. & l. quod ſenatuſconſultum, ff. de iud. apertè enim loquuntur illi text. non de pœna parti applicata, ſed de damno, vel intereſſe illius, vt diximus: ſimiliter non obſtat text. in l. diuus la 2. ff. de falſ. quem ad id allegat Aret. ſupr. nam vt optimè reſpondet Dec. eadem rubr. num. 52. in 2. lect. in eo text. non habetur, cauſam ciuilem dici, quoties pœna parti applicatur, ſed ſolùm quòd, ſi inſtrumentum falſum producatur, & qui produxit, illud, mereatur pœnam, quæ excedat iuriſdictionem iudicij, Imperatori reſcribatur.

Denique non obſtat §. in ſumma Inſtit. de iniur. Nam ibi pœnæ nomen ſumitur largè pro omni eo, in quo quis condemnatur propter delictum, cum tamen ibidem de mero intereſſe, ac damno alioquin parti debito agatur. Immò plerique eorum hac in re ipſa veritate fortaſſis verba extorquente non tam vtuntur nomine generali commodi, vel vtilitatis priuatæ quàm intereſſe, aut damni, & in ſpecie Clar. d. num. 1. verſic. ego tamen, quem laudat Farinac. d. quæſt. 100. num. 7. dum ait, & quidem optimè, quòd † in hoc propoſito conſiderari poſſunt duo genera delictorum. Primum, per quod offenditur publica iuſtitia, ſiue iniuria, ſiue offenſione alicuius tertij, prout eſt crimen hæreſis, ſimoniæ, & huiuſmodi: ſecundum, per quod non ſolùm offenditur publica iuſtitia, ſed etiam fit offenſio, ſeu damnum tertio, prout eſt homicidium, incendium, furtum, & ſimilia; & ex prima ſpecie delictorum vna tantum oritur actio, quæ eſt ad vindictam publicæ iuſtitiæ, quia, cum non agatur de offenſione alicuius perſonæ nulla poteſt alicui competere actio ad intereſſe; ex ſecunda autem ſpecie duplex oritur actio, vna, quæ tendit ad publicam vindictam, alia, quæ tendit ad reſarciendum damnum, ſeu intereſſe partis offenſæ. Et ideo ſi aliquis committat violentiam in bonis alicuius, po-

212 *Delictorum duo ſunt genera, & quæ.*

ed by Google

teſt contra eum agi ad pœnam impoſitam à lege, vel ſtatuto pro vi publica, vel priuata; & hæc actio competit cuilibet de populo, cum ſit ad publicam vindictam; poteſt etiam ille, in cuius bonis commiſſa eſt violentia, agere ad emendam damni, & intereſſe; & hæc actio competit tantummodo parti offenſæ, cum tendat ad priuatum commodum. quod idem etiam facit d. num. 1. verſic. item ſcias cum duob. ſeqq. ſic † poteſt dari certa ratio, germanáque expoſitio text. in cap. tuæ, de procur. ideo enim ibi appellatur cauſa mixta, non autem criminalis ſimpliciter, cùm accuſat maritus vxorem de adulterio coram eccleſiaſtico, non ad pœnam legitimam, ſed, vt ab eius cohabitatione diſcedat, quia nimirum non agit ad publicam vindictam, & ob publicam vtilitatem directè, & principaliter, ſed quodammodo ad damni ſui recompenſationem ſibi ante omnem humanam legem ab ipſa lege diuina conceſſam, quaſique taxatam, dum Matth. 5. dicitur, ſi quis dimiſerit vxorem, excepta fornicationis cauſa, &c. quæ quidem interpretatio iis quoque deſeruire poteſt, qui communem opinionem tuentur ei contrariam, quam nunc confirmauimus. ſoluitur etiam quod obiici poterat ex cap. per tuas il 1. de ſimon. & negotium maius faceſſit communis opinionis ſectatoribus. ideo enim ibi dicitur, agi ciuiliter ab eo, qui denuntiat aliquem de ſimonia, non vt diſponatur ab ordine, ſed vt amoueatur ab adminiſtratione tanquam immeritus, & damnoſus, quoniam tunc non videtur agere ad publicam vindictam, licèt neque agat ad proprium damnum, vel intereſſe, quia nullum ſubeſt. Sed quia adhuc videtur obſtare publica vtilitas, ibi, damnoſus, & in ſpecie probat Dec. d. rubr. de iudic. 2. lect. num. 52. circa medium, per textum in cap. nulla ratio, de præbend. l. 1. §. ius publicum, ff. de iuſt. & iur. propter quam iſte petitur amoueri ab adminiſtratione, atque adeo videtur dicenda cauſa criminalis, iuxta ſupradicta, reſponderi poteſt dupliciter, primò non ſolam publicam vtilitatem maximè ſi principaliter vi actionis non intendatur ſufficere ad conſtituendam cauſam criminalem, per id, quod antea præſertim ex Butr. d. rubr. de iudic. admonuimus, & quia attendendum eſt, quod principaliter agitur, l. mixtum §. qui furtum, ff. de furt. & l. 1. ff. de auctor. tut. cum ſimil. Sed ſimul requiri quòd fiat ad publicam vindictam, quomodo accipienda ſunt ſuperiùs dicta. deinde dici

213 *Intellectus cap. tua, de procur. &c. per tuas il 1. de ſimon. vide n. 221. & ſeq. multos.*

Digitized by Google

dici poteſt cum Abb.d.rub.de iud. num. 5.verſ.ſed contra prædicta, & ibi Aret. quòd verbum ciuiliter in eo text.non ſumatur ſtrictè, vel propriiſſimè, ſed largiùs, ac ſi diceret,curialiter, & remota ſtricta ſecuritate ſicut & verba dicuntur ciuiliter intelligi, quando ceſſat amara interpretatio, vt l.ſi cui, ff.de ſeruit.& ibi Doct. & in cap. ſignificatum,de præbend. & hæc expoſitio ſuadetur etiam ex verbi præcedentibus eiuſdem text. tum iis, quæ habentur in princ. vtrum agatur ſecundùm iuris rigorem,an ſecundùm temperantiam æquitatis; tum illis,quæ habentur in §.fin. non ſecundùm rigorem iuris, ſed ſecundùm temperantiam æquitatis, cum ageretur non criminaliter vt deponeretur ab ordine, ſed ciuiliter, vt ab adminiſtratione amoueretur, tanquam immeritus, &c. Vel largè ſumitur alia de cauſa, nimirum, vt ait Dec.d.rubr.num.97. in 1.lect. habito reſpectu ad pœnam grauiorem depoſitionis ab ordine, ſicut etiam num.96.dixerat, cauſam, in qua pœna pecuniaria imponitur, dici poſſe ciuilem reſpectu perſonæ corporalis, concludens poſt Salic. in l. 1. ff. de ſepulchr. viol. gloſ. & iura vocabulis ciuilis,& criminalis cauſę abuti ſecundùm diuerſam conſiderationem.

Ex his igitur contra communem ſatis defenſa, valdéque probabilis redditur hæc opinio, vt nimirum non ciuilis, ſed criminalis cauſa dicatur, cum ad publicam vindictam,& vtilitatem agitur, quamuis pœna parti applicetur; quod etiam ſatis apertè voluit Rebuf. in l.rei appellatione, verſic. ciuilis autem,ff.de verb.ſig. dum ait, ciuilem cauſam dici, cùm de crimine non agitur, ſed de rebus; vel,ſi de crimine,non agitur ad criminis pœnam, ſed ad id, quod partis intereſt, ſubdens, ſic intelligi tit.quand.ciu.act.crimin.præiud. ſentit enim criminalem cauſam eſſe, quoties de crimine agitur ad pœnam, non diſtinguendo, cui ea applicetur, parti, vel fiſco. ob id autem etiam faciliùs admitti poſſet hæc noſtra opinio, cum communis nitatur illa gloſ. d.l.3. in princip.quæ ſolùm timore contrarij, vel potiùs diuerſi, quod licebatur in l.qui ſepulchra C. de ſepulchr.viol. ſtatuente maiorem pœnam violanti ſepulchra, quam ſtatuat d.l.3. eam opinionem inuexit, quaſi verò pleraque non diuerſa modò,ſed contraria non legantur in cod. & ff. quæ quidem recenſere ſuperuacaneum eſt. Id ipſum etiam voluit apertè Abb.d.num.5.verſ.ſed contra prædicta rubr.de iud.

Digitized by Google

quando agitur directè, & principaliter ad pœnam ordinariam, vt nimirum acriùs, quàm fieri poſſit delinquens puniatur; vult enim quod tunc, licèt ea pœna applicetur parti, nihilominus dicatur agi criminaliter; & hoc eſt primum membrum diſtinctionis, quam facit Abb. loc. cit.

124 *Ciuilis cauſa an aliquãdo dicatur licet pœna parti non applicetur.*

Alterum membrum eſt, quòd † ſi ita directa via contra delinquentem non agatur, quia nimirum agitur tantum, vt puniatur quidem, ſed mitiùs pœna aliqua extraordinaria; tunc erit cauſa ciuilis, quamquam pœna non veniat applicanda parti. quam diſtinctionem ſaltem quoad ſecundum eius membrum ex iis, qui eam impugnant relatis pariter, & laudatis à Farinac. d. quæſt. 90. num. 16. & 19. ſiue mentem ſpectes, ſiue etiam verba vix Dec. vbi ſupra eſt aſſecutus. dupliciter enim ceteri, quos viderim, errant; primùm quidem, quod putant Abb. voluiſſe, quòd quoties imponitur pœna extraordinaria, ſit cauſa ciuilis, vtputa etiam cum ipſa extraordinaria imponitur iure ſuadente, ſiue quia ius ſtatuat eam imponi ob aliquam circunſtantiam excuſantem ab ordinaria iuxta l. ferè in omnibus, ff. de reg. iur. ſiue quia nulla illi delicto pœna ab ipſo iure ſtatuta ſit, iuxta dict. §. in ſummâ, & cap. de cauſis, §. illis etiam, de offic. deleg. cum vtrobique adnot. & ſuis concord. cum tamen præterquam quòd apertè ſentit eſſe ciuilem impropriè, ſumpto nimirum verbo, ciuiliter, pro curialiter; id ſolùm voluerit, cum ea pœna extraordinaria maior eſt, quàm quæ poſſet de iure imponi, vt patet ex iuribus, quæ allegat, præcipuè dict. cap. per tuas, de ſimon. minor enim pœna eſt amotionis ab adminiſtratione, ad quam agebatur, quàm pœna depoſitionis ab ordine, ad quam agi poterat, vt ibi dicitur, maximè iuncta ratione, quæ ibid. ſubiicitur, quòd tales Prælati ex leuioribus cauſis poſſunt ab adminiſtrationibus amoueri. deinde errant, dum exiſtimant, voluiſſe Abb. cauſam fore prædicto modo ciuilem, quoties huiuſmodi pœna extraordinaria ita non applicatur parti, vt veniat applicanda fiſco; ſed ſolùm illud procedere contendit eo non obſtante, quòd prædicta pœna extraordinaria non applicetur parti, vt ſatis patet ex eius verbis, & melius ex iuribus, quæ allegat præſertim dict. cap. per tuas, nam pœna amotionis ab adminiſtratione, ſicut & depoſitionis ab ordine neque parti applicatur, neque fiſco.

Retenta

Digitized by Google

Retenta tamen communi opinione, à qua non niſi propter textum apertum, aut manifeſtam rationem, quibus tamen nequaquam nititur opinio paulò ante confirmata, recedendum non eſſe noui, habes vnam reſtrictionem ad id, quod diximus de pœna pecuniaria, dici quoque cauſam criminalem, cum ea pœna infligitur; intelligendum enim id eſt cùm applicatur fiſco; nam † ſi parti applicetur, erit ciuilis, vt probari 215

Ciuilis cauſa eſt ſi pœna pecuniaria parti applicetur.

videtur in l.fin. ff. de priu. del. vbi, ſi priuatus agit ad pœnam pecuniariam, ad ius ordinarium remittitur, hoc eſt, ad ciuilem actionem. idem quoque ſatis probatur ex §.in ſumma,Inſtit. de iniur. vbi iuncto §.pœna autem, & vtrobique gloſ.ciuiliter agi dicitur, cum pœna ſecundùm æſtimationem parti,hoc eſt, actori applicatur; criminaliter verò, ſi extraordinaria pœna reo irrogatur, hoc eſt, vt ibi exponit gloſ. ab omnibus approbata, capitis, vel ſtatus, vel pecuniaria fiſco applicanda, non actori, atque adeo pœna eo loci ſumitur pro illa criminis emendatione, quæ apta quoque eſt comprehendere intereſſe, ſeu æſtimationem damni partis, maximè vbi per ſe non liquet, ſed iudicis arbitrium, ac miniſterium requirit ob varias circunſtantias facti, loci, & perſonarum, vt in ſpecie iniuriarum conſiderauit Imperator §. atrox, Inſtitut. de iniur. & ſic ſolui poteſt id, quod adduximus de proprietate nominis pœnæ.

Ad alia verò poſſumus reſpondere, quòd priuatus agens ad pœnam ſibi applicatam,etiam ſub nomine pœnæ principaliter, non agit ad pœnam,vt vindicta eſt, & quodammodo publicam vtilitatem continet,ſed quatenus ſuum peculiare commodum 216

concernit, ſimiliter prædictæ reſtrictioni, atque adeo communi opinioni non obeſt † text. in auth.ſed hodie.C.de epiſcop. & cler.& l.interrogari,C.de quæſt. vbi ponitur alternatiua,vel, inter cauſam criminalem,& pecuniariam; nam præter id quod dici poſſet de hac dictione, *vel*, quæ aliquando impropriatur;

Intellectus auth.ſed hodie C. de ep. & cler. & l. interrogari, C. de quæſt.

reſpondet Dec.d.rubr. num. 96. in 1.lect.& ibid.Rip.quòd ſumitur ibi pecuniaria pro ciuili reſpectu corporalis, quæ ibi criminalis appellatur. 217

Ciuilis cauſa an ſit, ſi pœna fiſco applicetur: & Intellectus l.Caius ff. ad Syll.

Non obſtat etiam text.in l.Caius, ff.ad Syllan. vbi † pœna applicatur fiſco, & tamen videtur ciuilis; nam vel dicendum cum Dec.d.rubr.de iud. num. 96. vbi non vocari ciuilem, ſed pecuniariam, ibi, cum ſit pecuniaria, morte ingrati hæredis

extin

extinctam non videri; vnde quamuis pecuniaria ſit, erit criminalis, quia fiſco applicatur; vel cum Rip. d. rubr. num. 95. quia cum ſententia haberetur ibi pro lata ad fauorem fiſci, iam bona erant applicata, & ſic agebatur de petitione hæreditatis à fiſco facienda, vnde nil mirum, ſi cauſa illa ſit ciuilis, iuxta ſingularem doctrinam Bart d. l. 3. in princ. ff. de ſepulchr. viol. quam præter Doctor. ibi ſequitur etiam Dec. d. rubr. num. 96. Rip. num. 93. & alij relati pariter, ac laudati per Farin. d. quæſt.
218 100. num. 32. & ſeq. quæ habet † cauſam ciuilem dici, cùm fiſcus agit petitione hereditatis, vel alia ſimili, iuxta text. in l. 1. C. de his, quib. vt indig. l. deferre, & ferè per totum, C. de iur. fiſc. nec mirum tunc enim fiſcus habet ſe tanquam priuatum, licèt aliquo modo de publica vtilitate agi videatur; ex qua doctrina habes notabilem declarationem ad prędictam reſtrictionem communis ſententiæ, ſimúlque ſecundum caſum ciuilis cauſæ. pro primo enim poni poteſt, cum pœna parti applicatur; pro ſecundo, cùm fiſcus agit petitione hereditatis, vel alia ſimili. Sed antequam ad reliquos caſus ciuilis cauſæ, eiúſque deſcriptionem veniamus, quoniam paulò ante diximus ex communi ſententia, criminalem cauſam dici, cùm pœna venit fiſco applicanda, ciuilem verò, cùm parti, plerumque autem pœna quidem pecuniaria ſiue à lege, ſiue à ſtatuto alicui delicto imponitur, non tamen decernitur parti ne, an fiſco ſit
219 applicanda: ſi quis ſcire vellet, quid † in hac re ſtatuendum ſit, adeat Bart. in l. agraria, ff. de term. amot. & ibi Recentiores, Abb. d. rubr. de iud. num. 6. Fel. num. 2. Rip. num. 102. & deinceps Dec. 53. & ſeqq. in 2. lect. Bero. num. 74. vſque ad finem. Gabr. com. concl. lib 7. qui eſt de criminal. concl. 16. per totam, & alios relatos per Farinac. d. quæſt. 100. cap. 1. num. 15. Abb. & alios in cap. licèt, de pœn. vbi de pœnis, & mulctis à iudice eccleſiaſtico, ſeu de iure canonico infligendis. de pœna verò conuentionali aliquid ponunt Rip. d. rubr. in fi. & Bart. in l. vxorem §. heres, ff. de leg. 3.

Ciuilis cauſa dicitur cũ fiſcus agit petitione hereditatis.

Pœna pecuniaria à lege vel ſtatuto impoſita in dubio an applicãda fiſco vel parti.

Iam verò ciuilis cauſa definiri, ſeu deſcribi poteſt, quòd ſit,
220 † cũ principaliter ad priuatam vtilitatem, & commodum agitur, vt ex prædictis colligi poteſt, & poſt Butr. d. rubr. de iudic. tradit ibi Nauarr. num. 31. & ibid. Rip. num. 92. Dec. num. 95 & ſeq. in 1. lect. & num. 52. in 2. lect. & alios pleroſque etiam de communi teſtantes tradit Clar. d. quæſt. 1. num. 51. verſ. quarta igitur

Cauſæ ciuilis definitio, &

Digitized by Google

igitur fuit opinio, & ſeq. Farinac. d. quæſt. 100 nu. 6. & 7. idem ex magis communi reſoluentes, † ſiue ex delicto agatur, ſiue ex contractu, quod ſatis probant text. in l. fi. ff. de priu. delict. l. fi. ff de furt. d §. in ſumma, Inſtit. de iniur. l. damus, C. ad legem Cornel. de falſ. & l. vn. vbi gloſ. & ceteri C. quan. ciuil. act. crim. præiud. Ex hac verò communi, veriſſimáque doctrina infertur quæ ſit verior, magíſque germana ratio deciſionis text. in d. cap. per tuas il 1. de ſimon. vbi habetur, (vt ſupra etiam vidimus,) quòd, ſi contra ſimoniacum agatur, vt ab ordine deponatur, criminalis cauſa erit, ſi verò tantum, vt ab adminiſtratione amoueatur tanquam immeritus, & damnoſus, ciuilis erit præſertim cur ille text. non aduerſetur iis, quæ hucúſque ex communi ſententia de criminali, & ciuili cauſa docuimus; ſuper quo, vt ait Rip. d. rubr. de iud. num. 94 Doct. inſudarunt vſque ad iſta tempora. Non enim illa eſt, quam affert Abb. d. rubr. num. 5. verſ. ſed contra prædicta, & poſt eum Nauarr. ibid. num. 32. & ſeq quoniam † ciuilis ſit, cùm agitur, vt mitiùs quis puniatur, quàm puniri poſſet, nimirum vt pœna aliqua extraordinaria puniatur, cum agi poſſet ad ordinariam, ſed ciuilis dicitur impropriè, ſumpto nimirum, ciuiliter, pro, curialiter, quomodo etiam voluit exponi poſſe Aret. d. rubr. prout eum refert Rip. d. num. 94. nam. vt optimè arguit Rip. d. num. 94. hæc expoſitio violat litteram, nec ſine manifeſta ratione à proprietate ſermonis recedendum, l non aliter ff. de leg. 3 cap. intelligentia, & cap. præterea, de verb. ſignif. deinde illa aduerſatiua (*ſed*) poſita ſine copula inter criminaliter, & ciuiliter denotat diuerſitatem in iure, l. marito, ff. ad leg. Iul. de adult & tamen iſto caſu nulla eſſet diuerſitas in iure in modo agendi ſi vtroque caſu diceretur agi criminaliter.

221 *quomodo intelligenda.*

222 *Cauſa ciuilis an ſit, cũ agitur vt quis mitiùs puniatur.*

Denique ſi bene conſideretur contextus, verbum, ciuiliter, ibi ponitur, vt opponatur verbo, criminaliter, non autem rigori iuris, cuius etiam mentio ibi fit potiùs reſpectu iudicis, quàm actoris. Quòd ſi illud, ciuiliter, propriè ſumatur pro actione ciuili in d. cap. per tuas, vt excepto Abb. ſumunt ibi Innoc. Io. An. & ceteri communiter, licèt per eam decretalem plerique idem, quod Abb. in hoc voluerint, quòd nimirum, vbi ad mitiorem pœnam agatur, quàm ordinaria ſit, quæ tamen in eo caſu locum habere potuiſſet, ſi ad eam fuiſſet actum, ciuilis cauſa, & ciuiliter actum dicatur; cuius ſententiæ per hunc text.

Intellectus verbi, ciuiliter.

Digitized by Google

ita cum intelligens eſt Mar.Soc.in cap. ſuper his num. 15. cum ſeq. de accuſ. & d. cap. per tuas, num. 11. id quod etiam circumſcripto illo text. voluit Butr.quem refert Soc. d.cap. ſuper his num.16. Feder.de ſent. conſ. ſeu quæſt.23. relatus à Soc.d. num.15. & Barbat.tract.de teſt.part.3. num.3. Clar.d.quæſt.1. num.8.poſt Grat. de communi teſtante conſ.71. num.9.libr.2. & poſt alios Farin. d.quæſt.100. num. 25. iuncto num. 27. tamen hæc opinio ita intellecta ab ipſo quoque Abb. vt ſupr.admonuimus, neque probatur ex d. cap. per tuas, tum quòd ibi ſermo habetur ſolùm de remotione ab adminiſtratione reſpectu depoſitionis ab ordine, non autem de quauis pœna extraordinaria reſpectu ordinariæ;fieri verò poteſt vt ſpecialis quædam ratio ſit in priuatione beneficij, quæ forſan pertinebit ad priuatum intereſſe, vt paulò poſt videbimus; tum quòd nullum ibi verbum de alio crimine, quàm ſimoniæ, in qua etiam ſpecialis ratio eſſe poteſt, cum alios morbos vincere dicatur in cap.ſicut,de ſimon. & ad eius comparationem cetera crimina,quaſi pro nihilo reputentur,vt habetur in cap. fin. 1. quæſt. vlt. & d. cap. per tuas. ad finem, neque vera alioquin eſt. Primùm quidem,quia nullo alio iure probatur; ex iis enim tribus iuribus, quæ ad id ab huius ſententiæ ſectatoribus afferuntur, text.in d. cap. ſuper his, quòd ad hanc rem attinet ſolùm vult,
223 quòd † non eſt quæſtio criminalis, licèt agatur de crimine, cum illud obiicitur ante confirmationem, nec eſt tunc neceſſaria inſcriptio cum crimen ſic probatum impedit promouendum,ſed non deiicit promotum; aut etiam cùm obiicitur poſt confirmationem, quoniam crimine ſic probato perdet is,contra quem crimen excipitur, officium, ſeu beneficium per electionem, & confirmationem acquiſitum, ſed ob hoc priùs habita non amittit; atque adeo excipiens ſe debet ad pœnam aliquam extraordinariam ſecundùm arbitrium iudicis adſtringere,citra vinculum tamen inſcriptionis; ſimiliter cap.inquiſitionis in 1. reſponſo eod. tit. de accuſat. illud dumtaxat ſtatuit,
224 quòd, † cum per modum inquiſitionis contra aliquem agitur, ſi quidem probatum fuerit tale crimen, quod etiam poſt pœnitentiam impedit executionem ordinis ſuſcepti,aut retentionem beneficij,vt homicidium,aut ſimonia in ordine,vel beneficio, erit, ſicut in accuſatione, pœna ordinaria puniendus; aliàs, extraordinaria. Denique d.cap.qualiter, & quando il 2. § verùm,

Ciuil. cauſa quando ſit, vbi electo crimen obijcitur:

Vel per viã inquiſitionis proceditur.

Digitized by Google

§. verùm, de accuſat. ſolùm dicitur, quòd criminalis accuſatio, quæ ad diminutionem capitis, id eſt, degradationem intenditur, niſi præcedat legitima inſcriptio, nullatenus admittatur, cùm verò præcedit talis infamia alicuius de exceſſibus, vt clamor vel diſſimulari ſine ſcandalo, vel tolerari ſine periculo non poſſit, procedatur ad inquirendum, atque ita puniendum, vt ſi exceſſus grauis fuerit, licèt non degradetur ab ordine ab adminiſtratione tamen amoueatur. Ex quibus iuribus ſic ſummatim fideliter tamen relatis quis non videat, præfatam ſententiam non probari, maximè cum pœna mitior, ſeu extraordinaria, cuius inibi mentio fit, à iure ſit impoſita: quæ præterea ſatis confutari videtur tum ex eo, quòd non ciuilis, ſed criminalis cauſa eſt, cum proceditur per viam inquiſitionis, vt tradunt Doct. in rubr. de accuſat. & expreſsè liquet ex d. cap. inquiſitionis, & cap. qualiter & quando il 2. verſic. ad corrigendos eod. tit. ibique Doct. & in rubr. de iud. vbi inter alios Nauarr. num. 33. poteſt autem cum per inquiſitionem proceditur imponi extraordinaria pœna, & quidem mitior quàm ſit pœna, quæ imponenda tunc foret, ſi per accuſationem procederetur, vt conſtat ex d. cap. inquiſitionis in 1. reſponſ. & fatetur Nauarr. d. num. 33. Tum quòd ex ea ſequitur illud abſurdum, quòd, ſi pœna aliqua à iure, vel ſtatuto alicui crimini imponeretur, quæ veniret parti applicanda, cum eſſet ordinaria, dicenda foret cauſa criminalis, & tamen eſſet verè merè ciuilis, iuxta ea, quæ ſupra ex communi ſententia, quam ipſi quoque, Abb. excepto, ſequuntur; item, ſi pœna aliqua partis, eáque corporalis à iure, vel ſtatuto alicui crimini foret conſtituta, ſi citra vllam cauſam à iure approbatam, ſed ſolùm ex vrbanitate ageretur ad pecuniariam fiſco applicandam, aut etiam leuiorem corporalem iuxta prædictam ſententiam, cum hæc pœna mitior eſſet, deberet in hoc vtroque caſu dici cauſa ciuilis, cum tamen prior eſſet contra eandem communem opinionem, poſterior verò contra aliam communem, quæ habet, † quoties venit imponenda pœna corporalis, ſemper eſſe cauſam criminalem, de qua teſtatur Clar. d. quæſt. 1. num. 1. verſ. primus eſt, & pluribus relatis Farinac. d. quæſt. 100. cap. 1. num. 3. Ex his igitur conſtat, prædictam ſententiam Soc. & aliorum neque veram eſſe per ſeipſam, neque ex d. cap. per tuas, probari; vnde fit, vt ea tanquam vera, & germana illius canonis ratio afferri non poſſit.

225 *Cauſa criminalis quando ſit.*

Digitized by Google

Sed neque illa quòd d.cap.per tuas agatur per viam denuntiationis, quo caſu, cum non agatur principaliter ad pœnam, ſed ad correctionem, vt patet ex d. cap. ſuper his, dicendum
226 erit † iudicium non fore criminale, ſed ciuile. propter quam rationem id in ſpecie voluit Farinac.d. quæſt. 100. num.31. & ante eum Dec.d.rubr de iud. num.97. in 1.lect. & latiùs Bero. num.72. quia per denuntiationem, inquit, principaliter non agitur, vt quis aliqua pœna puniatur, ſed ſolùm, vt ſe corrigat; & data incorrigibilitate in conſequentiam eſt puniendus, vt in cap.nouit, de iud. & cap. ſi peccauerit 2.quæſt.1. & habetur per gloſ.magnam d. cap. qualiter verſic. & cum proceditur, & aliam gloſ.in cap.licet Hely, de ſimon. necnon in cap. ex parte, & cap. tam litteris, de teſt. propterea criminaliter agi dici non poteſt. nam licèt d.cap.per tuas, mentio fiat denuntiationis ſimpliciter factæ; tamen non poteſt id intelligi † de ea
227 denuntiatione, quæ inter ſpecies, ſeu modos criminalis actionis recenſetur in rubr. de accuſat. vbi Doct. & d.cap.ſuper his, & cap qualiter il 2.verſic.ad corrigendos de accuſat. cap. præterea, de ſponſ. & cap. cum inhibitio de dand. deſponſ. & denuntiatio canonica generalis vocatur à Doct. d. cap. nouit, vt per Abb.ibi num.33. & 59. publica per Scacc.in tract.de iudic. cap. 54. & de qua etiam num.55. nam ſi de hac denuntiatione intelligeretur actum in d.cap. per tuas, non rectè deinde ibid. in fine ciuiliter actum diceretur. neque de illa denuntiatione, quæ viam aperit inquiſitioni, de qua latè per Farinac. 9. 16. crim num.15. cum trib.ſeqq. & quæſt 52. num. 167. vſque ad fin. Scaccia in d.tract. ſeu Prax.cap.71. per totum, & ante hos Boſſ.in pract crim. tit.de denuntiat & Clar.§.fin quæſt.7 Hoſt. in ſumm tit. de denunt. neque de denuntiatione euangelica, de qua per text. & Doct.d.cap.nouit, de iudic. quam ab ea diſtingui, quæ criminali iudicio deſeruit, conſtat ex traditis per Scacc d.cap.54.Doct.d.cap.nouit,& rubr.de accuſat.præcipuè per Abb.poſt Innoc.Io.An. & alios communiter, & apertè voluit gloſ.d.verſ. & cum proceditur, dum ait, aliter formari petitionem denuntiationis, cùm agitur ad pœnam, & aliter cùm agitur ad pœnitentiam; licèt, quia denuntiatio criminalis ſumpſit formam ab euangelica, ſicut de iudiciali dixit poſt Io. An. Abb.d. cap. nouit, num. 32. circa medium, debeat vtramque præcedere admonitio d.cap.nouit, iuncto d. cap.licèt Hely, de ſimon.

Cauſ. ciuil. an ſit quãdo agitur per viam denũtiationis.

Denũtiationis quotuplex ſit acceptio.

ſimon. & d. cap. qualiter, & cap. cum dilectus, de accuſat. ob eámque cauſam dicatur d.cap.ſuper his,per Bero.alleg.ad correctionem denuntiationem eſſe faciendam; quod & tradiderunt Doctor. communiter d.rubr. de accuſat.& cap. nouit, de iud. ſed vel ſumitur in eo text.cap. per tuas, denuntiatio largo modo pro quauis nimirum ſimplici notificatione,quæ etiam ſe compati poteſt cum ciuili actione, prout ſumitur in l.deteſtatio in princ. cum aliis ibi alleg. inter ceteros per Rebuff.& Alciat. ff. de verbor. ſignif. Scacc vbi ſupr. cap.30. pro quo etiam facit tot.tit.in vtroque iure de nou.oper.nunc. cum ibid. adnotat. ideoque fortaſſis in eod.cap.per tuas, ſtatim poſt illud verbum,denuncietur, adiectum eſt illud, ſimpliciter, vel text. ille intelligitur de denuntiatione canonica ſpeciali, quæ competit illi ſoli, cuius intereſt, vt puta habere bonum Prælatum, & fit ad hoc,vt quis à beneficio,ſeu officio remoueatur,vt inter alios Doct.tradit Io. An. d.cap. nouit, num.6. & Abb. num. 59. per text. in cap. filiis, 16. quæſt.7.cap.1. de off. cuſt. & d.cap.licet Hely de ſimon. ſubdens, ad eam quoque requiri binam monitionem, ſicut in iudiciali; vel intelligitur de denuntiatione iudiciali priuata, per quam licèt agatur ad correctionem, agitur tamen etiam ad intereſſe priuatum, concludendo vt denuntiatus pœniteat,reſtituendo,& ſeruando indemnem,vt poſt Io. An.d.cap.nouit, num.6.& alios Doct.ibid.tradit Abb num 48. 52. & 55. quem etiam ſequitur poſt alios Scacc.d.cap. 54. & Dec.eod.cap. nouit, num.135.136.137.& nu.142. cum duob. ſeqq. ſubdens, quòd in iudiciali denuntiatione, vbi agitur de priuato intereſſe, licèt agatur ad pœnitentiam, & non ad pœnam delicti; tamen ille, qui denunciat, potiùs moueri videtur ex proprio intereſſe, quàm vt denuntiatus corrigatur, arg.l. & magis, ff.de ſolut. Quòd ſi in tribus hiſce poſtremis ſignificationibus ſumatur in d.cap.per tuas, quod de denuntiatione dicitur, ſatis congrua ratio adducta videtur ad eum text. & ex deſcriptione ciuilis cauſæ, quam ſuperiùs attulimus, deducta, omiſſis aliis, quas reddit ſimúlque reiicit Rip.d.rubr. de iudic. num.94. quamuis enim poſſit dici actum ibi ad pœnam, ac publicam vindictam, & vtilitatem ſiue per viam denuntiationis iudicialis priuatæ, vel canonicè ſpecialis,ſiue largo modo ſumptæ; pœnáque ipſa priuationis beneficij, ſeu amotionis ab adminiſtratione, de qua ibi agitur, ex ſe publicam vtilitatem, ac

Digitized by Google

vin... tam habeat adiunctam; quia tamen continet etiam priuatum intereſſe, & commodum, quoniam nimirum Prælatus ille erat eccleſiæ damnoſus, & ob id, vt in eo text. dicitur, agebatur, vt amoueretur, atque adeo ad priuatam vtilitatem principaliter actio dirigebatur; nil mirum, ſi ciuiliter ibi actum dicitur, iuxta ea, quæ ſupra ex communi ſententia de ciuili cauſa docuimus. Et hac ratione, cùm † ſuſpectus tutor petitur re-
228 *Ciuiliſne actio ſit cum ſuſpectus tutor petitur amoueri:*
moueri ab officio, ciuiliter agi dicitur, l. 1. vbi Bart. & alij ff. de ſuſpect. tut. l. fin. vbi gloſ. & ſcribentes, C. eod. opt. etiam text. in l. non ſolùm §. item ait, ff. de procur. vbi tutor de ſuſpecto accuſatus poteſt ſe per procuratorem defendere, ſicut etiam in actione iniuriarum ex lege Cornelia l. licet §. ad actionem ff. eod. ibi, nam & ſi pro publica vtilitate exercetur, priuata tamen eſt. Eadem ratione plerique relati pariter, & laudati à Farin. d. quæſt. 100. num. 21. tradiderunt, tunc cùm agitur ad priuatio-
229 nem officij, † non agi criminaliter, ſed ciuiliter; quod qui-
aut priuatio officij.
dem omnino ita accipiendum eſt, dummodo hæc officij priuatio commodum afferat actori prout in ſpecie conſiderauit Bart. d. l. non ſolùm §. fin. ff. de procur. & contingit in dict. cap. per tuas; ibi enim dicitur actum ciuiliter, quia agebatur, vt Prælatus amoueretur ab adminiſtratione tanquam immeritus, & damnoſus. Et hanc ſolutionem, rationémque illius text. in ſpecie afferunt quidam Moder. nimirum Io. Bapt. Cauialuſ. in rubr. C. de iudic. quos referunt Rip. d. rubr. de iudic. num. 94. & Dec. num. 32. Cui non oberit quod contra eam Rip. & Dec.
230 ibid. obiiciunt, quòd † potiùs videtur intereſſe publicum il-
Eccleſiæ vtilitas quando ſit publica.
lud, quod reſpicit vtilitatem eccleſiæ cap. ratio nulla, de præbend. l. 1. §. ius publicum, ff. de iuſt. & iur. & l. ſi quis in hoc genus C. de epiſc. & cler. id quod vlterius comprobat ibid Rip. quia contra Prælatum damnoſum eccleſiæ actio dicitur popularis, cap. ſi quis presbyterorum, de reb. eccleſ. non alien. cuilibet enim laico in negligentiam clericorum licitum eſt agere, vt Prælatus amoueatur ab adminiſtratione, Abb. in cap. venerabili in fin. de offic. deleg. Reſpondetur enim quod d. cap. ratio nulla neque vllum verbum habetur de Monaſterio, aut etiam eccleſia, neque de publica vtilitate, ſed de communi tantum ſermo eſt: Commune autem dicitur, quod paucis etiam conuenit, vt tot. tit. commun. de iud. In d. verò §. ius publicum & l. ſi quis hoc genus, ſermo eſt de toto genere ſacrorum, & vniuerſo

uerſo ordine ſacerdotum,& miniſtrorum eccleſiæ. Deinde reſponderi poteſt quod vbi etiam ageretur de publica vtilitate ſolùm inde efficeretur, competere actionem criminalem, ſi ea intentetur, prout † de furto eſt text.in l.fin.ff.de furt.de om- 231
ni maleficio l.fin.ff.de priuil.delict. in omni iniuria §.in ſumma inſtit.de iniur. cum ſimil.quomodo etiam tollitur quod ſubdebat Rip.ex cap.ſi quis presbyterorum,& Abb.d.cap.venerabili, ſed cùm principaliter agitur propter damnum,vt in d.cap. per tuas,tunc dicitur agi ciuiliter.

Ciuilis & criminalis actio de quibus intentetur.

Quod autem adhuc ſubiiciendo obiicit idem Rip. loco cit. quod d.c.per tuas non ſolùm actum fuit, vt ille Prælatus amoueretur tanquam damnoſus,ſed etiam tanquam immeritus, vt ibid.dicitur, in qua immerentia, ſeu indignitate nulla priuata, ſed ſola publica vtilitas conſiderari poteſt; reſpondeo, † ſuf- 232
ficere ad actionem ciuilem,vt ſit vna cauſa priuatam continens vtilitatem, quæ actorem amouere potuerit, & qua in dubio motum eum fuiſſe cenſendum eſt vt ſupr. ex Dec. admonuimus:quamquam faciliùs ad hæc omnia, & ſimul etiam ad text. d.cap. per tuas, quatenus communi ſententiæ aduerſari videtur, poſſit reſponderi, illam actionem, & cauſam fuiſſe non merè ciuilem, aut criminalem, ſed mixtam, & hoc ſolum voluiſſe ibi Pontificem cum ait non fuiſſe actum criminaliter, hoc eſt non tantum,ſeu non actione merè criminali, ſed ciuiliter hoc eſt,ciuili etiam actione,atque adeo mixta.

Ciuilis actio quã cauſam requirat.

Mixta autem actio, ſeu cauſa eſt, † quando actio partim ad 233
publicam vtilitatem, partim ad priuatam dirigitur, vt voluit Alex.& alij in rubr.C.de iud. Butr.in rubr. extra eod.tit. col.1. & ibi Dec.num.52. in 2.lect. Nauarr. num. 34. Rip. num.100. Veſtr.in Prax.Rom. Cur.lib.3. cap.2. num.2. & poſt alios Farinac. d. quæſt. 100. num. 54. mixtum enim eſt quod participat de vtroque & partim capit ab vno, partim ab alio, vt de ſe patet, & ex Bart. in l.imperium col.4. verſ.expeditus de mero,ff. de iuriſdict.omn.iud. tradit inter alios Rip.d.rubr. num. 99. id tamen intelligendum eſt, † modò vtrumque æquè principa- 234
liter agatur,vt ſentiunt omnes præcitati Doct. & in ſpecie monet Nauarr.d.num.34. ac poſt Butr. & Henr.Boich. tradit Bero.d.rubr.num.33.in fin.cuius rei ratio eſſe poteſt;nam in mixtis denominatio fit à potentiori, & ab eo, quod principaliter agitur;non autem in conſequentiam l.mixtum §.qui furtum ff. de

Actio mixta quæ dicatur:

& quomodo intelligatur.

Digitized by Google

de furt. cum aliis legatis per Boſſ.in pract.crimin.tit.de appell. num.9. quem referunt & in hoc ſequuntur Hier.Giauar in addit.ad Clar.d.quæſt.1.litt.B. in princ. & Farinac.d. quæſt. 100. num.56.

235 *Mixta cauſa quæ dicẽda.* Hinc infertur primò, quòd † ſi pœna partim applicatur fiſco, partim actori, cauſa dicatur mixta, vt eſt caſus in l. lege Cornelia §.fi.ff. ad Syllan.quem ad id ponderant hanc ſententiam tenentes Dec.d.rubr.de iudic.in 2.lect.num.52 & Nauar. ibid.num.34. quam etiam ſequuntur Rip.ibid.num.100.Iaſ.in rubr.C.de iudic.num.2. Io. An. Butr. & Abb. antiquus in cap. tuæ,de procur.Gomez ad leg.80. Taur.num.10.in fin. Alex.in add.ad Bart.d.l.3.ff.de ſep.viol.in princ.& rurſus conſ. 66. col. 1.& conſ.82. in fi.lib.1.& poſt alios pleroſque Farinac.d.quæſt. 100.num.50. vbi inter alios recenſet Ioſeph.Lud.concl.71. & Boſſ.d.pract.crim.tit. de appellat. num. 8. prout etiam eum refert Clar. d.quæſt. 1. num. 2. licèt ipſe eum non ſequatur, ſed velit, quòd tunc dicenda ſit cauſa criminalis,quia ſit facienda denominatio à digniori., cuius opinionem alij quoque amplexi ſunt,quos allegat Farin.d.quęſt.100.num.51.& Ioſeph.Lud. d.concl.71.

236 *Cauſa mixta eſt dum agitur ad ſeparationẽ tori.* Infertur ſecundò verus intellectus d. cap.tuæ, de procurat. vbi agitur † ad ſeparationem tori propter adulterium coram iudice eccleſiaſtico, & vocatur cauſa mixta, quicquid dixerit Abb. d. cap. tuæ, necnon Farin. d. quæſt.100. num.9. & priùs quæſt.99.num.111.& ſeq. & Bart. in l. pen.§. ad crimen, ff.de publ. iud. dum ob eam præcipuè rationem, quòd ibi dicitur,

237 *Procurator quando interueniat.* † interuenire poſſe procuratorem,volunt in d.cap.tuæ,de crimine agi ciuiliter, quo caſu

238 *Cauſa ciuil. vbi agitur de crimine ciuiliter.* † non mixta, ſed ciuilis actio eſt, vt pluribus relatis probat inter alios Farinac.d. quæſt.100. nu. 6. & duob.ſeqq. nam contra Abb ſufficiet quod poſt d. c tuæ, actum fuit per viam accuſationis, quæ quidem actionem criminalem importat, vt poſt eum d.rubr. infra docebimus. contra Farinac.verò & Bart quòd procurator plerumque interuenire poteſt etiam in cauſis criminalibus, vt latè probat idem Farinac.quæſt.99.crim.nu 26.ad 30.& num. 66. vſque ad 230. & in ſpecie in cauſa mixta, ſeu quæ non ſit merè criminalis, probat text.in cap veniens,de accuſat.optimus etiam text. d. l. pen.§ ad crimen ff.de publ.iud. & l.licèt §.ad actionem iuncta gloſ. ff. de procur. facit etiam l. non ſolùm, §. item ait, ff.eod. quic

Digitized by Google

quicquid etiam voluerit idem Bero.d. rubr. de iud. dum num. 66. & 70. velit potiùs dicendum eſſe eam actionem ciuilem, quàm mixtam, quoniam licèt aliquo modo contineat publicam vtilitatem ad vindictam, tamen pro maiori parte priuatam vtilitatem partis offenſæ continet, omnibus nimirum illis rationibus, quas paulò poſt ponderabimus. in mixtis autem attenditur quod magis dominatur, arg. l. quæritur ff. de ſtat. hom. & cap. hermaphroditus, 4. queſt. 4 quam etiam fortaſſe ob cauſam in d. cap. tuæ, cauſa illa non mixta vocatur, dictio autem, *quaſi*, in iure plerumque improprietatem importat, l. nec quaſi, ff. de rei vendic. l. de pretio, ff. de public. in rem act. l. qui tamen, ff. de arb. cum aliis ſexcentis. Sed malè id aſſerit Bero. nam † non vna ratio eſt criminalitatis in ea cauſa, de qua d. c. tuæ, 259 *Intellectus verus c. tuæ, de procur.*
quæ verò plures ciuilis actionis ſunt, vnius vicem ſuſtinent, vt paulò poſt videbimus cum eius text. germanam rationem, ac verum intellectum afferre conabimur; dictio autem, *quaſi*, ſæpe etiam in iure veritatem, ac proprietatem ſignificat, vt in l. item Mela, §. Celſus, & §. ſed & ſi ſeruum, ff. ad leg. Aquil. Et pro mille eſſe poteſt locus diuini iuris vulgatus, ſed non vulgaris, Ioan. 1. vidimus gloriam eius gloriam quaſi vnigeniti à Patre, quem etiam pro infinitis exemplis à ſe afferri profitetur Rebuf. l. inter ſtuprum, §. ſeruis legatis, verſ. interdum, ff. de verb. ſign. Malè etiam Rip. d. num. 100. in fin. arbitratur cauſam appellari quaſi mixtam d. cap. tuæ, quia pœna ſeparationis tori † com- 240 *Petens ſeparat. tori an amittat ius in corpus cõiugis adulteri.*
munis eſt tam vxori, quàm marito, cum vterque perdat per talem ſeparationem ius exigendi debitum ab altero, vt declarat Abb. in rubr. de diuort. ſicut actiones familiæ erciſcundæ communi diuidendo, & finium regundorum dicimus mixtas, quia vnicuique aſſignatur aliquid de parte alterius, & quilibet dicitur actor, & reus, §. quædam Inſtit. de action. iuncta l. in tribus ff. de iudic. Nam licèt prædictæ tres actiones dicantur mixtæ, vel potiùs mixtam cauſam habere, nimirum inter rem, & perſonam, vt in d. §. quædam, qui ſolus ad rem facit; & fatear, aliquando dici cauſam mixti fori, quæ nimirum ſpectare poteſt, & ad ſecularem iudicem & ad eccleſiaſticum, cap. cum ſit dum for. compet. cum ibi not. & alibi ſæpe; tamen, cùm mentio fit cauſæ ciuilis, & criminalis, nemo iure dixerit, intelligendum id eſſe de alia mixtura; eſſet enim manifeſta æquiuocatio. Accedit, quòd petens ſeparationem ob adulterium, licèt ſenten-

tiam obtineat, adhuc ſaltem per viam reconciliationis retinet ius in corpus adulteri, vt latè probat Thom. Sanchez tract. de Matrim.lib.10.diſp.10. num.3. cum duob.ſeqq. qui priùs diſp. 8. num. 15. ſatis oſtendit cauſam hanc non mixti fori eſſe, verùm ſoliùs eccleſiaſtici. Sed illud hac in re omnem planè difficultatem tollit, quòd in d. cap. tuæ illa cauſa diſertis verbis dicitur quaſi mixta inter ciuilem,& criminalem.

Poſito igitur pro conſtanti, in d. cap. tuæ fore exemplum cauſæ mixtæ inter ciuilem, & criminalem, vt eſt communior ſententia Doct.ibid. quam tenent inter alios gloſ. Innoc. & Io. An.Butr.Abb. Ant.Anchar.Felin.Alex. Iaſ. & alij in rubric.C. eod.tit. ſi eius quæratur verior ratio, & intellectus, qua nimirum ratione in d.cap.tuæ, cauſa ſeparationis tori propter adulterium coram iudice eccleſiaſtico agitata dicatur mixta; Imol. d.cap.tuæ,vt eum refert Rip.d.num.100. ait, d.iudicium ſeparationis tori dici mixtum, quia neque ſeruat naturam criminalium cauſarum, neque ciuilium. quæ ſolutio, ſeu interpretatio licèt improbetur à Lancell. vt eum refert Rip loco cit. quia ſic non iudicium mixtum,ſed potiùs neutrale dicendum eſſet; ſicut non ſequitur, hic liquor non eſt vinum, neque aqua, ergò eſt vinum mixtum, quia poteſt eſſe oleum; ſicut etiam non ſequitur, iſtud non eſt vir, neque fœmina, ergo eſt hermaphroditus, cùm poſſit eſſe pecus;tamen hæc non fuit intentio Imol. vt monuit ibid. Rip. ſed dicere voluit,prædictum iudicium ſeparationis tori non ſeruat naturam iudicij criminalis in totum, ſed neq; ciuilis in totum,ſed tenet mediam viam inter vtrumque,& ſic dicitur mixtum; vnde dictum Imolæ non falſitatis argui debebat, ſed potiùs inſufficientiæ, &, vt Philoſophi loquuntur,petitionis principij; hoc ipſum enim eſt,quod quæritur, cur tale iudicium ſeparationis non ſeruet in totum naturam criminalis,aut ciuilis, ſed mediam viam teneat inter vtrũque,atque adeo mixtum dicatur.

In quo communior eſſe videtur illa interpretatio, quòd
241 † mixtum dicatur illud iudicium, quia ſcilicet participat de criminali,quatenus pœna ſeparationis tori propter adulterium eſt vigor quidam publicæ diſciplinæ, ideóque eſt cauſa criminalis, iuxta text.in l.licitatio,aliàs locatio, §. quod illicitè,ff.de publicar.quia interueniat publica vtilitas, & vindicta; participat verò de ciuili, quia maritus accuſatus conſequitur lucrum dotis,

Diuortij cauſa ob adulterium quomodò ſit crim.& ciu.

dotis, ſicut & vxor donationem propter nuptias iuxta text. in cap. plerumque, de donat. inter vir. & vxor. & cap. 1. vt lit. non conteſt. l. conſenſu, C. de repud. cum ſimil. de quibus Sanchez d. diſp. 8. num. 2. & 11. hanc rationem & interpretationem afferunt Alex. & Iaſ. d. rubr. C. de iud. Io. An. Butr. Abb. antiq. & Anchar. d. cap. tuæ. ac nouiſſimè Sanch. d. diſp. 8. num. 19. qui ſolum Butr. allegat.

Verùm eam impugnant Bero. d. rubr. extra de iud. num. 65. & ibi Rip. d. num. 100. quia pœna amiſſionis dotis vel non venit, niſi in quandam conſequentiam, vt voluit Baſig. quem refert Rip. loco cit. & colligitur ex d. cap. plerumque, & ea, quæ veniunt in iudicio in conſequentiam, † non faciunt iudicium aliàs criminale, vel contra dici mixtum, ſecundùm Bart. in l. interdum §. qui furem, ff. de furt. & regulariter attenditur quod principaliter, non autem ſecundariò, aut in conſequentiam fit, vt ſuprà non ſemel admonuimus. Vel certè immò nullatenus venit, niſi expreſsè petatur, vt ſatis conſtat ex d. cap. 1. vt lit. non conteſt. vbi inter cæteros Butr. & Imol. id ſupponunt. cum aliis adductis à Sanch. d. diſp. 8. num. 13. † Verior igitur mihi videtur illa ratio, vt mixta dicatur cauſa ſeparationis tori ob adulterium, de qua in d. cap. tuæ; quoniam ſeparatio tori ex ſe continet publicam vindictam, & vtilitatem, tum quia pœna eſt aliquem priuare iure ſuo l. teſtamento centurio, ff. de manum. teſtam. & l. moris, ff. de pœn. & quidem eſt grauis pœna propter bona matrimonij, tum quia faciliùs ob eam homines retrahuntur ab adulterio, arg. l. ita vulneratus ff. ad leg. Aquil. & c. vt famæ, de ſent. excom. cum ſimil. quibus probatur reip. intereſſe, vt delicta puniantur; ideóque cum in huiuſmodi ſeparatione appareat vigor publicæ diſciplinę, cauſa, per quam ad eam agitur, dicetur maximè participare de criminali, iuxta tex. d. l. locatio, aliàs licitatio, §. quod illicitè, vbi inter ceteros Bart. ff. de publican. præſertim cum in d. cap. tuæ, actum ſit per viam accuſationis, quæ regulariter actionem criminalem importat, cap. inquiſitionis, de accuſat. vbi Doct. & in rubr. eod. tit. cum aliis, quæ poſt Abb. allegat Dec. d. rubr. de iudic. num. 54. & ſeq. in 2. lect. ideóque negari non poteſt, qui ibid. agi cenſeatur principaliter ad pœnam, & publicam vindictam; ſed & æquè principaliter agitur ad priuatum commodum & intereſſe; dicitur enim ibi, quòd, ſi maritus accuſare velit vxorem, vt ab

242 *Mixtũ non fit iudicium crim. vel ciuil. per conſequentiam rei.*

Digitized by Googl

eius cohabitatione diſcedat,erit accuſatio mixta; diſceſſus verò à cohabitatione propter adulterium † continet etiam priuatam vtilitatem, non tam quoniam liberat ab obligatione præſtandi debitum carnis,cap.ſignificaſti,de diuort. quod quidem debitum pleriſque graue eſt, ob eámque fortaſſis cauſam tribulatio carnis vocatur ab Apoſtolo 1.ad Cor. 7. dum ait, ſi acceperis vxorem, non peccaſti, &, ſi nupſerit virgo, non peccauit, tribulationem tamen carnis habebunt huiuſmodi, ego autem vobis parco; & ab aliis pleriſque oneribus, & incommodis matrimonij,de quibus per Doct.in rub.de nupt.necnon ff.ſol.matr.& extra de ſponſal.& matr. alibíque paſſim,& inter ceteros Neuizan. in Silu. Nupt. lib. 1. qui inſcribitur, non eſt nubendum; vnde coniugium dicitur grauis ſarcina, cap. omnes,32 quæſt.7.& l.vlt.C. de impo. luc. deſcrip. lib.10. dicitur matrimonium multis calamitatibus opprimi, & Matth.19. Apoſtoli Domino dixerunt, non expedire nubere, non tam inquam ob prædictam cauſam, quàm, quia ſic eximitur maribus † ab alimentis vxori præſtandis,ſaltem ſecuta ſententia diuortij,vel etiam ſtatim, ſi adulterium ſit notorium, gloſ.in l.fideicommiſſum, C.de fideicomm.Bal.cap.ex parte col.fi.de ſponſ. Bero.d.num.65. cum aliis adductis per Surd. tract. de alim.tit. 1.quæſt.118.num.4.cum ſeq. & tit.7.quæſt.16.num.16. ac nouiſſimè per Sanchez tract.de matrim. lib.10.diſp.8.num.24. & qui quidem & illud ſupponunt, non requiri, vt ſpecialiter id petatur in libello, aut in ſententia exprimatur,ſed eo ipſo liberari maritum ab alimentis præſtandis vxori, ſi de illius adulterio conſtet; ex quo fit, vt † in huiuſmodi cauſa ſeparationis propter adulterium interuenire poſſit procurator, vt in d.cap. tuæ,de procur.& cap.1.vt lit.non conteſt. cum aliàs regulariter non poſſit interuenire in cauſa merè criminali, l. 1. ff. an per alium cauſ.app.l.pen.§. ad crimen.ff.de public.iud l.1.§.pen.C. vt omnes tam ciuil.quàm crim. & l.fin.C.vbi Senator, vel clariſſ.l.fin.ff.de iniur.cap ſi quando, 2.quæſt.6. cap. in criminalibus, 1.quæſt.3.cap.veniens, & cap.ſuper his, de accuſ.cum ſimil.in cauſa verò mixta, quæque merè criminalis non eſt, admittitur procurator vt ſupra initio huius illationis docuimus, & comprobat inter alios Bero. d. rubr. de iud. num. 64. ex his igitur habes veriorem intellectum d.cap.tuæ & rationem, cur cauſa illa ſeparationis tori, & cohabitationis propter adulterium

243 *Diuortium quoad cohabit. & torū quā priuatam vtilit. habeat.*

244 *Maritus diuertens ab vxore propter adult. an ei teneatur ad alimenta.*

245 *Procurator in cauſa ſeparat. tori, cur interueniat.*

rium ſit mixta; ſimúlque ſecundum caſum mixti iudicij.

Tertius affertur à Bero. d. rubr. de iud. num. 33. verſic. poteſt etiam dici, qui ſimul tertio loco infertur ex mixtæ cauſæ deſcriptione ſuperiùs allata, † quando nimirum contra vaſal- 246
lum propter feloniam commiſſam ad priuationem feudi agetur ad vtilitatem ipſius domini, ac etiam publicam, vt in caſu cap. 1. §. denique, quæ fuit prim. cauſ. benef. amit. cap. 1. §. ſi fratrem, quibus mod. feud. amit. & cap. 1. ſi vaſal. feud. priu. quem caſum non examino, quia vix accidere poteſt in materia, qua de agimus.

Mixta cauſa vbi agitur contra vaſallum ob feloniam ad feudi priuationem.

Infertur igitur quartò, quid ſtatuendum ſit † de cauſa tur- 247
batæ poſſeſſionis; nam licèt regulariter ſit criminalis, ſaltem cùm agitur principaliter tantùm ad pœnam, ſicut ciuilis eſt, ſi tantum ad deſiſtentiam turbationis, vt pluribus relatis tradit inter ceteros Fa. in d. quæſt. 100. cap. 1. num. 38. vſque ad 43. ſi tamen agatur ciuiliter ad deſiſtentiam à turbatione, & criminaliter ad pœnam, vel corporalem nimirum, vel pecuniariam fiſco applicandam, iuxta ſupradicta, tunc erit mixta, prout ſatis ſentire videtur Farin. ſupra num. 45. iunctis iis, quæ habet num. 55. expreſsè verò tenet & ex communi reſoluit Ioſeph. Ludou. concl. 71. verſi. contrariam opinionem, & ſeq. vbi idem aſſerit, ſi agatur ad pœnam partim fiſco, partim actori turbato applicatam.

Mixtáne ſit cauſa turbata poſſeſſionis.

Infertur quintò, quid dicendum de caſu illo cauſæ mixtæ, quem affert gloſ. d. cap. tuæ, verbo, mixta, & approbat ibid. Innoc. & Io. An. in fin. hec eſt, in † querela inofficioſi teſtamen- 248
ti; ciuilis enim eſt, inquit ibi gloſ. quia qui eam proponit, proponit hereditatis petitionem, l. qui de inofficioſo, ff. de inoff. teſtam. & in eo accedit ad criminalem, quia, ſi eam querelam proponens illam derelinquat, non veniens die ſtatuta, poſtea non auditur, l. Papinianus §. 1. aut veriùs §. ſiquis, qui eſt 2. ff. eod. tit. quæ pœna ad cauſam criminalem pertinere videtur, vt in l. ſi ea C. qui accuſ. non poſſ. & cap. licèt, de accuſ. addit. Io. An. loco cit. quod in eo etiam accedit ad criminalem hæc cauſa, quoniam nimirum in ea quandoque quæritur de crimine cauſa ingratitudinis commiſſæ, §. illud Anch. vt cum de appel. cogn. & ideo interdum vocatur accuſatio, l. parentib. & l. in arena C. de inoff. teſtam. interdum querela, vt l. 1. ff. eod. tit. quæ quidem nomina ad criminalem actionem, & cauſam pertinere

Aut querela inofficioſi.

Digitized by Google

nemini dubium eſt; interdum etiam iniuria, vt d. l. Papinianus in princ. pro iniuria verò propriè, & ſtrictè ſumpta, poſſe criminaliter agi, patet ex d §. in ſumma, Inſtit. de iniur. cum aliis, quæ paulò poſt hac ipſa quæſt. afferemus, ac tandem quia morte filij finitur querela inofficioſi, quæ non patri, ſed nomine filij dabatur, vt dicitur in § ſequenti loco, qui eſt 1. d. l. Papinianus. id ipſum etiam, quòd hæc querela valde participet de criminali cauſa, ſentit gloſ. d. l. Papinianus in princ. dum ex eo, quod ibi I.C. ait, querelam inofficioſi contra teſtamentum matris non poſſe à patre inſtitui nomine filij eo inuito, quia ipſius iniuria eſt, notat, quòd querela hæc non eſt actio, quæ quidem inſtituta eſt ad priuatum commodum, Inſtit de pub. del. Inſtit. de act. in princ & l. 3. ff. de ſepulchr. viol. iuxta communem intellectum gloſ. Bart. & aliorum. Conſtat enim ex prædictis ſatis probabiliter hunc caſum ſuſtineri poſſe, maximè propter gloſ. Innoc. & Io. An. auctoritatem, & fundamenta ſatis firma, quibus nituntur, quicquid in contrarium voluerit, & adducere conatus ſit Bero. d. rubr. de iud. num. 33. ad fin. licèt enim ve-

249 rum ſit, quod ait, † ad iudicium mixtum requiri, vt effectus ciuilis, & criminalis ſequatur, hoc eſt, vt ad vtrumque principaliter agatur, ſaltem tacitè, ita, vt vtrumque eadem ſententia poſſit comprehendi, vt ſatis colligitur ex prædictis; tamen gratis id negat in iudicio querelæ inofficioſi ex d. gloſ. quæ omnino contrarium intendit probare, ſed neque id vlla ratione colligitur ex d. l. Papinianus §. 1. quem allegat Bero. vt eum perpendenti cuique facilè patebit.

Iudicium mixtũ quid requirat.

250 Infertur denique non improbabiliter dici poſſe † fore caſum cauſæ mixtæ, qui in d. cap. per tuas il 1. de ſimon. habetur, prout ſuaderi poteſt ex iis, quæ ſupra ad eius intellectum, & interpretationem propè finem adduximus; admonentes tamen,

Cauſæ mixtæ caſus.

251 † aliud eſſe cauſam fore mixtam ex ciuili, & criminali, aliud pro crimine duplicem competere actionem, ciuilem, & criminalem, vt in d §. in ſumma & l. fin. ff. de furt. & ff. de priuat. del. cum ſimil. in primo enim caſu vnica eſt actio, quæ ſui natura vtrumque participat, ciuile nimirum, & criminale, & ex vtroque vnum conflat, atque adeo non cadit, quod quæri ſolet, an fieri poſſit cumulatio ciuilis, & criminalis actionis, & an ciuilis actio, ſeu cauſa criminali præiudicet quòd vtrumque habet locum in poſteriori caſu, cum nimirum actio ciuilis, & criminalis

Cauſã mixtam eſſe & pro crimine ciuilem & crim. cõpetere actionem differunt.

nalis

nalis tanquam plures pro eodem crimine competunt. de qua præiudicatione † quando locum habeat, vel non;& de cumulatione, quando ſit admittenda, habetur in l. 2. §. 1. ff. vi bon. 252
rapt. necnon in l. interdum, ff. de publ. iud. l. prætor §. 1. & l. quod Senatuſconſultum ff. de iniur. cap. cum oporteat, de accuſat. tot. ferè tit. de ord cog. in Cod. & in Decretal. Gregor. nec non C. de ord. iudicior. paſſim, & l. vnica, C. quando ciu. act. crim. præiud. & Doct. ibid. & alibi ſæpè, inter Theologos Sanchez d. diſput. 8 num. 18. & ſeq. inter Pract. Clar. §. fin. quæſt. 2. & latiſſimè Farin. quæſt. 100. crim. cap. 2. & 3. poſt alios pleroſque cum text. tum Doct. quos allegant. atque hanc diſtinctionem admittunt, ac ſupponunt Clar. d. §. fin. quæſt. 1. & 2. & Farin. d. quæſt. 100. cap. 1. 2. & 3. & Doct. in rubr. de iud. dum de mixto iudicio tractant, ſatiſque ſuadere poteſt natura ipſius mixturæ, & cumulationis; nam per mixtionem fit vnum quid, quæ verò cumulantur, plura quoque remanent poſtquam fuerint cumulata.

Actio ciuilis quando criminali præiudicet, vel cumuletur, remiſſiuè.

Iam verò his generatim præmiſſis de cauſa criminali, ciuili, & mixta, quatenus ad huius quæſtionis notitiam, ac definitionem viſum fuit expedire, aliquot propoſitis concluſionibus, qua fieri tamen breuitate poterit, eam abſoluemus.

Prima concluſio. Conſeruator † regulariter non poteſt cognoſcere cauſas criminales, aut mixtas, etiam eorum, qui ei committuntur defendendi. Probatur hæc concluſio. Primò; quorum ordinarij locorum, ſeu habentis ordinariam poteſtatem, & iuriſdictionem in loco proprium officium eſt punire delicta ad publicam vindictam, cap. placuit, 6. quæſt. 3. cap. placuit, de off. ord. & ad Præſidem pertinet purgare prouinciam malis hominibus, l. Præſes prouinciæ, ff. de off. Præſ. & Auth. qua in prouincia, C. vbi de crim. agi opor. cum ſimil. ibidem per gloſ. & Doct. alleg. & ad ordinarium iudicem ſpectat mulctam imponere, l. 2. in fin. vbi gloſ. & Doct. ff. de iudic. At verò Conſeruator licèt tanquam delegatus ad vniuerſitatem cauſarum in aliquibus æquiparetur ordinario, tamen abſolutè, & ſimpliciter loquendo non ordinarius, ſed delegatus eſt, vt patet tum ex eo, quod Conſeruatorum materia ponitur ſub rub. de offic. deleg. tum aliis per nos adductis ſupr. hoc ipſo cap. quæſt. 1. concl. 2. Secundò probatur, quia Conſeruatoribus regulariter non competit, niſi iuriſdictio ſimplex, & mixtum, 253

Conſeru. nequit cognoſcere cauſas criminales aut mixtas.

non

Digitized by Google

non autem merum imperium, vt latiùs oſtendimus d.quæſt. 1. concluſ. 1. vbi etiam ex eo intulimus, Conſeruatorem non poſſe vllam corporalem pœnam infligere, cum id & ſimilia ſint meri imperij, vt d.quæſt. 1. præmiſimus. Ex quo etiam duo ſequuntur; Alterum † non poſſe Conſeruatorem etiam per

254 *Neque per viam inquiſitionis.*

viam inquiſitionis delicta punire, ſed tantum ciuiliter, & acceſſoriè inquirere, an delictum ſit notorium, vt ſentit Innoc. d. cap. 1. num. 6. de off. deleg. in 6. quem ibi, & in cap. fin. de foro compet. in 6. plerique ſequuntur; & ratio eſt quia prædicta inquiſitio eſt modus procedendi criminaliter ad publicam vindictam quia delicta puniuntur, éſtque meri imperij, vt ſatis oſtendit poſt alios Farinac. quæſt. 1. crimin. num. 56. cùm maximè inquiſitio hodie ſuccedat loco accuſationis, vt idem latè probat quæſt. 12. num. 1. licèt ſecus fortè ſit de iure canonico, per text. in cap. inquiſitionis, de accuſ. cum ibi notat. & ſuis ſim. qua etiam de re aliquid Deo fauente dicemus infr. c. ſeq. q. 1. concl. 3. circa medium.

255 *Mulctam quæ fiſco applicetur an imponat Conſeruator.*

Alterum quod ſequitur, illud eſt, † non poſſe Conſeruatorem iuxta præciſos terminos iuris communis deputatum imponere mulctam, ſeu pœnam pecuniariam, quæ fiſco applicetur, cum & hoc ſit meri imperij, vt d.quæſt. 1. ſatis oſtendimus; niſi acceſſoriè imponatur, dum principaliter ad inſtantiam partis, & ciuiliter, hoc eſt ad priuatam vtilitatem agitur, iuxta ea, quæ ad finem huius concluſionis adnotabimus. Interim verò, cum iam ſatis multa circa ſecundam huius eiuſdem concluſionis rationem, quæ tamen neceſſaria nobis viſa ſunt, in medium adduxerimus, ad tertiam, eámque poſtremam accedamus. circa quam etiam pleraque non inutilia proferemus; in quibus verba Trid. Concil. id aliquatenus confirmant, quod de inquiſitione mox diximus.

Tertiò igitur probatur hæc ipſa concluſio illa ratione, quo-

256 *Conſeruatores dantur principaliter ad priuatam vtilitatem.*

niam Conſeruatores † dantur ad priuatam vtilitatem, ad eámque dumtaxat tendit huius muneris exercitium, vt ſatis patet ex d.cap. 1. de offic. deleg. in 6. dum ibi dicitur, Conſeruatoribus aliquos committi defendendos, necnon ex d.cap. fin. eod. tit. & lib. vbi habetur, Conſeruatores à ſede Apoſtolica aliquibus concedi, vt eos à manifeſtis iniuriis, & violentiis tueantur, ac tandem ex Concil. Trid. ſeſſ. 14. cap. 5. de reform. dum ibi ſupponitur, per litteras Conſeruatorias certos iudices deputari,

Digitized by Google

putari, qui eas obtinentes à moleſtiis,& iniuriis,quæ ſuper bonis, rebus, ac iuribus ſuis iiſdem inferuntur, dum tueantur, ac defendant, & in poſſeſſione,ſeu quaſi bonorum, rerum, ac iurium ſuorum manuteneant,& conſeruent,nec ſuper illis eos moleſtari permittant; atque id ipſum tum ſcribentes d. cap. 1. & fin. & alibi ſæpe admittunt, tum nomen ipſum Conſeruatoris loci, aut perſonæ alicuius indicat,ac formulæ ipſæ Conſeruatoriarum, quarum aliquas attulimus, & inſeri curauimus cap.2.quæſt.2. Certum autem eſt ex iis,quæ hucúſque de cauſa criminali, ciuili, aut mixta diximus,ad criminalem quidem requiri, vt principaliter ad publicam vtilitatem, ad mixtam, vt æquè principaliter ad eandem agatur; quod ſi principaliter tantum ad priuatam vtilitatem actio dirigatur, eam ciuilem dumtaxat eſſe, & appellari debere.Hoc accedit, quòd neque Vicarius Epiſcopi poteſt ſine ſpeciali mandato cauſas criminales cognoſcere,cap.2.de off.Vicar.in 6.vbi Doct.

Denique probari videtur hæc ipſa concluſio ex Trid. Concil.d.cap.5. ibi enim diſertis verbis ſtatuitur, † vt nemini omnino cuiuſcumque dignitatis, & conditionis ſit, etiamſi Capitulum ſit, Conſeruatoriæ litteræ cum quibuſcumque clauſulis,aut decretis, quorumcumque iudicum deputatione,quocumque prætextu, aut colore conceſſæ ſuffragentur ad hoc,vt coram ſuo Epiſcopo,ſiue alio ſuperiore ordinario in criminalibus, & mixtis cauſis accuſari, & conueniri, ac contra eum inquiri, & procedi non poſſit. Ex illis porrò verbis, (Conſeruatoriæ litteræ cum quibuſuis clauſulis, aut decretis conceſſæ,) haberetur vna ampliatio huius noſtræ concluſionis, vt procedat † non modò in Conſeruatoribus deputatis iuxta terminos iuris dumtaxat, nimirum d. cap. 1.& fin. Sed in iis quoque,quorum amplior eſt facultas, ac poteſtas ex reſcripto. Verùm ex illis verbis, (non ſuffragentur ad hoc, vt non poſſit,) ſatis apertè conſtat, quòd niſi aliud obſtaret,vtputa rationes ſuperiùs adductæ, &, ſi quæ ſunt aliæ, certè hoc Concilij decretum non obeſſet, quin valeat etiam Conſeruator, ſi ab actore adeatur in criminalibus, & mixtis cauſis cognoſcere, nam verbum poteſt,importat facultatem, abſque vlla neceſſitate, vt cuique notum eſt, & probatur cum alibi ſæpe, tum in cap. fin. vbi gloſ.& alij,de conſuet. in 6. & ſenſus Concilij eſt, vt nullæ Conſeruatoriæ in his cauſis cognitionem Ordinarij

257 *Intellectus Conc. Trid. ſeſſ. 14. c.5. verſ. idcirco nemini, de reform.*

258 *Cauſas crimi.aut mixtas an cognoſcat Cõſer. licet habeat ampliorem facult. quã à iure.*

Digitized by Google

poſſint impedire. Quatenus verò eod. cap. 5. in fin. decernitur,
259 quòd † vniuerſitates generales, ac collegia Doctorum, ſeu
Quid in ſcholarium, & Regularia loca, necnon Hoſpitalia actu hoſpi-
Conſeruato- talitatem ſeruantia, ac vniuerſitatum, collegiorum, locorum,
re Regula- & Hoſpitalium huiuſmodi perſonę in eo canone minimè com-
riũ & alio- prehenſæ, ſed exemptæ omnino ſint, & eſſe intelligantur, li-
rũ à Concil. cèt inde habeatur limitatio ad prædictum Trid Concil. decre-
Trid. exce- tum; tamen nollem inde aliquam inferre limitationem huius
ptorum. primæ concluſionis, quaſi Conſeruatores prædictis deputati
poſſint cognoſcere de cauſis criminalibus, vel mixtis; ſolùm enim inde inferri poteſt, eos ab huiuſmodi cognitione non excludi vigore dicti Canonis, & Conciliaris decreti; cum quo tamen ſtat, eos aliunde excludi, nimirum aliis iuribus, & rationibus per nos paulò ante adductis, ac ponderatis, vt in ſimili quæſt. poſt Gutier. pract. quæſt. lib. 3. quæſt. 9. in hac ſpecie Conſeruatorum tradit Eman. Roderic. quæſt. regular. tom. 1. quæſt. 65. artic. 12. circa initium. Quod autem nunc ſemel dictum eſt, dictum ſemper intelligas velim, quoties d. cap. 5. decretum ad alicuius quæſt. in hac Conſeruatorum materia definitionem vel adduximus hucúſque, vel etiam in poſterum adducemus.

Illud quoque hoc loco adnotandum eſt, quod ex propoſita
260 concluſione deducitur, quid dicendum ſit † vbi quis velit
Facti puni- principaliter cauſam criminalem intentare, & acceſſoriè, vel
tio & reſti- in conſequentiam cumulare priuatum intereſſe, puta ſi petat
tutio an & aliquem puniri de furto, & conſequenter ad rei ablatæ, reſti-
quomodo pe- tutionem condemnari, licèt id iure permittatur, iuxta text. in
tatur coram l. interdum §. qui furem num. 5. ff. de furt. & ibi Bart. quem alij
Conſeruato- ſequuntur relati pariter, & laudati per Clar. d. §. fin. quæſt. 2.
re. num. 2. Surd. tract. de alim. quæſt. 16. num. 70. & Farin. d. quæſt. 100. cap. 3. num. 152. ad quem recurrere poteris d. cap. 3. cùm opus fuerit pro materia cumulationis ciuilis, & criminalis actionis, ſiue ſimultaneæ, ſiue ſucceſſiuè; ſicut eundem cap. 2. eiuſdem quæſt. 100. cum de præiudicio ciuilis actionis reſpectu criminalis, & contrà quæſtio inciderit: is enim præ ceteris latiſſimè & optima cum methodo, ac diſtinctione vtramque hãc materiam examinando abſoluit. tamen, cum tunc dicatur ſimpliciter cauſa criminalis, quoniam acceſſorium ſequitur naturam principalis vt optimè arguit Surd. d. nu. 70. & ſeq. & quia,

vt

Digitized by Google

vt iam non ſemel in hac quæſtione admonuimus, in dignoſcenda, ac denominanda ciuili, vel criminali actione, attendendum eſt, quod principaliter, non autem acceſſoriè, & in conſequentiam agitur, ideo dicendum erit, non poſſe hoc modo aliquem ſuum intereſſe proſequi coram Conſeruatore, ſed nec poterit æquè principaliter ad illud agendo, & ad pœnam ſiue corporalem, ſiue pecuniariam fiſco applicandam; ſic enim intentaret coram eo cauſam mixtam inter ciuilem, & criminalem, quod non poteſt, vt conſtat ex prædictis.

Denique ex hac eadem concluſ. Primò deducitur, † non poſſe Conſeruatorem cognoſcere cauſas matrimoniales, cum id ad ſolum Epiſcopum, ſeu eius Vicarium generalem ſpectet, cap. accedentib. cum ibi not. de exceſſ. prælat. & definiuit Trid. Concil. ſeſſ. 24. cap. 20. de reform. ratio verò, quatenus ad rem noſtram attinet, ea eſt, quoniam cauſæ matrimoniales criminalibus æquiparantur, cap. pen. de reſt. in integr. gloſ. Bart. Caſtr. & alij in l. 3. §. quacumque ff. de iureiur. cum aliis ad id allegatis per Iacob. Sbroz. tract. de Vic. Epiſc. lib. 2. quæſt. 43. num. 3. Dicitur autem cauſa matrimonialis cum agitur de iuribus matrimonij, vt latè probat Farinac. quæſt. 8. crim. num. 146. Thom. Sanchez tract. de matrim. lib. 10. diſp. 8. num. 15. item cum ad ſeparationem tori, vt latè Sanch. d. num. 15. Farinac. d. quæſt 8. num. 148. tum quoad hoc, vt per ſolum iudicem eccleſiaſticum cognoſcatur, vt hi loquuntur, tum etiam quoad id, vt vel criminalis ſit, aut mixta, vel ſaltem criminali æquiparetur, per ea, quæ tradit Sanchez ſuprà num. 19. & nos hac ipſa quæſt. paulò ante præſentem concluſ. docuimus. Matrimonialis quoque cauſa erit, ſi agatur de reuocando coniuge, qui nulliter profeſſus ſit aliqua de cauſa ex iis, quas latiùs proſequitur idem Sanchez dict. tract. de Matrimon. cum alibi, tum præcipuè lib. 7. diſput. 32. vſque ad 35. Tunc autem, ſi coniux profeſſionem huiuſmodi emiſerit in aliquo Monaſterio exempto ab Ordinarij locorum iuriſdictione, poterit adhuc Ordinarius contra eius Monaſterij Religioſos exemptos procedere, quando iniuſtè detinent hunc coniugem profeſſum, ne eius officio reuocetur, vt poſt Ignat. Lopez de Salzedo in Additionibus ad pract. canon. Diaz cap. 3. littera A, § punire in fin. aſſerentem, ita ſe vidiſſe praxi receptum, in ſpecie docet Sanchez d. lib. 7. diſput. 33. num. 21. ob eam præcipuè ratio-

261 *Cauſa matrimonialis an agitetur coram Conſeruatore:*

& quæ dicatur.

nem, quòd in hoc euentu non agatur de Religionis priuilegiis, ſeu ipſa concernentibus, aut de ſtatu Regularium, ſed de Matrimonij inſtauratione, coniugíſque reuocatione, qui minùs legitimè profeſſus fuit, quod Ordinarij proprium eſt, cap. 1. de conuerſ. coniugat. maximè cum Ordinario competat omnimoda iuriſdictio contra extraneos, & exemptos impedientes ſuam iuriſdictionem, vt tenent Innoc. cap. dilectus, in fine, de pœn. Stephan. Aufrer. tract. de poteſt. ſecul. ſuper eccleſ. perſon. num. 23. & Rojas tract. de hæretíc. 1. par. num. 155. & ſeq. vbi ait ſe, cum eſſet Vicarius generalis pluries id obtinuiſſe contra Canonicos Regulares, & quoſdam Monachos B. Bernardi exemptos. quia conceſſa iuriſdictione, cenſentur ea quoque conceſſa, ſine quibus illa exerceri nequit, l. 2. ff. de iuriſdict. omn. iud. quare concludit Sanchez vbi ſupra. num. 23. poſſe tunc Epiſcopum huiuſmodi Religioſos per depoſitionem, ac detruſionem in Monaſterium arctius, aliíſve pœnis ad id compellere, non tamen per cenſuras eccleſiaſticas, ſi Religioſi illi habeant ſpeciale priuilegium à ſede Apoſtolica, ne poſſint excommunicari, ſupendi, aut interdici, per text. optimum in cap. 1. de priuil. in 6. §. ſeu verſ. in eos autem, vbi cum decretum fuiſſet, habere Ordinarios locorum iuriſdictionem in exemptos delinquentes, contrahentes, & quoad rem ſitam extra locum exemptum, ſubdit text. in eos, quibus, ne interdici, ſuſpendi, vel excommunicari à quoquam Epiſcopo, vel Archiepiſcopo valeant, eoſdem Ordinarios iuriſdictionem ſuam quantum ad iſta vbicunque illa fuerint, penitus exercere non poſſe; & quidem vnus ſolus caſus ibi eximitur, ſicut & aliàs in cap. ne aliqui, eod. tit. & lib. alius in cap. 1. in 1. reſpon. de verb. ſignif. eod lib. qui infra concluſ. ſeq. limit. 2. recenſebuntur, & tamen ad hunc, de quo nunc agimus, nequaquam ſpectant. atque ita ex d. §. in eos autem, ex doctrina gloſ. Archid. Anchar. Hoſt. Gemin. & Franc. ibid. & in ſpecie ex Gamb. de off. leg. lib. 8. cap. vlt. num. 77. & aliis contra Salzed. loc. cit. reſoluit Sanchez d. num. 23. ad Salzed. argumenta reſpondens; ea concludere quoad aliquas pœnas, non quoad cenſuras; quas tamen ferè Ordinarius in eos exemptos tunc poſſet ceſſante d. ſpeciali priuilegio, ne interdici, ſuſpendi, aut excommunicari à quoquam poſſint; de quo vide quod dicemus infr. concl. ſeq. limit. 2. circa med. & tradit Vgol. de cenſur. tab. 1. c. 17. §. 6. n. 5. 6. & 7.

Secundò

Digitized by Google

Secundò ex hac eadem concluſ. principali deducitur, ſeu infertur, † quid poſſit Conſeruator in concernentibus curam animarum, quæ iis immineat, qui illi commiſſi ſunt defendendi, ſi in huiuſmodi curam concernentibus delinquunt. Cum enim ex prædictis appareat, ex eo, quod vel de amouendo Rectore tamquam immerito, & damnoſo Eccleſiæ, vel de eo puniendo ad publicam vindictam, & vtilitatem principaliter agatur, cauſam fore vel criminalem, vel certè mixtam; apparet quoque ex adductis initio præſertim huius concluſ. eandem ad Conſeruatorem, niſi ex ſpeciali reſcripto, ſpectare non poſſe. His accedit diſpoſitio Trid. Concilij ſeſſ. 7. cap. 8. de reform. vbi decernitur, vt locorum Ordinarij Eccleſias quaſcunque quomodolibet exemptas auctoritate Apoſtolica ſingulis annis viſitare teneantur, & opportunis iuris remediis prouidere, vt quæ reparatione indigent, reparentur, & cura animarum, ſi quæ illis immineat, aliiſque debitis obſequiis minimè defraudentur, appellationibus, priuilegiis, conſuetudinibus etiam ab immemoriali tempore præſcriptis, iudicum deputationibus, & illorum inhibitionib. penitus excluſis. quod idem de beneficiis commendatis ſtatuitur ſeſſ. 21. cap. 8. de reform. addita etiam ſpeciali derogatione Conſeruatoriarum. ac denique ſeſſ. 25. cap. 11. de Regular. cauetur, vt in Monaſteriis, ſeu domibus virorum, ſeu mulierum, quibus imminet animarum cura perſonarum ſecularium, præter eas, quæ ſunt de illorum Monaſteriorum, ſeu locorum familia, perſonæ tam Regulares, quàm Seculares huiuſmodi curam exercentes, ſubſint immediatè in iis, quæ ad dictam curam, & ſacramentorum adminiſtrationem pertinent, iuriſdictioni, viſitationi, & correctioni Epiſcopi, in cuius diœceſi ſita ſunt. Huc etiam ſpectant quæ ab eodem Concil. hac in re ſtatuiuntur ſeſſ. 21. cap. 7. de reform. vbi exemptionem remouet; multóque magis ſeſſ. 7. cap. 5 & 7. de refor. vbi etiam derogat priuilegiis, & exemptionibus quibuſcúmque ac ſpecialium iudicum deputationibus, & illorum inhibitionibus. Tandem extant hac eadem de re nonnullæ ſummorum Pontificum conſtitutiones, præſertim verò Pij V. conſtit. 139. quæ incipit, expoſcit, ſub die 22. Septembris 1571. vbi quoad Rectores parochialium eccleſiarum militiæ S. Ioannis Hieroſolymitani voluit, ab Ordinariis locorum in eos exerceri poſſe, ac debere iuriſdictionem in iis, quæ animarum cu-

262 Exemptus quoad curã animarũ an ſubdatur Conſeru. vel Ordinario.

ram, illiúſque exercitium, & ſacramentorum adminiſtrationem reſpiciunt; quod etiam deinde confirmauit Gregorius XIII. in ſua conſtit. 88. incipiente, conſueuit, ſub die 7. Ianuarij 1584. Quoad Mendicantes verò, alióſque Regulares ſatis idem ſtatutum videtur, dum omnia eorum priuilegia, gratiæ, & Conſeruatoriæ reuocantur, quatenus Concilij Trid. decretis aduerſantur; quod primum fecit Pius IV. in ſua conſtit. 119. quæ incipit, in Principis, deinde Gregorius XIII. in conſtit. ſua 15. incip. in tanta 35. ex benigna, & 37. Regimini, Sixtus V. in ſua incipiente, Sacer ordo, quam ponit quinto loco Confett. in Collett. litter. Apoſt. & Priuil. Mendic. & nouiſſimè Clem. VIII. in ſua, quæ incipit, Ratio Paſtoralis officij; de quibus conſtitutionibus, ac ſimul alia Gregor. XIII. incip. circumſpecta, & Concil. Trid. ſeſſ. 24. cap. 11. de reform. pro eorum vera explicatione videnda ſunt quæ diximus ſupr. cap. 6. quæſt. pen. & vlt.

Porrò primam, & principalem hanc noſtram concl. velim limites primò, quòd licèt ad publicam vindictam nequeat, poſſit nihilominus Conſeruator † ad priuatam vtilitatem vti coërctione aliqua ad tuendam iuriſdictionem ſuam, & exequendum quod decreuerit, vt optimè probatur in l. 1. §. qui mandatam, & l. fin. ff. de offic. eius, cui mand. eſt iuriſdict. §. audient quoque Auth. de defenſ. ciuit. l. vnica, in princ. ff. ſi quis ius dic. non obtemper. l. 2. ff. ſi quis in ius vocat. non ier. l. eos C. de mod. mulct. cap. de cauſis, cap. præterea, cap. paſtoralis, in princip. & cap. ex litteris, de offic. deleg. etiam contra Epiſcopos, cap. ſanè il 2. eod tit. cum ſuis concord. & in ſpecie Conſeruatorum id ſatis probatur ex cap. auctoritate, quod eſt 4. de priuil. in 6. vbi habetur, Conſeruatores poſſe contra Ordinarios ſententias ferre ſumendo ibi ſententias etiam pro cenſuris, vt ſumuntur in cap. ne aliqui ſtatim ſeq. ſed conuincitur ex cap. 2. de offic. deleg. in 6. vbi expreſsè ſupponitur Conſeruatores, ſicut & alios iudices à ſede Apoſtolica deputatos, ad coactiones aliquas, & pœnas poſſe procedere contra præditos Pontificali dignitate. cui proceſſui, & coactioni datur ibid. certa forma, de qua nos latiùs infr. cap. ſeq. quæſt. 6. apertè verò id ipſum docet inter alios Innoc. d. cap. 1. num. 4. in fine, de offic. deleg. in 6. gloſ. ab aliis recepta Clem. vn. verbo, permittunt, de exceſſ. prӕl. qua ratione ſuſtinetur praxis illa, quæ

263 *Coërctione quãdo vtatur Conſeruator.*

quæ inoleuit, vt Conſeruatores, & quilibet delegati præſertim à ſede Apoſtolica ſub pœna pecuniaria fiſco, ſeu locis piis applicanda, citent reum, eique præcipiant, vt compareat, vel etiam patiatur exequi ſententiam, aliúdve ſimile faciat, procedentes etiam ad pœnæ ipſius comminatæ executionem contra contumacem, aut inobedientem. Et ex eo denique confirmatur, quòd † poteſt iudex eccleſiaſticus imponere pœnam 264
pecuniariam etiam laicis non modò in caſibus à iure expreſſis, de quibus per gloſ. & Doct. in cap. licèt, de pœn. ſed arbitrariè quoque vt ibid. gloſ. & alij adnotarunt. & de clericis eſt text. in cap. dilectus, de offic. ordin. latéque tradit inter ceteros Iacob. Sbroz. in tract. de offic. Vicar. lib. 2. quæſt. 160. de laicis. Iacob. Ant. Martha tract. de iuriſdict. per & inter iud. eccleſ. & ſecul. exercen. part. 1. quæſt. 50. num. 17. & cap. 51. num. 9. & ſeqq. de laicis verò ſimul & clericis vt alia omittam, conſtat ex Trid. Concil. ſeſſ. 25. cap. 3. de reform. vbi etiam dicitur poſſe contra eoſdem procedi ad executionem realem, & perſonalem; de quo agunt quoque Doct. in cap. cum Epiſcopus de offic. ord. in 6. Sbroz. d. lib. 2. quæſt. 152. Io. Gutier. pract. quæſt. lib. 1. quæſt. 45. Mart. d. cap. 59. num. 10. Franc. Molin. tractat. de brach. ſecul. lib. 1. cap. 4. & D. Anaſtaſ. Germon. de ſacror. immunit. lib. 2. cap. 13. & nos aliquid infra cap. ſeq. quæſt. vlt. ad finem. Ratio autem eſſe poteſt, tum quia & carceratio, & leuis coërctio, quæ ſcilicet imponitur in pœnam leuis delicti, licèt ſint meri imperij, ſi ad vindictam publicam fiant; ſunt tamen, vel potiùs fiunt mixti imperij, vel ſimplicis iuriſdictionis, cum ad priuatam vtilitatem diriguntur, vt ſupr. hoc ipſo cap. quæſt. 1. ſtatim ante primam concluſionem docuimus; tum quia iuriſdictio nulla eſt ſine coërctione, d. cap. paſtoralis, in princ. & c. ex litteris, de off. deleg. necnon l. vlt. ff. de off. eius, cui mand. eſt iuriſd. cum ſimil.

Pœna pecuniaria à iudice Eccleſ. imponi poteſt etiam Laicis.

Limita 2. hanc eandem 1. concluſ. vt, licèt nequeat Conſeruator cognoſcere cauſas criminales, aut mixtas ex commiſſione ſibi ſimpliciter, aut generaliter facta, poſſit tamen † ex 265
ſpeciali, arg. cap. 2. cum ibi not. de offic. Vicar. in 6. & de hoc nulla eſſe poteſt difficultas; cum enim non valeat Conſeruator dari, niſi à Papa, vel Principe non recognoſcente ſuperiorem, vt ſupr. cap. 3. quæſt. 3. & cap. 4. paſſim docuimus, de eius poteſtate in committendo nequit dubitari, de voluntate expreſsè conſtare

Cauſas crimi. vel mixtas cognoſcit Conſeru. ex ſpeciali commiſſione.

Digitized by Google

conſtare ſupponimus committentis cauſas etiam criminales; in quibus tamen non venient cauſæ fidei, vt infr. concluſ. vlt. oſtendemus; & ſi quæ aliæ ſunt indiuiduam expreſſionem requirentes, vt matrimonialis, & vbi agitur de cura animarum vt paulò ante docuimus.

Illud autem pro complemento huius concluſ. omittendum non eſt, quod ad proximam limit. & ad carcerationem, cuius
266 in præced. mentionem fecimus, maximè pertinet; quòd, † ſi contingat, Conſeruatorem facultatem habere agnoſcendi de cauſis criminalibus, vel mixtis, & ſimul aliquem, qui delictum commiſerit ex iis, quorum Conſeruator eſt deputatus, ad eccleſiam pro immunitate conſequenda coufugere, quod etiam venire poteſt in debitore ex cauſa ciuili, ſolus Epiſcopus, non autem Conſeruator, licentiam dare poteſt extrahendi reum ab eccleſia in caſibus, quibus non gaudet immunitate, vt reponatur in carcerib. Curiæ eccleſiaſticæ; túncque ſolus Epiſcopus, aut ab eo deputatus, cognoſcet, an is verè crimen commiſerit, ob quod immunitate non gaudeat, vti expreſsè diſponitur in conſtitutione fel. rec. Gregorij XIV. quæ incipit, cùm aliàs, edita nono Kalend. Iunij 1591. poterit tamen Conſeruator ipſe de mandato Epiſcopi poſt hæc omnia conſignare huiuſmodi reum Curiæ ſeculari, vt colligitur ex illis verbis eiuſdem conſtitutionis, túncque demum de mandato Epiſcopi per iudicem eccleſiaſticum quacunq; appellatione poſtpoſita conſignentur; & in hoc correctum eſt ius antiquum, quo attento poterat quilibet iudex eccleſiaſticus hac de re cognoſcere, vt ex communi tradit inter alios Roder. quæſt. regul. tom. 2. quęſt. 50. artic. 3. & in ſpecie Conſeruatoris Nauarr. de immunit. eccleſ. conſ. 3.

Confugiẽtes ad Eccl. Regulariũ an poſſint extrahi mandato Conſer.

267 Secunda concluſio. Poteſt Conſeruator † cognoſcere de cauſis ciuilibus. Probatur primò, quia, ſi Conſeruator habet aliquarum cauſarum cognitionem, vt patet ex d. cap. 1. & fin. de offic. deleg. in 6. & Conc. Trid. d. ſeſſ. 14. cap. 5. de reform. colligitúrque ex eod. Trid. ſeſſ. 7. cap. 14. & cap. 2. de offic. deleg. in 6. cum aliis per nos adductis ſupra hoc ipſo cap. quæſt. 1. non poſſit autem cognoſcere de cauſis criminalibus, vel mixtis, vt præced. concl. docuimus, ſequitur, vt poſſit de ciuilibus; nam cauſæ, & iudicia vel ſunt criminalia, vel ciuilia, vel mixta; nec datur quarta ſpecies, vt conſtat ex traditis per Doct. commu

Cauſas ciuiles cognoſcit Cõſeruator.

Digitized by Google

communiter cum ibi ſæpe, tum in rubr.de iud.C.& in Decretal. Secundò probatur ex Concil.Trid.d.cap.5. & 14.vbi,dum ſtatuit quædam, quæ obſeruare debet Conſeruator in cauſis ciuilibus, & nos ſuis locis explicabimus, apertè vult, poſſe Conſeruatorem de ciuilibus cauſis cognoſcere; nam non entis nullæ ſunt qualitates, l.eius,qui in prouincia,ff. ſi cert.pet.cap. ad diſſoluendum,de ſponſal.cum ſimil.

Limitatur autem primò hæc concluſio, ſeu potiùs declaratur, † vt nimirum ſi Conſeruator deputatus ſit ſimpliciter ad formam iuris, tunc ita demum poterit de cauſis ciuilibus cognoſcere, ſi agatur de iniuria, & violentia manifeſta, & notoria, de aliis verò non poterit, vt expreſsè cauetur in d.cap. 1.& fin.de offic.deleg.in 6. ſi verò amplior ſit eius poteſtas, vt quia datur in litteris Conſeruatoriis facultas procedendi etiam in iis, quæ requirunt iudicialem indaginem, tunc de omnibus cauſis ciuilibus cognoſcere poteſt, de quibus poteſt alius quiuis iudex à Principe delegatus; ſeruata tamen forma, quæ in iiſdem litteris traditur, cuiuſmodi vt plurimum eſt, vt in iis, quæ requirunt iudicialem indaginem, procedat ſummariè, ſimpliciter, de plano, & ſine ſtrepitu & figura iudicij, vt patet ex formulis Conſeruatoriarum, de quibus ſupra cap. 2. quæſt. 2. & illa,quæ habetur in Extrauag.vn.de iud. in commun. Atque hanc poſteriorem huius limitationis partem, quòd nimirum Conſeruator deputatus, vt cognoſcat in illis iniuriis, & violentiis, quæ requirunt iudicialem indaginem,poſſit cognoſcere contra debitores ex cauſa ciuili, poſt Guid. Pap.deciſ.18. in fin. Alciat. de præſumpt. præſumpt. 1. quæſt. 23. num. 1. & Didac.Perez.lib. 1.ord. num.69. verſic. Conſeruatores autem, tenet,ac latè comprobat Eman.Roder.d.quæſt.65. regular.art. 12. contra Gutier.lib 3. pract. quæſt. q. 9. tum quod id habent ex priuilegiis ſuis, quæ ſatis confirmantur à Trid. Concil. ſeſſ. 25. cap. 10. de regular. in fin. tum quod debitores nolentes ſoluere iniurias faciunt; iniuria enim eſt omne damnum culpa datum, l.1.ff. de iniur. &, ſi de debito conſtet per inſtrumentum publicum in iudicio productum, vel confeſſionem partis, aut ſententiam tranſactam in iudicatum, iam eſt notoria iniuria, atque adeo etiam iure communi attento poterit Conſeruator de his cognoſcere;idem etiam tradit Ignat.Lopez.in Addit.ad Diaz.in pract.crim.Canon.cap.3.

268 *Quomodo proced. a Cōſer. in cognitione cauſarum ciuil. ū.*

Digitized by Google

Limitatur ſecundò, quòd habentes Conſeruatorem, coram quo debeant omnino conueniri, nihilominus † ratione delicti commiſſi, contractus initi, & rei ſitæ in loco non exempto poterunt conueniri coram Ordinario illius loci; & huiuſmodi priuilegium illud ſolùm operatur, ne conueniri poſſint coram Ordinario ratione domicilij dumtaxat, aut etiã Ordinario loci delicti, contractus, vel rei, ſi locus hic exemptus ſit, prout de perſonis per ſedem Apoſtolicam exemptis ab ordinario, nec non de illis, quibus Apoſtolico priuilegio eſt conceſſum, vt non teneantur niſi ſub certo iudice de ſe conquerentibus reſpondere, diſertis verbis cauetur in cap. 1. de priuileg. in 6. & eſt conſtitutio illa Innocentij IV. quæ incipit, volentes, in generali Concilio Lugdunenſi edita, cuius mentionem facit, eam ſeruari mandans, & innouans Tridentina Synodus d. ſeſſ. 7. cap. 14. de reform. inter prædictas verò perſonas contineri omnino videntur etiam habentes Conſeruatorem cum facultate præſertim vltra terminos d. cap. 1. & fin. de offic. deleg. in 6. per reſcriptum extenſa, quoniam per huiuſmodi Conſeruatorias litteras ſaltem reſpectu fori ab Ordinariorũ iuriſdictione eximuntur, vt adnotauit inter alios gloſ. d. cap. 1. in figuratione caſus, & conſtat ex aliis adductis per nos ſupra cap. 3. quæſt. vlt. Et priuilegium Apoſtolicum habere dicuntur, vt non teneantur, niſi ſub certo iudice reſpondere, vt per ſe manifeſtum eſt, & in eo canone certi iudicis nomine contineri etiam Conſeruatores ſentit gloſ. recepta in cap. 4. de priuil. in 6. vbi cauetur, ſententias Conſeruatorum latas in Ordinarios compeſcentes exemptos, qui conſtruunt Oratoria, vel Capellas in loco exempto abſque eorum licentia, aut in ſic conſtructis, vel tempore interdicti, præterquam in caſibus in iure expreſſis celebrant, vel celebrari faciant diuina, nullas eſſe. id autem poterit ex officio facere Ordinarius, cum tunc de nullius intereſſe agatur; & hoc ſonet verbum illud, compeſcantur. Et ſic ex diſpoſitione d. cap. 4. habebitur extenſio huius 2. limit. Ab illa tamen diſpoſitione d. cap. 1. excipiendi ſunt primò ij, quibus, ne interdici, ſuſpendi, vel excommunicari à quoquam valeant, à ſede Apoſtolica eſt indultum; ſicut ſunt Religioſi quamplures, in quorum priuilegiis continetur, ne quiſquam Epiſcopus, vel Archiepiſcopus Monaſteriorum ſuorum Monachos pro vlla cauſa, vllóve loco interdicere, ſuſpendere, vel excommunicare

269 Exẽpti Cõſeruatorem habentes, an debeant poſſintve corã Ordinario conueniri, & propter quid.

Digitized by Go

nicare præſumat; in hos enim iidem Ordinarij ſuam iuriſdictionem quantum ad iſta vbicumque illi fuerint, penitus exercere non poſſunt, vt nos ſupr. in præced. concl. ſtatim ante 2. Illat. admonuimus, & totidem immo iiſdem ferè verbis cauetur in cap. 1. §. in eos autem, de priuil. in 6. vbi tamen hoc ipſum temperatur in hæc verba; niſi forſan ipſi Monachi ad Monaſteriorum ſuorum Prioratus Ordinariis eiſdem ſubiectos, (vt vel gerant eorum regimen, vel in eis tanquam proprij locorum ipſorum Monachi reſideant,) fuerint deſtinati. tunc enim & ſi liberè poſſint ad eadem Monaſteria reuocari; ratione tamen eorũdem Prioratuum dicti Ordinarij ſua iuriſdictione in ipſos etiam quoad præmiſſa, quamdiu morantur in illis, vti poſſunt. dum autem dicitur, reſideant, notat ibi gloſ. recepta ad hoc verbum, ſecus fore, ſi irent cauſa viſitandi, vel ſolatij, vel, vt viatores, arg. l. hæres abſens, verſ. nam vbi ff. de iud. additque ibid. eadem gloſ. quæ eſt Io. An. ex Innoc. hoc poſtremum procedere etiamſi ibi delinquant tunc, vel contrahant. Alterum temperamentum, ſeu reſtrictio d. §. in eos autem, ſumitur ex cap. ne aliqui, de priuil. in 6. vbi omnia priuilegia quibuſcumque ſingularibus perſonis Eccleſiaſticis, vel Secularibus cuiuſcumque ſint præeminentiæ, dignitatis, conditionis, aut ſtatus, quòd interdici à quocumque, vel excommunicari non poſſint, nec terræ, vel eccleſiæ ipſorum eccleſiaſtico interdicto ſupponi, ſub quacumque forma verborum conceſſa; (illis, per quæ Regibus, & Reginis, eorúmque filiis, necnon & Religioſis quibuſcumque non perſonarum tantùm, ſed Ordinum priuilegiatorum, vel locorum ratione in hoc immunitas huiuſmodi conceditur, dumtaxat exceptis;) prohibentur extendi ad Ordinariorum ſententias, & proceſſus. Poſtrema reſtrictio, ſeu declaratio ad d. §. in eos autem, ſumenda eſt ex tex. in cap. veniens in 1. reſpon. de verb. ſignif. in 6. vt nimirum priuilegium, ne quis interdici, aut excommunicari à quoquam poſſit, (quod cenſetur quis habere eo ipſo, quòd eſt receptus in ſpecialem, & proprium filium Eccleſiæ Romanæ, ita tamen, vt non per hoc exemptus à iuriſdictione Ordinarij eſſe intelligatur, vt ibid. dicitur,) accipiendum ſit de aliis, quàm Romano Pontifice, eiúſve Legato de latere; id enim non modò locum habere in huiuſmodi præſumpto, & tacito priuilegio, ſed etiam vero, & expreſſo ne poſſit excommunicari, aut interdici,

Digitized by Google

quod etiam ſuſpenſionem comprehendit, vt gloſ. recepta tam d cap. ne aliqui. quam cap. veniens adnotauit,) præter gloſ. & Doct. d.cap.veniens in 1. reſpon. ſentit etiam, & adnotauit eadem gloſ. ab aliis approbata d. cap. ne aliqui, verbo, quocunque. de priuil. in 6. & poſt Io. An. Anchar. & Gemin. ibi tradit Vgol. de cenſur. tab. 1. cap. 2. §. 12. num. 6. docens ob illud priuilegium concedi ſolùm, ne à Legatis, Conſeruatoribus, aut executorib. irretiri poſſint; per legatos autem intelligendi ſunt alij, quàm à latere, hoc eſt, nati, vel miſſi; aliàs expreſsè loqueretur contra d.cap.veniens in 1. reſponſ. niſi fortè ſcriptoris, vel impreſſoris vitio Legati poſiti ſint pro delegatis, à quorum cenſuris tunc eos fore exemptos certum eſt.

Secundò ab eadem diſpoſitione d.cap. 1. in princ. eod. tit. & lib. excipe † Fratres Minores, & qui eorum priuilegiis gaudent; ij enim omnino exempti ſunt à iuriſdictione Ordinariorum in ſpecie etiam ratione delicti, contractus, & rei, de qua agitur non obſtante dicta conſtitutione Innoc. 4. in d.cap. 1. ex priuilegiis Clem. I V. & Bened. X I. quorum meminit Collector Priuil. ordinum Mendic. & ibi Apoſtillator, verbo, exemptio. In ceteris autem qui ſimili priuilegio non gaudent, locum habebit hæc noſtra 2. limitatio; maximè cum Trid. Concil. d.cap. 14. vbi, vt mox dicebamus, prædicta conſtitutio innouatur, poſtquam aliud quiddam ſtatuit, de quo mox dicemus, in fine illius cap. decernat, vt † Conſeruatorum deputationes, & eorum inhibitiones aduerſus præmiſſa nequaquam valeant; tum quod verbum illud, † præmiſſa, de ſui natura refertur ad omnia præcedentia, vt patet ex omnibus inſtrumentis, in quibus illa clauſula & de prædictis, vel, vt alij Notarij ſcribunt, & de præmiſſis, in fine poſita refertur ad omnia præcedentia, de quibus in inſtrumentis diſponitur, & in ſpecie de hac dictione, prædictis, tradit poſt alios Surd. conſ. 230. num. 23. cum ſeq. & deciſ. 319. num. 9. Bart. per illum text. in l. 1. §. hoc edicto, ff. de poſtul. & in l. talis ſcriptura §. fin. ff. de leg. 1. quem refert, & ſequitur Pariſ. conſ. 158. num. 19. vol. 4. & de dictione, præmiſſis, Mandoſ. ad reg. 29. Cancel. quæſt. 6. num. 3. Alex. de Neuo in rubr. de ſponſal. ac matrim. num. 3. relatus, & probatus à Sanchez de Matrim. lib. 7. diſput. 108. num. 3. 5. & 22. tum quòd regulariter clauſula, omnis, in fine poſita refertur ad omnia præcedentia, d. l. talis ſcriptura, & cap. cauſam; quæ, de reſcript.

270 *Quid hîc de Fratr. Minoribus, & gaudentibus eorum priuilegijs dicendum.*

271 *Intellectus Conc. Trid. ſeſſ. 7. c. 14. de reform.*

272 *De verbo, præmiſſa.*

Digitized by Google

ſcript. cum vtrobique not. & aliis adductis per Ant. Gabr. commun. concl. libr. 6. tit. de clauſul. concl. 9. in princip. ac Dec. & ceteros in cap. ſecundò requiris, de appellat. ferè per tot. qui & hanc regulam extendunt, ac declarant. cum quo tamen ſtat, vt verba illa, (Conſeruatorum deputationibus, &c.) non referantur † ad eos caſus d. decreti, ad quos ſi referuntur 275

Cauſæ ciuiles nõ mercedũ aut miſerab. perſonarũ quomodo agitẽtur coram Conſer. cõtra Clericos Secul. aut Regul. extra clauſtra degẽtes.

abſurdum aliquod ſequeretur, iuxta tradita per Gabr. d. concl. 9. num. 16. & 28. ac Dec. ſupr. num. 3. id quod in caſu quodam deducit Eman. Roderic. quæſt. regular. tom. 1. quæſt. 65. art. 13. verſ. ſecundò eſt notandum, circa medium; cum nimirum contra ſeculares clericos, aut regulares extra clauſtra degentes, qui habent certum iudicem à ſede Apoſtolica deputatum, agendũ ſit præſertim pro aliis cauſis, quàm mercedum, aut miſerabilium perſonarum, quo caſu permittit ibi Concil. vt coram eo ſolo conueniantur; ſicut, ſi illum non habent, vult, vt coram Ordinariis locorum tamquam ſedis Apoſtolicæ delegatis poſſint in iis cauſis conueniri. Si enim ſupponatur, quòd verba illa, (Conſeruatorum deputationibus,) referantur ad hunc certum iudicem, quaſi hic certus iudex ſit Conſeruator, ſequeretur illud abſurdum, quòd vnus Conſeruator pro eodem religioſo, & eadem cauſa daretur contra alium Conſeruatorem pro eodem Religioſo in eadem cauſa. Poterunt autem referri ad principium illius decreti, ſeu canonis, in quo innouatur d. conſtitutio Innocentij IV. quoad poſteriorem verò partem, quæ eſt de religioſis extra clauſtra degentibus, vel clericis ſecularibus, ſenſus erit, vt, ſi iudicem deputatum per certum reſcriptum non habeant, coram Ordinariis locorum conueniantur; in d. verò cauſis mercedum, & miſerabilium perſonarum, etiam ſi talem iudicem, qui Conſeruator non ſit, habuerint, poſſint coram d. Ordinariis locorum conueniri; de qua re nos dicemus ſeorſim limit. ſeq. Interim verò, vt circa hanc deductionem Roderici contra Gutier. d. libr. 3. quæſt. pract. quæſt. 10. noſtrum, quale illud cumque ſit, interponamus iudicium, rectè quidem contendit Roder. contra Gutier illud Trid. decretum intelligendum eſſe non ita indiſtinctè, vt generaliter præſertim in aliis cauſis, quàm mercedum, & miſerabilium perſonarum, poſſint aut debeant Regulares conueniri coram Conſeruatore Monaſterij, cum loquatur ſolùm de perſonis ſingularibus Regularium, qui extra clau-

ſtra degunt. vnde degentes intra clauſtra coram ſuo ſuperiore erunt regulariter conueniendi, vt paulò pòſt ex ipſo Roderic.docebimus; Monaſterium verò ipſum etiã in d.cauſis mercedum, & miſerabilium perſonarum poterit coram ſuo Conſeruatore,ſi adſit,conueniri,aliàs coram Ordinario, vt mox dicemus; neque enim ſemper Regulares quamuis exempti Conſeruatorem habent, vt etiam arguit Roderic. d. art. 13. circa initium; qui tamen hoc,quod diximus de Monaſterio,non videtur admittere; ſed minus rectè. ſicut & malè videtur excludere Conſeruatorem quoad degentes intra clauſtra, vbi Conſeruatoria ad eos poſſit extendi, quia etiam pro perſonis ſingularib. Monaſterij ſit conceſſa, vt non multò poſt admonebimus; ex quo fit,vt & malè contendat contra Gutier.illa verba Trid. (Conſeruatorum deputationibus, & eorum inhibitionibus aduerſus præmiſſa nullatenus valituris,) non poſſe referri ad eum caſum,quo ille Regularis degens extra Monaſterium, habénſque iudicem deputatum conueniendus ſit.pro aliis cauſis, quàm mercedum, vel miſerabilium perſonarum, quaſi ille certus iudex, cuius in hoc caſu meminit à contrario ſenſu Concilium, nequeat eſſe Conſeruator; quoniam, inquit Roder.vnius Conſeruator pro eadem cauſa,& pro eodem Religioſo aduerſus alium Conſeruatorem pro eodem Religioſo,& cauſa minimè datur, quia ſic eſſet iuriſdictionum confuſio; neque enim hoc intendit Gutier.vt in hoc caſu Conſeruator procedat contra illum certum iudicem Conſeruatorem, ſed quòd iſte certus iudex Conſeruator poſſit tunc,ſumpto argumento à contrario ſenſu procedere in dictis cauſis ciuilibus, quæ non ſint mercedum, aut miſerabilium perſonarum,& inhibere etiam ordinariis, ſi coram iis habentes talem certum iudicem, qui Conſeruator ſit, inuiti conueniantur, & in hoc benè arguit, & loquitur Gutier.nec ſequitur prædictum abſurdum; malè verò, vt dicebamus, dum indiſtinctè colligit à contrario ſenſu ex d. decreti verſic.in aliis verò, Regulares in cauſis ciuilibus, quæ non ſint mercedum, aut miſerabilium perſonarum, poſſe, ac debere conueniri coram Conſeruatore: nam nec verum id eſt de Regularibus intra clauſtra degentibus,niſi in ſpecie ad ſingulares perſonas Monaſterij Conſeruatoria extendatur; neque etiam de his, qui degunt extra clauſtra, niſi aliàs in Conſeruatoria detur facultas in cauſis omnibus

Digitized by Google

bus ciuilibus, quæ requirunt iudicialem indaginem; ſecus enim ſtandum erit iuri communi, vt eorum Conſeruator non cognoſcat, niſi de manifeſtis iniuriis,& violentiis; ſicut nec illum certum iudicem, cuius in eo decreto meminit Concilium, ſemper dicendum eſt fore Conſeruatorem; nam aliquando erit Conſeruator, aliquando ſimplex delegatus in cauſis, illius Regularis degentis extra clauſtra, aut clerici ſecularis,exemptiuę alterius, iuxta Innocentianam conſtitutionem, quæ ibid. à Concil. innouatur. quare ſenſus verborum illorum decreti,(Conſeruatorum deputationibus,&c.) ſic erit, quòd, ſi ille certus iudex Regularis extra clauſtra degentis exemptiue clerici ſecularis ſit Conſeruator, non poterit procedere, aut Ordinariis locorum inhibere in cauſis mercedum, & miſerabilium perſonarum, in aliis verò à contrario ſenſu poſſit, dum tamen aliàs tam ampla ſit facultas Conſeruatoria, vt huiuſmodi cauſas comprehendat, ſicut dictum eſt; reſpectu verò alterius exempti nihil poterit contra d. conſtitutioneḿ: de eo autem, quod paulò ante tradidimus, maximè circa cauſas mercedum, & miſerabilium perſonarum, videndum quoque eſt, quod nunc in ſequent. huius 2. concluſ. limitat. dicemus.

Limitatur ergo tertiò, quòd † in ciuilibus cauſis mercedum, & miſerabilium perſonarum clerici ſeculares, aut regulares extra Monaſterium degentes quomodolibet exempti etiam ſi certum iudicem à ſede Apoſtolica deputatum in partibus habeant, coram locorum Ordinariis tanquam in hoc ab ipſa ſede delegatis conueniri, & iure medio ad ſoluendum debitum cogi poſſint; non obſtantibus Conſeruatorum deputationibus, & eorum inhibitionibus, vt hiſce verbis cauetur in Trid. Concil. d. ſeſſ. 7. cap. 14. de reform. licet autem huius decreti mentio fiat, illúdque præſeruetur, quaſique confirmetur ab eod. Concil. d. ſeſſ. 14. cap. 5. ſtatimque ibi decernatur, quòd vniuerſitates generales, ac collegia Doctorum, ſeu ſcholarium, & Regularia loca, nec non Hoſpitalia actu hoſpitalitatem ſeruantia, ac vniuerſitatum, collegiorum, locorum, & Hoſpitalium huiuſmodi perſonæ in præſenti canone minimè comprehendantur, ex quo illud colligi videtur, quòd neque comprehendantur in decreto d. cap. 14. tanquam prædicti canonis pars quædam ſit. Nihilominus contrarium in hoc verius puto,

274 *Cauſæ ciuiles mercedũ & miſerab. perſonarum quomodo tractētur coram Conſer.*

puto, (ſalua tamen Apoſtolicæ ſedis definitione, cum de interpretando Tridentino Concilio agatur;) tum quia diſpoſitio d. cap. 14. quod ad cauſas mercedum, & miſerabilium perſonarum pertinet, reſeruata dumtaxat videtur in d. cap. 5. non autem ab illo robur, aut nouum ius accipere, idque ex eo ſatis colligitur, quòd ibid. ſolùm cauetur, vt præfatum decretum
275 in ſuo robore permaneat; reſeruatio autem † nihil de nouo tribuit, ſed ſolùm ius antiquum conſeruat, vt arg. text. in l. at quî §. plerique ff. de relig. & ſumpt. funer. l. minor, §. vlt. ff de euict. cum aliis ad id allegatis per Oldr. conſ. 214. num. 3. Burſat. conſ. 264. num. 22. Bec. conſ. 74. num. 6. Surd. deciſ. 8. nu. 25. tum quia, vbi etiam dicamus, d. decreti commemorationem innouationis, aut confirmationis vim habere, tamen & innouatio, ſicut non tollit ius vetus, ita nouum non confert, vt dicitur in cap. quia intentionis, de priuil. & confirmatio licèt robur addat, non tamen extendit, Bald. in l. aduerſarius in fin. C. ſi aduerſ. rem iud. cum aliis adductis per Dec. in rubr. de confirm. vt. vel inut. num. 3. & Abb. conſ. 564. num. 19. Quæ autem dicantur miſerabiles perſonæ, præter Doct in cap. defenſionis, 87. diſt. cap. ſi quis de potentib. 24. quæſt. 3. cap. ex tenore, & cap. ex parte B. de for. compet. cap. ſignificantibus, de offic. deleg. cap. nouit, & cap. ceterum, de iudic. cap. 1. de poſtul. cap. licèt, de cenſ. cap. ſuper quibuſdam, de verb. ſignif. latè tradit inter ceteros Menoch. de arbitrar. iudic. lib. 2. caſ. 66. à num. 1. ad. 14 deinceps verò de priuilegio fori eiſdem competente vſque ad finem illius caſus fuſiùs agit. Denique tam circa hoc decretum Concilij, quàm circa tertiam hanc limitationem quædam ſunt adnotanda.

Reſeruatio an nouũ ius tribuat.

276 Primum, quòd † cum d. decretum quoad Regulares loquatur de degentibus extra clauſtra, non poteſt intelligi de omnibus Regularibus alicuius Monaſterij, ſeu de aliquo Regularium conuentu, ſed ſolùm de aliquibus ſingularibus perſonis eiuſdem conuentus, ſeu Monaſterij; per ſe enim patet, quòd non poteſt ſimul vnus conuentus degere extra clauſtra, niſi ex aliquo accidenti, ad quod iura non reſpiciunt, l. nam ad ea ff. de leg. cum ſimil. quare ſi Monaſterium ipſum debeat conueniri pro aliqua mercede, vel ab aliqua miſerabili perſona, conueniri poterit, & debebit non coram Abbate, ne ſibi ipſi ius dicat, ſed coram Conſeruatore, ſi adeſt, aliàs coram

Monaſteriũ in cauſis mercedũ & miſerabiliũ perſonarum corã quo ſit conueniẽdũ.

ram Ordinariis locorum, qui fundatam de iure habent iuriſdictionem.

Alterum, quòd † in terminis d. decreti non dicuntur viuere extra clauſtra Monaſteriorum, qui cauſa prædicationis, confeſſionis, vel elemoſinæ, vel, vt ſecundum regularia inſtituta inſeruiat beneficio, aliàve ſimili; ſed qui ſpeciali priuilegio, vel licentia extra ſua clauſtra domicilium habent, vt poſt Nauarr. in repet. cap. non dicatis, num. 96. latiùs & optimè explicat Roderic. d. art. 13. verſic. pro cuius rei explicatione, & ſeq. Tertiò adnotandum eſt, quòd cum dict. decretum etiam quoad cauſas mercedum, & miſerabilium perſonarum vtatur verbo, poſſit, quod importat facultatem ſine vlla neceſſitate, cap. fin. cum ibi not. de conſuet. in 6. poterit in iis quoque quis conueniri coram Conſeruatore.

277 *Regulares quādo dicūtur viuere extra clauſtra in terminis Conc. Trid. ſeſſ. 7. c. 14. de reform.*

Vltimum verò circa eandem limitationem adnotandum eſt, quòd † cum idem decretum non niſi de Regularibus degentibus extra Monaſterium loquatur, ſecus dicendum erit de degentib. intra clauſtra; hi enim quando eos conueniri contingat, de quo latè Capr. reg. 84. & ſeq. ferè per totam, debent conueniri coram ſuo ſuperiore, non autem coram Conſeruatore, niſi ipſe reus conſentiat, vt contra Gutier. libr. 3. pract. quæſt. quæſt. 10. probat Roder. d. art. 13. ferè per totum; quoniam tota poteſtas ad Abbatem reſpectu Monachorum pertinet, cap. nullus 18. quæſt. 1. cum aliis adductis per Capr. reg. 84. maximè num. 48. & Nauarr. cap. non dicatis, num. 63. 12. quæſt. 1. quod verum erit vbi Conſeruatores dentur Monaſteriis, non autem Regularibus eorum perſonis.

278 *Regulares degentes intra clauſtra coram quo conueniēdi.*

Tertia concluſio quæ infertur ex duabus præced. concluſ. Aliquando ſaltem † poteſt Conſeruator cenſuras ferre; licèt enim nequeat id facere ex cauſa publica, cum id ſit meri imperij, vt poſt Innoc. in cap. transmiſſam, de elect. tradit inter alios Abb. in cap. cum contingat num. 17. & Guliel. Luueran. in declarat. arb. iuriſdict. num. 28. quod quidem merum imperium non tranſit regulariter in Conſeruatorem, vt ſupra hoc ipſo cap. quæſt. 2. concluſ. 1. ſatis demonſtrauimus; & generaliter non poſſit ad publicam vindictam Conſeruator id ipſum præſtare, ob eam præcipuè rationem, quoniam non poteſt delicta criminaliter, hoc eſt, ad publicam vindictam, & ob publicam vtilitatem punire, vt ſupra hac ipſa quæſt. concl. 2. docuimus;

279 *Cēſuras ferre quomodo poſſit Conſeruator.*

Digitized by Google

poterit tamen ad inſtantiam partis ad priuatum commodum agentis cenſuras exercere, cum tunc ſit vel mixti imperij, vt voluit Abb. loc. cit. vel iuriſdictionis ſimplicis, vt Luueran.d. num.28. poſt Iaſ.in l.imperium, ff.de iuriſdict. omn. iudic. ſuperiùs autem d. quæſt.1.concluſ.1. oſtendimus, Conſeruatori competere tam ſimplicem iuriſdictionem, quàm mixtum imperium; qua fortaſſe ratione idem Innoc. d.cap.1. de offic. deleg.in 6. ac Io.An.& ceteri tum ibi,tum cap.2.& fin.eodem tit. & lib. necnon Siluester, & ceteri Summiſtæ,verbo, Conſeruator, admittunt, Conſeruatorem poſſe excommunicare; id quod, ac ſimul quod alias cenſuras poſſit exercere, colligitur ex cap. 4. quod incipit, auctoritate, de priuileg. in 6. dum ibi ſupponitur Conſeruatores ferre poſſe ſententias in Ordinarios, accipiendo ibi ſententias pro cenſuris, vt ſumitur in cap. ne aliqui, quod ſtatim ſequitur; & omnino patet ex d. cap. 2. vbi decernitur, quòd Conſeruatores Apoſtolici, cum eis fuerit procedendum contra Epiſcopos, primò ipſis interdicant ingreſſum Eccleſiæ, vel Sacerdotale miniſterium, ac deinde ab officio ſuſpendant, & ſubſequenter aggrauent contra eos cenſuram eccleſiaſticam.Denique hoc ipſum,quòd nimirum poſſit Conſeruator omnes cenſuras ferre, conſtat ex ipſis litteris Conſeruatoriis, vbi id exprimi ſolet, adnotauitque in ſpecie Confett.in ſummar.mater. priuil. ord. Mendic.tit.4. cap.7.circa initium, & Eman.Roder.quæſt.regular.tom.1.quæſt.65.art. 16.ferè per totum; ac præterea vel ex eo facilè ſuaderi poteſt, quòd Conſeruator ſit iudex delegatus, vt ſupr.hoc cap.quæſt. 1.concluſ.2. & in omnibus æquiparatur iudici delegato,iis exceptis, quæ ex text. d. cap. fin. colliguntur ibi à gloſ.in verbo, edita, prout ſentit ibid.gloſ.ab aliis ſcribentibus approbata, & inter Summiſtas à Silueſt. verbo, Conſeruator, num.2. At verò neque inter ea excepta, & prohibita Conſeruatoribus eſt poteſtas cenſurandi, & iudex delegatus à Papa poteſt omnes cenſuras exercere, vt præter d. cap.2. de offic. deleg. in 6. ſatis colligitur ex cap.præterea, extra de off.deleg.& quoad ſuſpenſionem,& interdictum probat cap.ſane il 2.quoad interdictum etiam in ſubdelegato cap.ex litteris; quoad excommunicationem probatur ex cap. cum in iure peritus, & ſeq. & melius in cap.quærenti, & cap.prudentiam §.pen. eod.tit. cum ſimil. Et de omni iudice eccleſiaſtico,quòd poſſit excommunicare,pluribus

ribus

ribus oſtendit Iacob. Sbroz. tract. de Vicar. Episc. lib. 2. quæſt. 168. num. 3. & ex communi Couar. repet. cap. alma mater par. 1. §. 2. num. 1. de ſent. excomm. in 6. Ceſſat autem omnis difficultas tum ex communi praxi, quæ habet, vt Conſeruatores, cùm opus fuerit, excommunicationem ferant; tum quòd de ſtylo Curiæ generaliter in litteris Conſeruatoriis exprimitur poteſtas infligendi eccleſiaſticas cenſuras, quarum appellatione venit excommunicatio, ſuſpenſio, & interdictum, cap. quærenti, de verb. ſignif.

Ampliatur autem hæc concluſio primò † vt etiam Subconſeruator poſſit excommunicationem, & aliam quamlibet cenſuram ferre; prout de ſubdelegato quoad interdictum patet ex d. cap. ex litteris, de off. deleg. & generatim quoad cenſuras tradit Vgol. tract. de cenſur. tab. 1. cap. 8. num. 1. ſentítque in ſpecie gloſ. recepta Clem. vn. verbo, permittunt, de exceſſ. prælat. 280 *Subcōſeruator ferre poteſt cēſuras.*

Ampliatur ſecundò † vt poſſit Conſeruator denuntiare excommunicatum ſaltem à ſe, in cauſis ſibi commiſſis; vt conſtat ex adductis per Suar. tract. de cenſur. diſput. 3. ſect. 14. num. 7. & Vgol. d. tab. 1. cap. 21. §. 2. num. 3. & 5. atque in ſpecie colligitur ex Clem. vnic. verſ. profeſſus, de exceſſ. prælat. Contrà verò, quòd is, qui excommunicationem à iure latam incurrit, non niſi ab Ordinario loci denuntiari poſſit, voluit poſt alios, quos allegat per iura mox citanda. Vgol. d. nu. 5. in fi. qui tamen d. num. 3. meritò excipit exemptum, vbi notorium non ſit ei non competere defenſionem; quia ad hoc requiritur cauſæ cognitio, quæ quoad exemptum regulariter ad Ordinarium non pertinet, cap. 1. de priuil. in 6. cum ibi not. & ſuis ſimilib. Saluo tamen eo, in quo exempti Ordinariis ſubiiciuntur, vt ibi, & in Concil. Trid. ſeſſ. 7. cap. 14. & alibi ſæpe. Sed indiſtinctè, excommunicatum à iure fore per Ordinarium loci denuntiandum, atque adeo non poſſe id per delegatum fieri, tenet apertè Gregor. Sayr. de cenſur. lib. 1. cap. 13. num. 21. per text. in Clem. 1. in princip. de priuil. & Clem. 2. § locorum, de pœn. facit etiam Clem. fin. de cenſib. & cap. parochianos, de ſent. excommun. quódque habet Sorb. in Annot. compend. priuileg. Mend. verbo, exemptio; & quod illat. 1. proximæ ampliat. dicemus. 281 *Denunciare excōmunicatum à ſe, vel à iure, an poſſit Cōſeruator.*

Ampliatur tertiò, vt † poſſit Conſeruator abſoluere à ſe 282 *Abſoluere poteſt Cōſer. excommunicatū à ſe.*

excommunicatum, vt voluit Innoc. communiter receptus in cap. 1. de off. deleg. in 5. per cap. quærenti, extra eod. tit. & regulare eſt, vt is abſoluere poſſit à cenſura, qui eam tulit, vt latè probat Sayr. lib. 2. cap. 20. Vgol. d. tab. 1. cap. 4. in princip. vel eius ſuperior, vt §. 1. vel ſucceſſor, vt §. 3. vel delegatus ab eo,
283 qui illam tulit, vt §. 4. Poteſt etiam † abſoluere eos, qui in excommunicationem incidunt, quia temerè infringunt eccleſias, aut loca Fratrum Minorum, aut in illis violentiam exercent, vt ex conſtit. Clem. IV. & Leon. X. monet Roder. quæſt. regular. tom. 2. quæſt. 50. art. 2. Nauarr. in Man. cap. 27. num. 109. & Confett. d. ſummar. mater. priuil. ord. Mendic. tit. 5. cap. 6. in fine. Cetera de poteſtate Conſeruatoris quoad abſolutionem à cenſuris, in iure latis peti poſſunt ex iis, quæ dicemus infr. cap. 8. quæſt. 9. concluſ. 3. & latiùs hoc eod. cap. quæſt. vlt. concluſ. 5. necnon ex iuribus nunc citandis cum ibi not. nimirum cap. ſi quis ſuadente, 17. quæſt. 4. cap. 1. cap. Monachi, cap. mulieres, cap. adhæc, cap. peruenit, cap. tua nos, cap. à nobis il 1. cap. quod de his, cap. cum illorum, cap. de monialibus, cap. relatum, cap. per tuas, cap. officij, cap. ſacro, cap. canonica, cap. duobus, cap. quamus, de ſent. excomm. cap. Romana, cap. venerabilibus, cap. religioſo, cap. eos, qui, eod. tit. in 6. & Clem. 1. de priuil. Vgol. de cenſur. tab. 1. cap. 10. Sayr. lib. 2. cap. 10. ac Molin. de iuſt. & iur. tom. 4. diſp. 60. & 61.

necnon qui eccleſias aut loca Fratrũ Minorũ, & in ijs violẽtia exercet.

Porrò ex hoc, quod ſupra diximus, Conſeruatorem poſſe ad priuatum commodum, non item ad publicam vindictam, & vtilitatem cenſuras exercere, duo ſequi videntur. Alterum,
284 quòd † licebit quidem Conſeruatori ad inſtantiam partis ſeruata debita forma excommunicare aliquem, aut aliam cenſuram ferre in eum ob contumaciam, ad effectum, vt compareat in iudicio, & cauſam proſequatur, aut etiam ob inobedientiam in non ſoluendo debito, ad effectum, vt ſoluat, quod ſatis colligitur ex cap. præterea, de off. deleg. non autem dumtaxat ad effectum puniendi, quia deliquerit, licèt id faciat ad inſtantiam partis, vt puta, ſi clericum quis percuſſerit, non poterit Conſeruator clerici percuſſorem excommunicatum denuntiare, ſed ad iudicem ordinarium id pertinebit, cum tunc ſolùm ad publicam vindictam agatur; & hæc eſſe poteſt ratio eius, quod paulò ante ex Sayr. Vgol. & aliis diximus, ſolius Ordinarij eſſe denuntiare excommunicatum à iure, ſicque optimè

Cenſuras in contumacẽ ferre poteſt Conſeru. non vt puniat.

mè vrget d. Clem. 1. vbi & de exemptis agitur, & ſola publica vindicta poteſt conſiderari. Ceterum ſi ad priuatam vtſlitatem, puta ſatisfactionem, petatur denuntiatio, quod poteſt fieri, arg. d. cap. parochianos, & cap. conqueſti, de ſent. excom. Clem. 1. de pœn. & Clem. fin. de cenſ. tunc probabiliter puto, poſſe Conſeruatorem, aliúmve delegatum Apoſtolicum denuntiare excommunicatum à iure; maximè cum denuntiatio nouum vinculum non iniiciat, ſed iniectum declaret, vt in ſimili arguit Vgol. d num. 3. & 5. per text. in cap. paſtoralis §. fi. de appell. & ab eo fieri debeat, qui cauſam poteſt cognoſcere, aut colligitur ex traditis per eundem d. §. 2. num. 2. & 3. quare ſignanter d. cap. parochianos, & d. Clem. 2. dicitur, vt Ordinarij locorum denuntient ſibi ſubiectos; atque adeo non alios.

Alterum eſt, quòd licèt ecluſa Concilij Trid. diſpoſitione, cuius mox mentionem faciemus, dicendum videatur, † poſſe Conſeruatorem, eum ſaltem, cuius amplior poteſtas eſt per reſcriptum, ad inſtantiam partis concedere monitorias generales comminando excommunicationem generalem contra detinentes res illius, vel non reuelantes huiuſmodi detinentes, quorum habent notitiam, atque etiam deuenire ad huiuſmodi excommunicationem generalem, aut ſpecialem, de quibus monitoriis tractant Bart. multíque alij Iuriſtæ in l. ciuile, C. de furt. Aret. & nonnulli Canoniſtæ in cap. nouit, de iudic. Card. verò Imol. Anchar. & alij plerique in Clem. diſpendioſam, eod. tit. Steph. Coſta in repet. cap. conſtitutionem, de ſent. excom. in 6. Aufrer. de poteſt. eccleſ. in ſecul. caſ. 118. Nauarr. in Man. cap. 17. num. 134. & ſeq. latiùs in repet. cap. inter verba, 11. quæſt. 3. concl. 6. in poſtrema editione; ac nuperrimè pariter, & eruditiſſimè D. Petr. Ant. Lapar clariſſimus I.C. Papienſis in proprio tract. quem canonicas, & practicas quæſtiones inſcripſit de Monitoriis; latè etiam Io. Neuiz. in Silu. Nupt. lib. 3. à num. 28. vſque ad 63. vbi optimè docent, quod in caſu prædictarum Monitorialium ad excommunicationem in genere vnicus teſtis ſufficiet, ad excommunicationem verò in ſpecie ferendam contra non reuelantem, vel detinentem duo teſtes, atque aliàs plena probatio requiritur. ídque dicendum videatur ob eam rationem, cum id totum ad priuatam vtilitatem, & defenſionem eorum facere videatur, quorum eſt Conſeruator. Nihilominus oppoſitum verius eſſe puto, non modo quia id

285 *Monitorias ad effectum reueládi an cõcedat Cõſeru.*

apertè conſtat ex Trid. Concil. ſeſſ. 25. cap. 3. de reform. dum decernit, quòd excommunicationes illæ, quæ monitionibus præmiſſis ad finem reuelationis, aut pro deperditis, ſeu ſubtractis rebus ferri ſolent, à nemine prorſus, præterquam ab E-
286 piſcopo decernantur, quod etiam † ad Vicarium, quoniam à Concilio ſufficienter non excludatur, extendit Iacob. Sbroz. tract. de off. Vicar. quæſt. 171. num. 2. & poſt alios Lazar. ſupr. quæſt. 6. iuxta quam opinionem ſacra quoque Congregatio Concilij vt audio approbauit, ac præterea extendit etiam ad Vicarium Capituli ſede vacante; præter hos autem omnes à nullo alio, quamuis exempto huiuſmodi litteras cenſuit poſſe concedi. Et in ſpecie ob illud Concil. decretum Conſeruatori non competere inter ceteros adnotauit Io. Bapt. Confett. in ſuperius non ſemel allegato ſummar. mater. priuil. lit. 4. cap. 7. verſ. ab excommunicationib. Verum etiam quia Iacob. Sbroz. & alij Doct. omnes ſuperiùs cit. apertè ſupponunt, proprium id eſſe Epiſcopi, vel eius Vicarij, & fortè etiam Legati de latere, vt voluit d. Lazar. ſupr. quæſt. 5. tum denique, quia, licèt is, cui iuriſdictio data eſt, ea quoque conceſſa eſſe videantur, ſine quibus iuriſdictio explicari non poteſt, vt ait Iuriſconſultus in l. 2. ff. de iuriſdict. omn. iud. ac ſummus Pontifex in cap. ſuſpicionis, de offic. deleg. & delegatus à Papa ex eo, quòd cauſa ſibi committitur, ſuper omnibus, quæ ad cauſam ipſam ſpectare noſcuntur, plenariam recipiat poteſtatem, vt ait Alex. 3. Pontifex maximus in cap. præterea, de offic. deleg. atque
287 adeo, cum huiuſmodi monitoriæ concedantur, † vt teſtes in aliqua cauſa habeantur, cùm ignoratur, quis rem alicuius ſubtraxerit, vel detineat, prout ex earum tenore liquet, & plerique ex ſuperius citatis Doct. adnotarunt, præſertim Neuizan. d. lib. 3. num. 48. ex traditis per Gom. & alios in cap. fin. de elect. in 6. vbi agitur de edictis, ſeu citationibus generalibus: ad cauſam cuius eſt delegatus, vel Conſeruator ſpectare, ac ſuæ iuriſdictionis explicationem neceſſarium id eſſe videatur; tamen huiuſmodi Monitoriæ præparatorium, potiùs quid ſint, quàm pars cauſæ, aut iudicij, aliquídve ad ea ſpectans, vt ſupponunt præcitati Doct. ferè omnes, ac præcipuè Neuizan. dict. libr. 3.
288 num. 59.

An Vicar. Epiſc. Capituli ſede vacante, vel exêpti Monitorias generales ad finẽ reuelationis concedant.

Monitoriales ad effectũ reuelandi quãdo & cur dentur.

Cauſa aut iudiciũ quãdo dicatur.

Atque inde etiam facilè ſuaderi poteſt, quòd † cauſa eſt res, ſeu negotium, dum proponitur, cap. forus. verſ. cauſa, de verb. ſignif.

ſignif. &c, vt optimè ad rem noſtram declarat ibi gloſ. recepta, eſt res in dicendo poſita cum interpoſitione certarum perſonarum, ſcilicet actoris, & rei, iudicis, & teſtis. Iudicium eſt eadem res, dum poſtea diſcutitur, vt dicitur d. verſic. cauſa. quam ob ob rem Trident. Concil. d. cap. 3. poſtquam de prædictis Monitoriis diſpoſuiſſet, ſtatim ſubiicit, in cauſis verò iudicialibus, &c. per dictionem illam aduerſatiuam, verò, apertè oſtendens Monitorialium proceſſum non dici cauſam iudicialem. Sed neque huiuſmodi proceſſus Monitorialium dici poteſt neceſſarius, vt iudex delegatus, vel Conſeruator explicet ſuam iuriſdictionem; tum, quòd multis de cauſis denegandæ ſunt Monitoriæ etiam circumſcripta Concilij Trid. hac in re diſpoſitione d. cap. 3. præcipuè verò, dum cauetur, vt pro paruis rebus non concedatur excommunicatio, (quæ in Monitorialib. primò proponitur, tum nemine reuelante generatim fertur,) vt in cap. Epiſcopi, & cap. nemo Epiſcoporum, cum ſeq. 11. quæſt. 3. latè Neuizan. ſupra num. 49. ob quas tamen cauſas non negatur actio; & in ſpecie pro exiguis rebus datur actio §. ne autem, Auth. de iudic. & Auth. niſi breuiores, C. de ſent. tum quòd delegatus à Papa iuriſdictionem non habet vllam ex ſe, l. 1. §. qui mandatam, ff. de offic. eius, cui mand. eſt iuriſdict. cap. præterea, & cap. ſanè il 2. vbi gloſ. & alij de offic. deleg. cum ſimil. per delegationem autem, ſeu reſcriptum † eam ſortitur tantum in impedientes iuriſdictionem ſuam, cap. 1. cap. ſignificaſti, cap. ſane, il 1. cap. prudentiam in fin. de offic. deleg. & cap. tam litteris, de teſt. cum ſuis concord. ac præterea in perſonas nominatas in reſcripto, cap. P. & G. de off. deleg. cum adnot. per gloſ. & Doct. ibi, & in cap. 1. eod. tit. & vbi adſit clauſula, & quidam alij, ante expreſſionem non habet iuriſdictionem in actu, ſeu exercitium illius, ſed ſolùm in habitu, cap. paſtoralis §. quoniam autem, vbi Abb. gloſ. & alij, de reſcript. vnde apertè colligitur, expreſſionem, ac certitudinem perſonarum, quæ conueniri debent, neceſſariam eſſe, vt quis iuriſdictionem exerceat; quod in Monitorialibus non accidit, quarum proceſſus negari non poteſt, quin iuriſdictionem in actu, ſeu iuriſdictionis exercitium requirat. Tum denique quoniam, vbi etiam dici poſſit neceſſarius huiuſmodi proceſſus, vt delegatus, vel Conſeruator ſua iuriſdictione vtatur, huic neceſſitati ſatis fit, ſi Ordinarius illum inſtruat, ac perſi

289 *Delegatus per commiſſionẽ in quos ſortiatur iuriſdictionẽ.*

Digitized by Google

290 perficiat, & deinde † partes, & negotium remittat ad delegatum, vel Conſeruatorem, vel ſaltem ab vlteriori proceſſu ſuperſedeat, & cauſæ cognitione abſtineat, prout de cauſa iam coram laico pendente, ídque propter præiudicium, quod aliàs iuriſdictioni laicæ inferretur, optima ratione concludit inter alios Neuiz. d. lib. 3. num. 60. quin immo propter ſolam comparitionem eius, qui rem detinet, cauſámque rationabilem iuſtæ detentionis allegat, debere id ab Ordinario eccleſiaſtico fieri, latè probat Neuiz. ſupr. num. 51. & ſeq. quem ſequitur Apoſtillator ad Aufrer. d. caſ. 118. ad finem. quæ quidem ratio præiudicij militat etiam in caſu noſtro, cùm aliàs pararetur præiudicium iuriſdictioni delegati, & Conſeruatoris, qui in cauſa principali iudex eſt; quo præiudicio ceſſante optimè quoque, ac pluribus docet Neuiz. num. 57. & duob. ſeqq. poſſe ordinarium iudicem eccleſiaſticum cauſam eam terminare, ſic intelligens illud axioma, quòd iudex præparatorij eſt etiam iudex præparati, de quo Iaſ. & ceteri in l. quoties, C. de iudic. Dec. in rubr. extra de iudic. & alij paſſim. Hac igitur opinione attenta habemus primam limitationem præſentis 3. concluſ. Altera limitatio eſt, vt non procedat quoad eas perſonas, quibus indultum fuit à ſede Apoſtolica, ne excommunicari, ſuſpendi, aut interdici poſſint, de quo indulto plura ſupr. concl. 4. limit. 2. & cap. ſeq. quæſt. 5. in princip. Atque hæc de hac 3. concluſ. ac ſimul prima duarum præcedentium concluſ. illatione.

Ordinarius qui monitoriarum proceſſum abſoluit, an poſſit de cauſa principali cognoſcere.

Quarta concluſio, quæ ſecundæ illationis loco ad prædictas duas concluſiones eſſe poteſt. Cum pro quolibet maleficio, ſeu delicto priuato ab eo, qui intereſſe habet, agi poſſit & ciuiliter, & criminaliter, l. fin. & ibi gloſ. & Doct. omnes, ff. de priuat. delict. & in ſpecie furti, eſt text. in l. fin. ff. de furt. de iniuria verò, quæ præcipua materia eſt, circa quam Conſeruatoris iuriſdictio verſatur, text eſt inſignis in alleg. § in ſumma, Inſtit. de iniur. licet
291 † non poſſit, qui eam paſſus eſt, coram Conſeruatore de illa agere criminaliter, niſi ad cauſas criminales ſpecialem habeat commiſſionem; poterit tamen agere ciuiliter. Prior pars concluſ. patet ex prima huius quæſt. concluſ. vbi latè oſtendimus, Conſeruatorem non poſſe cognoſcere cauſas criminales, vel mixtas, iuncta poſtrema eiuſdem concl. limitatione, vbi docuimus, poſſe id facere ex ſpeciali commiſſione.

Criminaliter agi non poteſt coram Conſer. ſine ſpeciali commiſ. at bene ciuiliter.

Digitized by Google

ſione. Poſterior quoque facilè probatur, quoniam ad id Conſeruator præcipuè datur, vt defendat ab iniuriis, vt patet ex d. cap. 1. & fin. de offic. deleg. in 6. & Trid. Concil. d. ſeſ. 14. cap. 5. de refor. & iam ſæpius admonuimus, ſi nequit criminaliter, vel mixtè, (vbi fieri id poſſit,) admittere poterit omnino, ac debebit agentem ciuiliter, aliàs ſuperuacua, & eluſoria redderetur illius iuriſdictio, contra cap. ex litteris, de offic. delegat. cum ſimil. ſed vbi huiuſmodi ſpecialis commiſſio adeſſet, ſi quis ſcire vellet, † an, & quando coram huiuſmodi Conſeruatore, cumulari poſſet actio iniuriæ criminalis, quæ eſt ad pœnam, & ciuilis, quæ eſt ad æſtimationem ipſius iniuriæ, vt pluribus relatis probat Farinac. quæſt. 102. crim. inſpect. 2. num. 26. & 27. vbi poſt Bart. in l. prętor edixit §. ſi dicatur, ff. de iniur. & alios pleroſque docet, quòd etiam quando agitur ciuiliter pro iniuria, dicitur agi ad vindictam, priuatam intellige, non publicam; quoniam quæſtio hæc eſt de raro contingentibus, niſi fortè agatur de intentanda actione ciuili coram Conſeruatore poſt intentatam, vel ante intentandam criminalem coram alio iudice: id enim non ita raro poſſet contingere; ideo remitto lectorem ad Farinac. d. inſpect. 2. num. 28. vſque ad 34. vbi ponit tres hac in re concluſiones quas ſatis comprobat; prima eſt, quòd ſi priùs fuit intentata actio ciuilis ad iniuriæ æſtimationem, non poteſt poſtea criminalis actio ad pœnam fiſco applicandam intentari; quia per vnam videtur alteri præiudicatum, cum vtrumque iudicium tendat ad eundem finem, nimirum vindictam, d. l. prætor §. ſi dicatur, & §. ſeq. ff. de iniur. cum aliis ibi adductis per eum, & Theſaur. deciſ. Redem. 18. per totam. Secunda, quòd, ſi fuit priùs intentata ciuilis, non ad æſtimationem iniuriæ, (quæ dicitur ad vindictam, vt mox admonuimus,) ſed ad damna, & intereſſe, tunc non cenſetur prohibitum intentare actionem criminalem ad pœnam, & contra, vt per text. d. l. prætor §. quid ergo, & ibi gloſ. & alia latè tradit num. 30. Tertia Farinac. concluſio eſt in caſu oppoſito primæ, ſi fuit priùs intentata actio criminalis ad pœnam, non poteſt intentari ciuilis ad pœnam, ſecundum communiorem ſententiam, de qua ibi per eum num. 32. & quidem meo iudicio veriorem, cum pro ea ſit communis illa regula confirmans quoque duas præcedentes mox relatas concluſiones, quòd cumulatio ſaltem ſucceſſiua ciuilis, & criminalis actio-

292 *Actiones iniuriæ ciuilis & criminalis quando cumulari vel ſucceſſiuè tractari valeant.*

nis tunc demum admittatur, cùm tendit ad diuerſum finem, ſecus ſi ad eundem, de qua per Clar. §. fin. quæſt. 2. num. 7. & Thom. Sanchez tract. de matrim. lib. 10. diſput. 8. num. 19. & per eundem Farinac. quæſt. 100. num. 150. & 151. Quoad ſimultaneam verò cumulationem, quæ tunc etiam contingere intelligitur, cùm ante abſolutum vnum iudicium alterum inſtituitur, pręcipua regula eſt, vt non admittatur æquè principaliter per text. in l. interdum ff. de public. iud. & l. vnic. C. quan. ciuil. actio crim. præiud. & ibi Doct. de qua per Clar d. quæſt. 2. num. 1. & Farinac. d. quæſt. 100. num. 123. cum multis ſeqq. ſecus ſi principaliter criminalis intentetur, minùs verò principaliter agatur ad priuatum intereſſe, puta ad rei reſtitutionem, vt me aliàs admonuiſſe memini & ex communi reſoluunt Clar. dict. quæſtio. 2. num. 2. & Farinac. dict. quæſtio. 100. num. 152.

Sed quia, vt dicebam, huiuſmodi articulus rarò contingere poteſt, hæc breuiter attigiſſe ſufficiat. quoniam verò adhuc rariùs ſolum criminaliter agi poteſt pro iniuria coram Conſeruatore, hoc eſt, tunc dumtaxat, cùm is ſpecialem haberet commiſſionem, & facultatem cognoſcendi cauſam aliquam, vel omnes criminales, eam ob rem illud, quod hoc loco dici

293 poſſet † de pœna, quæ in huiuſmodi criminali iudicio imponi poſſit, vel debeat, omittemus, & ea de re lectorem remiſiſſe ſufficiet ad Farinac. argumentum hoc latè tractantem d. inſpect. 2. à num. 56. vſque ad 77. nam quarta illa pœna, de qua num. 78. & ſeqq. vt iniuriam inferens teneatur ad damna & intereſſe, iuxta l. prætor edixit §. quid ergo il 1. ff. de iniur. Bart. in l. item apud Labeonem, §. ſi quis ſeruo ff. eod. & ibi Alber. num. 1. cum aliis laudatis per Farinac. loco cit. potiùs ſpectat ad ciuilem actionem, (niſi acceſſoriè petantur in criminali actione; iuxta ea, quæ paulò ante generatim ex Clar. & eod. Farinac. admonuimus, & quod ipſemet in ſpecie iniuriarum tradit d. inſpect. 2. num. 30.) Iam verò quod relinquitur neceſſariò hîc tractandum circa materiam hanc actionis iniuriarum breuiter videamus, quibus caſibus quis actione iniuriarum ciuili teneatur; etenim qua ratione facienda ſit ciuilis æſtimatio iniuriæ, aut etiam damnorum, & intereſſe, cum potiùs ſpectet ad modum procedendi, de quo agendum propoſuimus in toto cap. ſeq. eam ob cauſam huius vtriuſque æſtimationis, diſputationem

Pœna quæ imponi poteſt pro iniuria remiſſiuè.

Digitized by Google

tionem ad eum locum 6. nimirum d. cap. quæſt. reſeruamus cum præſertim præſens cap. hucúſque multum excreuerit, & pleraque adhuc in eodem remaneant pertractanda.

Et quidem quoad propoſitam materiam ſuppoſitis iis, quæ ſupr. quæſt. præced concluſ. 1. & 2. de iniuria docuimus; omiſſis etiam caſibus ſingularibus, † in quibus iniuria fieri dicitur, 294
quia longum nimis eſſet illos recenſere, & facilè habere quiſque poteſt ex toto ferè tit. de iniur. necnon ex Clar. lib. 5. ſent. §. iniuria, & ibi Add. Farinac. d. quæſt. 105. crimin. inſpect. 1. & 3. & Doct. ibi per eum relatis præſertim d. inſpect. 1. num. 5. & 6. Denique præmiſſo, quòd † facto iniuria infertur non modò percuſſione, ſed etiam minis, l. item apud Labeonem, §. 1. ff. de iniur. cum aliis adductis per Farinac. d. inſpect. 1. num 7. cum duobus ſeqq. vbi afferens exempla id ipſum declarat, aliquot regulas ſtatuemus quoad caſus genericos. 295

Iniuria quibus caſib. inferri dicatur in ſpecie, remiſſiuè.

Iniuria facto illata, quæ dicatur.

Prima regula ſit. Iniuria inferri dicitur, † vbi aliquod delictum improperatur, prout per text. in l. 1. in fin. ff. de obſeq. à lib. præſtan. voluit Bart. d. l. item apud Labeonem, §. ait prætor, num. 2. Io. de Anan. cap. 1. num. 4. de maled. & alij relati, ac laudati à Farinac. d. inſpect. 1. num. 11. qui num. 12. id ampliat, etiam ſi improperetur delictum in genere, licèt hæc ſit minor iniuria, quàm ſi in ſpecie improperetur, vt probat num. 13. 296

Iniuria inferri cenſetur quando delictũ improperatur: &

Secunda regula ſit. Iniuria infertur, † quando aliquid turpe contra alterum improperatur, vt poſt Bald. & Dec. in l. 1. in princip. ff. de lib. & poſth. Add. ad Salic. in l. 1. C. ſi quis Imper. maled. & Fab. à Montaleo in prax. Arbitr. part. 4 quæſt. 9. num. 57. & ſeqq. plura ponentem exempla tradit Farinac. d. inſpect. 1. num. 10. quamuis ad id malè alleget text d. l. item apud Labeonem, §. qui turpib. ille enim caſus non eſt, cum quis in conuicio exprobrat alicui quid turpe, ſed cùm quis verbis turpibus conuiciando vtitur, quod longè diuerſum eſt; iniuriarum tamen parit actionem vt ibid. dicitur. 297

aliquid turpe obijcitur.

Tertia regula eſt. † Quoties quis dicto, aut facto famam alicuius lædit, iniuriarum actione tenetur, l. 1. §. omnem autem, dict. l. item apud §. ait prætor il 2. & §. generaliter, ff. de iniur. Idémque eſt, ſi ſoli dignitati alicuius detrahatur, vt ſi quis comitem matronæ abduxerit, d. §. omnem, & d. l. item apud §. ſi quis virgines, aut comiti perſuaſerit, vt eam deſerat §. abduxiſſe; quin immo vbi comitem aliquem appellauerit, (hoc eſt 298

Iniuriarum actione quádo quis teneatur.

Digitized by Google

blanda oratione eius pudicitiam attentauerit,) aſſectatúſve ſit, (id eſt, tacitus frequenter inſectatus fuerit,) §.tenetur, iuncto §. appellare,& §.aliud eſt; ex quibus iuribus ſimul iunctis conſtat, eum, qui comitem matronæ appellauerit, vel aſſectatus fuerit, maximè, ſi comes illa honeſta perſona fuerit duplici actione iniuriarum teneri; altera erga comitem, quia eius famam læſit, eiuſdem pudicitiam attentando; altera erga matronam, cuius dignitati detrahitur huiuſmodi appellatione, ſeu aſſectatione comitis. Hanc verò tertiam regulam de læſione famæ, ac dignitatis latè comprobat, & declarat Farinac. d. inſpect. 1. num. 15. cum ſex ſeqq.

299 *Iniuriã facit qui dicit aliquẽ quid commiſiſſe cõtra mores ciuitatis:*

Quarta regula eſt, iniuria quoque inferri dicitur † quando contra aliquem verba proferuntur, quibus dicitur, aliquid commiſſum contra bonos mores ciuitatis, d.l.item apud §.ait prætor il 1. §. ſed quod adiicitur, & § idem ait, & adnotarunt Bart d.§.ait prætor Ang.d. §. idem ait, & alij quos ad id refert, ac ſequitur Farinac d.inſpect.1.num.22.

300 *Immo qui obiicit vitiũ naturæ.*

Quinta regula eſt, iniuriam inferri, † ſi alicui exprobratur vitium naturæ, vel aliud, quod ſine culpa contingat, vt ſi cui obiiciendo dicatur, quòd ſit cæcus, vel ſpurius, aut ſimilia, vt tradit Farinac. d. inſpect. 1. num. 24. poſt Grammat. deciſ. 14. num. 10. Iodoc. in pract. crim. cap. 136. num. 4 & ſupponunt Doct. omnes, quos idem Farinac. allegat d. quæſt. 105. inſpect.

301 *Veritas conuicij quando excuſet ab actione iniuriarum.*

5. num. 224. in qua tota inſpect. latiſſimè tractat, † an, & quando veritas conuicij excuſet ab actione iniuriarum, 13. in ea quęſtione Doctorum ſententias afferens, quam etiam breuiter tractat Clar. d. §. iniuria. num. 15.

Aliæ quoque regulæ formari poſſe videntur, ex quibus dignoſcatur, quando quis actione iniuriarum teneatur, vel etiam ab ea excuſetur; quæ, quia elici facilè poſſunt ex ampliationibus, & limitationibus plurimis quos Farinac. affert d. quæſt. 105. inſpect. 3. ad eam vnicam, & generalem regulam, ſeu concluſionem, quòd iniuriam inferens tenetur actione iniuriarum, ad hunc auctorem remiſiſſe lectorem ſufficiat, ne nimis

302 *Iniuria quãdo dicatur leuis, atrox, grauis, remiſſior.*

longum faciam, méque ad ea properantem, quæ propiùs Conſeruatorum materiam attingunt, illa diutius remorentur, quæ nec ita propriè ad eandem accedunt, neque ita ſæpe vſu venire ſolent.

Qua etiam de cauſa omitto hic diſputare, † quando iniuria dicatur

Digitized by Google

dicatur leuis, & quando atrox, ſeu grauis, cum de ea ſufficienter agat idem Farinac. d. quæſt. 105. inſpect. 4. aliquid nos dicemus cap. ſeq. cum de taxatione, & æſtimatione iniuriæ agendum erit. De illa verò quæſt. † an, & quando iniuria facta vni, 303
alteri illata cenſeatur, ita vt vnus poſſit pro iniuria alterius nomine ſuo proprio agere, videri idemmet poteſt eadem quæſt. 105. inſpect. 6. ſicut de iniuria illata ad procurationem alterius, & cum proteſtatione, quòd non animo iniuriandi, ſed ſaluo illius honore, latè diſputat inſpect. 7. de quo etiam Clar. d. §. iniuria, num. 13. & 14. ibique ad eum Add. inſpect. autem 8.

Iniuria vni facta quādo alteri facta cenſeatur.

tractat † quot modis remittatur iniuriarum actio; de quo breuiter Clar. d. §. iniuria, num. 11. & latius §. fin. quæſt. 56. vbi etiam, an, & quando remittens iniuriam cenſeatur remiſiſſe damna, & intereſſe, vel expenſas. de maledicente autem Principi, Cardinalib. & Prælatis conſuli poteſt idemmet Farinac. d. quæſt. 105. inſpect. 10. de pœna, & materia libelli famoſi inſpect. 11. de forma deniq; libelli in actione iniuriarum inſpect. 9. 304

Actio iniuriarum quot modis remittatur:

Illud tamen non eſt prætereundum, quòd † licèt criminalis actio iniuriarum ſpatio vnius anni tollatur, quomodo intelligendam fore gloſ. in l. ſi non conuicij, C. de iniur. communiter approbatam teſte Ruin. conſ. 21. num. 5 lib. 4. & communem hac in re opinionem, de qua Placa lib. 1. delictor. cap. 6. circa finem, aſſerit Clar. d. §. iniuria, num. 9. Nihilominùs ciuilis eſt perpetua, vt ibid. ait Clar. & de communi teſtatur Balb. tract. de præſcript. 4. par. 4. part. princ. quæſt. 1. num. 3. vt eum refert Rol. conſ. 39. num. 15. lib. 2. ita tamen, vt † neque 305 306
hæredi, neque in hæredem detur, vt dicitur in l. iniuriarum actio la 1. in primis verbis, & d. l. item apud Labeonem, § iniuriarum actio, ff. de iniur. ratio autem ſecundum gloſ. & Doct. d. l. iniuriarum actio, verbo, iniuriarum, & in l. iniuriarum actio la 2 ff. eod. tit. ea eſt, quia ad ſolam vindictam datur, l. prætor, § 1. ff. eod. & §. non autem Inſtit. de perpet. & temp. act. cum ſimil. & quia non niſi poſt litem conteſtatam eſt in bonis noſtris, vt dicitur d. l. iniuriarum actio la 2. quare poſt litem conteſtatam bene tranſit contra ſucceſſores, vt ait Vlpianus d. l. iniuriarum actio la 1. in princ. & ad ſucceſſores, vt voluit ibidem gloſ. in verbo, ſucceſſores, communiter approbata per Legiſtas ibi, & Canoniſtas in cap. cum te, de re iud. & alios hac de re tractantes, quos refert Farinac. d. quæſt. 105. inſpect. 3. num.

& quanto tempore tollatur:

& an ciuilis detur hæredi vel cōtra hæredem.

Digitized by Google

169. Atque hæc de iniuriis, quod ad hunc locum attinet, dixiſſe ſufficiat.

Quoad violentias verò; de quibus etiam cognoſcit Conſeruator, vt patet ex d.cap. 1. & fin. de offic. deleg. in 6. & Conc. Trid. in ſæpiùs allegata ſeſſ. 14. cap. 5. de reform. præter illa, quæ de iiſdem diximus ſupra hoc ipſo cap. quæſt. 3. concluſ. 2. & 3. illud vnum hoc loco adiecíſſe ſit ſatis, quod ad earum probationem atque etiam iniuriarum ſpectat, quòd, licèt † regulariter delictum non probetur per inſtrumentum, vt pluribus relatis ex communi reſoluunt Maſcard. de probat. concl. 460. num. 1. 4. & 10. & concluſ. 499. num. 1. & 5. & Farinac. quæſt. 84. crim. num. 1. hæc tamen regula præter alias limitationes, de quibus per Maſcard. dd. concluſ. & Farinac. dict. quæſt. 84. poſt num. 6. illam quoque admittit, vt non procedat † quando de crimine ciuiliter agitur, vt plerique voluerunt, quos refert Farinac. ſupra num. 17. & ſequitur Maſcard. d. concluſ. 460. num. 20. concluſ. 499. num. 7. & concluſ. 902. num. 2. & 3. vbi † infert ad crimen iniuriarum; &, quòd violentia probetur & ipſa per inſtrumentum, docet Maſcard. d. concluſ. 499. poſt num. 7. quem allegat & laudat Farinac. dict. quæſt. 84. num. 24. idque tum ex eo ſuadetur, quod idem Farinac. tradit num. præced. poſt plurimos, quos recenſet, per inſtrumentum probari circunſtantiam delicti; tum ex eo, quod poſt Bero. in cap. at ſi clerici num. 14. cum ſeqq. de iudic. & alios docet ipſemet Farinac. ſupr. num. 27. & duob. ſeqq. cùm agitur de probanda violenta ſpoliatione ad effectum recuperandi poſſeſſionem, probatur eiectio, & ſpoliatio per inſtrumentum, ſicut etiam, cùm agitur de probanda violenta manuum iniectione in clericum non ad pœnam, ſed ad effectum repellendi actorem, & ſic in vim dilatoriæ iuxta cap. pia, de except. in 6. cum tunc agatur de modico præiudicio, quo caſu probari delictum per ſcripturam, ſeu inſtrumentum poteſt, vt probatur in cap. cum in eccleſia, vbi Innoc. Bal Boich. Bellam. Imol. Fel. & alij id adnotarunt, de maior. & obed. Ex his autem facilè colliges quid dicendum ſit in hac ſpecie Conſeruatorũ. In qua nonnulla ſubiiciam, quæ deciſa reperio.

307 *Delictũ non probatur per inſtrumentum,*

308 *niſi de eo agatur ciuiliter.*

309 *Inſtrumẽto probatur iniuria & violentia.*

Quorum primum illud eſt, vtrum † Conſeruator Regularium poſſit procedere contra detentores animalium Monachorum damnum in alienis paſcuis facientium. Qua in re

310 *Detentores, auctore alio iudice, animaliũ Monachorum damnũ alijs paſcuis inferentiũ, an poſſit Cõſer. agere ad reſtituendum.*

Eman.

Eman.Roder. quæſt. regular. tom.1. quæſt.65. art. 14. ait poſt Gutiĕr.lib.1. pract.quæſt.quæſt.4. poſſe, quando coram iudice ſeculari, vel alio eccleſiaſtico ratione huiuſmodi damni conuenirentur; cum enim ſint Monachi exempti ab aliorum iuriſdictione, præterquam ſui Abbatis, agere poſſunt coram Conſeruatore, vt eos in ſua exemptione conſeruet, & coram ipſo de d. cauſa peragatur. immo pro ſola detentione à iudice data, ſi detentio ſit iniuſta, quia nullum damnum intulerant, vel parati ſunt dare ſufficientem cautionem, & iudex non vult ea dimittere ſine reali ſatisfactione, cum tunc iis inferatur grauis iniuria, tum in ſua diſpoſitione, tum in bonis ſuis mobilibus, quorum defenſio vigore ſuorum priuilegiorum ſpectat ad Conſeruatorem, poterunt ad eum pro defenſione confugere.

Illud præterea hoc loco eſt adnotandum, quod docet prædictus Eman. Roder. d. quæſt. 65. artic. 11. verſic. ex dictis infertur, quòd, † ſi quis ita accenſus dicat aliquibus fratribus, 311 quòd velint, nolint, debet ingredi Monaſterium, & ingrediatur de facto nulla læſione ſecuta, ſi ſtatim à tali furore deſiſtat, & relinquat eos in ſua pacifica poſſeſſione, non eſt talis reus coram Conſeruatore conueniendus, cum in hoc parum læſum, ſeu iniuriatum fuerit Monaſterium, & de minimis non ſit curandum, l.Scio ff.de in integr. reſt.l.res ff.de contrahend. empt.cum ſimil.Denique illud nequaquam prætermittendum puto quod pariter in hac ſpecie Conſeruatorum tradidit Eman.Roder.d. quæſt.65. art. 11. verſ. tunc autem, poſt Io.Lup. in repet. cap. per veſtras §. ſed pulchra dubitatio num. 3. fol. magno 181. de donat.inter vir.& vxor. & Ignat.Lopez de Salſedo in Addit.ad Diaz in pract. crim. can. cap. 3. verſ. & nota, quòd † tunc dicitur iniuria, & violentia inferri, vt pateat aditus Iudicib. Conſeruatoribus contra laicos procedendi, quando Monaſterium, vel Religioſi in ſua poſſeſſione perturbantur, aut eorum priuilegia, exemptiones, & immunitates violantur, arg.cap. cum ſit generale, & cap. conqueſtus, de foro compet. necnon in cap. licèt, de pœn. Lap. alleg. 58. & 72. & ita iudicatum in Hiſpania teſtatur Salſed. loco cit. quod quidem optimè procederet, atque indiſtinctè, vbi Conſeruator datus eſſet etiam in iis iniuriis, quæ requirunt iudicialem indaginem, non autem tantùm in manifeſtis iniuriis, quicquid voluiſſe 312

311 Violentiam & iniuriam modicā non cognoſcit Cōſeruator.

312 Violētia habenti Cōſer. quando fieri dicatur.

voluiſſe videantur prædicti doctiſſimi viri; neque enim vt ipſi exiſtimant, eo caſu dicitur manifeſta iniuria fieri, quod ad rem noſtram attinet, cùm quis turbatur in poſſeſſione, aut eius priuilegium violatur, cum id occultè fieri poſſit, ſed tunc demum, ſi de vtroque notoriè conſtet, vt tradunt Doct. in d. iuribus, necnon in cap. tua, & cap. veſtra, de cohab. cler. & mul. cap. ad noſtram il 3. de iureiur. atque in ſpecie Conſeruatoris Innoc. Io. An. Anchar. & alij d. cap. 1. de offic. deleg. in 6. Quòd autem dicitur, ita iudicatum fuiſſe in Hiſpania, præterquam quòd non iudicamus exemplis, l. nemo, C. de interlocut. omn. iud. dici poteſt, Conſeruatorem illum forſan deputatum fuiſſe etiam pro iniuriis iudicialem requirentibus indaginem. Cetera, quæ ad violentiam pertinent, præter text. & Doct. alleg. quæſt. præced. concluſ. 1. ad fin. peti poſſunt ex tit. ff. de vi, & vi arm. C. vnde vi, & C. vi bonor. rapt. necnon ff. C. & extra de his, quæ vi metúſve cauſ. aliiſque iurib. de vi, ſeu violentia diſponentib. & Doct. tum ibi, tum in rubr. dd. tit. Menoch. de remed. retin. ac recup. poſ. ac Repertoriis, verbo, vis, & verbo, violentia. Atque hoc de hac 4. concluſ.

313 *Cauſæ in materia hæreſis nõ poſſunt à Conſer. cognoſci.*

Quinta, & poſtrema concluſio. Non poteſt Conſeruator ſine ſpeciali commiſſione † cognoſcere de cauſa hæreſis, aut ad hæreſim pertinente. Probatur primò, quia negari non poteſt, huiuſmodi cauſam criminalem fore, cum ad pœnam infligendam, publicámque vindictam dirigatur, vt ſatis conſtat ex toto ferè tit. de hæret. in Cod. Decretal. Sex. & Clement. iunctis iis, quæ circa initium huius quæſt. ad criminalem cauſam dignoſcendam adduximus; de qua Conſeruatorem regulariter cognoſcere non poſſe, hac eadem quæſt. concluſ. 1. latè oſtendimus. Secundò, quia vbi etiam Conſeruator ex priuilegio, vel reſcripto de criminalibus cauſis poſſet cognoſcere; adhuc tamen de cauſa hæreſis, aut ad hæreſim pertinente non poſſet; non tam fauore fidei, ob quem multa ſunt à iure inducta contra iuris regulas, cap. in fidei fauorem, cap. accuſatus §. licèt, ac §. ſanè, cap. ne aliqui, de hæret. in 6. cum ſimil. potiùs enim ad fauorem fidei ſpectat, vt eam violantes plures habeant iudices, qui eos puniant, argum. cap. cum ſit generale, de foro compet. ibi, in fauorem eccleſiæ eſt introductum, vt malefactores nos, qui ſacrilegi ſunt cenſendi, venerabilium locorum Rectores poſſint ſub quo maluerint iudice conuenire: non eam

inquam

Digitized by Google

inquam fauore fidei, quàm quia ſummi Pontifices certos iudices etiam quoad Religioſos, & exemptos deſignarunt, qui de crimine hęreſis, hæreſímve ſapiente priuatiuè ad alios iudices cognoſcerent, Ordinarios nimirum, & Inquiſitores, vt patet ex cap.ad abolendam, in fin. de hæret.ibi, ſi qui verò fuerint, qui à lege diœceſana iuriſdictionis exempti ſoli ſubiacent ſedis Apoſtolicæ poteſtati, nihilominus in his, quæ ſunt contra hæreticos inſtituta, Epiſcoporum ſubeant iudicium, & eis in hac parte tamquam à ſede Apoſtolica dęlegatis, (non obſtantibus libertatis ſuæ priuilegiis,) obſequantur necnon ex cap. accuſatus §. fin. cap. vt officium, in princ. & §. compeſcendi, eod. tit. in 6. maximè in iis verbis, non obſtantibus aliquibus priuilegiis, vel indulgentiis quibuſcumque perſonis cuiuſuis conditionis, dignitatis, vel gradus, Religionis, vel Ordinis ſub quacumque verborum expreſſione, vel forma à memorata ſede conceſſis, vel in poſterum concedendis, &c. iuncta inſcriptione horum duorum iurium Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis. facit etiam cap.per hoc, cap.vt Inquiſitionis,cap.cum ſecundùm, & cap.fin. eod. tit. & lib.Clem.1.§. propter quod, §. porrò,& § verùm, Clem.2.circa initium, & Clem.vlt.in fi.eod. tit. Hinc autem habes huius concluſ.ampliationem, vt, licèt Conſeruator aliquis vi priuilegij, vel reſcripti, poſſit cauſas criminales cognoſcere,nequeat tamen cauſas fidei ſine ſpeciali facultate. quæ ex eo confirmatur, quòd in generali conceſſione non veniunt ea, quæ quis non eſſet veriſimiliter in ſpecie conceſſurus, cap.ſi Epiſcopus, de pœnit. & remiſſ. in 6. & cap. in generali, de reg.iur.eod.lib. vbi gloſ. verbo, generali, ponit caſum ex cap.frater noſter, 16.quæſt.1. in quo habetur, generalem commiſſionem factam Legato per Papam non extendi ad cauſas fidei. Ampliatur 2.eadem concluſio,vt neque ob huiuſmodi cauſas fidei poſſint Inquiſitores à Conſeruatore, alióve ſedis Apoſtolicæ delegato excommunicari,ſuſpendi,aut interdici,vt infrà,cap.8.quæſt.5.in initio oſtendemus.

QVÆRO *quintò in hoc Cap. An poſſit Conſeruator cognoſcere de iuribus,quæ alicui ex ceſſione competunt.* 314

Suppono primò, † regulariter non eſſe prohibitam iurium, & actionum ceſſionem, vt patet ex l. per diuerſas, C. mand. l. ſcimus nulli, & l.ſi mulier §. ex aſſe,ff.de iur.dot.l.quæ omnia, §.ex aſſe, ff.de procur. tot.tit.de hæred. vel act.vend. cum aliis

Ceſſio iuriũ & actionum regulariter non eſt prohibita.

Zz

adductis per Specul. tit. de ceſſ. act. Io. de Craſſis tract. de ceſſion. iur. & act. & Iacob. de Aren. tract. de ceſſ. act. paſſim, Ant. Gabr. in commun. concluſ. tit. de action. concluſ. 5. Menoch. infra citan. ac nouiſſimè per Barthol. Bertaz. tract. de clauſul. clauſ. 27. & duab. ſeqq. & in ſpecie actionis iniuriarum, † docet, & probat Bart. in l. iniuriarum actio la 2. ff. de iniur. & alij, quos refert, & ſequitur Farinac. quæſt. 105. crimin. inſpect. 3. num. 108. & ante eum Eman. Suar. in Theſaur. recept. ſententt. litt. 3. num. 72. de communi teſtatur ex Caſtr. in l. vlt. num. 4. C. de hæred. vel act. vend & in remedio cap. redintegranda, 3. quæſt. 1. quod competit eiecto per violentiam, † illud reddi ceſſionario, atque adeo cedi poſſe, vno ore affirmant interpretes, vt apud Rip. cap. ſæpe, num. 25. de reſt. ſpol. Soc. l. rem, quæ nobis, nu. 10. ff. de acquir. poſ. quos ſecutus eſt Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed. 15. num. 59. & 60. qui etiam ad id refert Ruin. conſ. 45. col. 5. lib. 4. Rol. à Valle conſ. 28. num. 22. lib. 2. Gomez ſuper reg. Cancell. de triennn. poſſeſſ. quæſt. 11. verſic. ſecundus caſus eſt, & Tiraq. de retract. conſang. §. 26. gloſ. 3. num. 18. in fi. quo loco quamplures refert affirmantes, † concedi ceſſionario interdictum vnde vi, ex text. vbi gloſ. & alij, l. ſi in diem § Iulianus ſcribit, ff. de petit. hæred. & in interdicto vti poſſidetis, quod idem fieri vetat, l. 1. ff. vti poſſidetis, † quòd cedi poſſit, quam plurimi indiſtinctè, ac ſimpliciter tradiderunt, quos recenſet Tiraq. d. gloſ. 3. num. 17. & Menoch. de retin. poſſeſſ. remed. 3. num. 258. licet ipſe vſque ad num. 280. aliter, & ſcitè non minùs, quàm latè diſtinguat, vt apud eum videre eſt.

315 Actio iniuriarum cedi poteſt.

316 Remediũ c. Redinteg. 3. q. 1. cõpetit ceſſionario.

317 Interdictum vnde vi cõceditur ceſſionario:

318 Immo, vti poſſidetis.

Poſſunt autem fieri ceſſiones † titulo emptionis, vt toto tit. de hæred. vel actione vend. item titulo donationis, d. l. per diuerſas, titulo dotis, l. nominibus in dotem C. de act. & obl. & l. Mæuia marito, ff. ſolut. matrim. titulo ſocietatis, l. 1. 2. & 3. ff. pro ſoc. ſolutionis, l. 3. C. de nouat. legati, & fideicommiſſi, d. l. per diuerſas, & l. ex legato nominis C. de leg. ſicut & donationis cauſa mortis, l. mortis §. Titia ff. de donat. cauſ. mort. inſtitutionis, vel ſubinſtitutionis l. quicumque, C. de litig. vel alterius vltimæ voluntatis, l. nomen debitoris, ff. de leg. 3. & l. legaui ff. de lib. leg.

319 Ceſſio quib. titulis fiat.

320 Ceſſio aliquando prohibita, aliquando ſimulata præſumitur.

Suppono ſecundò, ceſſionem † nihilominus aliquando fore prohibitam, aliquando ſimulatam præſumi; præcipuè verò ſimu

ſimulata præſumitur, ſi actio partim donata ſit, partim vendita; item ſi ſolus titulus donationis ſit appoſitus; tamen clam aliquid datum eſt nomine pretij, vt in l. fin. aliàs eſt pen. & incipit, ab Anaſtaſio, C. mand. præterea ceſſio actionum † præſumitur ſimulata ex paruitate pretij, & eſt inualida, niſi vſque ad concurrentem quantitatem pretij, exceptis ceſſionibus inter heredes pro actionibus hereditariis, & quas creditor, vel alienas res poſſidens pro debito, ſeu rerum apud ſe conſtitutarum munimine, ac tuitione accipit, nec non iis, quos inter legatores ſeu fideicommiſſarios, quib. debita, vel actiones, ſeu res aliæ relictæ ſunt, pro his fieri neceſſe ſit, vt cauetur in d. l. per diuerſas, C. eod. omnino verò prohibetur † ceſſio fieri per actum inter viuos potentiori ſiue ratione officij, Auth. minoris C. qui dar. tut. poſſ. l. 1. & 2. C. ne lic. pot. vbi id notauit gloſ. & Io. de Craſ. d. tract. de ceſſ. iur. & act. §. 1. num. 2. & Iac. de Aren. d. tract. de ceſſ. act. num. 6. ſiue potentiori ob aliam rationem, vt præcitati Doct. ibid. tradunt, dicentes, † tunc habere locum tit. de alien. iud. mut. cauſ. fac. qui etiam locum obtinet quouis modo deterior reddatur cauſa noſtra per alienationem ſine iuſta cauſa factam, vt in l. 1. & toto tit. ff. & extra eod. quòd ſi fiat ceſſio in vltima voluntate, ait Aren. ibid. num. 8. non referre vtrum fiat potentiori quauis ratione, arg. l. ex hoc edicto §. heredem, ff. de alien. iud. mut. cauſ. fact. item prohibetur fieri ceſſio † tam inter viuos, quàm per vltimam voluntatem de re, vel actione litigioſa, prout de actu inter viuos eſt text. in l. 2. & fin. C. de litig. nam d. l. 2. cauetur, ne actiones in iudicium deductæ donationibus, vel emptionibus, vel quibuſuis aliis contractibus ab actore in quamuis perſonam transferantur. quod ſi fiat, nihilominus liti per hoc non cenſeatur renuntiatum. d. vero l. fin. ſancitur, vt ſi quis lite pendente per donationem, vel alium contractum quæſierit ſcienter actionem, vel rem aliquam, tenetur illam reſtituere, nec pretium repetit, ſed venditor illud, & tantundem fiſco ſoluit; acquirens autem ignoranter, pretium, ſeu æſtimationem repetit, & præterea tertiam eius partem alienatione irrita remanente, exceptis tamen iis, qui vel dotis nomine, vel ante nuptias donationis, vel tranſactionis, aut diuiſionis rerum hereditariarum factæ, vel per legati, aut fideicommiſſi cauſam tales res, vel actiones dederint, vel acceperint. Porrò hoc quod de ceſſione per vltimam vo-

321 *Quando ex paruitate pretij ſimulata & inualida ſit.*

322 *Non ſit potentiori per actum inter viuos.*

323 *Alienatio in litis mutandi cauſa facta quādo locū habeat.*

324 *Ceſſio de re litigioſa prohibetur inter viuos & in vltima voluntate.*

Digitized by Google

luntatem, hoc eſt per legatum, vel fideicommiſſum hîc dicitur, ita corrigitur per Auth. nunc ſi heres, C.de litig.vt, ſi heres in lite, quam proſequi debet, (vt in l.quicumque C. eod.) victor extiterit, rem ipſam, cuius dominus apparet, legatario præſtet, qui nihil conſequitur, ſi viuus fuerit heres, cum litis euentus ei videatur relictus; qui ideo liti adeſſe poteſt, ne colludatur; vt his ipſis verbis cauetur d.Auth. nunc ſi heres. Liti-

325 *Litigioſa res quando dicatur.*

gioſa † verò res eſt, (vt cum Imperatore loquar in Auth. litigioſa res, C.de litigioſ.)de cuius dominio cauſa mouetur inter poſſeſſorem, & petitorem iudiciaria conuentione, vel precibus Principi oblatis, & iudici inſinuatis,& per eum futuro reo cognitis. His poſitis,

Reſpondeo nunc ad quæſtionem propoſitam, quòd attenta diſpoſitione Trid.Conc. in ſæpiùs alleg. ſeſſ. 14 cap. 5.de re-

326 *Ordinarius adiri poteſt iurib. ceſſis, & quomodo.*

form. videtur ſtatuenda † concluſio negatiua, dum ibid. decernitur, v. nemini cuiuſcumque dignitatis, & conditionis ſit, Conſeruatoriæ litteræ cum quibuſcumque clauſulis, aut decretis conceſſę ſuffragentur,quò minus,ſi qua iura ei ex ceſſione comperierint, ſuper illis liberè valeat apud Iudicem Ordinarium conueniri. Sicut autem per illa verba, (cum quibuſcumque clauſulis, aut decretis,) concluſio nunc firmata manifeſtè extenditur, vt habeat locum non modò in Conſeruatoribus deputatis iuxta terminos iuris, hoc eſt, d cap. 1. & fin. de offic.deleg.in 6. Sed etiam iis, quorum iuriſdictio, & poteſtas quauis ratione per reſcriptum aucta eſt; ita per ea verba, quæ leguntur in fine d. decreti. patet, non contineri Conſeruatores conceſſi Vniuerſitatibus generalibus,ac Collegiis Doctorum, ſeu ſcholarium, & Regularibus locis, necnon Hoſpitalibus actu Hoſpitalitatem ſeruantibus, & horum omnium perſonis; ibi enim cauetur, vt hæ perſonæ, & hæc loca in præſenti canone minimè comprehenſa, ſed omnino exempta ſint, & eſſe intelligantur. atque adeo ex hoc habetur prima huius vnicæ concluſionis, quam paulò ante firmauimus,limitatio.

Limitatur autem ſecundò hæc eadem concluſio, vt licèt poſſit coram Ordinario tunc ille, qui Conſeruatorem habet

327 *Conſeruator etiam aditur pro iuribus ceſſis.*

conueniri, nec teneatur actor adire Conſeruatorem; poteſt † tamen etiam,ſi vult coram Conſeruatore eundem conueniri, Ordinario non adito, quod patet ex relatis verbis Concilij, maximè ex illo (valeat,) quod idem eſt,ac poſſit, vt cuique notum

tum eſt; verbum autem, poteſt, ſignificat facultatem ſine neceſſitate; text. vbi gloſ. & alij in cap. cum in tua, quod eſt fin. de conſuet. in 6. cum ſimil. Ceterùm, ſi circumſcripto huiuſmodi canone conciliari quęratur quid in his quoque locis perſoníſvè exceptis ſtatuendum ſit.

Dicendum puto, in iuribus etiam ceſſis fore Conſeruatorem iudicem competentem, cum iuris & actionis ceſſio regulariter non ſit prohibita, vt latiùs ſuprà in ſuppoſ. 1. demonſtrauimus; non fore autem competentem ipſum Conſeruatorem, neque alium iudicem ſaltem ad effectum, vt agens ex iure ceſſo obtineat, ſed ſolùm, vt locum habeat diſpoſitio, & pœna iuris in caſibus prohibitis, atque etiam quoties † ſimulata ceſſio 328 præſumitur; cuius duos caſus recenſuimus initio 2. ſuppoſ. quorum primum ex modicitate pretij deſumptum comprobat, explicat, & multipliciter extendit D. Menoch. tract. de præſump. lib. 3. præſumpt. 129. à num. 2. ad 8. declarat verò, ſeu limitat duobus modis; quorum primus ſitus eſt in comprobatione caſuum exceptorum in d. l. per diuerſas à num. 9. ad 19. quos & nos d. 2. ſuppoſ. circa initium enumerauimus. Alter eſt, vt locum non habeat hæc iuris præſumptio, & coniectura, quando aliis coniecturis conſtat, actionem factam eſſe iuſtis de cauſis, non autem animo vexandi eum, contra quem facta fuit, vt ſi à paupere fiat, cum ipſe ob ſuam inopiam conſequi nequeat, quod ſuum eſt; vel quando fit tranſactionis titulo. Alterum caſum ſimulatę ceſſionis recenſuimus d. ſuppo. 2. ex eo deſumptum, quòd actiones pro parte donatæ ſint, & pro parte venditæ, quem latiùs explicat, ac declarat Menoch. d. præſumpt. 129. num. 27. & ſeq.

Ceſſio quãdo ſimulata præſumatur vel non.

Tertium caſum, ſeu tertiam præſumptionem ſimulatæ, fictæque ceſſionis afferunt poſt alios Bart. d. l. per diuerſas, num. 11. Gabr. lib. 2. comm. concluſ. tit. de action. concluſ. 5. num. 21. & Menoch. d. præſumpt. 129. num. 20. quando de numeratione pretij etiam iuſti ſolùm conſtat confeſſione cedentis, & ceſſionarij; quam coniecturam Menoch. multipliciter declarat vſque ad num. 24.

Quartam præſumptionem adſtruit num. 25. quando in ipſo ceſſionis actu numeratum fuit pretium, deinde paulòpoſt cedens illud reſtituit ceſſionario.

Quintam num. 26. quando cedens finxit, ceſſionarium eſſe

Digitized by Google

ſuum creditorem, & deinde cauſa illius crediti ei ceſſit actiones contra ſuum aduerſarium.

Sextam num. 29. quando non apparet, quo titulo facta ſit ceſſio, licèt id impugnent Io. de Craſſ. & Iacob. de Aren. dict. tract. de ceſſ. act. hic à num. 14. ad 17. ille §. 1. à num. 3. ad 6. ob duas præcipuè rationes; alterā, quòd lex expreſsè non requirat titulum; alteram, quòd in contractu innominato fieri poteſt ceſſio actionis, l. 1. C. de act. & oblig. & l. naturalis, circa initium ff. præſcript. verb. quomodo autem, (inquiunt citati Doct.) poterit tunc contractus nomen inſeri, cum ſit contractus ille ſine nomine? quibus tamen rationib. ſatisfieri poteſt, dicendo ad primam, id ſatis colligi ex ipſa lege, vt elicuit Menoch. d. num. 29. poſt Bart. & Bal. quod & tenent Spec. & alij relati per Craſſ. d. num. 17. ad ſecundam, ſolùm inde confici, non requiri expreſſam mentionem tituli, ſed ſufficere, ſi ex coniecturis de illo appareat, vt probat nonnullis etiam exemplis ad id allatis poſt alios Menoch. d. num. 29. & tribus ſeqq. quomodo de illo conſtare poteſt etiam in caſu contractus innominati, quòd huiuſmodi contractus tunc celebretur, licèt verum nomen non habeat; Hanc porrò ſextam ſimulatæ ceſſionis præſumptionem extendit, & declarat Menoch. num. 33. cum duob ſeqq.

Septimam denique affert num. 36. quando actiones ceduntur potentiori poſt Bald. d. l. per diuerſas, num. 23. & l. 2. C. ne lit. potent. Io. de Amic. conſ. 24. num. 7. potentior autem is di-
329 citur, † qui poteſt aduerſarium terrere, l. 1. C. ne lit. potent. cum aliis adductis à Iacob. de Aren. d. tract. de ceſſ. num. 6. licèt Bal. d. num. 23. quem ſequitur Menoch. ſupra num. 38. dicat, eſſe arbitrarium iudici, quando quis dicatur potentior, & benè; nam & qui cedit talis eſſe poteſt, vt terrere poſſit, & potentior quis eſſe poterit reſpectu vnius effectus, qui non erit reſpectu alterius. Ceterum quatenus Menoch. & alij cit. ponunt hanc inter præſumptiones ſimulatæ ceſſionis, accipiendum id erit meo ſanè iudicio, vbi non admodum potentiori fiat ceſſio. nam ſi valde potentior ſit, tunc iam eſt omnino prohibita ceſſio in eum facta, ita, vt iactura cauſæ afficiantur, qui hoc faciunt, vt patet ex d. l. 1. & 2. ideoque non poſſe tunc id locum habere, quod optimè adnotarunt Aren. & Craſſ. d. tract. de ceſſ. ille num. 13. hic §. 1. num. 3. per tot. tit. ff. & C. de hered. & act.

Potentior quis dicatur.

Digitized by Google

act. vend. & poſt Bal. in l. & qui in fin. C.de diſtract. pign. ait idem Menoch.d.præſumpt. 129.num.41,hanc, ſicut & cæteras prædictas omnes præſumptiones,& coniecturas † ceſſare,cùm de veritate actuum conſtat;ex eo inferens notabiliter poſt alios num.42.quod quando is,contra quem ceduntur actiones,præſens eſt ipſi ceſſioni, & conſentit, vel tacet,valet ceſſio, nec ſimulata præſumitur; id quod etiam, nimirum d. præſumptiones ceſſare num.43. adſtruit ex gloſ.Bart. Bal. & Salic. d. l. per diuerſas, quando † ſit ceſſio iurium, & actionum non principaliter, ſed acceſſoriè ratione contractus præcedentis. Et prædicto diſtinctionis fœdere conciliari poſſunt diſſidentes illæ Doct. ſententiæ, dum inter cæteros Anchar. conſ. 165. & ſeq. reſpondit, † clericos inter potentiores connumerari ob id,quòd difficiliùs conueniri poſſunt; quam ſententiam etiam probauit Calcan. cōſ.7.col.4.cuius tamen contrarium reſpondit Roman.conſ.518. num.5. Iaſ. l.vnica verſ. confirmo per illud,C. de his, quæ pœn.nom. Gomeſ. ad reg. Cancell. de ſubrog. Collit. quæſt.1. num.2. & plures alij, quos commemorat Tiraq.tract. de nobilit. cap.vlt. num. 105. prior enim ſententia vera erit ad effectum, vt ceſſio potentiori facta ficta præſumatur; poſterior, vt omnino prohibita cenſeatur. quamquam & alia diſtinctione conciliari poſſunt hæ diſſidentes opiniones, vt prior procedat quoad inducendam præſumptionem ceſſionis factæ iudicij mutandi cauſa iuxta caſum c. 2. de alienat.iudic. cauſ. poſterior autem quoad effectum incurrendi edictum & pœnam alienantium in potentiores.

330 Præſūptiones ceſſionis ſimulatæ quando ceſſent.

331.

332 Clerici quādo potētiores cenſeantur.

Iuxta omnes verò hoſce effectus † admittendas eſſe,ac procedere puto duas illas declarationes, quas ad prædictam ſeptimam ſimulatæ ceſſionis præſumptionem affert Menoch. dict. præſumpt. 129. num. 39. cum duobus ſeqq. alteram quando exiſtens in carcere præſertim ob crimen, quod perpetraſſe dicitur,cederet actiones ſuas fiſco aduerſus ſuos debitores; alteram, vbi ceſſionarius eſſet conſanguineus cedentis.

333 Ceſſio facta conſanguineo,aut à reo fiſco,licet potentiori an præſumatur ſimulata & prohibeatur.

In caſu ſanè prædicto, quo prohibita omnino ceſſio eſt in potentiorem ex d.l.1.& 2.C.ne lit. potent. cum ſimilib. pariter puto, neque Conſeruatorem, neque etiam alium iudicem fore competentem ſaltem cum effectu, vt nimirum agens ex iure ceſſo obtineat, ſed ſolùm vt locum habeat diſtinctio,vt pœna iuris; nam ceſſio huiuſmodi nulla eſt, & creditor debitum amittit,

Digitized by Google

amittit, vt ibidem cauetur; atque adeo agere ceſſionarius ex
ea ceſſione non poteſt, vt ex prædictis iuribus tradit gloſ. cap. 2.
verbo, ſanctiones, de alien. iud. mut. cau. fac.

Quoties autem ceſſio, & alienatio fit cauſa iudicij mutan-
Conſeru. an adiri poſſit, ceſſione facta iudicij mutandi cauſa.
334 di, † tunc exiſtimo ſaltem Conſeruatorem non poſſe eſſe iu-
dicem, tum quòd & hæc ceſſio prohibetur, licèt non ſub pœna
amiſſionis debiti, vt patet ex l. 1. & toto ferè tit. ff. de alien. iud.
mut. cau. fac. l. vnic. C. eod. & d. cap. 1. & 2. iuncta gloſ. extra
eod. tit. tum per id, quod habetur d. cap. 1. vbi quatenus ad eum
titulum pertinet, ac iuxta gloſ. Abb. & aliorum interpretatio-
nem cauetur, quòd is, in quem facta eſt rei alienatio cauſa
mutandi iudicij, conuenitur per reſcriptum impetratum con-
tra alienam rem, atque adeo eſt adeundus tamquam compe-
Edictum de alienatione iudicij mutandi cauſa facta quãdo habeat locũ.
335 tens non iudex ceſſionarij, ſed cedentis, qua ratione dicit gloſ.
magna ibid. quòd, † ſi cedens paratus ſit ſubire iudicium, ac
ſi poſſideret, ceſſat hoc edictum per text. in l. quia etiam ff. eod.
ſicut etiam cùm facta eſt alienatio ex neceſſitate, aut alia iuſta
cauſa, vt in l. non ſolùm §. ſi quis ff. eod. Vt autem ex hoc edi-
cto actio competat, ait d. gloſ. magna, & optimè, tria requiri;
primum vt mea cauſa durior fiat dolo; (ſecus enim ſi iuſta de
cauſa, vt mox diximus,) ratione perſonæ, vel loci, vt ſi ceda-
tur potentiori (alia tamen ratione quàm officij, tunc enim in-
tra tit. ne liceat potent. vt præter Doct. ſupra in 2. ſuppoſ. allega-
tos etiam tradit gloſ. d. cap. 2. verbo, afficiant,) aut exiſtenti ex-
tra prouinciam, d. l. 1. ff. eod. tit. Alterum quòd mea interſit, &
tunc agitur quanti intereſt, l. 1. 2. & 3. iuncta l. non ſolùm ff. eo.
Tertium, quòd ſit facta alienatio cauſa mutandi iudicij futu-
ri, l. ex hoc edicto §. ait Prætor, ff. eod. tit. nam ſi fiat cauſa mu-
tandi iudicij, quod iam ſit, habet locum edictum de re litigio-
ſa, iuxta d. l. 2. & fin. C. de litig. & cap. eccleſia S. Mariæ, vt lit.
pend. Quo caſu, cum nulla ſit venditio, & ceſſio, atque adeo
Conſeru. an adiri poſſit ſuper re litigioſa ceſſa.
336 ceſſionario non competat actio, pariter exiſtimo, † non poſſe
Conſeruatorem eſſe iudicem ſaltem cum effectu, niſi fortè, vt
conſtito de ceſſionis nullitate nullam quoque declaret hac in
re ſibi competere iuriſdictionem, cum tunc peragenda ſit lis
tamquam nihil actum ſit, vt dicitur d. l. 2. atque ideo idem iu-
dex adeundus erit, qui ante ceſſionem hanc prohibitam erat
adeundus. ex quo fit, vt, ſi cedens habeat Conſeruatorem, &
is conueniendus ſit, poſſit, & debeat coram eo conueniri, ac ſi
nulla

nulla facta fuiſſet ceſſio. ſi verò actor ſit, quia ipſe velit agere, debeat reum coram ipſius rei Conſeruatore, ſi habet, aliàs coram Ordinario conuenire; actor enim regulariter ſequitur forum rei, cap. cum ſit de for. compet. cum ſimil. de quibus mox in ſeq. quæſt. ex qua etiam patebit, quid dicendum ſit, vbi Conſeruatoriæ litteræ dant facultatem trahendi.

QVÆRO *igitur ſextò, An poſſit quis coram ſuo Conſeruatore alium in iudicium trahere.*

Vt dilucidiùs in hac quæſtione procedatur, tres caſus diſtinguemus. Primus erit, quando litteræ Conſeruatoriæ in forma communi conceduntur, hoc eſt, abſque vlla facultate alios coram Conſeruatore trahendi. Secundus, cum huiuſmodi facultas in litteris Conſeruatoriis expreſsè, aut æquipollenter alicui tribuitur; nec tamen ei tunc agendum ſit contra alium, cui eadem facultas ſit attributa. Tertius, cùm is, qui habet talem facultatem in litteris ſui Conſeruatoris, agere vult contra eum, qui & ipſe omnino ſimilem habet facultatem. Hos autem tres caſus ſingulis, quæ iis reſpondeant, concluſionibus, definiemus.

Prima ergo concluſio ſit. Quando litteræ Conſeruatoriæ † conceſſæ ſunt in forma communi, (iuxta primum caſum mox propoſitum,) non poteſt actor reum conuenire coram ſuo Conſeruatore. Ita expreſsè definitur in Trid. Synodo in ſæpiùs memorata ſeſſ. 14. cap. 1. de reform. dum ibi decernitur, quòd in ciuilibus cauſis ſi is, cui Conſeruatoriæ litteræ conceſſæ fuerunt, actor extiterit, aliquem ei apud ſuos Conſeruatores iudices in iudicium trahere minimè liceat. Atque id ipſum per hoc decretum Concilij adnotarunt Paul. Fuſc. tract. de viſitat. & region. Eccleſ. libr. 2. cap. 23. num. 5. & Io. Bapt. Confett. in ſummar. mater. priuil. Ordin. Mendic. tit. 4. cap. 3. Ex iis autem verbis Concilij, (cum quibuſcumque clauſulis, & decretis conceſſæ,) vbi tamen ea referantur ad prædictam definitionem, de quo aliquid mox, & in ſeq. concluſ. dicemus, conſtat comprehendi litteras Conſeruatorias conceſſas cum ampliori facultate quoad cognitionem, quàm quæ à iure d. cap. 1. & fin. de offic. deleg. in 6. ſit tributa, vt iam ſupra non ſemel admonuimus; atque adeo comprehenduntur omnes Conſeruatoriæ priuatarum perſonarum quæ ibi à Concil. non excipiuntur, vt Confett. loc. cit. adnotauit: in forma tamen

337 *Actor non poteſt reum cõuenire corã ſuo Cõſer. dato ſine facultate trahendi.*

Digitized by Google

communi, hoc eſt, ſine facultate alios trahendi conceſſæ, vt in ſeq. concluſ. oſtendemus. Sed quoniam ab eo decreto Concilij Cõcilium ipſum eximit Vniuerſitates generales, Collegia Doctorum, & Scholarium, Regularia loca, & Hoſpitalia actu hoſpitalitatem ſeruantia, horúmque omnium perſonas. Ideo, vt idem quoque in his ſtatuatur, vbi ſpeciale priuilegium trahendi, iuxta ſecundum caſum ſuperiùs propoſitum, non habent, aliunde quoque ſumenda eſt huius concluſionis confir-
338 matio; ſi tamen illud priùs admoneamus, † tam prædictam Concil. Trid. definitionem, quàm hanc noſtram concluſionem ita fore accipiendam, vt habeat dumtaxat locum, vbi poteſtas Conſeruatoris ſic per reſcriptum aucta ſit, vt de omnibus cauſis ciuilibus tamquam quilibet Ordinarius poſſit cognoſcere.

Quid ſi datus ſit tanquã Ordinarius in cauſis ciuilibus.

Et quoad Trid. Concilium ſatis patet ex verbis, quæ initio illius definitionis ab eo ponuntur; ait enim in ciuilibus etiam cauſis, in quibus ipſe actor extiterit, &c. quoad concluſionem noſtram, quòd non ſit intelligenda, vbi Conſeruator datus ſit iuxta meros terminos d. cap. 1. & fin. probatur ex d. cap. fi. verſ. Conſeruatores autem, ſumpto argumento à contrario ſenſu, quod in iure fortiſſimum eſt, dum ibi dicitur, quòd Conſeruatores non præſumant trahere quoſcunque vltra vnam dietam; verbum enim, trahere, proprium eius iudicij eſt, in quo actor reum ad iudicium vocat, vt conſtat tum ex aliis iuribus, tum ex memorata difinitione Trid. Concilij. atque hoc fundamento id in ſpecie adnotarunt Doct. communiter d. cap. fi. maximè Io. An. num. 2. poſt Hoſt. & Archid. Huius autem rei duplex ratio eſſe poteſt; altera, quia in ſecundo caſu Conſeruator maximè accedit ad naturam delegati, coram quo actor trahit reum, vt patet ex tot. ferè tit. de offic. deleg. nec non ex cap. nonnulli, de reſcript. & cap. ſtatutum, eod. tit. in 6. Altera, quia
339 † manifeſtam iniuriam, ac violentiam inferens ad iudicium prouocat, & actor efficitur, prout de iactante habetur in l. diffamari, C. de ingen. & manum. cum ibi not. & aliis, quæ ad fin. huius concluſ. adducemus, at verò non minùs, immo magis factis, quàm verbis voluntatem noſtram declaramus, l. de quibus, ff. de leg. cap. dilecti, de appell. cum ſim. de quibus ibi per gloſ. in primo autem caſu cùm de omnib. cauſis cognoſcit, magis accedit Conſeruator ad Ordinarium, coram quo actor ſequitur forum rei, vt mox dicemus.

Actor ſit qui infert manifeſtam iniuriam & violentiam.

Prædicta

Prædicta ergo concluſio hoc ſenſu accepta, Probatur præterea ex communi illa regula, quæ habet, † quòd actor ſequi debet forum rei ab vtroque iure approbata, l. iuris ordinem, & l. in criminali, C. de iuriſdict. omn. iud. l. 2. C. vbi, & apud quem, cap. ſi clericus laicum, & cap. cum ſit generale, de for. compet. cum ſuis concord. ibid. per gl. & Doct. adductis. & hac ratione in propoſito vtitur Fuſc. d. num. 5.

340 *Actor regulariter ſequitur forũ rei.*

Prædicta autem regula † fallit multis modis, de quibus per gloſ. ac Doct. d. cap. ſi clericus, & cap. cum ſit, de for. compet. nec non in cap. licèt, & cap. ex tenore, eod. tit. & alibi ſæpe. plures cumulat inter cæteros Abb. in cap. ſi quis, eod. tit. Mar. Soc. d. cap. cum ſit, & rubr. eod. tit. Barthol. Soc. reg. 10. Spec. tit. de compet. iud. Farinac. quæſt. crimin. 8. & 42. Tancred. tract. de ord. iudic. tit. de for. compet. ex quibus illi ad limitationem huius concluſionis allegari poſſunt, quibus probatur, laicum coram Eccleſiaſtico iudice à clerico poſſe conueniri, vbi tamen non obſtet limitatio poteſtatis ipſius Conſeruatoris ad certum cauſarum genus, ſeu modi cognoſcendi, vt puta, quia non agatur de iniuria notoria, quando Conſeruatoria conceſſa eſt ad limites d. cap. 1. & fin. Niſi dicere velimus, † quoties poteſt actor reum coram illius iudice conuenire, debere, quamuis Conſeruatorem habeat, coram iudice ordinario eum conuenire, non coram Conſeruatore, cum pro Ordinario iudice regula ſit, cap. 1. cap. ſi quis contra, & cap. cum contingat, de for. compet. cum ibi not. & ſuis ſimil. & iuriſdictio † ordinaria ſit naturalis, & fauorabilis, gloſ. mag. cap. 1. de reſcript. in 6. gloſ. pen. Clem. 2. de off. ord. Bitign. deciſ. 5. de conceſſ. præb. Put. deciſ. 48. ſub num. 3. lib. 3. Caputaq. deciſ. 43. num. 3. part. 3. contra verò iuriſdictio Conſeruatoris, vti delegata eſt odioſa, cap. cum in iure peritus, vbi gloſ. & Doct. de off. deleg. Bal. in l. vnic. C. de mand. Princ. ſicut & exemptio à iuriſdictione ordinaria, cap. 1. cum ibi not. de priuil. in 6. & quælibet diſpoſitio derogans poteſtati Ordinarij, Abb. d. cap. ſi quis contra not. 2. Creſſent. deciſ. 1. num. 1. & deciſ. 3. num. 6. de priuil. Verius tamen oppoſitum puto, cum aliàs fruſtratoria eſſet in eo caſu facultas, quam habet actor reum conueniendi coram ſuo iudice. Sed quicquid in hac re ſit, prædictam regulam, nec non priorem ſentẽtiam ex mox in eadem re adductis omnino temperarem in duob. caſibus. Primus eſt in vſurpantibus res eccle-

341 *Fallit prædicta regula multis modis.*

342 *Actor quomodo conuenire poteſt reum coram ſuo iudice.*

343 *Iuriſdictio Ordinaria eſt naturalis & fauorabilis: delegata odioſa.*

Digitized by Google

ſiæ,qui quamuis laici, coram Eccleſiaſtico iudice poſſu
ueniri, d.cap.cum ſit, & cap.conqueſtus, de for. compe
enim cum iniuria, & moleſtia, ſiue violentia inferri d
quæ eſt materia, circa quam de iure Conſeruatoris iur
verſatur, nil mirum, ſi tunc, quamuis reus,poſſit quis a
re coram ſuo iudice Conſeruatore conueniri, vt in ſpec
tit Rebuf.de priuil. ſchol. priuil. 152. & probat text. d.
ibi, trahere licet, túncque moleſtatus reus dici poſſit
diffamari C. de ingen. & manumiſſ. cum ibi notat. &
inter alios per Abb.& Barb d.cap.ſi quis, Lap.alleg.54.
latè per Marcheſ. de commiſſ. ſuper iactat. cap. 1. num
multis ſeqq. Scac. tract. de iudic. cap.34 num. 43. Ma
for. commiſſ. iactat. & moleſtat. verbo, inquietare, pe
dium, Gail. lib. 1. obſeru. 9. num 7. Alter eſt, cùm in
Conſeruatoriis exprimitur, quòd Conſeruatores reſpe
rum, quibus illæ conceduntur, ſint Ordinariorum lo
quod coram iis in prima inſtantia vnam ſententiam d
uam debeant obtinere, neque aliàs poſſint ad aliud iu
euocari, ſeu cauſa committi, vel transferri, quod n
præſertim Regulares habent,vt in ſeq.concluſ.dicemus
ius rei ratio eſt; quia licèt tunc etiam non cogantur iſt
Conſeruatore litigare, ſed poſſint coram locorum Or
cum talis quoque deputatio Conſeruatoris in eorum f
ſit introducta, qui non debet in odium retorqueri, &
teſt quilibet renuntiare,iur. vulgar. tamen hæc tam pri
ta facultas illud ſaltem debet operari, vt non cogatu
alio iudice etiam Ordinario reſpondere arg.cap.1.cum
de priuil. in 6. ſitque Ordinarius etiam in caſib. quib
quis alium coram ſuo iudice trahere. Ex aliis verò o
prædictis caſibus illos duos dumtaxat nos examinabim
hoc eod.cap. quæſt. 8. & 9. nimirum de partis conſenſu
conſuetudine, cùm diſputabimus, an, & quando iu
Conſeruatoris vel partium conſenſu, vel conſuetudin
prorogari. Interim autem ad alias huius quæſt. conclu
344 eamus.

Actor quã-do poſſit co-rã ſuo Con-ſeru. reum trahere.

Secunda concluſio. Poteſt quis † coram ſuo Conſe
alium trahere, (niſi aliud tamen obſtet,) vbi in Con
riis litteris huiuſmodi facultas ſufficienter exprimatur
litteris dicatur, quòd ij, quibus illæ conceduntur, ſiue

ſiue rei non poſſint coram alio iudice conueniri; ſiue in iudicium vocari; vel quòd Conſeruatores cauſas, & controuerſias quaſcumque eorum, in quorum fauorem ſunt Conſeruatores deputati, ſuper quibuſuis rebus,& negotiis motas, atque mouendas tam actiuè, quàm paſſiuè, audire, cognoſcere,decidere, ac fine debito terminare poſſit, prout legitur inter priuilegia Ordinis Prædicatorum,quod videre eſt apud Confett. in Collect.litt.Apoſt. & priuil.regul.Mendic.num.ſeu priuil.3. & in pleriſque formulis Conſeruatoriarum, quas ſuper hoc eod. tract.cap.2.inſeri curauimus.

Et quidem quoad huiuſmodi Conſeruatorias conceſſas poſt Trid. Concil. præſertim Regularibus nulla videtur difficultas, quin de plano procedat concluſio; nam in iis expreſsè derogatur, vt ſolet, quibuſcumque conſtitutionib. etiam Conciliorum generalium; & Regulares, præterquam quòd per priuilegia regulariter exempti ſunt à iuriſdictione Ordinariorum, vt inter alios tradit Nauarr. comment.2. de Regular. num.63. & pluribus comprobat Eman. Roderic. quæſt. regular. tom.2. quæſt.63.per totam,& Confett. d.ſummar.mater.priuileg.tit.5. in ſuis etiam Conſeruatoriis ſimul cum iis verbis,(tam actores, quàm rei,) vel illis, (actiuè, & paſſiuè,) habent quoque, vel quòd eorum Conſeruatores ſint de loco Ordinariorum, vel quòd in prima inſtantia debeant omnino vnam ſententiam definitiuam obtinere coram ſuo Conſeruatore, antequam ipſi Regulares ad aliud iudicium euocentur, ſeu cauſa committatur,vel transferatur. Aliqua verò difficultas eſſe poſſe videbatur circa Conſeruatorias cum tali facultate trahendi alios conceſſa ante Trid.Concil.propter verba illa,(Conſeruatoriæ cum quibuſcumque clauſulis, aut decretis conceſſæ,)quæ leguntur d.ſeſſ.14.cap.5. de reform. vbi vt in concluſ. præced. vidimus, decernitur, vt nemini liceat, ſi actor. fuerit, aliquem in iudicium trahere coram ſuo Conſeruatore. ſed nihilominus exiſtimo, ea verba in hac ſpecie non obſtare: tum quòd apparet de mente expreſſa Papę,quòd velit poſſe alios coram tali Conſeruatore trahi; & ſatis ea verba operantur quoad Conſeruatores deputatos cum ampliori facultate, quàm quæ ex d. cap. 1. & fin. iiſdem competit cognoſcendi de manifeſtis iniuriis tum quod ex contextu d. totius canonis Conciliaris ſatis conſtat prædicta verba,(cum quibuſcumque clauſulis,& decretis,)

non referri ad memoratum decretum prohibens act-
alium trahat coram Conſeruatore. hoc enim eſt diſti
omnino capitulum,& decretum à præcedenti,cui prędic
ba ſunt adiecta,vt patet ex interpretatione.

Tertia, & poſtrema concluſio. Si is , qui habet ſuffici
345 facultatem alium trahendi coram ſuo Conſeruatore , †
velit contra eum , qui omnino ſimilem habet facultaten
bet eum conuenire coram Conſeruatore non ſuo , ſed r
reus conſentiat vel in Conſeruatorem actoris , vel in lo
dinarium. Prima pars huius concluſionis probatur pri
firmiſſima ratione , quia tunc duo pariter priuilegiati co
runt ; certiſſima verò iuris concluſio eſt , † priuilegiatu
vti priuilegio contra pariter priuilegiatum, ſed tunc pri
346 inuicem elidi, ac tolli, &,vt noſtrates loquuntur , conqu
ita , vt in ea re ſtandum ſit iuri communi. Quæ ſanè pr
in l.verùm §.pen.& fin.ac l. ſeq. ff. de minor.l. fin. ff. ex
cauſ. mai. §. ſed & hoc præſenti , Auth. de ſanctiſſ. Epiſ
cap. cum cauſam, de præbend.l. priuilegia: vbi Rip. ff. de
cred. l. ſed & milites , vbi Bart. in princip. ff. de excuſ. t
aſſiduis cum ibi not. C. qui pot. in hyp. hab. atque inter c
hoc ipſum latè tradiderunt idem Bart. & alij in Authen
actiones C. de ſacroſ. eccleſ. Abb. in cap. in præſentia nu
cum trib. ſeqq. Fel. num. 30. Dec. à num. 171. ad 189. Be
452. & nonnullis ſeqq. Doct. in cap. auditis , de præſcrip
rol. Tap. in l. fin. 2. par. cap. 8. num. 1. ff. de leg. Maurit. I
tract. de reſt. in integr. cap. 217. & ſeq. & Sfort. Odol. in
tract. quæſt. 18. art. 4. Horat. Mendoſ. tract. de priuileg. ad
quæſt. 10. Gomes. & alij in §. rurſus, Inſtit. de act. Tiraq
26. piæ cauſæ, Couar. in relect. reg. poſſeſſor. 2. poſ. §. 2. nu
in ſpecie priuilegij quoad electionem fori , quam habet
laris reus , adnotauit Horatius Luc. tract. de priuileg. ſc
priuileg. 66. limit. 10. poſt Bal. in l. 2. C. de priuil. fiſc. lic
Horat. de hoc dubitet, & in contrarium alleget eunden
in Auth. habita num. 33. C. ne fil. pro patre, quoniam fau
liores ſint partes rei, quàm actoris, l. fauorabiliores, ff. de r
cum ſimil.

Ideo autem adieci in concluſione verba illa, (omnin
lem,) & in ratione illud, (pariter,) vt tollerem diſputat
illam, quam ferè omnes prædicti, ac præterea Io. Parlador

Actor habẽs Conſeruatoriã cum facultate trahendi, quomodo debet reum conuenire.

Priuilegiatus contra priuilegiatũ non vtitur priuilegio, ſed iure cõmuni.

Digitized by Google

rer.quotid.cap.17.num.18.quem refert, & in hac ſpecie Conſeruatorum ſequitur Eman. Roder. quæſt. regul. tom.1.quæſt. 65. circa medium inſtituunt de priuilegiatis imparibus, ac de concurſu priuilegiati in genere cum priuilegiato in ſpecie, concludentes, † tunc non conquaſſari priuilegia,ſed præferri priuilegiatum in ſpecie, aut potentiori priuilegio, diſſentientes tamen, † quando nam quis priuilegiatus in genere, vel in ſpecie dicatur; quando enim priuilegium potentius ſit dicendum, latè ac bene diſſerunt Dec. & Tap. loc. cit. ſed & in præcedenti articulo certior, communiórque opinio eſt, quòd priuilegiati in ſpecie concurrere dicuntur, quando priuilegia vtriuſque in exercitio concurrunt, vt duæ eccleſiæ, quæ aliàs priuilegiatæ ſunt,in genere, quòd reſtituātur in integrum iure minorum; atque adeo vna contra aliam reſtituitur, ſi vna tantùm egeat reſtitutione, eámque petat; ſi verò ambæ egeant, ac petant in ſpeciali aliquo caſu, dicentur concurrere tunc in priuilegiis, quæ tunc ideo conquaſſabuntur,niſi maior antiquitas vel ſimile,quid aliud obſtet,prout bene explicant,& ex communi reſoluunt inter cæteros Horat. Mandoſ. d.quæſt. 10.num.4.& 5. Couar.d. num. 4. Roder. d. art.15. & quæſt. 9. art.11. Atque hoc poſtremo in caſu eſt noſtra concluſio. nam poſſet vterque in illo ſpeciali & indiuiduo caſu prætendere vigore priuilegij ſui huiuſmodi facultatem continentis, quòd poſſit trahere colligantem coram ſuo Conſeruatore ſaltem iudicio præuentorio, iuxta l.diffamari, cum ibi not.C.de ingen. & manum.quoad id verò quod poſt Bald. ait Luc. d. limit.10. præterquam quòd Dec.ſupra num. 173. poſterius dictum Bal. intelligit quoad priuilegium fori, prius de aliis priuilegiis, diuerſum etiam eſt, cum ibi agatur ſolùm de priuilegio eligendi iudicem, coram quo conueniatur, & ſic paſſiuo tantùm, hîc vero etiam de actiuo trahendi alios, deinde etiam illud noſtræ concluſioni ex eo fauet, quòd in concurſu priuilegiatorum quoad forum reo fauendum ſuadet. quòd autem in illud penè omnes Auctores prædicti rurſus conſentiant, † conquaſſationem non fieri etiam inter pariter priuilegiatos, ſed eum præferri debere qui agit de damno vitando ei, qui de lucro captādo certat, noſtræ ſpeciei adaptari non poſſe puto; lucrum enim aut damnum ad cauſæ deciſionem, non ad iudicij ordinem pertinet, cum parum, aut nihil ad damnum, vel lucrum referat,

347 *Priuilegiū in ſpecie ac potentius præfertur.*

348 *& quid ſint.*

349 *Priuilegiorum parium conquaſſatio quando & quomodo fiat.*

Digitized by Google

referat, à quouis iudice cauſa definiatur; maximè qu
in ordinatoriis iudicij,& cauſæ quiſque iudex ſequatur
ſui fori, non tamen in deciſoriis,cap.quod clericis,de fo
pet.cum ibi not. per Abb.Soc.& cæteros, & aliis latè a
per.Roch.de Curt.in repetit.cap.fin.à num.37.& deinc
q.16 ferè per totam,de conſuet.

Secundò principaliter probatur eadem prima pars c
quia cum in caſu propoſito hinc habeat actor priui
trahendi, illinc reus ſimul cum priuilegio trahendi
quoque priuilegium, vt non poſſit conueniri, niſi co
iudice,cui non eſt per priuilegium actoris,quod etiam p
quæ præcedit tempore, ſufficienter ſaltem derogatur
maximè priuilegium auferre odioſum ſit, & ideo lo
regulæ de non tollendo iure quæſito in priuilegiis, &
ſpecialib.vt inter alios comprobat Hier.Gonzal.ad reg.
cell.gloſ.36. num.56 cum ſeq. & primum priuilegium
350 derogatoriam generalem † non tollatur regulariter p
contrarium,licèt habeat clauſulam,quorum tenores,&
tè oſtendit idem Gonzal.ſupra num. 63.65.& 66. ac p
prædictum rei priuilegium habeat iuris aſſiſtentiam,cu
ſequi habeat forum rei,ſit,vt propter plura vincula, qu
ligant cap.1. de treg.& pac. Auth.itaque, C.commun.
ceſſ. reo potiùs ſit fauendum, cuius etiam in pari cau
dubio fauorabiliores partes ſunt,d l. fauorabiliores de r
& cap.cùm ſunt,eod.tit.in 6.cum ſimil.Denique hanc e
priorem noſtræ concluſ.partem præter Roderic d.art.1
etiam in ſpecie Confett.d.ſummar.mater.priuil. ord M
3.cap.1.& fin.

Priuilegiũ generalem derogatoriã habens an tollatur per poſterius cõtrariam habens clauſulam.

351 Probatur nunc ſecunda pars eiuſdem concluſionis;na
cèt vbi habeat reus plures iudices,coram quibus poſſit
niri, electio ſit actoris, l. cum clericus C.de Epiſc. & cle
de eo, quod cer.loco,gloſ.in l.fin.in fin. C. vbi in rem a
l non debet,ff de reg.iur. cum ſuis concord. tamen hoc
352 non habet, niſi vnum iudicem neceſſarium, nimirum C
uatorem, coram quo teneatur reſpondere, arg.cap. 1.
not.de priuil. in 6. in hiſce enim Conſeruatoriis cum fa
trahendi,adeſt etiam,vt non poſſit coram alio conuenir
concl præced.admonuimus.

Actor poteſt eligere vnũ ex pluribus Iudicib. rei.

Reus habẽs facultatẽ vt nõ cõueniatur niſi corã ſuo Conſeru. an poſſit coram alio.

Quod autem † poſſit conſentire, vt conueniatur

Digitized by Google

Ordinario iudice, vel etiam Conſeruatore actoris, probatur. Et quidem quoad Ordinarium tum per ea, quæ de ordinaria iuriſdictione ſupra in 1. concluſ. ad finem adnotauimus, præſertim, quòd ea ſemper durat, niſi expreſsè tollatur, Caputaq. deciſ. 43. num. 3. part. 3. & extenditur ad omnia, quæ non inueniuntur prohibita, Rot. deciſ. 5. de conceſſ. præbend. in antiquior. tum quòd Conſeruatoriæ quamuis ampliſſimæ conceduntur non ad publicum fauorem, prout de priuilegio fori quoad clericum dicitur in cap. ſi diligenti, de for. compet. cum ſimilib. ſed ad priuatum eorum, quibus conceduntur, cui quilibet renunciare poteſt, l. ſi quis in conſcribendo, C. de pact. cap. ad Apoſtolicam, de reg. cum ſuis concord. neque is debet in odium eorumdem retorqueri, l. quod fauore, C. de leg. fieri enim facilè poteſt, vt magis expediat Conſeruatorem habenti coram Ordinario, quàm coram Conſeruatore conueniri, vel quia hic abſens ſit, vel minus idoneus ſcientia, vel aliqua de cauſa ſuſpectus, quæ de nouo ſuperuenerit poſt impetratas litteras Conſeruatorias; Ordinarius autem iudex præſens ſit, magis idoneus ac propitius; aliámve ſimilem ob cauſam, prout in ſimili arguit Hier. Gonzal. d. reg. 8. Cancell. gloſ. 56. num. 49. vbi vſque ad num. 108. pleraque exempla in iure affert, quibus ius alicui cum effectu non competit, niſi eo volente, ac declarante; ipſo verò num. 108. illud generaliter adſtruit, regulariter quemlibet actum tendentem ad fauorem alterius intelligendum eſſe, eo petente; quod etiam argumentum inter alios pertractat Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 46. per totam. Quoad Conſeruatorem autem actoris, vt in eum reus conſentire poſſit, ex eo probari poteſt, tum quòd iam huiuſmodi Conſeruatoribus à poteſtatem habente tributa eſt cognitio, & iuriſdictio inter dictas partes, cum data ſit facultas coram iiſdem Conſeruatoribus trahendi quoſcumque; tum quòd Conſeruatoris iuriſdictio ſiue quia is Ordinario in pleriſque æquiparetur, ſiue alia de cauſa, in multis caſibus prorogari conſenſu partium poteſt, quos latiùs proſequemur infra hoc eodem cap quæſt. 8.

QVÆRO *ſeptimò, Quibus locorum finibus circumſcribatur Conſeruatoris iuriſdictio, & eius exercitium.*

Quoniam in d. cap. fin. de off. deleg. in 6. ad huius quæſtionis definitionem dictæ & loci deputationis, in quo iuriſdictionem

ſuam exercere poſſit Cõſeruator mentio fit, vt exactiot
definitio habeatur, quædam hic præmittenda cenſeo.

Præmitto ergo primò, quid ſit dieta, & quotuplex.
353 *Dieta quid ſit.* dem omiſſis variis † dietæ ſignificationibus, quæ ad n
ſtram non faciunt, de quibus in Lexic. Vocabular. ſeu
nar. iur. necnon per Catell. Cott. in ſuis Memorabil. ver
ta, Rebuf. in l. 3. verſ. quæ dinumeratio, ff. de verb. ſign. q
noſtram quæſtionem attinet, & prout in iure præſertim
nico ſumitur; dieta eſt iter vnus diei.

354 *Quotuplex ſit Dieta.* Duplex autem dieta † communiter ponitur à gloſ. &
in cap. nonnullį in princ. de reſcript. cap. ſtatutum, §. c
tem, eod. tit. in 6. cap. cupientes in 1. reſpon. de elect.
præſenti § loca, de præbend eod. lib. & à nonnullis Doct
dilectus il 2. de reſcript. cap. ex parte B. de for. compet.
de except. cap. cum ſit Romana, de appell. vt d. cap. fin.
deleg. in 6. & l. mille paſſus, ff. de verb. ſignif. vt alia ſit
ris, hoc eſt iuxta conſuetudinem cuiuſque regionis, ali
lis, quæ continet viginti miliaria, §. qui autem, Inſtit. de
tut. l. 1. & incipit, vicena, ff. ſi quis caution. & l. 3, quæ
in itinere, aliàs itinere ff. de verb. ſignific. Miliare verò
355 † conſtat ex mille paſſibus d. l. 1. & l. mille paſſus, ff. de
Miliare, ſignif. cum vtrobique not. & quinque pedes † vnum
356 conſtituunt. gloſ. & Bart. d. l. 3. Alciat. Bræchæus, Reb
Paſſus, & poll. & alij d. l. 3. alia gloſ. in cap. ſicut antiquitus, 17. q
Menoch. tract. de arbitr. iudic. caſ. 2. Alber. l. quinque
357 præſcriptione, C. fin. reg. Ang. d. l. 1. vbi etiam dicit, † q
Pes ex quib. conſtent. cim digitis pedum confici, quem refert Dec. d. cap. olim
12. idémque ſentit gloſ. d. cap. ſicut, & Alber. d. l. quinc
dum, Bart. d. l. 3. Imol. d. l. 1. licèt Hieron. de Mon. de fin
cap. 26. num. 3. poſt Iul. Frontin. & Menoch. d. caſ. 2. n
poſt Alc. Rebuf. & Bræch. d. l. 3. velint, 16. digitos ad
requiri; quod & alij voluerunt, quos refert D. Anaſt. Ge
tract. de ſacror. immun. lib. 3. cap. 16. num. 42. vbi tamen
non improbare dictum Alex. qui poſt Bart. d. l. 1. opinat
des eſſe intelligendos ſecundùm ciuitatis vſum; quod i
358 mitterem, vbi attendenda eſſet vulgaris dieta, non aut
Dieta quot milliarib. cõſtet in terra vel mari. galis; in hoc enim caſu ius commune erit proculdub
uandum.

Et hoc, quod dicitur, † dietam conſtare 20. miliaril
te

telligitur in terra; nam in mari 50. miliaria, vel circiter ſingulis dietis debent adſcribi, vt poſt Bart. in tract. de inſul. §. nullius num. 1. Caſtr. in l. inſulæ, ff. de iud. & alios tradit Dec. d. cap. olim num. 10. Cæpol. de ſeruit. ruſt. præd. cap. 26. num. 14. & Hier. de Mont d. cap 26. num. 13. licèt Alciat. l. continuus, §. cum ita, ff. de verb. oblig. ſentiat, in mari eſſe arbitrarium, quæ miliaria requirantur ad dietam, quæ ſanè miliaria † menſurantur pro modo viæ rectæ, & ſolitæ, vt per Doct. d. cap. nonnulli, præſertim Fel. num. 6. & Cæpol. d. l. 3. num. 11. vſque ad 15. quod quidem ſicut locum habet, vbi miliaria in dieta arbitraria ſint computanda, vt per Menoch. d. caſ. 206. num. 5. ita procedere puto etiam in leucis quarum mentio habetur in c. ex parte B. de foro compet. ac de his, † quotnam conficiant dietam, non conſentiunt Doctor. communiter opinio eſt vt leuca duo miliaria conſtituat, atque adeo decem leucæ dietam vnam legalem efficiant, vt per Rebuff. d. l. 3. & quendam Philip. quem referunt non diſſentientes Cæpol. d. l. 3. Io. An. Abb. & Soc. d. cap. ex parte B. licèt Hoſt. ab iiſdem Doctor. relatus velit tres leucas quinque miliaria conficere, atque adeo 12. leucas dietam legalem, ſed Hoſt. intellexiſſe videtur de illa diœceſi Andegauenſi, quoniam leucæ non vbique ſunt æquales; nam, vt adnotauit Franc. Vercell. quem Cæpol. Io. An. Abb. & Soc. vbi ſupr. referunt, in Gallia ſunt magnæ, in Burgundia maiores, in Anglia, & Alemania ſunt maximæ; ſicut etiam videmus miliaria ipſa aliquib in locis lõgiora eſſe, quàm in aliis, &, vt rectè adnotauit Menoch. d. caſ. 2. num. 8. in Subalpina, & Gallicana regione 20. miliaria tantum habent itineris, quantum apud Longobardos 30. At ex d. l. continuus §. cum ita, qui eſt 2. ff. de verb. oblig. deducuntur † aliæ duæ ſpecies dietæ, vna videlicet ex diplomate, quam ſingularem vocat gloſ. d. cap. cupientes in 1. reſp. verbo, commodè, & Cæpol. d. l. 3. num. 2. alteram vocare poſſumus arbitrariam, quam etiam colligit ibid. gloſ. ex eo 1. reſp. & initio 2. & indicat text. in l de die. in princip. ff. qui ſatiſd. cog. ponitque Menoch. de arbitr. iud caſ. 206. num. 3. & latiùs explicat caſ. 2. ferè per totum, vbi num. 3. cum duob. ſeqq. ex ſententia Cuiacij, Alciati, & aliorum ait, diploma eſſe codicillum, qui dabatur curſu publico vtentibus, & hi ſoli illum habere poterant, ac debebant, vt equis publicis diſpoſitis vti poſſint, quod etiam poſt alios

359 *Miliaria, dieta, aut leuca quomodo menſurentur.*

360 *Leucæ quot requirantur ad dietam.*

361 *Dietæ ſpecies.*

adnotauit Mandoſ. reg. 30. Cancell. quæſt: 4. Singula
dieta ſeu ex diplomate dicitur, cùm quis magna celerit
aliquod conficit; id quod vel paucis admodum datur,
omnibus communiter, atque adeo Venulæius I. C. d.
ita ait; in ſtipulatione Epheſi dari, ſi quæratur, quantu
poris tribuatur, arbitrio boni viri, hoc eſt, iudicis id re
dum qui æſtimet, quanto tempore diligens paterfamil
cere poſſit, quod facturum ſe promiſit is, qui Epheſi d
ſe ſpoponderit, vt neque diplomate, id eſt, diebus ac n
& omni tempeſtate contempta iter continuare cogatu
tam delicatè progredi debeat, vt reprehenſione dignu
reat, ſed habita ratione temporis, ætatis, ſexus, valetu
agat, vt maturè perueniat, id eſt eo tempore, quo pleriq
dem conditionis homines ſolent peruenire.

362 Quòd ſi quæras, † de qua dieta quæuis diſpoſitio
riter accipienda ſit, de legaline, an vulgari, an verò ar
omiſſa illa ſingulari, quoniam ad ea, quæ vt plurimu
dunt, leges reſpiciunt, l.nam ad ea, ff. de leg. cum ib
ſuis ſimil. quæ tamen aliquando locum habere pote
caſu regulæ Cancellariæ de veriſimili notitia obitus,
doſ. optimè deducit in ſuis commentariis ad eam reg. q
eſt 29. apud illum verò 30. quæſt. 4. illa inquam omiſſa,
1. & l. 3. nulla de vulgari facta mentione, vult, legalem
di in iudiciis, arbitrariam in contractibus; quam g
Bart. Petr. de Bellaper. & Alciat. d. §. cum ita rectè r
Menoch. d. caſ. 2. num. 7. quod nulla quoad hoc cong
ferentiæ ratio inter contractus, & iudicia poſſit afferri.
que Cæpol. & Bræchæo d. l. 3. ac Menoch. d. num. 7. &
cet diſtinctio Bart. quod d. l. 1. cum ſimil. procedat qua
liaria ſunt limitata; at d. §. cum ita, vbi non ſunt limitat
vel non intellexerunt, vel bene computarunt Menoch.
8. Cæpoll. & Bræchæus d. l. 3. communior videtur eſſe
nio, quòd dieta, quæ exprimitur à lege, intelligitur de
hoc eſt, iuxta conſuetudinem regionis, vt voluit Reb
mille paſſus in fin. & l. in vulgari §. ſi quis ita ff. de verb
gloſ. Bern. d. cap. nonnulli communiter approbata, vt
ibi Abb. item gloſ. Io. An. d. cap. ſtatutum, §. cum autem
dietam, d cap. cupientes, verbo, commodè, & d. cap. p
§. loca, vbi Barbat. & alij; colligúntque id ferè omne

Dieta in dubio quanã intelligatur in quauis diſpoſition.

Digitized by Google

dem §.loca, dum ibi Bonif.vult ſpecialiter confutari dietas legaliter; ergo, inquiunt, ſecus in aliis caſibus iuris. Rectè quidem; non inde tamen licet inferrē, vt in prædictis aliis caſibus indiſtinctè accipienda ſit dieta vulgaris; nam vt eſt dicta arbitraria, de qua in d. §. cum ita non modò tacitè approbata per canones eo ipſo, quòd non eſt reprobata, iuxta cap. 1. & 2. cum ibi not. de nou. oper. nunc. ſed etiam ſatis expreſsè in dict. cap. cupientes, vt ſupra deduximus. Ego ſanè hac in re ſic ſtatuo; vt, ſi à conſuetudine, vel ſtatuto certa quantitas ſpatij, & numeri miliarium cuilibet dietæ aſſignata ſit, ea ſit ſeruanda; nam & ſtatutum, & conſuetudo legi præiudicat, vt de ſtatuto text. eſt in l. omnes populi, vbi Doct. ff. de iuſt. & iur. de conſuetudine in l. de quib. ff. de leg. cap. cum conſuetudinis, & cap. fin. de conſuet. cum ibi not. & ſuis ſimil. atque id in hac ſpecie quoad conſuetudinem tradunt gloſ. & Doct. d. cap. nonnulli, in princ. & cap. cupientes in 1. reſp. & admittit Menoch. d. caſ. 206. num. 2. vbi de conſuetudine clarè conſtet; de ſtatuto verò Cæpol. d. l. 3. num. 8. ad fin. vbi autem de huiuſmodi conſuetudine, vel ſtatuto ſatis non conſtet; tunc ad legalem dietam recurrendum ſit, hoc eſt 20. miliarium & iuxta ſupradictam menſuram; lex enim præſumit tantum ſpatij, & itineris poſſe attento communi vſu, ſeu communiter homines vno die conficere; vnde & regulariter in hominibus communis conditionis hæc taxa ſeruanda erit. Verum quia ſæpe contingit, homines non eſſe eiuſdem conditionis; ſunt enim aliqui iuuenes, aliqui ſenes, aliqui validi, & robuſti, alij debiles, & infirmi, aliqui iter maximum quotannis conficere conſueuerunt, aliqui domi ſemper fere otioſi degunt. Ideo ſi quis in remotam regionem iter facturus illius conditionis non ſit, vt ſingulis diebus vicena millia paſſuum queat conficere, non communis ille vſus, & ſtatus conſiderabitur, ſed arbitrio boni viri, id eſt, iudicis æſtimabitur habita ratione ſexus, ætatis, valetudinis, vſus itinerandi, & aliarum circumſtantiarum, vt d. §. cum ita, & colligitur ex d. l. de die, in princip. ff. qui ſatiſd. cog. & d. cap. cupientes in 1. & 2. reſp. de elect. in 6. atque huius ſententiæ tandem videtur eſſe gloſ. d. cupientes, verbo, commodè, dum poſt Gul. & alium quendam Doct. ait, quòd ſi non apparerent vulgares, non erraret iudex, ſi recurreret ad legales dietas, dum tamen qualitas cauſæ, perſonarum, locorum ac tempo-

Digitized by Google

rum id patiatur; in ſpecie verò, & expreſsè eſt Menoc
2.num.12. & ante eum Alber.d.§. cum ita. Bal.d.l.1.&
de Bob. quos ad id refert, & ſequitur Cæpol.d l.3.num.
363 ipſum optimo exemplo comprobans; nam ſic aliàs, †
taxat certam pœnam; tamen in ea verſatur arbitrium
cum cauſæ cognitione, vt not.in l. quid ergo § pœna g
ff.de his, qui not. infam. & in l. & ſi ſeuerior, C. eod. t
aliis multis, quibus id ipſum latè comprobat Farinac.
17.crim. & latiſſimè quæſt.87. vſque ad 98. & id quide
cipuè locum habet, cùm longum admodum iter eſt
364 dum; quo etiam caſu † dabitur vnus dies pro qualib
domada ad quieſcendum, vt voluit gloſ.d. verbo, com
ad finem, & in cap.quamuis, verbo, continuatis, de o
in 6. quam ſequitur Cæpol.d.l.3. num.2. & Dec.d.cap.
Romana, in princip. num.22. de appellat. & ibi Add. v
allegant. generatim verò, ſi in computatione dierum c
365 liaribus vnum † miliare ſuperſit, pro eo dabitur integ
vt per text.d.l.3. qui ſanè ſingularis eſt, adnotarunt ib
communiter, & gloſ.d. verbo, commodè, & d.cap.ſta
verſ.cum autem, verbo, remotus.

363 Arbitrium iudicis verſatur etiā in pœna à lege præſcripta.

364 Dies vnus datur in hebdomada ad quietem cū longū iter habendū eſt.

365 Dies integer datur pro vno miliari quod dietæ ſuperſit.

366 Præmitto 2. quòd olim † non poterat quis regulari
hi vltra duas dietas extra ſuam diœceſim per litteras n
petratas de eiuſdem conſenſu, vel non facientes ment
de huiuſmodi conſtitutione, quæ eſt Innoc.3.in Concil.g
li, & habetur in cap.nonnulli, in princ.de reſcript.quod
approbatur in cap.dilectus il 2.eod. tit. cap. ex parte B.
compet. & cap.olim, de recept.poſt modum verò Bonif.
367 in cap.ſtatutum §.cum verò, de reſcript.in 6. ſanciuit, vt
actor, & reus ſunt eiuſdem ciuitatis, ac diœceſis, extra
cauſa non committatur, nec eorum quis conueniatur, e
tamen ſex caſibus, nimirum ſi ab Epiſcopo contra aliq
ſua diœceſi, vel ab aliquo contra eum, aut contra eius C
lum, ſeu contra vniuerſitatem ciuitatis, villæ, aut caſtri,
actio dirigenda, vel niſi actor eandem ciuitatem, vel
ſim intrare non audeat, aut ſui aduerſarij potentiam pe
ſcat; in quibus caſibus poterit cauſa committi contra
ctos extra dictas ciuitates & diœceſes, ita tamen, vt coru
lus vltra vnam dietam trahatur à fine ſuæ diœceſis, &
bus vltimis caſibus, niſi de iis fidem faciat, à iudice repe

366 Trahi quis olim nō poterat vltra duas dietas extra ſuam diœceſim.

367 Quid de dieta ſtatuit Bonifac. VIII.

Digitized by Google

& §.cum autem, qui eſt ſequens, decernit, quòd actor contra reum diuerſæ diœceſis debet impetrare delegatum vel in diœceſi rei, vel in alia non propria, ſeu vltra vnam dietam à fine diœceſis ipſius rei.

Huiuſmodi verò computatio † ſiue vnius, ſiue plurium dietarum in terminis tum d.cap. nonnulli, cap. dilectus, c.ex parte, & cap. ſtatutum, quàm etiam d.cap. fin. de offic. deleg. in 6. indiſtinctè in qualibet actione, ſiue reali, ſiue perſonali, ſiue mixta attendenda eſt diœceſis domicilij ipſius rei conueniendi, non autem originis, rei ſitæ, aut alterius, vt vult gloſ. d.cap. ſtatutum, § cum verò, de reſcript. in 6. & ibi Gem. & alij Doctor. magis communiter, quam etiam ſequitur Rot. Rom. vt patet ex deciſ. 643. alias 34. de reſcript. in antiq. & eſt communis opinio vt teſtatur Apoſt. ad Abb. d. cap. dilectus il 2. litt. E. licèt Abb. ipſe ibi, & d.cap. ex parte B. & plerique Doctor. cum vtrobique, tum d.c. nonnulli, c.olim, & d.§ cum verò aliter diſtinguunt, vt referunt Abb. d.cap. dilectus, & ibi Apoſt. litt. D. & plurib. ſeqq. Huius autem noſtræ opinionis triplex eſt ratio; prima, quam affert gloſ. & alij d.§. cum verò, quia non dicitur quis propriè trahi, niſi de loco, vbi eſt, ſeu eſſe ſolet: hoc autem verbo, trahi, vtitur in hoc propoſito Pontifex, tam d.cap. nonnulli, cap. olim, cap. ſtatutum, quàm cap. fin. Altera quam affert Abb. d. cap. ex parte B. num. 4. ad probandam ſuam 2. concluſ. nam ratione rei, vel contractus, aut delicti non poteſt dici ſua diœceſis, prout hac in re loquitur Pontifex in mox citat. iurib. ſed hæc ratio non omnino conuincit quoad diœceſim originis. Tertiam adducit Abb. ibidem num. 5. quoniam in d.cap. nonnulli, vbi eſt ſedes, & origo huius materiæ, ponderantur labores itineris, ac ſumptus, quos oportet facere. 368

Dieta cōputatio in cōmiſſione facienda.

Iſta verò attenduntur habito reſpectu ad diœceſim, vbi perſona reſidet. addit Abb. & vbi res eſt ſita, ſed malè; quid enim res ſita cum ſumptu, qui aliunde poteſt ſuppetere? Fateor ſanè, quòd † vbi reus habeat plura domicilia, illud attendetur, cum quo concurrit res litigioſa, vt bene probatur in d. cap. ex parte B. aliàs ex duobus attenditur principalius, Soc. cap. licet il 2. de for. compet. quæſt. 4. & 5. ſi ſint æqualia erit in electione actoris, l. 3. ff. de eo, quòd certo loco l. fin. C. vbi in rem act. cum gloſ. & ſimil. 369

Quid hic, ſi plura ſint domicilia, attendēdū.

Præmit

Præmitto tertiò, quòd olim, præcipuè ex diſpoſitione d. c. nonnulli, de reſcript. & cap. olim, de except. poterat delegatus exercere iuriſdictionem ſuam etiam citra partium conſenſum in quocunque loco, modò is non abeſſet à diœceſi rei conuenti, vltra duas dietas, ideoque per delegati approximationem ad d. diœceſim, etiam ſi exiret ciuitatem, vel diœceſim, in qua deputabatur, ſuſtinebatur reſcriptum delegationis, etiam vltra duas dietas à diœceſi Iudicis diſtantes impe-
370 tratum; hodie tamen † non poteſt ſuam iuriſdictionem delegatus exercere, niſi in ciuitate vel diœceſi, in qua eſt deputatus ſine partium expreſſo conſenſu, vt cauetur in d. cap. ſtatutum, §. in nullo, de reſcript. in 6. atque adeo ſaltem citra expreſſum vtriuſque partis conſenſum, immo & cum huiuſmodi conſenſu † per approximationem delegati exeundo extra diœceſim, vel ciuitatem in qua eſt deputatus, non ſuſtinebitur impetratio reſcripti, & deputatio iudicis vltra vnam dietam, vt tenent gloſ. & Doctor. magis communiter d. cap. nonnulli, d. cap. olim, & d. cap. ſtatutum, §. in nullo, & §. præced. qui incipit, cum autem, aliqui etiam in d. cap. dilectus, il 2. de reſcript. & in cap. ex parte B. de foro compet. Dec. d cap. olim, & Bened. Capr. reg. 53. num. 12. qui tamen duo ſecus dicunt de conſenſu. Hoc autem poſtremum, quòd neque de conſenſu partium fieri poſſit, præter Doctor. cit. & gloſ. d. §. cum autem, verbo, traxerit, & §. in nullo, verbo, deputatus fuerit, ac Doct. ibid. auctoritatem, ſatis probatur ex d. §. in nullo, iuncto §. præced. nam conſenſus partium & quidem expreſſus, non autem tacitus ſolùm admittitur in caſu d. §. in nullo, nimirum cùm delegatus deputatus in aliqua ciuitate, vel diœceſi vult extra eam poſitus citare partes, & de cauſa ſibi commiſſa cognoſcere, non autem in caſu §. cum autem, qui ſtatim præcedit, vbi cauetur abſolutè, ne cùm reus eſt diuerſæ ciuitatis, vel diœceſis, cauſa committatur in loco ab eo diſtante, nec reus ipſe trahatur extra eam vltra vnam dietam, neque vlla in hoc §. conſenſus
371 mentiò fit; non enim † extentio facienda eſt ab vno §. ad alium, per ea, quæ latè adducit inter alios Quinctil. Mandoſ. ad proœm. reg. Cancell. quæſt. 1. Ang. in proœm. Inſtit. Iaſ. §. ſed iſta, Inſtit. de act. & glo. not. in l. vnum, §. ſi de Falcidia, ff. de leg. 2. neque etiam alioqui ex eo prodeſt conſenſus, quòd id ad fauorem partis ſit inductum, obeſt enim decretum irritans in fin. cononis

Delegatus Papæ vbi poſſit ſuam iuriſdictionẽ extendere.

De vno §. ad aliũ non eſt facienda extenſio.

cononis poſitum, iuxta ea, quæ latiùs adducemus quæſt. ſeq. poſt gloſ.& alios d.cap.ſtatutum,necnon in d.cap.fin.His præmiſſis ad propoſitam quæſtionem duabus concluſionibus reſpondebimus.

Prima concluſio. Quamuis Conſeruatores poſſint in quauis ciuitate, & diœceſi deputari; poſtquam tamen fuerunt deputati in aliqua ciuitate, vel diœceſi non poſſunt extra eam contra aliquem procedere,nec quemquam trahere vltra vnam dietam à fine diœceſis ipſius.

Prima pars † concluſionis patet, quia licèt contrarium deciſum videatur in d.§.cum autem, quoad ſimplices delegatos, vt paulò ante vidimus; nihilominus hoc ideo eſt, quia certus eſt reus conueniendus, atque adeo eligenda eſt ciuitas, vel diœceſis, cuius tribunal à iudice eligendum ab eiuſdem rei diœceſi non vltra dietam diſtet, ne fruſtratoria potiùs,& irrita, hoc eſt, ſine effectu, quàm nulla reddatur impetratio. puto enim, quòd † ſi impetretur iudex delegatus etiam per tres dietas diſtans à reo conueniendo, tunc quidem ex eo reſcripto non poterit conueniri; cùm autem idem reus tranſtulerit domicilium in diœceſim non diſtantem à loco iudicij vltra vnam dietam,cum locus,hoc eſt diœceſis domicilij,non autem rei ſitæ,vel originis in computatione dietæ attendatur, vt ſupr.præmiſſ.2. docuimus; illúdque potiſſimum à conone in d.cap.ſtatutum intendatur,ne reus fatigetur,vt adnotauit inter alios Abb. d.cap.ex parte B.num.9. de foro compet. per text. d.cap.ſtatutum,& d.cap.dilectus il 2.de reſcrip. At verò ſecus eſt in Conſeruatoribus, qui generaliter deputantur contra incertas perſonas, quarum domicilium veriſimiliter ignorant, qui Conſeruatorias litteras impetrant; atque adeo non eſt ab iiſdem eligenda neceſſariò certa ciuitas, ac diœceſis; quod etiam ſatis oſtendunt verba illa text. d.cap.fin. quæ mox referemus, dum generaliter dicunt, (extra ciuitates, ſeu diœceſes, in quibus fuerunt deputati,) neque alibi in eo text.cauetur, vt certa ciuitas, vel diœceſis pro Conſeruatoribus deligatur, quod ſi voluiſſet Pontifex, expreſſiſſet, arg.cap.ad audientiam,de decim. cum ſimil. prout fecit in ſimplici delegato ad cap. ſtatutum §. cum autem, iuxta communem interpretationem gloſ. ibid. in verbo,traxerit,& aliorum; quo argumento ſicut vtitur eadem gloſ.in ſimili ſpecie in materia Conſeruatorum d.cap. fin. verſ.

373 *Conſeru. deputari poſſunt in quauis ciuitate, vel diœceſi.*

374 *Delegatio iudicis diſtantis à reo vltra tres dietas, an ſi reus transferat domicil. vltra vnam dietam ſuſtineatur.*

Conſeruatores mox citando, verbo, præſumant; ſic perſuaderi poſſe puto, † non debere neceſſariò eſſe locum inſignem

375 *Proceſſus Conſeru. deputati in diœceſi an peragendus in locis inſignibus.*

eum, in quo procedit Conſeruator, cùm non in ciuitate aliqua, ſed in diœceſi deputatur, quoniam id non cauetur d.cap.fin.in Conſeruatore, ſicut in ſimplici delegato decernitur d.cap. ſtatutum, in princ. præſertim cum in eod.cap.fin.verſic.circa munera, ea numerentur, in quibus vult Pontifex, d cap.ſtatûtum, in Conſeruatorib.obſeruari; quamuis, dum inter hæc recenſetur etiam quod de aſſeſſoribus ibi ſtatuitur, ſatis exprimi videtur illud etiam, quod de loco inſigni eod.cap.ſtatutum, decernitur; id enim fit, vt ibidem dicitur, quia copia peritorum in his locis haberi poteſt etiam pro aſſeſſoribus, vt ibidem gloſ.in verbo, copia, recepta communiter adnotauit: de quo latiùs c. 9.q 2.vbi de Aſſeſſoribus agemus.

376 *Procedere nequit Conſer. extra loca deputationis, vel trahere reũ vltra vnam dietam per ſui approximationem.*

Poſterior autem pars † concluſionis probatur, quia id expreſsè definitur d.c.fi.§.ſeu verſ. Conſeruatores autem, in hæc verba; Conſeruatores autem huiuſmodi extra ciuitates, ſeu diœceſes, in quibus fuerint deputati, contra quoſcunque procedere, aut aliquos vltra vnam dietam à fine diœceſum eorundem trahere non præſumant. Ex quibus poſterioribus verbis planè comprobatur poſterior pars huius noſtræ concluſionis. Ex prioribus verò apertè deducitur, non poſſe Conſeruatorem iuriſdictionem ſuam exercere exiſtentem extra ciuitatem, vel diœceſim, in qua fuit deputatus. Qua de re videnda ſunt, quæ diximus ſuprà quæſt.2.ſublimit.1. atque adeo non poterit per appropinquationem ſuam, transferendo nimirum ſe extra d.ciuitatem ac diœceſim conſtituere tribunal ſuum, ſeu locum iudicij intra vnam dietam à fine diœceſis rei conueniendi; quod etiam à fortiori confirmatur ex iis, quibus in 3. præmiſſ. id oſtendimus in ſimplici delegato, cui à canone d. §. in nullo permittitur, vt citare, & de cauſa ſibi commiſſa cognoſcere poſſit extra ſuam ciuitatem, & diœceſim, ſi accedat partium conſenſus, quod non permittitur Conſeruatori, vt quæſt.ſeq. oſtendemus; vbi etiam colligemus, huiuſmodi conſenſu iuuari Conſeruatorem non poſſe ad prædictam approximationem faciendam.

377 *Quid in prædictis liceat ex formulis Conſeruatoriarum.*

Limitatur autem hæc concluſio, quòd † hodie ex formulis diuerſis reſcriptorum aliquando poteſt Conſeruator ad duas, aliquando vſque ad tres reum trahere, vt in fin. huius quæſt.

Digitized by Google

quæſt. latiùs dicemus, & tradit etiam I.Eman.Roderic. quæſt. reg.tom.1. quæſt. 65. art.8. Dum autem idem ibid.in fin. ait, quòd † Epiſcopus conſtitutus Conſeruator poteſt citare, & compellere extra dictas dietas quoſcunque ſuæ diœceſis, cum in omni ſua diœceſi iuriſdictionem ordinariam habeat, & in quolibet loco ſuæ diœceſis non exempto per ſe, vel per alium poſſit pro tribunali ſedere, cap.cum Epiſcopus,de offic.ord. in 6. Vel nihil nouum, & ſpeciale dicit, vel tunc demum procedit, ſi tribunal elegerit in ipſa diœceſi; quòd ſi elegerit in ciuitate, tunc repugnaret text. d.§.Conſeruatores, qui non diſtinguit. An verò poſſit Conſeruator exiſtens extra ſuam ciuitatem, vel diœceſim committere vices ſuas alteri, & an hæc ſubdelegatio debeat fieri exiſtenti intra ciuitatem, vel diœceſim Conſeruatoris, aut ei ſaltem qui ibi iuriſdictionem exercere poſſit,ac debeat, colligitur ex d.cap. fin. §. vices quoque ſuas, quem ſatis explicauimus ſupr.hoc ipſo cap.q.2.concl.vn.limit. 2.ſublimit.1. 378 *Epiſcopus Conſeruator quid poſſit.*

Secunda concluſio. Dieta,de qua in d.§.Conſeruatores autem, & nos concluſ. præced. † non eſt illa legalis 20. miliarium, ſaltem indiſtinctè,ſed vulgaris, vbi adſit, alias arbitraria. Quòd non ſit indiſtinctè ſaltem illa legalis, probatur ex communi opinione,quæ habet, regulariter,immo generaliter, cùm in iure ſaltem canonico mentio fit dietæ, non eſſe accipiendam legalem, & in ſpecie tenetur inter alios à Rebuff.d.l.mille paſſus,de verb.ſignif.& gloſ.cap.cupientes, 1.reſp.verbo,commodè,de elect. in 6. & d. cap. ſtatutum §. cum autem, verbo, vnam dietam, ac Doctor vel ibi,vel in §. cum verò, qui ſtatim præcedit, de reſcript. in 6. gloſ.item & Doct. in cap.nonnulli, in princ.extra.eod.tit.& in cap. præſenti,§.loca,de præbend. in 6.ex quo text. id bene colligit ibi gloſ. communiter approbata in verbo,ſpecialiter; dum enim ibi ait Pontifex, velle ſe, quòd ſpecialiter in eo caſu vacationis beneficij in loco diſtante à Curia non vltra duas dietas, dietæ legaliter computentur, apertè demonſtrat contrarium eſſe generale, l.1.ff.ad municip.l.quod verò contra,& l.ius ſingulare,ff.de leg.cum aliis ad id alleg.per Euerard.in loco à ſpeciali, num.1. vbi inter pleroſque Doctor. hoc argumento vtentes ponit & gloſ.d.verbo, ſpecialiter. Idque eò magis etiam in ſpecie d. cap. fin. §. Conſeruatores autem, admittendum erit, quòd vnus, atque idem Pontifex, ni- 379 *Dieta,intra quã trahit Conſeruator quæ ſit.*

mirum Bonif. VIII. de iuriſprudentiæ facultate optim
ritus non modò tam d.cap.præſenti, quàm d.cap. ſtatut
cap fin. in quibus dictæ mentio habetur, auctor fuit, &
tor, verùm etiam totius libri ſexti Decretalium, in quo h
ra digeſta ſunt, compilator, & editor. atque edita in his
nis Conſeruatorum apertè ſentit gloſ. ab aliis approba
Conſeruatores, verbo, præſumant, dum ait, idem quo
procedere, quod in delegato dicitur d.cap.ſtatutum. D
tem, (ſaltem indiſtinctè,) quoniam aliquando locum
poterit legalis, vt mox dicemus. Quòd verò in ſpecie
fin. ſit accipienda dieta vulgaris, vbi adſit, probatur ex
ſupra in præmiſſ. 1. circa medium adduximus, ſumpto n
vulgaris dietæ non in ea ſignificatione, de qua Cæpol.
num.2. hoc eſt, ſecundùm quam poteſt communiter,
gariter iter fieri, ſic enim parum, vel nihil differret à leg
dicta, quia lex præſumit communiter homines vna die t
ſpatium, nimirum vicena millia paſſuum conficere,
mox cit. ex eod: Cæpol. & aliis adnotauimus; ſed pro e
declarata eſt per regionis conſuetudinem iuxta comn
ſententiam, vel etiam ſtatutum, vt ibid. nos addidimu
niam tam hoc, quàm illa non interpretari modò ius co
ne, ſed etiam ei derogare poſſunt, vt ibidem oſtendimu
ſante verò huiuſmodi ſtatuto, vel conſuetudine diet
clarante quoad numerum ſimul, & quantitatem mili
tunc ſiquidem ſaltem declaret quoad eorum alterum,
illud talis declaratio ſeruanda erit eandem ob cauſam,
alterum ſtabitur legali, vt quantum fieri poſſit non l
ius commune. Si autem omnino ceſſet, ita, vt quoad n
declaret, puto ſtandum tunc indiſtinctè legali, non aut
quando arbitrariæ, vt in ſimplici delegatione in d. præ
diximus, & de legali in tali caſu Pontificem d. §. Conſ
res, veriſimiliter ſenſiſſe; diuerſa enim ratio quoad
ſimplicis delegati, & Conſeruatoris; Conſeruator en
datur contra certas perſonas, ſicut delegati alij; ideò
mirum, ſi quoad ſimplicem delegatum veriſimiliter
Pontifex eaſdem qualitates, aliáſque circumſtantias pe
non autem quoad Conſeruatorem, id enim foret di
mum. atque hanc opinionem ſi teneamus, ei non o
quod argumento ſumpto à ſpeciali colligi paulò ante d

Digitized by Google

ex d. cap. præſenti, §. loca, nam rectè dici poteſt, voluiſſe ibi Pontificem, quòd in eo caſu ſpecialiter fiat computatio dietæ iuxta legalem, excludendo ab eo caſu vulgarem ex ſtatuto, vel conſuetudine, quæ in aliis caſibus iuris attendi debet, ſicut in aliquibus etiam arbitraria non autem excludendo legalem ab aliis omnibus caſibus. Sed ſi quis contendere velit, idem ſtatuendum in Conſeruatore, vt in hoc quoque poſſit habere locum arbitraria, quod vbi ſupra de delegato docuimus, non pugnabo.

Illud autem hoc loco admonendum omnino exiſtimo, antequam hanc materiam de dieta relinquamus, quòd † licèt text. d. cap. fin. de vna dieta [illegible]ponat, aliquando tamen conſueuit in litteris Conſeruatoriis concedi, vt Conſeruator poſſit trahere vſque ad quatuor dietas, vt refert de quodam Epiſcopo Parmenſi Io. An. d. cap. fin. in lect. ſeu nouel. verbo, dietam, & Gemin. §. Conſeruatores, num. 4. ac de Scholaribus tradit Rebuff. tract. de priuil. Scholar priuil. 161. num. 2. poſt eundem Io. An. in addit. ad Spec. tit. de iud. deleg. verſic. ſed numquid Conſeruator, & Boër. in conſuet. Biturig. §. 3. qui eſt de iuriſd. omn iudic. ſubdens, id etiam declaratum per Ordinationes regni Galliæ & Hiſpaniæ, & in Montepeſſulano teſtatur extendi ad quinque dietas. Sed hodie non extenditur facultas Conſeruatorum, niſi ad duas, vt patet ex iis litteris Conſeruatoriis, quæ habentur in Extrau. vnic. ſub tit. de iud. in commi. aliquando tamen vſque ad tres dietas, vt patet ex pleriſque formulis relatis ſupra cap. 2. quæſt. 2. cum derogatione quoad illas litteras, conſtitutionis Bonifacij VIII. hoc eſt, d. cap fin. & cap. ſtatutum, & clauſula dummodo non vltra duas dietas auctoritate præſentium quis trahatur; quoad has verò cum derogatione præterea Concilij generalis, nimirum d. cap. nonnulli, de reſcript. & clauſula, dummodo non vltra tres dietas de qua derogatione videas, ſi lubet, Capr. reg. 53. licèt inuolutè loquatur, Doct. d. c. nonnulli, & cap. eam te, de reſcript. Thom. Sanchez de matrim. lib. 3. diſp. 26. & lib. 8. diſp. 35.

380 *Trahitur hodie reus à Cōſer. vltra vnam & duas dietas.*

Denique quid dicendum, † vbi quis habeat Conſeruatorias cum huiuſmodi facultate trahendi vſque ad tres, poſsitne, vno Conſeruatore præſente, vel propiùs exiſtente ei, quem vult trahere, adire remotiorem intra tres tamen, Io. An d. verbo, dietam, ſe remittit ad id, quod ipſe ſcripſit in addit. ad Spec.

381 *Habēs plures Conſeru. an poſſit adire magis à reo diſtantem.*

Digitized by Google

d.tit.de iud. deleg. libr. 2 propè finem, ſuper verſic. ſe
quid. quod etiam facit Gemin.d.§.Conſeruatores num
medium. Illos conſulat quis, ſi vnquam opus fuerit
etiam Eman.Roderic. quæſt.regul.tom. 1.quæſt.65.art.
ipſe refert, ac ſequitur Io.An. loco cit. per rationes ab
tas, ac præcipuè quia Conſeruatoriæ ſunt ordinariæ p
& curandum, vt partes minùs quoad eius fieri poterit,
tur, arg.cap.cum paratus, 24.quæſt. 1.cap. cauſam, de
cap.ex parte il 2 de offic.deleg.l.quamuis, ff.de in ius
quando, C.de inoffic.teſt. necnon arg. l. apparitores C
mag. mil. ac denique quia talis videtur fuiſſe mens P
ne graue damnum alteri inferatur ſine cauſa; quæ men
ditur in priuilegiis interpretandis,cap. in his,iuncta gl
priuil. ex his demum colligens, quòd,ſi Conſeruator
ſens in loco, vbi reſidet iniuriator,aut eſt prope, & rati
qua eſſet ſuſpectus iniuriatori, vel iniurato, tunc dele
bet ſi forma Conſeruatoriæ id patitur; quòd ſi non pat
is delegare non vult, poteſt alius Conſeruator remot
ri; tunc enim ceſſant ſuperius allegata. Et de hac qu
ſatis.

QVÆRO *nunc octauò, An iuriſdictio Conſeruatorum*
partium poſſit prorogari.

382 *Prorogatio iuriſdictionis vt fiat partium cōſenſu, quid requirat.*

Suppono primò, quod ad hoc, vt † in materia iuri
nis fieri poſſit prorogatio propriè ſumpta, duo copula
quiruntur; alterum, quòd is iuriſdictionem habeat, in
cienda eſt partium conſenſu; alterum, quòd hæc iuriſ
ordinaria, vel ordinariæ ſaltem æquiparetur. Primum
tur in l.1.& 2.ff.de iudic.l.1.& 3.C.de iuriſdict.omn.
etiam procedit de iure Canonico, vt in cap. P. & G.de
leg. & cap.ſignificaſti, de foro compet. & ratio eſt,qui
gatio eſt augmentatio, ſeu extenſio iuriſdictionis, quo
non eſt, prorogari non poteſt d.cap.P. & G.& cap.de c
off.deleg.l.ſi manente,ff.de precar.cum aliis adductis
Soc.d.cap. ſignificaſti, num. 8, ſeu art. 1, nec debet co
eſſe erroneus, quia nimirum putet illum eſſe ſuum i
qui non ſit,d l.2.in 1.reſp.ff.de iud.l.ſi per errorem,ff.d
omn.iud.& d.l.1. C. eod. qui tamen non nocet in iudic
mirum is putet,ſuam eſſe iuriſdictionem, cum non ſit,
in 2. reſp. Debet etiam iſta iuriſdictio eſſe non ſolùm

Digitized by Google

tu,ſed etiam in actu, ita, vt habeat ille iudex exercitium illius iuriſdictionis, vt probat Soc.d.cap.ſignificaſti, num.21.ſeu art. 4.quæſt.1. & ante eum Abb.num.5. & alij, quorum opinio, ſi rectè intelligatur, oppugnari non debuit à Fel.ibid. num.1. & Barbat.in Apoſt. ad Abb. ſupr.litt.b. neque enim volunt Abb. & Soc.illam iuriſdictionem eſſe in actu reſpectu eius, ad quod facienda eſt prorogatio, nam id eſſet mera nugatio, & prorſus tollerè omnem prorogationem, ſed tantùm in aliquo caſu, vel aliquibus, à quo,ſeu quibus deinde partium conſenſu fiat prorogatio ad alias,in quibus non habet iudex iuriſdictionem, vel ſolùm in habitu. quæ quidem in hoc ſenſu ſufficit ad prorogationem iuxta id, quod inter alios poſt Imol. tradit idem Fel.in cap.de cauſis,num.4.ad finem, de off.deleg.& alij,quos refert, & ſequitur Ludolph.Schrader.tract.de feud.par.10. ſect.3. nu. 112.cum ſeq.

Secunda † pars concluſ.quam ita intelligo,vt poſſit iuriſdictio in omnibus, vel ferè omnibus caſibus, ſeu ſpeciebus prorogari, tenet expreſsè gloſ. d.l.1.ff. de iud. verbo, tribunali,licèt alia gloſ.nimirum d.l.1.C de iuriſdict.omnium iud.verbo, iudicibus,contrarium teneat, ſed poteſt explicari,vt ſolùm velit,aliquando poſſe prorogari iuriſdictionem delegatam, non autem ſemper; quod pluribus oſtendit Soc. d.cap. ſignificaſti, num.25. ſeu artic. 4. quæſt. 6. & nos infra in ſingulis ſpeciebus prorogationis explicabimus; Interim verò illud pro conſtanti ſupponamus, quòd † iuriſdictio delegati ad vniuerſitatem aliquam cauſarum poteſt, ſicut ordinaria, prorogari,quicquid voluerit Abb. d. cap. P. & G. num. 5. Soc. d. num.25.& Capr. tract.de prorog.num.58. & 59. nam quod nos dicimus, probatur tum ex eo, quòd hic delegatus ordinario æquiparatur, vt oſtendimus ſupra quæſt.1. concluſ. 3. tum etiam per text.d.l.1. C.de iuriſdict.omn. iud. vbi habetur, iuriſdictionem procuratoris fiſci, qui cognoſcit cauſas inter fiſcum, & priuatum, l. ad fiſcum,C.vbi cauſ. fiſc. l. 1. & 2.C. ſi aduerſ. fiſc. poſſe partium conſenſu prorogari de perſona ad perſonam, quæ † difficilior eſt, quàm reliquæ prorogationes, vt poſt Mod.tradit Dec.in c. ceterum,num.5.& 6.de iud. Soc.d.cap.ſignificaſti, num. 25. & patet ex eo, quòd † iuriſdictio delegata non poteſt prorogari de perſona ad perſonam, d. cap. P. & G. poteſt tamen de re ad rem,cap.cum olim,de offic.deleg. de tempore ad tempus, cap. de

383 *Iuriſdictio in omnibus caſib. prorogari poteſt.*

384 *Iuriſdictio delegati ad vniuerſitatẽ cauſarum prorogari poteſt.*

385 *Prorogatio de perſona ad perſonã ceteris difficilior.*

386 *Prorogatio iuriſdictionis delegatæ de quibus fiat vel non.*

Digitized by Google

de cauſis, eod. tit. & de loco ad locum, d. cap.ſtatutum, §. in nullo; & in ſpecie, quòd iuriſdictio delegati ad vniuerſitatem cauſarum poſſit, ſicut ordinaria, prorogati, latè comprobat Neuiz.conſ.35. num.10. & Menoch.de arbitr.iud.quæſt.67.num. 54. nec mirum, cum delegatus ad vniuerſitatem cauſarum in multis ordinario æquiparetur, vt ſupra hoc eod. cap. quæſt. 1.concluſ.3.ex Menoch.d.quęſt.67.num.52.cum aliquib.ſeqq. & aliis oſtendimus.

Et hoc quidem, quod diximus vt hæc duo requirantur ad prorogationem quoad omnes ſpecies, nimirum iuriſdictio, eáque ordinaria, vel quæ ordinariæ comparetur, procedit de

387 iure ciuili, & inter laicos, quòd ſi agatur † de prorogatione à clerico facienda, de iure canonico requiruntur alia duo, quòd nimirum is iudex ſit Eccleſiaſticus, & accedat conſenſus Epiſcopi diœceſani, vt cauetur in d.cap. ſignificaſti, de foro compet.vbi gloſ. Abb. Soc. Felin.& alij aduotarunt allegantes iura concord. nimirum in cap.non liceat, 3. quæſt.6. cap.1. & 2. 9. quæſt. 2. in quib. duob. iuribus habetur etiam, ſententiam, ſi feratur, non tenere, quod & ſancitur in cap. denique, 6.q.3. & admonentes, non ideo tamen clericum cadere à iure ſuo, & conſenſum tacitum Epiſcopi ſufficere ad faciendam in alium iudicem Eccleſiaſticum iuriſdictionis prorogationem. Ego verò alia tria hac in re adiicio.

Prorogatio iuriſdictionis à clerico facienda quid requirat.

388 Primum eſt, † neque Archiepiſcopi iuriſdictionem poſſe ita prorogari, vt de cauſis ſubditorum ſuorum ſuffraganeorum poſſit cognoſcere etiam de partium conſenſu abſque diœceſanorum ſuorum voluntate, vt decernitur in cap. 1.de for.comp. in princ.lib.6.

Archiepiſc. quomodo de cauſis ſuorũ Suffraganeorum cognoſcat.

389 Alterum, † conſenſum Epiſcopi ſui non requiri in prorogatione iuriſdictionis facienda in delegato; nam, cum per delegationem ſiue in prima, ſiue in vlteriori inſtantia certum ſit, partes à iuriſdictione ſui ordinarij in ea cauſa eximi, ſequitur, Papam per delegationem huiuſmodi conſenſum ſupplere, per ea, quæ de exempto in his terminis tradit poſt alios Iacob. Ant. Marth. tract. de prorog. num. 14. Soc. d. cap. ſignificaſti, num.42.verſic.ex quib.infertur. ídque maximè, cum Papa Ordinarius ſit ordinariorum, c.cuncta per modum, & c.per principalem, 9.q.3. & eſt Epiſcopus totius orbis, gloſ.c.felicis, §.fin. de pœn.in 6.cum ſimil.

Epiſcopi cõſenſus non requiritur in prorogatione iuriſdictionis delegati.

Poſtre

Digitized by Google

Poſtremum, quod adiicio, eſt, † diſpoſitionem d. cap. ſignificaſti, & concordantiam accipiendam eſſe ſolùm in terminis in quib. loquuntur, hoc eſt, cùm agitur de prorogatione de perſona ad perſonam; vbi autem ſemel conſentit Epiſcopus vel tacitè, vel expreſsè quòd ſuus ſubditus alterius iudicis Eccleſiaſtici iudicium habeat, non video, cur poſtea coram hoc non poſſit fieri per clericum abſque alio ſui Epiſcopi diœceſani conſenſu prorógatio quoad alias ſpecies prorogationum. 390 *Epiſcopi cõſenſus nõ requiritur in vlteriori prorogatione poſt primam.*

Circa quas ſuppono ſecundò, quòd, † licèt à gloſ. d. l. 1. verbo, iudicib. C. de iuriſdict. omn. iudic. tres tantùm conſtituantur, prima de perſona ad perſonam, vt in d.l.1.C.de iuriſdict.omn.iud.& d.l. 1. ff. de iudic. Secunda de re ad rem, l. de qua re §.1.ff.de iud. Tertia de tempore ad tempus, l.2 §.ſed ſi iudex, aliàs ſi & iudex, vbi etiam gloſ.ponit tantùm eaſdem tres ſpecies ff. eod. Bart. tamen d. l. 2. in fin. princ. & Bal.in quæſt. quæ incipit, Apulæius col. 12. quorum opinionem ſequitur Soc. d. cap. ſignificaſti, num. 9. & alij Doct. communiter tum ibi, tum aliàs ſæpe docent, quatuor modis poſſe prorogationem fieri. Primò de perſona ad perſonam, vt d.cap.ſignificaſti, & d.l.1.ff.de iud.& l.1.C.de iuriſdict. omn. iudic. Secundò de tempore ad tempus, vt in d.cap.de cauſis. de off.deleg. & d.l.2. §.ſi & iudex, aliàs §. ſed ſi iudex ſeu in princ. verſ. ſed ſi iudex. Tertiò de re ad rem, vt in d.cap.cum olim, de offic.deleg.& d.l. de qua re §. 1. iuncta gloſ. ff. de iudic. Quartò de loco ad locum, vt eſt caſus in d.cap.ſtatutum §.in nullo, de reſcript.in 6. ſed Abb.d.cap P.& G.num.12.iuncto num. 15. addit quintam ſpeciem prorogationis, † de caſu ſcilicet ad caſum ex text. in cap.cordi, quod eſt 1.de appell.in 6. vbi dicitur, partes poſſe conſentire, vt iudex ad quem, omiſſo articulo appellationis, cognoſcat de cauſa principali; ſed, vt bene ait. Innoc.d.cap.de cauſis, & Doct.d.cap. P. & G. illa non eſt vera prorogatio, ſed potiùs omiſſio exceptionis; loquitur enim in Papa, in quo non poteſt cadere illa prorogatio, cum de eius voluntate conſtet, de poteſtate enim dubitare nefas eſt. poni tamen poteſt hæc ſpecies tum vbi in litteris delegationis non adeſſet clauſula, (vna cum toto negotio principali;) ſi enim tunc vellent, aut ſaltem conſentirent partes, vt iudex, ad quem, præter articulum appellationis cognoſceret etiam de cauſa principali; diceretur fieri prorogatio de caſu ad caſum; tum in Archiepiſcopo, qui 391 *Prorogationes iuriſdictionis quot ſint.* 392 *Iuriſdictionis prorogatio de caſu ad caſum an detur.*

Digitized by Google

nequit cognoſcere de cauſa principali omiſſo articulo
tionis etiam de partium conſenſu , vt diſponitur dict.
princ.de for.compet. in 6. tunc enim ſi vellet de conſe
tium id facere , diceretur pariter fieri prorogatio de
gnitionis articuli appellationis , & cauſæ principalis ,
cognitionis cauſæ tantùm principalis. Sed & huiuſm
cies prorogationis formari poſſet in terminis d.cap. 1.
Papalis cōmiſſionis , vbi in ſpecie mandaretur iudici,a
vt tam articulum appellationis, quàm cauſæ principal
naret. Hanc ſpeciem prorogationis de caſu ad caſu
etiam Bened.Capr.tract.de prorogat.num 54. & ſeq.vb
vult indiſtinctè poſt Imol.d.cap. P. & G. ex communi
ctionem datam ſub certa conditione prorogari non po
393 tam ſpeciem ponit idem Abb.d. num. 12. & 11. † de
Prorogatio de cauſa ad cauſā an ſit: cauſam , exempli gratia de vna ſpecie iuriſdictionis a
vt , ſi agatur de proroganda iuriſdictione eius , qui ſo
gnoſcit de mercimoniis ad aliud genus cauſæ , vel eiu
iudex in ciuilibus , vt ſit in criminalibus , ſequitur Iac
Martha tract.de prorog.num.19.per §.plus, Inſtit.de a
1.de mut. petit. ſed hanc ſpeciem congruè poſſumus r
cum Soc.d.cap.ſignificaſti, num. 29. & Bened.Capr.d.
prorogat.num.40.ad illam de re ad rem,vel tamquam
ad genus ; eo modo quo in cap.forus verſic.cauſa , de
gnif. dicitur negotium differre à cauſa, quòd hæc ſit ne
ipſum , dum proponitur. ſicque ſoluitur quod allega
Matth.ex d. cap.1. de mut. pet. vt oſtenderet diuerſas
nino has duas prorogationis ſpecies , quod autem ad
d.§.plus, Inſt.de act. tollitur dicendo , cauſam ibi ſumi
priè pro conditione;ſeu ſtatu , vel , vt ibi exponit gloſ
autem , pro electione , quatenus dicitur ab Imperator
petere cauſa qui electionem eripit aduerſario. Septim
394 addo † de vno modo cognoſcendi, ſeu procedendi a
An & de vno modo cognoſcendi ad aliū detur. vt , ſi agatur de proroganda iuriſdictione eius , qui nec
gnoſcere, niſi ſummariè,ſimpliciter, & de plano,vt co
plenariè,& omni iuris,& iudicij ſolemnitate ſeruata,ve
iuxta Clem.ſæpe,cum ibi nót.de verb. ſignif. item vt ,
poteſt ſeruare iuris ordinem,quod accidit in eo,qui tan
iudex in notoriis , illam obſeruet , vel è contrario , iux
cum ibi traditis per Doct.in cap. ad noſtram il 3. de iu

Digitized by Google

d.cap.1.&fin.de offic.deleg.in 6. cum ſimil.

In hac ergo quæſtione ſigillatim videbimus, an hæ omnes ſpecies prorogationis locum habeant in Conſeruatore. Ex quibus pleræque declarationes ſumentur ad eas ferè omnes quæſtiones, quas hucuſque diſputauimus, & in conſequentib.cap. Deo dante diſputabimus. Et quidem quoad primam ſpeciem. id eſt, de perſonis, tria videnda ſunt, primum circa perſonas, quæ dant Conſeruatores, de quibus diximus cap.4. Secundum circa eas, quæ dantur, & enumeratæ, ac latiùs explicatæ fuerunt cap.5. Tertium quoad eas, quibus dari poſſunt iuxta latè tradita cap. 6. Quoad ſecundam ſpeciem, id eſt, de tempore ad tempus præcipuè diſſeremus, an quinquennium, ad quod conceduntur priuatorum Conſeruatoriæ, prorogari poſſit de conſenſu partium, & ſic declarabitur materia X. ac poſtremi cap.maximè quoad 6.quæſt.Circa tertiam de re ad rem, ac ſextam de caſu ad caſum illud præ cæteris diſputabimus. An Conſeruatoris iuxta terminos d. cap. 1. & fin. deputati iuriſdictio extendi poſſit per conſenſum partium ad ea, quæ requirunt iudicialem indagationem; an de cauſa ciuili ad criminalem, vel mixtam; & ſimilia; quibus declarabitur materia huius cap. quoad aliquas quæſt. Circa quartam explicabimus, An Conſeruator de conſenſu partium poſſit aliquando cognoſcere vltra vnam dietam, vel procedere vltra ſuum locum deputationis, quibus explicabitur ſimul præcedens quæſt. Quoad quintam de caſu ad caſum videbimus, an ea locum habeat; ſicque explicabuntur quatuor priores quæſtiones huius cap. Quoad ſeptimam ſpeciem aliqua declarabuntur, quæ ad hoc idem cap.& ſequens pertinent, vbi de modo procedendi Conſeruatoris agemus atque adeo explicatæ meliùs remanebunt non paucæ huius,& ſequentis cap.quæſtiones.

Hæc autem ſingula, & ſi quæ alia nobis occurrent circa eas ſpecies tractanda, ſingulis concluſionibus, vbi opus fuerit, & qua fieri poterit breuitate abſoluemus; ſi tamen præmittamus 3.ſuppoſ. loco, † quando-nam ita liceat à genere ad ſpeciem argumentari, ait, quod attribuitur, vel negatur generi, ſpeciei quoque attribuatur, vel denegetur. reliqui enim modi argumentandi à genere ad ſpeciem, cum huic tractatui nequeant inſeruire, vel parùm vtiles ſint, conſultò à nobis omittentur, hic verò modus maximè; nam non ſolùm ex eo colligemus, 395 *Argumentū de genere ad ſpeciem quomodo procedit.*

Digitized by Google

quando prorogatio, quæ conuenit, aut non conuenit delegato præſertim Principis, (quem genus eſſe ad Conſeruatorem, ſatis conſtat ex adductis ſupr. cap. 1. quæſt. 2. vbi Conſeruatoris definitionem attulimus, & hoc ipſo cap. quæſt. 1. concluſ. 2. vbi oſtendimus, eius iuriſdictionem eſſe delegatam,) Conſeruatori quoque conueniat; verùm etiam pleraque alia in hac materia Conſeruatorum definiri poterunt, quæ partim mentem noſtram forſan effugient, partim conſultò prætermittemus, ne pene in infinitum ex iis quæſtionib. ferè innumeris excreſcat hic tractatus, quæ non in ſpecie de Conſeruatore, ſed in genere de iudice delegato cum tradantur, hinc facilè peti poterunt, tunc maximè, vbi quod diximus, de hoc argumento à genere ad ſpeciem præmiſerimus.

396 *Speciei conuenit quod de genere dicitur:* Suppono igitur tertiò, tamquam certiſſimam regulam, † id, quod prædicatur de genere, de ſpecie quoque prædicari. hanc regulam approbat Caius I.C in l. ſemper, ff. de reg. iur. dum ait, ſemper ſpecialia generalibus inſunt; omiſit Euerar. in Top. iur. loc. à gen. ad ſpec. ponit verò inter alios latè Vigel. in Dialect. iur lib. 2. loc. à genere reg. 1. pleraque illius exempla, & exceptiones non paucas ſubiiciens. nos aliqua tantùm exempla afferemus, quæ ad iura de genere diſponentia ad ſpecies trahenda vel pertinent vel ſaltem adaptari poſſunt & ex iis exceptionib. contenti erimus quæ ad rem noſtram facere videbuntur. Exempla igitur prædictæ regulæ ſunt in l. 1. §. generaliter, ff. de leg præſt. contra tab. bon poſſ. petita, l. item apud Labeonem, § generaliter ff de iniur. l. ſi quis C. de pact. & cap. quia circa, de priuil. Ex quibus iuribus patet, hanc regulam procedere † non

397 *ſiue per affirmationẽ, ſiue per negationem.* modò in eo, quod prædicatur affirmatiuè, ſeu affirmatur, ſed etiam negatiuè, ſeu negatur de genere; id quod inde etiam confirmatur; nam ſicut valet illa conſequentia, animal eſt ſenſitiuum, ergo homo eſt ſenſitiuus; ita hæc, animal non eſt accidens, lapis, ſpiritus, ergo homo non eſt accidens, lapis, neque ſpiritus.

398 *Speciei non cõuenit quod conuenit generi ſi ab eo nominatim excepta:* Prima exceptio huius regulę eſt, † niſi ſpecies à genere fuerit nominatim excepta. quæ probatur in l. 1. §. fin. & l. in toto, ff. de regul. iur. l. in his, ff. de leg. l. lex naturæ, ff. de ſtat. homin. & in cap. generi, de reg. iur. in 6. exemplum eſt in l. iuriſgentium, §. Prætor ait, ff. de pact. alia peti poſſunt ex gloſ. & Dyn. d. cap. generi, num. 13. & Add. ibi Dec. & aliis d. l. in toto. Secunda exceptio

Digitized by

exceptio prędictæ haud prorſus diſſimilis eſt,niſi de ſpecie propoſita ſpecialiter actum ſit. quæ approbatur in l.ſanctio, ff. de pœn.& in d.cap.generi, de reg.iur. in 6. exempla habentur d.l. ſanctio,& cap.2.de conſtit. in 6. alia, quæ tamen ad legum diſpoſitionem non pertinent, affert Vigel.loc.cit.qui etiam affert huius exceptionis replicationem quæ ad rem noſtram facere poteſt, niſi eodem ſit conditio generalis,& ſpecialis diſpoſitionis; tunc enim nihil prohibet, genus ad ſpeciem, de qua nominatim cautum eſt, porrigi; quæ replicatio approbatur in l. ſi ſeruus;§.cum eo planè,ff.ad leg.Aquil.& l.ſi quis,in princ.C.de præſcript.30.vel 40.ann.

Tertia exceptio eſt, † niſi quibuſdam ſpecialiter enumeratis, vel tractatis generale verbum ſubiiciatur,tunc enim genus reſtringitur ad ſpecies antea enumeratas,vel de quib.antea eſt actum, neque ad alias trahi poteſt, l.ſi ſeruus plurium,ff.de leg.1. exempla ſunt in l. emptor §. Lucius Titius, ff.de pact.l. quoties,C.famil.erciſc. cap. ſedes, de reſcript. & aliis adductis per Gabr.commun. concl. lib. 6. tit. de reg. iur. concl.4. num. 21. Vigel.ſupr. vbi ad hanc exceptionem plures explicationes affert. illa verò dumtaxat rei noſtræ quatenus de diſpoſitione legali eſt, inſeruire poteſt, niſi occaſione alicuius certæ cauſæ lex generalis lata ſit;hæc enim generalis diſpoſitio non reſtringitur ad cauſam, de qua antea eſt actum, vnde & Pontifex reſpondendo ad certum caſum canonem generalem condit,glo. Clem.attendentes,de ſtat.regul. Abb.Fel.& alij cap. paſtoralis, de except. exemplum eſt in l.1.§. origo verò, ff. de poſtul. & l. 1.in princip. ff.ad Macedon.& alibi paſſim in iure ciuili,& Canonico.

399 *Itē vbi quibuſdam ſpecialiter enumeratis genus ſubijcitur: vel contra.*

Quarta exceptio, † ſi ſpecies ſit de materia priuilegiata,vt puta dotis; eam enim non comprehendit generalis diſpoſitio, Vigel. ſupra, Neguſant. de pignor. 1. parte 8. partis princip. num.3. & Villabob. in opin. commun.litt. G. num. 7. & quòd generalis diſpoſitio legis non comprehendat caſus priuilegiatos,pluribus comprobat Gabr.d.lib.6.tit.de leg. & conſt.concl. 1.per totam.

400 *Quid in materia priuilegiata dicendum.*

Quinta exceptio.niſi generi certæ ſpecies ſubiiciantur;tunc enim generalis diſpoſitio non niſi ad ſequentes ſpecies pertinet; quæ approbatur in l. ſi ſeruus plurium, §. fin. ff. de leg. 1.l. legata,in princip.ff. de ſuppell.leg. exemplum eſt in l.ſi cum,ff.

Digitized by Google

de verb.ſignif. & l.cum de lanionis, §. cum fundum, ff. de inſtrum.leg. Cuius exceptionis replicatio eſt,niſi verbo generali ſpeciale nigrum ſubiiciatur,Vigel.ſup.in 5.except.dicens,hanc replicationem controuerti, magis tamen approbari apud Frãc, Viu.lib. 1.commun.opin.verſ.ſtatuti rubrica.

401 *Quid ſi generi certa qualitas adiiciatur:* Sexta exceptio eſt, † niſi generi certa qualitas adiiciatur; per hanc enim reſtringitur, nec pertinet ad alias ſpecies alterius qualitatis, vt in l.teſtamento, §.cum ita,ff. de manumiſ.teſtam.l.ſi habitatio,§. ſed & ſi relictus,ff.de vſu,& habitat.& l.ea tamen, in fin.ff de leg.3. Cuius exceptionis duplex eſt replicatio prima, niſi qualitas adiecta ad genus præcedens ſalua ratione recti ſermonis referri non poſſit,l.Plautius, ff. de aur.leg. Altera, niſi ex abundanti qualitas ſit adiecta, l.pediculis,§.Labeo,ff.eodem.

402 *Aut generalis diſpoſitio eſſet inutilis:* Septima exceptio eſt, † niſi diſpoſitio generalis eſſet in ſpecie propoſita futura inutilis,natura,vel iure obſtante, vt in l. ſi quando,ff. de leg. 1. vt gradatim §. 1 ff de mun.& honor.l.ſpem eorum,C.quæ res pign. oblig. non poſſ. cum aliis adductis per Vigel.iuxta excep.7.

403 *Aut ratio ceſſet:* Octaua exceptio eſt, † niſi ratio diſpoſitionis generalis in ſpecie propoſita ceſſet, vt in l.adigere,§.quamuis.ff.de iure patron. de qua exceptione aliquid Io. Bellon de arg. leg. cap. 54. plura idem Vigel.d.lib.2.in loc. à rat. leg. reg. 2. in loco à cauſ. efficiente reg 6. à cauſ.fin.reg.1. à repugnant. reg.7. & Nic. Euerard.in Tap.iur.in loco à rat. leg. ſtrict. vnde etiam peti poſſunt multæ huius exceptionis replicationes; nobis hoc loco ſufficient quinque illæ,quas Vigel. exceptionum loco affert ad d. reg. 2. Prima ergo huius octauæ exceptionis replicatio eſt, niſi impulſiua, non finalis cauſa, & ratio legis ceſſet, per l. 1.§. ſexum,ff.de poſtul.l.vlt.in fin. ff. de reſcind. vendit.l.2.§.fin.ff. de donat. tunc autem exiſtimanda eſt ratio, ſeu cauſa impulſiua, cùm diſpoſitio generalior eſt ratione; finalis,cùm vel cauſa, ſeu ratio generalior eſt diſpoſitione, vel æquè generalis; in dubio autem impulſiuam potiùs, quam finalem præſumi, poſt Bart.in Extrauag. ad reprimendum, verbo, nec ex eorum abſentia, & Bal.in l generaliter,C.de epiſc.& cler. tradit Vigel.d. reg.2.except.1. latiſſimè Tiraq.tract.de cauſ.ceſſan. limit. 1.ferè per totam. Secunda replicatio eſt, niſi eiuſdem legis,vel diſpoſitionis plures ſint rationes,& vnã tantùm ceſſet, vt in § affinitatis,

Digitized by Google

finitatis, Inſtit.de nupt.de qua etiam vide Vigel.d.reg.6 excep. 5.Cacher.deciſ.118. num.5. Villabob. in ſuis commun.litt.D. num.195. cum ſeq. Tertia, niſi alia lex, vel ratio melior diuerſum ſuaſerit, l.ſi quis in filium, in princ. ff. de collat.bon.l.vlt. ff.de decur. l.vnicus, §.ſeruus, ff.de quæſt.§.& hæc adeo, Inſtit. de nupt. Quarta replicatio eſt, niſi ratio legis dubia ſit, vt patet ex l.1.§. ſi qui nauem, Inſtit.de exercitor. act.l.non aliter, ff.de leg.3. Quinta, & poſtrema huius octauæ exceptionis replicatio eſt, niſi ex verbis legis diuerſa eius mens appareat, vt in l. proſpexit in princ.ff.qui & à quib.manumiſſ.

Nona exceptio eſt, † niſi veriſimile ſit, eum, qui generaliter diſpoſuit, de certa ſpecie admonitum, eam comprehendi voluiſſe. exemplum eſt in l.obligatione, cum duab.ſeqq.ff. de pign. & hypot.l.quæro, §.inter locatorem, ff.locat.gloſ.in l.tale pactum, §.fin.vbi Bal.Caſtr. & Fulgoſ.ff. de pact. cum aliis adductis per Gabr. d.lib.6.tit. de regul.iur. concl. 10.& 12.& quo ad leges eſt ſingulare dictum Ariſt.lib.5. & hic.cap.10. vbi Petionio interprete ſcribit; Cum de toto genere lex dicit, atque aliquid iis in rebus contra generalem legis comprehenſionem exiſtit, tum percommodè accidit, vt qua parte ſcriptor legis aliquid prætermiſit, ac peccauit omnino, ac ſemel locutus, id, quod prætermiſſum ſit, corrigatur, quod etiam legiſlator, ſi adeſſet, admoneret, etiam ſi iam legem tuliſſet. Hucúſque Philoſophus. 405 *Aut veriſimiliter diſponens noluit ſpeciem comprehēdi.*

Hæc tamen legum correctio; ſiue diſtinctio vt rectè docet Vigel.d.loco à gen.reg.1. except.9. niſi euidens ſubſit æquitas, quæ nullam admittat dubitationem, non paſſim cuiuis eſt permittenda, vt ex veriſimili aliquo exceptionem introducat; ſed hoc ad legiſlatoris munus pertinet; proinde Ariſtoteles d. cap. 10. ſubiicit; quo circa decreto opus eſt. & Imp. l. 1. C. de leg. inter æquitatem inquit, & ius interpoſitam interpretationem nobis ſolis & oportet, & licet inſpicere. In cauſis tamen arbitrariis † ex probabili ratione licet iudici à generalis legis diſpoſitione recedere, & hanc ponamus cum Vigel. ſupra loco decimæ exceptionis, exemplo l.3. §. ideoque ff. de teſt. & auctoritate l.ob carmen, ff.eod.l.quod ſi minor, §.fin.ff.de minor. & l.hodie, ff.de pœn. Quæ autem ſint iſtæ cauſæ arbitrariæ videas, ſi lubet, apud D.Menoch. tract. de arbitrar. iudic. paſſim Franc.Viu.lib.2. commun.opin. verſic.arbitrio iudicis num.5. 406 *Aut cauſa ſit arbitraria,*

& cum

& eundem Vigel.in alleg.Dialect. iur. lil r. 3.tit. vlt. qui etiam circa initium illius tit. monet has cauſas arbitrarias aliquando à legibus appellari extraordinarias, ali uando cauſæ cognitionem.

Poſtrema verò exceptio illius regula, quam initio poſuimus,ſeu potiùs declaratio, ea eſſe poteſt, vt † in iis generibus, quæ commune nomen habent cum ſpeciebus, vt dicimus, de adoptione,& cognatione, quæ & genericè,& ſpecificè ſumuntur, vt in noſtra ſpecie eſt genus, iudex delegatus, ſeu etiam, delegatus à Principe, quod genericè accipi poteſt, & ſpecificè pro delegato ad certam cauſam, iuxta quam ſignificationem ſimplex delegatus dici poteſt, & ſpecie differt à delegato ad vniuerſitatem cauſarum, atque adeo à Conſeruatore, qui non eſt ſimplex delegatus, aut etiam delegatus à Principe, ſed delegatus Principis ad vniuerſitatem cauſarum,vt ſupra oſtendimus; prædicta regula procedat in eo, quod de genere prædicatur ſecundùm rationem, & notionem, ſeu ſignificationem generis, non autem quatenus ſpecificè ſumitur, id enim eſſet non à genere ad ſpeciem,ſed à ſpecie ad ſpeciem arguere,quod † non licet, vt norunt Dialectici, & inter Iuriſperitos poſt quendam Salom.ad l.Gallus, ff. de lib. & poſthum. adnotauit Io.Neuizan.in Silu.Nupt.lib. 1.num.222.nam ſpecies ſunt,quæ differunt differentiis ſubſtantialibus, vt poſt Iaſ.in l.3.§.genenera, not.1.ff. de acquir. poſſeſſ. ait idem Neuiz. num. 221. & notauit Vigel. in alleg. Dialect. iur. libr.1.tit. de differentia, & Porphir. omnéſque Dialectici in prædicabili ſpeciei, & differentiæ ſpeciem definiunt, quòd ſit, quæ prædicatur de pluribus differentibus in quid, & conſtitui tradunt ex genere, & differentia ſpecifica; quam definiunt eſſe, quæ prædicatur de pluribus differentibus numero in quale quid; vnde, ſi ſpecies differunt, in quo differunt non poteſt tamen de altero prædicari, poterunt tamen ſpecies cognatæ inuicem prædicari; & ſic procedit locus à cõparatis, & à ſimili, vt adnotauit Vigel.d. lib.2.tit.de ſpecie in fine, ſed tunc vna ſpecies de altera prædicatur in eo, in quo conueniunt per quandam comparationem, & ſimilitudinem, & ſic genericè per rationem, vel v[illegible]ocam, vel analogam,ſeu proportionalem.

Atque, vt eò, vnde non multò ante diſceſſimus, redeamus, prædicta regula ita eſt accipienda, vt † nec procedat in prædicatione

407 Speciei non cõuenit quod conuenit generi quatenus ſpecificè ſumitur.

408 Species inuicẽ nõ prædicãtur niſi ſint cogna ta.

409 Speciei quomodo conueniat generi conueniens, aut contra.

Digitized by Google

dicatione ſecundùm omnem rationem genericam, aut etiam abſtractiuam dumtaxat, per quam genus ſuas ſpecies continet; ſic enim optimè dicit Vigel. d. reg. 1. except. 11. quod de genere prædicatur, non item prædicari de ſpecie, cui non poteſt conuenire, vt ſpecies illas ſub ſe comprehendat, quas comprehendit genus, exemplum afferens in credito, quod tamquam genus complectitur ſub ſe commodatum, mutuum, depoſitum, &c. l. 1. ff. ſi cert. pet. & tamen mutuo non conuenit, vt hæc ipſa ſub ſe complectatur; ſed ſecundùm rationem præciſiuam, qua ab iis præſcindit, & id ſolùm conſideratur, quod generi ſecundùm ſuam eſſentiam conuenit, vt animali eſſe ſenſitiuum, legi ius facere, l. 1. & toto ferè tit. ff. & C. de leg & ſimilia. His in hac quæſt. poſitis iam ad eiuſdem concluſiones veniamus.

Prima concluſio. Conſeruatoris iuriſdictio † non ſolùm aliqua ratione, ſeu in aliqua ſpecie prorogationis, ſed de ſe poteſt in omni ſpecie prorogari. Prior pars huius concluſionis patebit, tum ex probatione poſterioris, tum ex nonnullis earum, quas ſubiiciemus, concluſionibus. Poſterior ergo pars huiuſce concluſionis probatur primò ratione, quoniam iuriſdictio Conſeruatoris, licèt delegata ſit, æquiparatur tamen ordinariæ, vt ſupra hoc ipſo cap. quæſt. 1. concluſ. 3. demonſtrauimus; at verò non ſolùm iuriſdictio ordinaria prorogari poteſt, vt pluribus comprobat Ludolph. Schrader. in tract. de feud. part. 10. ſect. 3. num. 96. & ſatis conſtat ex l. 1. & 2. ff. de iudic. l. 1. & 3. C. de iuriſdict. omn. iudic. quæ iura licèt ferè loquantur dumtaxat in prorogatione de perſonæ ad perſonam; tamen hæc difficiliùs conceditur, vt oſtendimus ſupra hac ipſa quæſt. in 1. ſuppoſ. & idem dicendum ſaltem de aliis quoque tribus prorogationib. quas communiter ponunt Doct. ſimul cum præcedenti nimirum de re ad rem, de loco ad locum, de tempore ad tempus, vt in 2. ſuppoſ. diximus, ſed etiam ea iuriſdictio delegata, quæ ordinariæ æquiparatur, nimirum delegata ad vniuerſitatem cauſarum, poteſt prorogari, vt in ſpecie poſt alios tradiderunt Menoch. de arbitrar. iudic. quæſt. 67. num. 54. & Io. Neuizan. conſ. 35. num. 10. circa med. poſt gloſ. d. l. 1. de iud. Abb. d. cap. P. & G. num. 5. vbi tamen dubitat firmius Fel. nu. 6. verſic. ſextò fallit, Franc. cap. cum cauſam, num. 26. Alex. conſ. 183. col. fin. lib. 2. & conſ. 12. num. 4. lib. 6. & in terris im-

490 *Iuriſd. Conſeru. in omni ſpecie prorogationis de ſe prorogabilis eſt.*

Digitized by Google

perij ait Neuiz. d.num. 10. tenere Ang. in §. appellatur col. 13. Inſtit. de except. & d.l. 1. ff. de iud. col. pen. & ibi Iacobin. num. 28. Secundò probatur ex eo, quod habet Afflict. deciſ. 27. poſſe prorogari iuriſdictionem iudicum artis lanæ, cui ſimile eſt quod habet Purpur. in l. ſi idem cum eodem, num. 4. ff. de iuriſdict. omn. iudic. quos refert, ac ſequitur Neuizan. d. num. 10. in fin. & quod poſt Abb. d. cap. P. & G. num. 14. & ibi Mantu. num. 42. Bart. d.l. 1. num. 8. ff. de iudic. tradit Schrader. dict. num. 96. iuriſdictionem illam, quam habent rectores Scholarium, & ſimiles, licèt ſit ſine tribunali, aut territorio, prorogari poſſe. Tertiò probo ex text. d.l. 1. C. de iuriſdict. omn. iudic. vbi habetur, quòd iuriſdictio procuratoris fiſci, quæ non excedit cauſas inter fiſcum, & priuatum, vt ſupra in 1. ſuppoſ. oſtendimus, immo & ad earum aliquas non extenditur, vt ibi gloſ. & Doct. oſtendunt, poteſt partium conſenſu prorogari, & extendi. qui caſus omnino ſimilis eſt noſtro; nam & Conſeruatores non habent ſolùm iuriſdictionem, & cognitionem generalem cauſarum vertentium inter certas perſonas, ſed inter certas ex vna parte reſpectu nimirum illius perſonæ, vel Collegij, ad cuius fauorem conceſſæ ſunt Conſeruatoriæ; incertas verò ex parte rei conueniendi, reſpectu cuius valde generalis eſt eiuſdem cognitio, & iuriſdictio, cum neminem excludat. Denique probatur hæc concluſio quoniam eam in terminis tenere videtur Io. An. cap. 1. num. 9. de offic. deleg. in 6. expreſsè verò tenet ibid. Innoc. num. 7. & Gemin. num. 9. quem refert, & ſequitur Mar. Soc. d. cap. ſignificaſti, num. 25. in fin. Neuizan. d. conſ. 35. num. 5. vbi vſque ad num. 14. alia ad id fundamenta, ſed non ita firma ponit & contraria euertit; quæ verò nos ſupra poſuimus, firmiora ſunt; ex iiſque facilè tolli poſſunt quæ in contrarium poſſent adduci. Ideo autem in concluſione poſui illa verba, (de ſe,) quoniam in iis, in quibus obſtat diſpoſitio d. cap. fin. non poteſt fieri prorogatio de partium conſenſu,
410 propter decretum irritans appoſitum in fin. d. cap. fin. vt in ſeq. concluſ. ponderabimus.

Conſeru. iuriſd. partiũ cõſenſu quoad perſonam concedentis nequit prorogari.

Secunda concluſio. Conſeruatoris iuriſdictio † partium conſenſu extendi, ac prorogari non poteſt de perſona eius, qui poteſt concedere litteras Conſeruatorias, ad aliam perſonam, quæ non poſſit. Probatur tum quòd prorogari non poteſt iuriſdictio, niſi ſit in actu, vt ſupra in primo ſuppoſ. docuimus;

cum

Digitized by Google

cum igitur is, cuius iuriſdictio proroganda ita eſt, vt poſſit Conſeruatorem dare, ſupponatur ad id nullam reſpectu alicuius Conſeruatoris dandi habere poteſtatem, non poterit quoque id partium conſenſu fieri, quoniam partis priuatorum alicui iuriſdictio concedi nequit, l priuatorum, quæ eſt 3. C. de iuriſdict omn.iudic. cum aliis per nos ſuprà allegatis. Tum quod dare poſſe Conſeruatorem requirit ſpecialem quandam iuriſdictionem, & ſpecie ab aliis iuriſdictionibus diſtinctam; requirit enim quòd derogare poſſit iuri communi, vt ſupr.cap. 3. quæſt. 3. & cap.4. paſſim, præſertim verò quæſt. vlt. docuimus; quare, cum nequeat iuriſdictio prorogari de vna ſpecie iuriſdictionis ad aliam, vt infra hac ipſa quæſt.cùm de prorogatione iuriſdictionis de re ad rem agemus, latiùs demonſtrabimus; ſequitur, vt neque inter prædictas perſonas cadere poſſit prorogatio.

Tertia concluſio. Licèt poſſit † etiam circa partium conſenſum ab eo, qui dare poteſt Conſeruatorem, dari Conſeruator aliquis, qui non habeat qualitates requiſitas, d.cap. fin. de offic.deleg. in 6. tamen is, cui beneficio litterarum committit Apoſtolicus Conſeruator vices ſuas, (vltra citationes,ac ſententiarum denuntiationes, quas liberè poteſt per alios exercere, d. cap. fin.) prædictis qualitatibus carere non poteſt etiam de partium conſenſu. Prior pars concluſionis patet, quia, ſi quidem laicus Princeps ſit, qui Conſeruatores dare vult, non comprehenditur in d. canone, qui de Apoſtolicis, ſeu qui à ſede Apoſtolica conceduntur,apertè loquitur; atque adeo Conſeruator ſi ab eo deputatur non debet neceſſariò habere illas qualitates, vt in ſpecie poſt Io.An.tradit Gemin.d cap.fi.num. 6. in fin. Si verò ſit Papa, & ex certa ſcientia deputet aliquem carentem iis qualitatibus, certum eſt, valere deputationem, & cenſebitur diſpenſare, vt ſupra documus cap. 5. præſertim quæſt.2. traditque gloſ.in terminis d.cap.fin. in figuratione caſus in fin.& alia ſimilis gloſ.communiter recepta d.c.ſtatutum, in princ.verbo,Canonicis,& verbo,litterarum,de reſcript.in 6. nec mirum cum Papa ſit ſupra ius poſitiuum, contra quod poteſt ex ſuæ plenitudine poteſtatis diſpenſare, cap. propoſuit,de conceſſ.præbend.cum ſimil.

411 *Papa & Princeps poſſunt dare Conſer. ſine qualitatib. requiſitis, c. fin. & c.*

Dicitur autem † de certa ſcientia conſtare,quando huiuſmodi clauſula in litteris exprimitur, vt ait gloſ.d.verbo,litte-

412 *Certa ſciētia Papæ quomodo probetur.*

Digitized by Google

rarum,per text.in cap.ſi motu proprio, de præbend.in 6. de cuius vi latè inter cæteros Ant.Gabr. commun.concl.lib.6.tit. de clauſ.concl. 1. vbi à num.65. ad fin.ponit alios modos probandi certam ſcientiam, & num. 71. poſt nonnullos quos refert, ponit eum; cuius meminit Franc.& alij d.c. ſtatutum in princ. cum ex tenore reſcripti apparet, Papam ſeu Principem habuiſſe notitiam facti, & impedimenti, ſecus verò eſt dicendum vbi non conſtet de certa ſcientia Papæ; nam in iis, quæ ſunt facti, non præſumitur ſcientia Papæ, nec cenſetur diſpenſare, cap. 1. de conſtit. in 6. cum ibi not. & aliis adductis per Gabr. d.concl.1. num.46. cum ſeq. & Thom. Sanchez de matrim.lib.8.diſput.4. Solet autem Pontifex cum litteræ Conſeruatoriæ in aliquo recedunt à diſpoſitione d. cap. fin. expreſsè
413 derogare huic Conſtitutioni Bonifacij VIII.licèt fortè † non ſit neceſſe per text. cum ibi not. d.cap.1.de conſtit. in 6. cuius tamen contrarium plerique tradunt tum ibi, tum in cap.generi, de reg.iur.in 6. volentes, in reſcriptis requiri expreſſam derogationem conſtitutionum contrariarũ, ſi non ſpecialiter,ſaltem generaliter, præſertim vbi eæ habeant decretum irritans, prout habet prædicta Bonifaciana, per ea, quæ tradit Gabr. d. lib.6. tit.de clauſul. concl.3. num. 4. 5. 33. & 74. & nouiſſimè Hier. Gonzal.ad reg.8. Cancell.glo.67.eáque vltima num.22. vſque ad 28. & omnino ſpecialiter ſi contrariæ conſtitutiones ſint Conciliares, per text.in cap.nonnulli, de reſcript.vbi Abb. Fel. & cæteri cum aliis adductis per Thom. Sanchez tract. de matrim.lib.3. diſp.26. num.7. qui lib.8. diſp.35.num.17. id limitat,vbi Papa diſpenſet in ſpeciali,& certo caſu Concilij prohibentis, quo caſu ſat erit generalis derogatio conſtitutionum contrariarum. Quòd ſi Papa in litteris Conſeruatoriis mandaret expreſsè, vt præſentarentur habenti d. qualitates, aut non derogaret ſufficienter defectui prædictarum qualitatum, tunc conſenſus partium nihil operaretur, nec per eam ita ex-
414 tendi ac prorogari valeret iuriſdictio Conſeruatoris quoad illius perſonam, vt litteræ huiuſmodi ei præſentari poſſent, aut is eligi, qui memoratas qualitates non haberet; quod & ex iis colligitur, quæ hucúſque in huius concl.priori parte comprobanda diximus, & meliùs conſtabit ex his, quæ nunc ad confirmationem poſterioris partis adducemus.

Derogatio cōtraria cōſtitutionis, maximè Cōciliaris, quādo ſit neceſſaria.

Subcōſeruator de cōſenſu partium carere nequit qualitatib. c.ſi.de off.&c.

Quæ quidem † probatur primò,quoniam,ſi voluiſſet Papa conſenſu

Digitized by Google

conſenſu poſſe prorogari, hoc facilè dixiſſet, ſicut fecit in delegato quoad hoc, vt poſſit procedere extra locum delegationis, d.cap.ſtatutum, §.in nullo, de reſcript.in 6.quo argumento in eodem caſu quoad Conſeruatores vtitur gloſ. d. cap. fin. verbo, præſumant, & in ſimili vtitur Pontifex in cap. ad audientiam, de decim. vbi gloſ. & Doct. afferunt iura concord. Secundò, quoniam d. cap. fin. in fin. adeſt decretum irritans quicquid ſecus actum fuerit, tam quoad hoc, quàm quoad alia ſingula in eo canone diſpoſita; dicitur enim ibi, quicquid autem contra præmiſſa, vel eorum aliquod attentari contigerit, omnino decernimus irritum, vt mane; per quæ verba † induci decretum irritans, per ſe patet, ac præter gloſ.& Doctor. ibid. & d.cap.ſtatutum, in fi. vbi eadem ferè habentur, id etiam adnotauit inter alios Gonzal. d.gloſ.vlt.num. 1. & ſeqq. vſque ad 10. vbi probat idem eſſe, vbi ſic diceretur, ac irritum, &c. prout habetur in d.reg.8. immo vbi loco huiuſmodi verborum diſpoſitioni adiiceretur verbum, alioquin, nullatenus, aut ſimilia, per ea induceretur decretum irritans, vt de dictione, *nullatenus*, poſt gloſ.clem. 1.verbo, nullatenus, de ſequeſtr.poſſ. & alios ſatis oſtendit Mandoſ.ad reg.7.Canc. quæſt. 4. num.2. in aliis latè comprobat idem Gonzal.d. reg. 8. gloſ. 56. à num. 29.& d.gloſ.vlt.num.65. & ſeq. inter quæ etiam numerari poteſt † dictio, *penitus*, & dictio, *omnino*, quæ important, ipſo iure, per ea, quæ poſt Tiraq. in l. ſi vnquam, verbo, reuertatur, num.76.77.78. 81. & 105. cum duob. ſeqq. & Fel.in cap. Rodulphus num.34.de reſcript.diximus in tract.de diſtribut.quotid.3.part.q 7. num.37. ac de dictione omnino, quòd importet ipſo iure, & ſine ope exceptionis, tradit gloſ. ſing. recepta à Franc.& aliis d.cap.fin.verbo, omnino, de off.deleg.in 6.quódque hæ dictiones, penitus, & omnino, præciſæ ſint, & idem importent, quod, indiſtinctè, & ex omni parte, probat text. l. fin. fin. vbi Doct.C. de edict.Diu.Adr.toll. & l. ſi cum exceptione, §.quatenus, & ibi gloſ.ff. quod met.cauſ.cum aliis adductis per Oct.Vulpell.de præpoſ. & aduerb. verbo, penitus, nu.1:& verbo, omnino, in princ. & num. 1. vnde nil mirum ſi poſſet etiam importare decretum irritans.

415 *Decretũ irritans per qua verba inducatur.*

416 *Dictio*, omnino, & penitus, *quid importet.*

Eſt autem hoc decretum † tantæ virtutis, vt inficiat, & irritet omnia, quæ in contrarium fiunt, ac omnes iuris effectus tollat, ita, vt nec aliquod iuris fomentum habeant, vt oſtendit

417 *Decretũ irritans quam vim habeat.*

by Google

Mandoſ. ſupr. num. 3. Gonzal.d.gloſ. vlt. num. 12. & ſuadent adducta per Gabr.d.tit.de clauſ. concl.3.num.56. ligátque appoſitum à Papa etiam ignorantes,quamuis in eo non ſint adiecta illa verba, ſcienter, vel ignoranter, vt in d.cap.ſtatutum,& cap.fin. quod latè probant inter cæteros Gabr.d.concl.3. num. 1. cum duob. ſeqq. & Gonzal. d. gloſ. vlt. num.18. Ac præter alios pleroſque effectus de quibus latè tractant Gabr. d. concl. 3. & Gonzal. d. gloſ. vlt. duo præcipui, atque ad rem noſtram facientes ij ſunt; alter, quòd inducat in actu formam,vt voluit Bal.in l.1. verſ. quæro ergo, ff.de lib. & poſth. Fel. in cap.cum acceſſiſſent, verſ. & vbi apponitur clauſula, de conſtitut. cum aliis, quos allegat Gabr. d. concl.3. num. 70. & latiùs cumulat Brun.tract.de forma rubr. quando aliq. cenſ.trad.pro for.alter,

418 quòd † diſpoſitioni, cui adiectum eſt, non poteſt pars renuntiare, quamuis eius commodum contineat diſpoſitio. ita gloſ. cap.diſpendia, verbo, proceſſus, de reſcript. in 6. quam ibi ſequuntur Archid.Io.An.Fant. Gem. Front.optimus text in cap. dilecto,vbi Hoſt.Anchar. Io.An.Abb. & Butr.de præbend.glo. d. cap. ſtatutum, in princ. verbo, committantur, quam inibi ſequuntur Doct.magis communiter, de reſcript.in 6.Mar.Soc. d.cap.ſignificaſti, num.30.de for. compet. cum aliis pleriſque relatis per Gabr. d. concluſ. 3. num. 18. vſque ad 23. & Horat. Mandoſ.in addit.ad Rom.ſing.330. litt.M. & in forma inducta fauore priuato, vt ei non poſſit per partes renuntiare, plures tenuerunt, quos refert Gabr.d.concluſ.3. num.24.& ex his Io. Crot.in l. nemo poteſt, verſ. ſecundò ex dictis. Bart. ff. leg. 1. quamuis oppoſitum in primo teneant alij quamplurimi relati à Gabr.d.concl.num. 25. cum ſeq. & probati à Couar.in rel.cap. quamuis, de pact.in 6. 2.part.§.2. num.6. Gomeſ. in cap. 1. de reſcript. in 6. & Gonzal.d. gloſ. vlt. num. 52. qui inter cæteros allegat Rot.deciſ.21. num.3.de conceſſ.præbend.in antiq.Caſſad.deciſ.10. num. 3. & 4.de reg. cancell. & deciſ.2. & 3.de locat. & text.in Clem.1. verſ.quia decretum huiuſmodi, de præbend.qui tamen nihil ad rem facit. in ſecundo, nimirum quoad formam. Brun.d.rubr.quand.aliq.cenſ.trad.pro for. Bart. in l.§.ſi filius,ff.de leg.3. cum aliis pleriſque, quos recenſet Gabr. d.concluſ. 3.num.27.& licet aliqui Doct.nullam admittant interpretationem. inter quos eſt gloſ.d.cap.dilecto,verbo,huiuſmodi clauſula, quin immo plerique voluerint idem procede-

Renuntiari an poſſit diſpoſitioni habenti decretum irritãs.

re

re in lege, ſeu conſtitutione habente decretum irritans, quos refert, ac ſequitur Couar.lib.pract.quæſt.cap.9. num.7. concl. 1.ad finem. cuius contrarium alij tenuerunt relati à Gabr. dict. concluſ.3. num. 21. & 32. poſſunt tamen ipſæ duæ diſſidentes opiniones, omiſſis etiam illis diſtinctionibus, quas partim referunt, partim ſequuntur Gabr.d.concluſ.3. num.30. vſque ad 38. & Ruin.conſ.158.vol.4.per totum, illa diſtinctionis fœdere conciliari, vt prior volens, per decretum irritans excludi conſenſum partium, intelligatur ſi actus ille, ac diſpoſitio, cui adiicitur decretum, concernat vel magis principaliter publicum fauorem, vel æquè ſaltem fauorem publicum, ac priuatum partis; poſterior verò vbi nudum fauorem partis, vel magis principaliter ſpectet, quam diſtinctionem tandem ſequitur Dec.in cap.olim à nemine, quem viderim, allegatus num.23. cum duob.ſeqq.de except. ſentiúntque Hoſt.Io.An. Butr. Anchar. & Imol. d. cap. dilecto, tenet verò expreſsè Mandoſ. de priuil.ad inſtar Goloſ.15. num.32.quam refert ac ſequitur Roderic.quæſt.regular. tom.1.quæſt.51.art. 6. & ſatis apertè gloſ. d.verbo, committantur, cum qua tranſeunt ibi plerique Doct. expreſſiùs adhuc Gonzal. d. gloſ.67. num. 53. & ad id faciunt adducta per eundem gloſ. præced. num.50. & text.d.cap. dilecto,verſ. niſi fortè, vbi, licèt habeatur, conſenſu Canonicorum non poſſe augeri numerum præbendarum, cùm obſtat ſtatutum à ſede Apoſtolica confirmatum adiecta clauſula decreti irritantis; id tamen ideo eſt, quia non agitur de fauore priuato Canonicorum, ſed Eccleſiæ, vt ibi Doct. magis communiter adnotarunt, & Dec.d.cap.olim, num.25. quia ſic obuiatur facilitati Canonicorum in augendo numero præbendarum.

In caſu autem noſtro † d cap.fin.principaliter inductum eſt ad fauorem non priuatum, ſed publicum, tum quòd per illud reducitur res ad ius commune, cum Conſeruatoriæ ſint contra ius, vt oſtendimus ſupra cap.3. quæſt.3. fauorabiliſque publicæ rei ſit diſpoſitio, qua fit reductio ad ius commune, vt pluribus oſtendit Fel.d.cap. cum acceſſiſſent, num.5.& 30. de conſtit. tum quòd fauet ordinariæ iuriſdictioni, quæ maximè eſt fauorabilis gloſ. pen. Clem. 2. de offic. ord. cum aliis alleg. ſupr.quæſt. 6. concluſ. 1. ad fin. & in ſpecie delectus certarum perſonarum in Conſeruatorem deputandarum, præter mox 419 *Diſpoſitio c. fi.de off.dele. an ſit inducta in fauorẽ publicũ.*

memora

memoratum, ille etiam fauor publicus adeſt, quem in ſimili caſu, nimirum conſtitutionis requirentis certas qualitates in iudicibus, quibus cauſæ ſunt committendæ, nimirum d. cap. ſtatutum in 1. reſponſo. gloſ. ibi à nemine reprobata commemorat in verbo committantur, quia inductum hoc eſt in fauorem ſedis Apoſtolicæ, ne vilipendatur in tali miniſtro, cap. in ſacerdotibus, 61. diſt. cum ſimil. negari autem non poteſt, quin fauor ſedis Apoſtolicæ & publicus ſit, & maximus, atque adeo diſpoſitio illi fauens ſit fauorabilis; quod ex iis etiam comprobari poteſt, quæ adducit inter alios Gonzal. ad reg. 8. Cancell. §. 6. proœm. num. 30. & 35. dum enim oſtendit diſpoſitionem; quæ continet particularis Eccleſiæ vtilitatem, eſſe fauorabilem, ita multò magis ſtatuendum eſt de Romana Eccleſia, & ſede Apoſtolica, quæ magis priuilegiata eſt, c. 2. de præb. in 6. cap. ad audientiam, & cap. ſi diligenti, de præſcript. cum ibi not. & aliis ſexcentis.

420 *Coram quo trahere quis nō poſſit reū etiā de illius conſenſu.*

Quarta concluſio. Iuriſdictio Conſeruatoris, licèt † nequeat prorogari de perſona eius, cui conceduntur litteræ Conſeruatoriæ ad perſonam, cui non conceduntur, ita vt non poſſit hic coram Conſeruatore, qui nec ſuus ſit, nec rei conueniendi alium trahere; poterit tamen prorogari, vbi Conſeruatoriæ ſint determinatæ contra certas perſonas, ita, vt alias perſonas non nominatas coram ſuo Conſeruatore trahere quis poſſit, ſi perſonæ illæ conſentiant, aut etiam ſponte compareant pro ſuo intereſſe & viciſſim ille ab his coram eo Conſeruatore trahi, & conueniri. Prior pars concluſionis patet ex iis, quæ ſupra 1. ſuppoſ. adduximus, dum docuimus, prorogationem præcipuè de perſona ad perſonam ſupponere iuriſdictionem, & quidem non ſolùm in habitu, ſed etiam in actu in eo, cuius iuriſdictio eſt proroganda; at verò hîc ſupponitur, talem Conſeruatorem neque habere iuriſdictionem reſpectu rei, neque reſpectu actoris cum neutri deputatus fuerit; vnde non poteſt cadere prorogatio. quòd ſi † eorum alteri eſſet deputatus, bene poterit actor, ſeu qui impetrauit Conſeruatorias, alium trahere coram proprio Conſeruatore, maximè, ſi conceſſæ ſint ad terminos tantùm d. cap. 1. & fin. & viciſſim conueniri, ſi cum poteſtate ordinaria in ciuilibus fuerint conceſſæ iuxta ea, quæ tradidimus ſupra quæſt. 6. concluſ. 1. ſed vtrumque fieri poterit abſque ope, ac miniſterio prorogationis ex ipſa facultate,

421 *Quid ſi alterutrius Conſeruator eſſet.*

Digitized by Google

cultate, ac iuris interpretatione poteſt iuriſdictio Conſeruatoris fortaſſe extendi ad familiares eius, qui impetrauit Conſeruatorem; de quo latiùs quæſt. 10.

Neque huius concluſ. priori parti obſtat, quòd immo † videatur quòd poſſint plures perſonæ, ſi conueniant, deligere ſibi Conſeruatorem, iuxta gloſ. ſingularem receptam tamen d. l. priuatorum, C. de iuriſdict. omn. iudic. per text. optimum in l. fin. C. eod. vbi patet, mercatores poſſe ſibi deligere iudicem in cauſis mercaturæ, in quibus etiam miles tenebitur talem iudicem adire, vt ibid. expreſsè cauetur. Nam quicquid ſit de iure ciuili, certè de iure Canonico non poteſt clericus ſecluſa Papæ delegatione alium iudicem deligere, quàm proprium Epiſcopum, cap. 1. cap. ſi quis contra, & cap. ſignificaſti, de foro compet. cum ſimil. neque in alium iudicem conſentire poteſt, qui non ſit perſona Eccleſiaſtica, & accedat conſenſus ſui diœceſani, vt decernitur d. cap. ſignificaſti. & nouiſſimè per Trid. Conc. ſeſſ. 24. de reform. ſtatuitur. vt cauſæ omnes ad forum Eccleſiaſticum quomodolibet pertinentes in prima inſtantia coram Ordinariis locorum dumtaxat cognoſcantur. & licèt ſacra Congregatio Concilij non ſemel, nimirum ad ſeſſ. 7. cap. 14. & ſeſſ. 14. cap. 5. cenſuerit, per d. cap 20 non fuiſſe ſublatas Conſeruatorias, præſertim Regularium, loquitur tamen de Conſeruatoriis à Papa iam conceſſis, qui etiam poteſt derogare conciliari conſtitutioni, & iuri communi etiam inducto ad fauorem publicum, cuiuſmodi eſt hoc, cum faueat iuriſdictioni ordinariæ, iuxta tradita ſupra quæſt. 9. concluſ. 1. cum tamen pacto priuatorum derogari non poſſet iure publico, l. ius publicum, ff. de pact. & cap. ſi diligenti, de foro compet. cum ſimil. 422 *Eligere Cõſeruatorẽ an poſſint plures perſonæ abſq; Principis delegatione.*

Poſterior autem pars † eiuſdem concluſionis, quæ maiorem habet difficultatem; probatur; nam, licèt tunc iuriſdictio Conſeruatoris non dicatur delegata ad vniuerſitatem cauſarum, atque adeo nec æquiparari ordinariæ, ſed ſit merè delegata, per ea, quæ tradit inter alios Anchar. d. cap. fin. num 2. ad fin. dum ait, quòd, vbi ſit commiſſio cauſarum omnium inter certas perſonas, putà quæ verti poſſunt inter Titium, & Seium, talis commiſſio generalis non repræſentat iuriſdictionem ordinariam, quod etiam voluit Franc. cap. cum cauſa, num. 28. de appell. & verum puto, licèt ratio quam ipſi allegant, quòd 423 *Trahere & trahi poſſũt ſi conſentiat alia perſona quã nominata in litt. Conſeruatoris.*

by Google

ordinaria iuriſdictio non niſi territorio adhæreat, falſa ſit, & ſupra quæſt. 1. concl. 3. à nobis reiecta.

At verò iuriſdictio merè delegata prorogari non poteſt de perſona ad perſonam, vt expreſsè cauetur d. cap. P. & G. de off.
424 deleg. Tamen iuriſdictio etiam merè delegata † poteſt prorogari & extendi ad perſonam, quæ aliquo modo contineatur in reſcripto, ſeu delegatione, quia cauſa delegata aliquo modo ad eam perſonam pertineat, vt poſt Bald. in l. ſi qui ex conſenſu, C. de epiſc. aud. docet Mar. Soc. d. cap. ſignificaſti, num. 25. vbi Apoſtillator ad idem allegat Innoc & Abb. in cap. veniens il 2. de teſti. & Rot. deciſ. 516. in antiq. quæ incipit, item ſi cauſa committitur, quam nunquam in meo codice reperire potui, inuenio autem ſimilem ſub tit. de procur. deciſ. 40. in no. vbi de hac doctrina dubitat, ſed eam tenet Capr. d. tract. de prorogat. num. 60. Fel. d. cap. P. & G. num. 5. qui & ipſe allegat Innoc. & Abb. d. cap. veniens, & Rot. d. deciſ. ſed recenſet, vti 616. in antiq. eandem doctrinam ſequitur quoque ibid. Abb. d. cap. P. & G. num. 13. exemplum afferens, quod & adducit Soc. num. 25. vt ſi committeretur cauſa ſuper iure prælationis in aliqua re, & aliqui non contenti expreſsè in reſcripto comparerent, & dicerent, ſe in illa re potiores; nam tunc ad tales poterit fieri prorogatio, arg. l. ſi ſuſpecta, ff. de inoffic. teſtam. & l. à ſententia, & eorum, quæ ibi not. ff. de appell. id autem ideo contingit, inquit Abb. vt contingentia rei aliquid operetur, arg. eorum quæ not. in cap. 2. de ord. cogn. & cap. per inquiſitionem, de elect. quódque legitur & not. in l. 2. §. ſi publicatis, ff. de adul. Idem ergo dicendum erit in propoſito noſtro, ſi cauſa illa, de qua Conſeruator agere cœpit, aliquem quoquomod. contingat, qui tamen non ſit ex nominatim comprehenſis in litteris Conſeruatoriis contra certas perſonas impetratis. ad quod faciunt ea, quæ infra quæſt. 11. latiùs afferemus de conſorte eiuſdem cauſæ, in qua Conſeruator aliàs ſit iudex competens.

Iuriſdictio merè delegata poteſt prorogari ad perſonã nõ expreſſã in reſcripto, ſi res eam contingat.

425 Interim verò pro complemento huius concluſionis illud † non eſt prætereundum, quod ex Pet. & Cyn. in l. 1. ff. ſi quis in ius voc. non ierit, ait perpetuò notandum Soc. d. num. 25. ad fin. & ex mox dictis etiam ſatis deduci videtur, quòd poterit coram delegato fieri prorogatio ad perſonam acceſſoriam, putà fideiuſſorem; vnde, ſi laicus dedit fideiuſſorem clericum coram

Ad perſonã acceſſoriã vt fideiuſſorem prorogari poteſt iuriſdictio merè delegata.

Digitized by Google

coram delegato Papæ, talis clericus, licèt ſit perſona extranea non contenta in reſcripto, videtur ſubiici iuriſdictioni illius delegati, & eius iuriſdictionem prorogare; licèt ratio, quam hi allegant, quia delegans, hoc eſt, Papa, qui à delegato repreſentatur, eſt ordinarius clericorum totius mundi, non conuincat, & bene reiiciatur à Fel. d. cap. P. & G. num. 6. qui ideo de hac doctrina dubitat, ſed malè; poteſt enim alia meliori ratione niti, vt quia fideiuſſio pertineat ad cauſam delegatam, atque adeo cenſeatur contineri in delegatione, iuxta cap. præterea, de offic. deleg. cum ſimil. ſed tunc, vt in præcedenti caſu diximus, id permittetur alio iure, quàm prorogationis, nimirum connexitatis, & contingentiæ rei, ſeu comprehenſionis. Alias limitationes ad text. d. cap. P. & G. quæ deſeruire poſſunt ad ampliorem huius poſterioris partis concluſ. ponit ibi Fel. & alij, & Soc. d. cap. ſignificaſti, num. 25. Quoad eam verò de delegato ad vniuerſitatem cauſarum vix poteſt caſui noſtro adaptari quoad prorogationem iuriſdictionis Conſeruatoris, etiam vbi deputatus ſit generaliter contra omnes inferentes iniurias perſonæ ibi commiſſæ; licèt enim tunc verè ſit delegatus ad vniuerſitatem cauſarum, vt ſupra docuimus; tamen propter huiuſmodi generalitatem perſonarum iniuriantium non videtur cadere poſſe prorogatio de perſona vna iniuriante ad aliam perſonam iniuriantem, niſi ratione connexitatis, ſeu contingentiæ rei, vel acceſſorietatis, vt ſupra etiam in merè delegato dictum eſt; licèt id tunc fieret, non tam vi prorogationis, quàm cuiuſdam comprehenſionis in reſcripto, & commiſſione, vt in ſimili iam non ſemel admonuimus.

Quinta concluſio. Iuriſdictio Conſeruatoris † licèt poſſit partium conſenſu prorogari de tempore ad tempus, hoc eſt, de quinquennio, quo regulariter durant Conſeruatoriæ præſertim priuatorum, ad maius tempus; non poteſt tamen ita prorogari, vt extendatur vltra obitum concedentis quoad negotia non cœpta. Pro cuius concluſionis intelligentia duo breuiter hoc loco admonendi ſumus, quæ latiùs explicabimus cap. vlt. huius tract. Alterum eſt, Conſeruatorias litteras concedi ſolere, ac debere ex diſpoſitione Trid. Concilij ſeſſ. 14. cap. 5. de reform. ſolùm ad quinquennium iis exceptis quæ conceduntur ad fauorem quarundam Vniuerſitatum, perſonarum,

426 *Prorogabilis eſt iuriſdictio Cõſer. partium cõſenſu de tẽpore ad tempus.*

ac locorum, quæ ibid. recenſentur, licèt dubium non ſit, poſſe Pontificem ex certa ſcientia, ac voluntate eas quoque concedere ad certum aliud tempus, ſiue maius, ſiue minus, aut etiam ad beneplacitum. Alterum, quòd ſecluſa certi temporis determinatione, officium quorumcumque Conſeruatorum ipſo iure quoad non cœpta negotia per obitum concedentis expirat, vt expreſsè cauetur d.cap. fin. §. ſeu verſ. Officium autem, de offic. deleg. in 6. Probatur nunc prior pars ſuperiùs
427 propoſitæ concluſ. quoniam † tam iuriſdictio ordinaria, quàm delegata ad certum tempus conceſſa prorogari poteſt de partium conſenſu vltra illud tempus, prout indiſtinctè de quauis iuriſdictione ſiue ordinaria, ſiue delegata habemus text. in l. 2. §. ſed ſi iudex, ſeu in princ. verſ. ſed ſi iudex, ff. de iudic. dicit enim ibi Vlpianus; ſed ſi iudex ad tempus datus eſt, & omnes litigantes conſentiant, niſi ſpecialiter principali iuſſione prorogatio fuerit inhibita, poſſunt tempora, intra quæ iuſſus eſt litem dirimere, prorogari. de iuriſdictione verò delegata eſt peculiaris text. in cap. de cauſis, in princ. iuncta rubr. de offic. deleg. ait enim ibi Alex. 3. de cauſis, quæ infra certum terminum decidendæ committuntur; hoc tuam volumus cognitionem tenere, quòd, niſi dies præfixus de communi conſenſu partium prorogetur, eo tranſacto mandatum expirat. Hæc ſummus Pontifex; ſicut & de compromiſſo habemus tex. in l. diem proferre ff. de arbitr. Et quamuis in ordinaria iuriſdictione temporali plerique prorogationem hanc non admittant, vt præter citatos à Schrader. d. tract. de feud. part. 10. ſect. 3. num. 108. Capr. d. tractat. de prorog. num. 48. & ſeq. Fel. d. cap. de cauſis, num. 4. poſt Bal. d. l. ſi qui ex conſenſu C. de epiſcop. aud. contrarium tamen puto veriùs cum Calder. & Butr. d. cap. P. & G. & Schrader. qui alios refert d. num. 8. per text. qui non diſtinguit de ordinaria, & delegata, d. §. ſed ſi iudex. & omnino procedit vbi tempus non eſt adiectum ſubſtantiæ iuriſdictionis ordinariæ, ſed tantùm eius executioni, vt præter eos, quos allegat, & ſequitur Schrader. ſupr. num. 109. tenet poſt Imol. d. cap. P. & G. Fel. d. cap. de cauſis, num. 4. in fi. qui num. 5. illud
248 etiam adnotauit, & optimè, quòd † ſicut error partium impedit prorogationem de perſona ad perſonam, l. ſi per errorem, ff. de iuriſdict. omnium iudic. ita etiam de tempore ad tempus, vt per Innoc. in cap. prudentiam, in princip. de offic. deleg. ac Bart. in

Immo & qualibet ordinaria de tempore ad tempus.

Error impedit prorogationem.

in l. 1. in fin. ff. de iud. & ratio de qua in d. ſi per errorem, quia errans non conſentit, communis eſt vtrique caſui: ſufficit autem † tacitus conſenſus, vt poſt Innoc. d. cap. prudentiam, docet Fel. d. num. 5. atque indiſtinctè in quauis ſpecie prorogationis ex communi opinione reſoluit, & latè proſequitur Soc. d. cap. ſignificaſti, num. 37. de foro compet. vbi etiam id declarat. 429 *Tacitus partis cōſenſus ad prorogationē iuriſdictionis ſufficit.*

Conſenſus quoque iudicis † licèt non requiratur in prorogatione de re ad rem, ſiue de perſona ad perſonam, d. l. 2. in fine. requiritur tamen in prorogatione de tempore ad tempus, vt colligitur ex d. §. ſed ſi iudex. maximè iuxta Pandectas Florent. quæ ita legunt, ſi & iudex datus, & omnes litigantes conſentiant, & in ſpecie notat Capr. d. tract. de prorogat. num. 68. & poſt Imol. d. cap. P. & G. & Bart. d. §. ſed ſi iudex, docet Fel. d. num. 5. licèt autem conſenſus partium † debeat interuenire ante lapſum temporis, vt conſtat ex iis, quæ latè tradit Soc. d. cap. ſignificaſti, num. 38. & in ſpecie tenet Fel. ibi num. 3. in fi. tamen conſenſus iudicis poteſt interuenire, ante, vel poſt, per gl. in cap. cauſam, verbo, ſpeciem, de re iud. 430 *Cōſenſus iudicis requiritur in prorogatione de tempore ad tempus.* 431 *Conſenſus partis ante lapſum tēp. neceſſarius.*

Præterea prorogatio de tempore ad tempus † debet fieri, & in dubio facta cenſetur cum iiſdem qualitatibus, ſeu ſub ea forma, & natura poſt gloſ. in cap. hi qui de præbend. in 6. & Bal. d. l. ſi qui, tradit Soc. d. cap. ſignificaſti, num. 25. initio, & poſt alios Fel. num. 2. verſic. limita Schrader. d. ſect. 3. num. 114. & Ant. Gabr. commun. concluſ. lib. 2. tit. de dilation. concluſ. 2. num. 4. & ſeqq. vbi vſque ad num. 20. multas huius doctrinæ non contemnendas extenſiones, & aliquas declarationes proſequitur. 432 *Prorogatio iuriſdictionis quoad tēpus faciēda cū qualitatibus.*

Debet quoque regulariter ferri prorogatio † durante priori termino, vt poſt Abb. Dec. & alios tum d. cap. de cauſis, tum alibi ſæpè latè tradit Fel. eod. cap. de cauſis, num. 1. verſ. dicunt hic Doct. & Schrader. d. ſect. 3. num. 110. & Ant. Gabr. d. concluſ. 2. num. 1. ita vt nec valeat prorogatio facta quidem durante tempore, ſed tranſlata poſt lapſum temporis, vt ſi dicetur, prorogamus à die finiti temporis. ita poſt Bal. d. c. de cauſis, tenet Gabr. d. concluſ. 3. & 8. & Fel. d. cap. de cauſis, num. 4. & procedunt per eum allegata licèt malè ponat caſum hunc, dum illius tale affert exemplum, prorogamus ad tempus tale incipiendum finito iſto; nam hoc modo fiunt omnes proro- 433 *Prorogatio prædicta nō eſt poſt finitum tempus trāsferēda.*

Digitized by Google

gationes, & ſuſtinentur in vim prorogationis; neque enim tempus ad quod fit prorogatio, incipit currere à die prorogationis, ſed à die finis; quamuis poſſit † prorogatio fieri in vl-
434 *Prorogatio iuriſdictionis in vltimo momẽto factibilis, licèt actus nõ poſſit tunc finiri.*
timo momento, vt poſt Bal. d. cap. de cauſis, tenet ibi Fel. num. 3. & alij quos referunt, & ſequuntur Tiraq. de retract. conuen. §. 1. gloſ. 7. num. 41. cum ſeq. & Gabr. d. concluſ. 2. num. 2. & 3. id declarantes, ſi actus ille, cuius cauſa fit prorogatio, perfici poterat in eo momento; quæ tamen declaratio mihi dura videtur, exemplo fatalium, quæ & ipſa prorogari poſſunt quandocunque ante finem, & tamen plerumque multi actus remanent faciendi, qui tam breui tempore expediri non poſſunt, iuxta not. in cap. ex ratione, de appel. Auth. ei qui, & l. nemo, C. eodem tit. Atque hæc quidem quæ mox diximus, præcipuè locum habent in iudice merè delegato, quomodo intelligendos puto Doct. quos refert Gabr. d. concl. 3. nu. 7. dum aſſerunt, iudicem poſt finitum tempus non poſſe prorogationem facere etiam in vim nouæ conceſſionis; eadem ratione Abb. Dec. & alios non multò ante relatos abſolutè dicentes, prorogationem iuriſdictionis non poſſe fieri niſi ante præfinitum tempus elapſum Schrader. d. num. 110. intelligit loquutos in prorogatione iuriſdictionis delegatæ ad certum tempus reſtrictum, & in qua tempus præfinitum reſpicit non exercitium dumtaxat, ſed
435 *Immo fieri poteſt poſt tẽpus præfinitum eius exercitio, nõ ſubſtantia.*
etiam ſubſtantiam iuriſdictionis. quòd ſi † ſoli exercitio tempus præfiniatur, ita vt in iudice remaneat iuriſdictio in habitu, tunc putat, etiam poſt tempus poſſe prorogationẽ fieri, per ea, quæ num. 111. & duob. ſeqq. allegat id quod † accidere videtur in caſu Conſeruatoris; nam illud quinquennium non datur ad determinandam omnino eius iuriſdictionem cum poſt
436 *Iuriſdictio Conſeru. an ſit prorogabilis poſt tẽpus præfinitum:*
eius lapſum eo ipſo etiam abſque vlla ope prorogationis remaneat iudex quoad negotia cœpta, vt d. cap. vlt. oſtendemus, ſed quicquid ſit, ex prædictis conſtat, Conſeruatorem ſiue tamquam delegatum Principis ſimpliciter, ſiue tamquam delegatũ ad vniuerſitatem cauſarum poſſe de conſenſu ſaltem tacito, non tamen erroneo, partium prorogare iuriſdictionem ſuam vltra quinquennium, ſiue aliud determinatum tempus, ſaltem
437 *Vel ad maius.*
antequam illud labatur. An verò poſſit fieri † prorogatio ad maius tempus, non leuis difficultas eſſe videtur. nam quòd non poſſit, probatur tum ex eo, quod ſuprà oſtendimus, prorogationem faciendam cum iiſdem qualitatibus, tum quòd ita poſt Bal.

Bal. in cap. fin. de conſuet. & alibi tenet Fel. d. cap. de cauſis, nu. 3. limi. 2. & aliquos refert, & ſequi videtur Gabr. d. tit. de dilation. concluſ. 4. num. 1. quod poſſit, reſpondit Alex. conſil. 70. vol. 2. relatus pariter à Gabr. ibid. num. 3. & voluit d cap. de cauſis, num. 16. poſt eundem Bal. d. l. ſi quis ex conſenſu C. de episc. aud. ſecus dicens in arbitrio, qui ex facultate ſibi ſemel attributa ſolus vult prorogare compromiſſum, ſicque explicans Bal. d. cap. fin. de conſuet. Sed ego hac diſtinctione haud omnino reprobata illam adiicio, quam indicant verba Bal. d. cap. fin. quod non poſſit ad maius tempus pro qualibet vice prorogari, ſimul autem ſumptum tempus, ad quod pluribus vicibus, ac ſucceſſiuè fit talis prorogatio, maius erit primo, quod prorogatur; ait enim ibi Bal. vt etiam eum refert & ſequitur Fel. loc. cit. pone quod eſt appoſitum tempus, vt talis cauſa expediatur intra menſem, non poteſt prorogari niſi per alium menſem, ſed bene poterunt partes prorogare hodie ad vnum menſem, poſtea ad alium menſem. quod idem puto in arbitro, accedente nouo conſenſu, vel vbi in primo adeſſet clauſula toties quoties.

Atque hęc quoad priorem huius concluſionis partem quam puto tunc demum procedere, vbi † in litteris Conſeruatoriis ad tempus determinatum non ſit appoſitum formale, vel æquipollens decretum irritans, ſed ſimpliciter tempus limitetur, intra quod litteris vtatur Conſeruator iuxta terminos d. cap. de cauſis. ſecus ſi adiectum eſſet huiuſmodi decretum irritans etiam tacitum, ſeu æquipollens iuxta exempla, quæ ſupr. concluſ. 3. paulò ante attulimus, vt puta ſi diceretur, & ad quinquennium dumtaxat, iuxta exemplum Mandoſ. in praxi ſign. grat. verbo, Conſeruatoriæ, circa medium; nam hæ dictiones taxatiuæ affirmatiuè poſitæ omnes caſus excludunt, præter expreſſos, Bart. l. 1. ff. ſi quis ius dic. non obtemp. Card. clem. 1. de ſumm. Trinit. prohibéntque extenſionem de caſu ad caſum, Cyn. & Bal. Auth. quas actiones, C. de ſacr. Eccleſ. l. qui aliena, §. libertos, ff. de neg. geſt. cum aliis adductis per Vulpell. de præpoſ. & aduerb. ver. dumtaxat num. 4. cum ſeq. & verb. tantùm, num. 1. vbi in fin. ait eas eſſe excluſiuas vlterioris temporis, poſt gloſ. in l. rationes, C. de probat. & Caſtrenſ. conſ. 241. lib. 2. vel diceretur, (prout conſueuit in Conſeruatoriis priuatorum,) præſentibus poſt quinquennium minimè valituris; tunc

43 *Iuriſd. Conſeru. nequit prorog. vltra temp. præfixum ſi ſit decretum irritans.*

by Google

tunc enim pręfiniretur tempus non modò exercitio, ſed & ſubſtantiæ iuriſdictionis, vt dicebat Schrader. d. ſect. 3. num. 110. eſſemúſque in caſu, quo prorogatio impediretur propter decretum irritans, quod excludit partis conſenſum, iuxta ea, quæ d. concluſ. 3. latiùs adduximus. Quo fundamento ſimul

439 *Non prorogatur iuriſdict. Conſer. vltra obitũ concedentis quoad negotia non cœpta.*

confirmata ſatis remanet † poſterior pars huius quintæ concluſ. cum enim decretum irritans expreſſum, & formale appoſitum in fine d. cap. fin. manifeſtè afficiat diſpoſitionem d. §. ſeu verſ. officium, cum ſit appoſitum in fine totius cap. quod fauorem publicum reſpicit, maximè propter illa verba, (contra pręmiſſa, vel eorum aliquod ;) ſequitur planè ex fusè deductis d. concluſ. 3. conſenſum partium nihil conferre poſſe ad prorogandam Conſeruatoris iuriſdictionem quoad negotia non cœpta vltra obitum concedentis ; id quod in ſpecie ſimplicis delegati, vbi quoque adeſſet huiuſmodi decretum irritans, voluit Franc. in cap. ſi à ſubdelegato, quod eſt pen. num. 5. de off. deleg. in 6 poſt Io An. & gloſ. in cap. cum veniſſem, de teſt. dicens ita per mortem delegantis ipſo iure expirare iuriſdictionem delegati quoad non cœpta, vt neque per conſenſum partis poſſit prorogari ; licèt id non careat difficultate, per ea, quæ idem Franc. loc. cit. allegat, quorum examinatio non eſt huius loci.

440 *Quid ſi cõceſſa ſit ad beneplacitũ?*

Illud ſanè certiſſimum eſſe debet, quòd, † ſi Conſeruator deputatus ſit ad beneplacitum, tunc ita expirabit iuriſdictio illius quoad negotia non cœpta, vt neque per conſenſum partium poſſit prorogari ; nam beneplacitum, ad quod Princeps aliquid concedit, expirat eius morte, cap. ſi gratioſè, de reſcript. in 6. & cap. vnic. ne ſed. vac. eod. lib atque adeo in huiuſmodi caſu concurrit diſpoſitio hominis, ac ſimul diſpoſitio legis in d. cap. fin. §. officium autem, & ſic duo vincula, quæ magis ligant, cap. 1. de treg. & pac. Auth. itaque. C. commun. de ſucceſſ. cum ſimil. Quod autem in hac concluſ. diximus de prorogatione iuriſdictionis Conſeruatoris de tempore ad tempus quoad duos propoſitos caſus, idem proportionabiliter dicendum erit de aliis caſibus, in quibus infra d. cap. vlt. huius tract. docebimus Conſeruatoris iuriſdictionem expirare ; nam in quibus ibi concludemus, ipſo iure, & abſque ope exceptionis Conſeruatoris iuriſdictionem expirare, aut aliàs perpetuationi eiuſdem iuriſdictionis obſtabit decretum aliquod irritans formale, vel æquipollens, ita, vt Conſeruatori non remaneat

neat iuriſdictio etiam in habitu, in iis non poterit fieri prorogatio de conſenſu partium; in aliis verò, vbi tamen cadere poſſit huiuſmodi prorogatio, nihil oſtabit, quò minùs ea ſit admittenda, ſi tunc Conſeruatori remaneat iuriſdictio ſaltem in habitu, quoniam in actu non retineat reſpectu aliquorum iuxta ſupradicta: ſicut autem hi omnes caſus, conſtabunt ex iis, quæ ibi dicemus, ſic inde facilè erit deducere, quid circa prorogationem ſtatuendum ſit, vt non ſit neceſſe id hoc loco explicare, quod & longum nimis eſſet. Ad alia igitur tranſeamus.

Sexta concluſio. Conſeruatoris iuriſdictio † prorogari poteſt de re ad rem, ſiue de cauſa ad cauſam. Probatur, quia iuriſdictio ſiue ordinaria, ſiue delegata ſic poteſt prorogari, vt in ſpecie adnotarunt Abb.d.cap. P. & G. num. 12. Soc. d.cap. ſignificaſti, num.29. Capr.d.tract. de prorogat.num.49. nam de delegata eſt text. in cap.cum olim, iunctæ maximè rubr.de off. deleg.de ordinaria l.de qua re, §. 1.ff. de iudic. id verò communiter limitatur, † dummodo prorogatio fiat ad cauſam ſimilem, hoc eſt, quæ ſpecie non differat, vt latè tradit Schrader. d. ſect. 3. num. 143. & ſeq. tenéntque de communi teſtantes Abb.d.cap.P.& G.num.15. & cap.ſi diligenti in gloſ.2. de foro compet. & Bened. Capr. d.num. 49. cum quatuor ſeqq. vbi id latè comprobat, quod & meliùs facit Soc.d.num.29. inferentes poſt alios, poſſe quidem in eum, qui eſt iudex tantùm ciuilium, aut mercaturæ, prorogari iuriſdictionem in ciuili cauſa, aut mercaturæ, non criminali, aut militiæ; qui criminalium, in criminali, non ciuili; item iudicis cauſarum mixti imperij, poſſe prorogari cauſas tantùm mixti imperij, & in eum, qui habet huiuſmodi cauſarum cognitionem.

441 *Prorogatio eſt Cōſer. iuriſd. de re ad rem, ſiue de cauſa ad cauſam.*

442 *dūmodo ſit ſimilis.*

Ex qua communi doctrina habes, † quòd poſſunt duæ ſpeciês prorogationum concurrere, vides enim in præcedentibus exemplis prorogationem de perſona ad perſonam, & ſimul de re ad rem, ſeu de cauſa ad cauſam. Ex omnibus verò, quæ hucuſque in hac concluſione diximus, patet, quid dicendum ſit in Conſeruatore; ſtatuendum enim eſt, quòd poterit eius iuriſdictio prorogari de cauſa ciuili ad ciuilem, non autem ad criminalem, vel mixtam, cum de ea cognoſcere non poſſit, vt ſupra quæſt. 4. docuimus. item de cauſa mixti imperij ad alias cauſas mixti, non autem meri imperij, quod ei non competit, niſi ex ſpeciali facultate, vt quæſt. 1. oſtendimus; pariter pote-

443 *Prorogationes duæ diuerſarū ſpecierū poſſint concurrere.*

by Google

rit prorogari ab vna notoria iniuria, ſeu violentia ad aliam ſimilem, non autem ad eam, quæ requirit iudicialem indaginem, quoniam de illa cognoſcere non poteſt, niſi id in litteris exprimatur, vt quæſt. 3. latiùs demonſtrauimus. hoc verò procedit non tam, quia iniuria notoria ab ea, quæ notoria non eſt, ſpecie differat ſaltem materialiter, licèt formaliter vt iuriſdictioni ſubſunt, ſecus eſſe dici poſſit, quàm propter decretum irritans appoſitum in d.cap. fin. in fin. quod impedit progationem etiam de partium conſenſu, vt conſtat ex iis,quæ hac ipſa

444 *Conſeruatoris iuriſdict. prorogari poteſt ad cauſas crim. mixti imperij. & quomodo id intelligendũ.*

quæſtione concluſ. 3. adduximus. quòd ſi † ex ſpeciali facultate concedatur Conſeruatori, vt cognoſcat cauſas criminales,meri imperij, & quæ iudicialem requirunt indaginem;tunc bene poterit ex ſupradictis eius iuriſdictio ad conſimiles cauſas prorogari. Huiuſmodi verò prorogatio de re ad rem conſimilem, quam in Conſeruatore admittimus, puto ita fore accipiendam, vt tunc habeat locum, quando quis non deputatur Conſeruator generaliter ad omnes cauſas alicuius perſonæ, vel pro omnibus iniuriis manifeſtis eidem illatis,ſed ad certas tantùm cauſas, vel pro certis iniuriis; in primo enim caſu non video quomodo cadere poſſit prorogatio ad ſimiles,cum iam eas omnes cognoſcere poſſit beneficio litterarum,atque adeo prorogatione non indigeat, niſi fortè ad cauſas eorum qui vltra vnam dietam commorantur, & iniurias ab iis illatas; ſed tunc ſumus in prorogatione de loco ad locum, de qua ſeorſim in ſeq quæſt.agendum eſt.

Interim verò quoad hanc prorogationem de re ad rem illud

445 *Quid in cauſis maioris, vel minoris quantitatis quã ſint cõceſſæ.*

non prætereundum, quòd † ſi Conſeruator ſit deputatus ad cauſas certæ quantitatis bene poterit fieri prorogatio ad maiorem,vel minorem; ita in quauis iuriſdictione tenet Abb.d.c.P. & G. num. 12. de offic.de leg. & Soc.d.cap.ſignificaſti,num.29. de for.compet. per text. in l.inter conuenientes,ff.ad municip. & d.cap.cum olim;& quia magis & minus non variat ſpeciem, vt inter Philoſophos Iuriſconſulti quoque admittunt. eandem Abb.ſententiam tenent alij relati pariter, & laudati per Schrader.d.ſect. 3.num. 127.

446 *Iuriſd.Conſeru.de conſenſu partiũ quomodo prorog ri nequeat.*

Septima concluſio. Iuriſdictio Conſeruatoris † etiam de conſenſu partium prorogari non poteſt de loco ad locum, ita, vt trahat reum vltra vnam dietam à fine ſuæ diœceſis, neque ita,vt procedat extra ciuitatem vel diœceſim, in qua eſt deputatus.

Digitized by

tatus. Probatur quoad vtramque partem ſimul; nam quicquid ſit, an ſimplex delegatus Papæ poſſit id vtrumque facere de partium conſenſu, in quo nos ſupr.quæſt.7. præmiſ.3. negatiuam ſuſtinuimus contra Dec.d. cap. olim, de except. & Capr. reg. 53. omnino id ſtatuendum eſt in Conſeruatore duabus illis rationibus, quas latiùs proſecuti ſumus hac ipſa quæſt.concluſ.3. nimirum quia ſi Papa voluiſſet partium conſenſu, prorogationem poſſe fieri in his caſibus d.cap. fi.§.Conſeruatores autem, facilè id dicere potuiſſet, ſicut in ſimplici delegato quoad hoc, vt procedere poſſit extra locum deputationis dixit d.cap.ſtatutum, §.in nullo autem, de reſcript. in 6. & quia in fine d.cap.fin. adeſt decretum irritans quod prorogationem de conſenſu partium excludit in caſibus omnibus, & ſingulis, de quibus in d.cap.fin. diſponitur, vt latiùs d.concluſ.3.deduximus. ex qua etiam concl. dum ibid. oſtendimus d. cap. fin. continere non merum partis fauorem, ſed principaliter publicum, nimirum, quatenus limitat poteſtatem Conſeruatorum, ſatis tolluntur rationes Dec.d cap.olim, à num.22.ad 25. quatenus huic noſtræ concluſioni officere videbantur; cum maximè ex eodem Dec. ibid. & aliis eadem concluſ. 3. demonſtrauerimus, non poſſe partium conſenſu renuntiari diſpoſitioni ad fauorem publicum, vel magis, vel æquè ſaltem principaliter introductum.

Præterea colligitur, † huiuſmodi partium conſenſu non poſſe Conſeruatorem iuuari, vt per approximationem poſſit ſe Conſeruator conſtituere intra vnam dietam à fine diœceſis rei conueniendi exeundo ciuitatem; vel diœceſim, in qua ipſe Conſeruator eſt deputatus, quoniam d. cap. fi.§. Conſeruatores autem, expreſsè prohibetur iiſdem Conſeruatoribus, ne procedant contra quoſcunque extra ciuitatem, vel diœceſim, in qua fuerint deputati, adiecto in fine canonis decreto irritante circa quodcumque præmiſſorum; quod decretum excludit partium conſenſum, vt ſupra d. concluſ. 3. latiùs demonſtrauimus. Quare amplius non immoror circa huius prorogationis de loco ad locum declarationem. De qua tamen ſi qua vnquam difficultas oriri poſſit, quæ materiæ noſtræ adaptetur, præter Doct. d. cap. nonnulli, de reſcript.& cap.ſtatututum, eodem tit. in 6. alioſque d præmiſſ.3. citatos conſulas Capr.d.reg.53. & tract.de prorog.num.61. & ſeq. Abb.& alios

447 *An per approximationem iuuetur Cõſeruator.*

d.c.P.& G.Soc.d.c.ſignificaſti,num.33. & S[illegible]ader.d.ſect. 3. à num.115. ad 126.

448 Octaua concluſio. Vbi † conſiderari poſſit in materia Conſeruatorum prorogatio iuriſdictionis de caſu ad caſum, ea erit admittenda in Conſeruatore. Etenim verum quidem eſt, quòd poſt Imol.d. cap. P. & G. de offic. deleg. & ex communi tradit Bened.Capr.d.tract. de prorogat. num. 55. iuriſdictionem datam ſub certa conditione † non poſſe prorogari ante euentum illius conditionis, hoc eſt, quemadmodum puto eos intelligere, ad hoc, vt poſſit iudex ſic datus cognoſcere ante purificationem dictæ conditionis, quoniam ante euentum conditionis iudex nullam habet iuriſdictionem, cum neque habeat iuriſdictionis habitum, neque exercitium, cap. prudentiam, in 1.reſpon.de offic.deleg. gloſ.fin.in cap. cum plures, eod.tit. in 6. quorum tamen alterum requiri ad prorogationem ſupr. in 1.ſuppoſ. demonſtrauimus; nam proprium eſt conditionis, vt nihil ponat in eſſe, cap. 1. in fi. de ſponſal.in 6. l. 2. ff. de donat. & ſuſpendit actum l. cedere diem, ff.de verb. ſignif. l. ſub conditione, ff.de condit. indeb. l. 1.in princip.ff.de reg.Caton. l.ſi quis ſub conditione dandorum,ff.ſi quis omiſſ.cauſ.teſtam. & ea pendente actus non dicitur actus,l.pecuniam, quam, ff.ſi cert.pet. cum ſuis.concord. id tamen intelligendo ſumpto per Capr. & Imol. conditionis nomine in ea ſignificatione, quam modò cõmemorauimus,& vt ſumitur tit.de condit.appoſ.& in reg. illa vtriuſque iuris actus legitimi non recipiunt conditionem, neque diem, & in qua reor ab iis Doct.fuiſſe acceptum, dum allegant d.l.cedere diem; non autem ſumpto pro qualitate, quomodo accipitur in cap.redintegranda, 3.quæſt. 1. ibi, quacumque conditione temporis, in l. continuus, §. cum ita, ibi, eiuſdem conditionis homines, ff. de verb.oblig. cum aliis adductis inter cæteros per Rebuff. in l. conditionales, ff. de verb.ſignif. vbi aliarum quoque huius nominis in iure ſignificationum mentionem facit. Quòd ſi pro qualitate, vel ſtatu conditionis nomen accipiant præfati Doct. tunc non benè ipſi negarent, poſſe dari prorogationem iuriſdictionis datæ ſub certa conditione; idem enim eſt, ac ſi dicerent, non poſſe dari de caſu ad caſum, cuius nos oppoſitum propoſitis exemplis docuimus ſupra in hac ipſa quæſt. ſuppoſ. 2. In noſtra verò facti ſpecie illa quidem exempla locum obtinere non poſſunt, cum

Prorogatio iuriſdict. de caſu ad caſum an fieri poſſit.

449 *Iuriſdictio cõditionalis nõ prorogatur ante euentum cõditionis.*

Digitized by Google

cum ſupponant deuolutionem, aut commiſſionem appellationis, quod tamen regulariter non contingit in Conſeruatore, qui cauſæ cognitionem non niſi in prima inſtantia habet. Poterunt tamen alia exempla afferri, vt putà, ſi Conſeruator iudex deputetur in furtis qualificatis, aut percuſſionibus cum ſanguinis effuſione, aut vulneribus ab aggreſſore illatis;neque adſit dictio taxatiua, decretúmve irritans vlteriorem cognitionem; poterit enim ex paulò ante dictis, iunctis iis, quæ hac ipſa quæſt. primo, & ſecundo loco ſuppoſuimus, poterit inquam talis Conſeruatoris iuriſdictio ita prorogari, vt cognoſcat de furtis non qualificatis, percuſſionibus ſine ſanguinis effuſione, ac vulneribus ab eo illatis, qui fuit priùs prouocatus.

Quòd ſi hæc exempla potiùs pertinere quis dicat ad prorogationem de cauſa ad cauſam, non pugnabo, ſi vel is afferat meliora, vel ſolùm contendat, non admodum differre haſce ſpecies prorogationis, cum maximè prorogationem de cauſa ad cauſam reduxerimus ad illam de re ad rem, quod nomen cum latiſſimè pateat, l.rei appellatione, cum ibi not.ff.de verb. ſignif.quemadmodum ſpeciem illam de cauſa ad cauſam comprehendit, ſic eadem ratione videtur comprehendere poſſe & hanc de caſu ad caſum, cuius ideo fortaſſe non meminerunt magis communiter Legiſtæ in l.2.ff.de iudic. & l.1.C. de iuriſdict. omnium iudic. & Canoniſtæ d. cap. ſignificaſti, de foro compet. & cap. P. & G. de offic. deleg. nihilominus illud diſcrimen inter vtramque ex naturali, & propria ſignificatione conſtituendum videtur, vt cauſa à cauſa qualitate, vel ſaltem numero, ſeu indiuiduo differat, caſus verò ſit reſpectu eiuſdem cauſæ in indiuiduo, vt declarant prædicta deuolutionis, vel appellationis exempla d.ſuppoſ.2.allata. Vnde illud magis congruum exemplum in noſtra ſpecie poteſt afferri, ſi v.g. qui haberet eo modo, quo dicebamus, Conſeruator cognitionem furtorum qualificatorum, & actor, vel accuſator ad fundandum Conſeruatoris iuriſdictionem allegaret prædictam qualitatem, ſed non probaret, tunc poſſet conſiderari prorogatio, ſi reus, vel accuſatus, qui alioqui declinare poſſet iuriſdictionem illius ob defectum huiuſmodi qualitatis, nihilominus conſentiret, vt Conſeruator in illa cauſa cognoſceret; quod poſſet ex prædictis,ſi, vt dictum eſt,nullum decretum ir-

ritans formale, vel etiam æquipollens ex dictione taxatiua, vel aliunde reſultans eſſet appoſitum tali deputationi in Conſeruatorem.

450 *Iuriſd. Conſeru. de vno modo cognoſcendi ad alium an prorogabilis ſit.*

Nona concluſio. Prorogatio iuriſdictionis † de vno modo cognoſcendi, ſeu procedendi ad alium, vt d. ſuppoſ. 2. in 7. & poſtrema ſpecie prorogationis iuriſdictionis declarauimus, non modò conſiderari poteſt in Conſeruatoribus, ſed etiam admittenda in iis eſt. Prior pars huius concluſionis patet tum ex formulis amplioribus Conſeruatoriarum, ex quibus vnam habemus in Extrauag. vnica de iudic. in commun. aliàs verò nonnullas inſeri curauimus ſupra c. 2. huius tract. tum iis, quas cap. ſeq. præſertim in prioribus quæſt. afferemus; in illis enim formulis habentur quod ad rem hanc attinet, huiuſmodi verba; facturi ipſis (hoc eſt, quibus deputantur Conſeruatores,) in illis videlicet, quæ iudicialem requirunt indaginem, ſummariæ, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij; in aliis verò prout qualitas ipſorum exigit, iuſtitiæ complementum, quibus verbis traditur Conſeruatoribus modus procedendi ſiue in non notoriis, ſiue in notoriis; in illis quidem ſummariè, &c. iuxta diſpoſitionem Clem. ſæpe, de verb. ſignif. in his verò iuris ordine non ſeruato, etiam eo qui in ſummariis adhibetur, iuxta cap. ad noſtram il 3. cum ibi not. de iureiur. & traditis per Innoc. & alios d. cap. 1. & fin. de offic. deleg. in 6. ac latiùs per nos explicandis cap. ſeq. in dd. priorib. quæſt. Tunc ergo poterit in Conſeruatorib. conſiderari prorogatio iuriſdictionis eorumdem, ſi agamus, vt de conſenſu partium Conſeruator per huiuſmodi litteras deputatus in non notoriis vel plenaria cauſæ cognitione, ac diſcuſſione, ſeu, quod idem eſt, ſolemni ordine iudiciario vtatur, vel non niſi ea, quæ in notoriis eſt adhibenda, in ipſis verò notoriis ea indagine, ac diſcuſſione vtatur, quæ in rebus, & cauſis non notoriis, iiſque non modò ſummariis, ſed etiam plenariis, ac planè dubiis exigitur.

451 *Ordo Iuris an de partiũ cõſenſu adhiberi valeat à Cõſer. ad term. iuris deputato.*

Poſterior pars huius concluſ. probatur; nam quoad cauſas ſummarias tam ex conſtitutione, quàm commiſſione de conſenſu etiam tacito partium, hoc eſt, non contradicentibus partibus ſolemnis ordo iudiciarius in iis obſeruari poteſt, neque ideo proceſſus irritus eſt, aut irritandus, vt diſertis verbis cauetur d. Clem. ſæpe in fin. quoad cauſas † verò, in quibus de notoriis

notoriis agitur, quamuis ex tacita, & interpretatiua voluntate Pontificis d.cap.1. & fin.de offic. deleg. in 6. debeat regulariter iuris ordinem non modò ſolemnem, ſed etiam qui in dubiis, & non notoriis, ſummariis tamen, adhibetur, omittere, vt dd.priorib. quæſt, cap. ſeq. oſtendemus; quia tamen id expreſsè non cauetur in prædictis iuribus, maximè in d. cap.fin. vbi eſt decretum irritans, quod etiam ſupponitur non adeſſe vel formaliter, vel per æquipollentiam in litteris Conſeruatoriis; ideo nil mirum, ſi prorogari ita poſſit ſaltem de partium conſenſu Conſeruatoris iuriſdictio, vt in iis valeat & minùs ſolemnem qui in ſummariis adhibetur, & ipſum etiam ſolemnem iuris ordinem ſeruare. Quin immò fortaſſe poterit abſque partium conſenſu, modò adſit iuſta cauſa, vel abſit graue earumdem partium incommodum, de quo forſan latiùs d.cap. ſeq.quæſt. 1. aut 2. Nunc ad poſtremam huius quæſt.concluſ. deſcendamus.

Decima, & poſtrema concluſio. Iuriſdictio Conſeruatoris præſcriptione, vel conſuetudine quæſita † prorogari conſenſu partium poteſt. Probatur,quia iuriſdictio iure ſpeciali competens regulariter poteſt prorogari, vt poſt Hoſt. Io. An. & Butr.d.cap. ſignificaſti, tenet ibi Abb. num.2. & Soc.num.23. & mouentur quia iura, quæ loquuntur de prorogatione, non diſtinguunt, an iuriſdictio competat de iure communi,vel de iure ſpeciali, ſed ſimpliciter requirunt,quòd ille,de cuius prorogatione tractatur, habeat iuriſdictionem, vt in l.1.ff.de iud. & facit, inquit, quod ibi gloſ.& Bart. adnotarunt,qui volunt, quòd etiam iuriſdictio eorum, qui præſunt alicui Collegio, poteſt prorogari; id autem intelligendum eſt de iuriſdictione ordinaria, prout intelligunt præcitati Doct. quæ etiam ſola præſcriptione, aut conſuetudine, de qua nos loquimur,acquiri poteſt, vt ex iis patebit, quæ ſeq. quæſt.latiùs diſputabimus; cui cum æquiparetur Conſeruatoris iuriſdictio,vt ſupra quæſt. 1.concluſ.3. demonſtrauimus, nil mirum,ſi non modò augeri, & acquiri plerumque poſſit præſcriptione, & conſuetudine, vt d.ſeq.quæſt. oſtendemus, ſed etiam ſic ſemel acquiſita,vel aucta valeat prorogari, in iis nimirum caſibus, in quibus poſſet ea, quæ per reſcriptum ab initio conceſſa eſt, quæ & ipſa per priuilegium quæſita dici poteſt, prout hoc inter priuilegia Regularium Mendicantium ponit Confett. in Collect. huiuſmodi

452 *Iuriſdictio Conſer. præſcriptione vel conſuet. quæſita volente parte prorogatur.*

di priuilegiorum, nec non Alphonſ. Caſarub. & ibi Sorb. Capuc. Rodrig. & alij quotquot de iiſdem priuilegiis egerunt, & apertè colligitur ex cap. dilecti, de for. competenti, & cap. 1. iuncta rubr. de priuileg. in 6. vbi exemptio à iuriſdictione ordinariorum, & indultum, vt quis non niſi ſub certo iudice teneatur reſpondere, inter priuilegia numeratur; & iuriſdictio priuilegio conceſſa tamquam à iure ſpeciali competens ponitur à Soc. & aliis d.cap. ſignificaſti, & probatur in cap. Romana §. debet autem, de appell. in 6. vbi idem habetur de conſuetudine, nec mirum, cum priuilegium ius non commune ſed ſpeciale ſit, Doct. in rub. de priuil. & alibi paſſim.

Limitatur autem noſtra concluſio, ac ſimul declaratur quod modo diximus, vt nimirum non poſſit Conſeruatoris iuriſdi-
453 ctio præſcriptione, vel conſuetudine quæſita † prorogari de loco ad locum; ita enim de quauis iuriſdictione, quæ alicui competit de iure ſpeciali, vt nimirum nequeat de vno loco ad alium locum extra territorium prorogari, poſt Hoſt. in cap. excommunicatis, & ibi Abb. num. 5. de offic. leg. Butr. d. cap. P. & G. num. 17. Rom. ſing. 5. & ibi Apoſt. Aret. in cap. cæterum, & ibi Fel. num. 1 Dec. num. 2. de iudic. Marſil. l. fin. num. 195. ff. de iuriſdict. omn. iudic. & Marant. in ſpec. aur. tradit Schrader. d. part. 10. ſect. 3. num. 117. multò verò magis id dicendum erit in caſu noſtro, cum neque regulariter iuriſdictio Conſeruatoris poſſit prorogari de loco ad locum, obſiſtente decreto irritante d. cap. fin. & alij, quibus id oſtendimus ſupra hac ipſa quæſt. concluſ. 7.

Iuriſdictio prædicta nō prorogatur de loco ad locum.

Atque hæc quidem in hac quæſt. de prorogatione iuriſdi-
454 ctionis Conſeruatoris dicenda viſa ſunt. Quòd ſi quis † plura fortaſſe velit, conſulere poterit inter alios Marant. d. diſt. 12. Soc. Abb. & alios d. c. ſignificaſti, eundem Abb. in cap. ſi diligenti, de for. compet. & rurſus d. cap. P. & G. ibique Butr. & Fel. & cap. cum olim, de offic. deleg. Dec. Fel. & alios d. cap. cæterum, de iudic. Innoc. Abb. Fel. Dec. & cæteros, cap. de cauſis, de offic deleg. Cyn. Bart. & Bal. in l. ſi qui ex conſenſu, C. de epiſc. aud. alios Iuriſtas in l. 1. & 2. ff. de iudic. Spec. tit. de compet. iud. §. 1. Schrader. d. tract. de feud. part. 10. ſect. 3. quæſt. 9. & Capr. d. tractat. de prorogat. Ant. de Matth. in tractat. iudiciar. de prorogat. iuriſdict. foro competenti, &c. ferè per totum.

Prorogationis iuriſdictionis materia remiſſiuè.

QVÆRO

QVÆRO *nonò, An Conſeruatoris iuriſdictio præſcriptione, vel conſuetudine acquiri, vel prorogari; tollíve, aut minui poſſit.*

Quæſtio hæc, vt facilè colligere eſt, quatuor habet præcipua capita, ſeu inſpectiones quoad acquiſitionem, & prorogationem iuriſdictionis. Primò enim videndum eſt, An iuriſdictio Conſeruatoris acquiri poſſit præſcriptione. Secundò an poſſit acquiri conſuetudine. Tertiò, an valeat prorogari, ſeu extendi præſcriptione. Quartò an hoc idem fieri poſſit conſuetudine; totidémque habet quoad amiſſionem, & diminutionem eiuſdem. Quamuis enim præſcriptio, & conſuetudo † in nonnullis conueniant, differunt tamen etiam in mul- 455

Præſcriptio & cõſuetudo in quib. cõueniāt vel differāt. vide num. ſeq.

tis. Conueniunt quidem primò, quòd ſicut præſcriptio requirit curſum temporis, cap. ad aures, cap. auditis, & cap. illud, de præſcript. l. 1. & toto ferè tit. iuncta rubr. C. de præſcript. 30. vel 40. ann. & aliis pleriſque tit. & iurib. ita etiam conſuetudo, cap. fin. de conſuet. cap. cum de beneficio, de præbend. in 6. l. 1. & tot. tit. quæ ſit long. conſuet. cum ſimil. Secundò, ſicut ad conſuetudinem plures actus requiruntur, vt poſt gloſ. Abb. & Doct. communiter in cap. fi. de conſuet. latè tradit Curt. ibid. ſect. 4. num. 36. & probatur in l. 1. & 2. C. quæ ſit long. conſuet. niſi vnicus actus eſſet ſucceſſiuus, & haberet continuationem per tempus, intra quod talis conſuetudo inducitur, vt probat text. ſingularis d. cap. cum de beneficio, ibi, ab vno, vel pluribus, iunctis iis, beneficio eccleſiaſtico conſueto clericis ſecularibus aſſignari, & nos ſatis docuimus in tract. de Optim. Canon. cap. 2. quæſt. 2. concluſ. 3. & tract. de diſtribut quotid. par. 2. quæſt. 12. num. 13. & ſeq. Ac præterea non debent iſti actus vnus ſeu plures eſſe interrupti actibus contrariis, vt patet ex d. cap. cum de beneficio, ibi, extitit continuè, ac pacificè gubernatum, nec non in cap. dilecto, quod eſt fin. de offic. Archid. ibi, &, niſi vobis conſtiterit, præfatum Archidiaconum, vel prædeceſſores ipſius de pacifica ſic obtenta conſuetudine iuriſdictionem aliquam in ipſo Monaſterio, vel in huiuſmodi Abbatiis hactenus habuiſſe, latè Curt. in d. cap. fi. ſect. 4. num. 66. Ita ad præſcriptionem plures actus momentanei, vel vnus ſucceſſiuus requiritur, neque ij debent eſſe interrupti, cap. auditis, & cap. illud, de præſcript. l. naturaliter, §. 1. ff. de vſucap. cum vtrobique not. per gloſ. ac Doct. nec non in l. cum notiſſimi, in princ. & §. immo, ac l ſicut, C. de præſcript. 30. & 40. ann.

by Google

ac Balb. tract. de præſcript. 3. part. 6. partis princ. in princip. & qu. 1. atque alij de præſcriptione tractantes paſſim id vtrumque ſupponunt, ac præſertim in cap. poſſeſſor, vbi Couar. 2. part. relect. §. 12. de regul. iur. in 6. iuncto cap. ſine poſſeſſione, eod. tit. & lib.

Tertiò in eo conueniunt præſcriptio, & conſuetudo, quòd ſicut per præſcriptionem acquiritur ius alicui, ita etiam per conſuetudinem, Bart l. de quib. ff. de leg. & l. 2. C. quæ ſit long. conſuet. Sed cum hoc diſcrimine, quòd per præſcriptionem

456 † acquiritur ius priuato, per conſuetudinem in communi, & publico. ita poſt Abb. & alios d. cap. fi. Hoſt. in ſumma tit. de conſuet. §. ſeu, verſ. extra ſummam, num. 13. Bal. in Auth. quas actiones col. pen. C. de ſacroſ. Eccleſ. & alios tradit Roch. de Curt. eod. cap. fin. ſect. 5. num. 3. Petr. Rauenn. in enarr. eiuſdem tit. de conſuet. ſect. 3. num. 7. & 8. Soc. d. cap. cum contingat, num. 26. Couar. d. 2. part. §. 3. num. 2. Fel. d. cap. auditi, num. 22. Balb. d. tract. de præſcript. 1. part. quæſt. 10. num. 3. & 4. & Ant. Matth. tract. de prorogat. iuriſd. num. 40. & D. Germon. de ſacr. immun. lib. 3. cap. 19. num. 66. & hæc eſt prima differentia inter præſcriptionem & conſuetudinem. Secunda eſt, quia

Præſcriptione ius acquiritur priuato, conſuetudine in cõmuni.

457 † in præſcriptione contra ius commune requiritur titulus, c. dudum, de decim. cap. ſi diligenti, de præſcript. cap. 1. de præſcript. in 6. id autem in conſuetudine, etiam quæ ſit contra ius, cautum non reperitur, vt patet ex d. cap. fin. & l. de quib. ff. de leg. atque hanc differentiam affert poſt alios Curt. & Rauen. loco cit. Hoſt. ſupr. num. 14. Capr. reg. 13. num. 24. cum ſeq. & Balb. d. quæſt. 10. num. 5. & 6. Tertiò in præſcriptione requiritur bona fides, d. cap. ſi diligenti, & cap. vigilanti, de præſcript. cap. poſſeſſor, de reg. iur. in 6. ſecus in conſuetudine, Ang. & Iaſ. d. l. de quibus; quam differentiam poſuit Hoſt. d. num. 14. Capr. d. num. 24. & alij, quos referunt, & ſequuntur Curt. d. num. 3. & Balb. d. quæſt. 10. num. 7.

Præſcriptio requirit titulũ ſæpe, & bonam fidẽ ſemper, non conſuetudo.

Quartam differentiam ponit Butr. & Imol. d. cap. fin. & alij, quos refert Corn. conſ. 268. col. 6. vol. 4. & ſequi videtur Germon. d. num. 66. vt quando ex vna parte ſiue agente, ſiue patiente ſunt plures perſonæ incertæ, & indeterminatæ, tunc reſultat conſuetudo, non præſcriptio; ſed hæc differentia ſimpliciter intellecta non benè probatur, vt rectè ait Curt. d. num. 3. ſequeretur enim ex hoc, Collegium, & Vniuerſitatem non

poſſe

poſſe præſcribere, quod † falſum eſt, vt inter alios compro- 458
bat Nicol. Loſæ. tract. de iur. vniuerſit. per text. in l. 2. ff. de acquir. poſſe. & Alex. in l. 1. §. municipes, num. 6. ff. eod. & poſt Io. An. & Abb. in cap. cum dilectus, de conſuet. per illum text. notauit Soc. d. cap. cum contingat num. 26. de for. compet. & Ant. Matth. d. num. 40. eſt ergo ita intelligenda, iuxta id, quod Curt. dict. num. 3. optimè docet, vt tunc dicatur præſcriptio, quando aliquid acquiritur Collegio, vt Collegio, quia tunc perſona quædam facta, & particularis reputatur. Sed quando perſonæ particulares populi, vel Collegij omnes, vel maior pars aliquid obſeruarent, vel etiam aliquæ perſonæ, licèt paucæ, ſed in publico, vt eſt caſus in l. venditor, §. ſi conſtat, ff. commun. prædior. de fodientibus lapides in fundo alieno; ſeu populo tacitè approbante iuxta ea quæ latè tradit idem Curt. d. cap. fin. in 8. requiſito conſuetudinis in princ. tunc diceretur conſuetudo populi, vel Collegij, & non præſcriptio, nec aliquid tunc populo acquireretur, licèt per populum conſuetudo induceretur. idem ferè habet Couar. d. §. 3. num. 2. quem ſupra retulimus in 1. differentia, cum qua penè hæc coincidit, nec differt, niſi quoad qualitatem perſonarum, éſtque illius quædam ampliatio; cuius exemplum, vt inquit Curt. loc. cit. dari poteſt in caſu cap. cum omnes, de conſtit. vt fit mentio de conſuetudine Collegij, qua mediante abſentes Canonici percipere poſſunt fructus præbendarum in abſentia; nam tunc dicitur conſuetudo Collegij, & illud ius acquiritur abſentibus, & per conſequens ſingulis de Collegio, non autem ipſi Collegio.

Vniuerſitas an poſſit præſcribere.

Quinta differentia eſt, quòd † cõſuetudo eſt, quando ex ta- 459
cito conſenſu populi, & curſu temporis inducitur aliquod ius, quod populus ſtatuendo facere poſſet; quando autem quis ex curſu temporis cum bona fide, & aliis requiſitis poſſidendo acquirit ius, quod, ſi vellet, non poſſet ſtatuendo inducere, tunc eſt præſcriptio, ita poſt Bart. in conſ. quod incipit, Capitaneus patrimonij, Cyn. d. l. 2. C. quæ ſit long. conſ. & Doct. d. cap. fin. docet Soc. d. num. 26. & poſt eum Ant. Matth. d. num. 40. ac poſt Bal. in rubr. C. quæ ſit long. Conſuet. & Aret. conſ. 23. & 132. col pen. ac text. d. l. venditor. §. ſi conſtat, ff. comm. præd. tenet Curt. d. num. 3. hæc tamen differentia non procedit quoad canones, contra quos ſtatui non poteſt, ſed benè induci

Conſuetudinem inducit Vniuerſitas in his quæ ſtatuere poteſt, non in præſcriptione.

conſuetudo, d.cap.fin.cum ibi not per Butr.Abb.Curt.& alios, de conſuet.

Sexta differentia, quam ſupra etiam attigimus, & poſt gloſ. d.cap.fin.& Bal.in l.fin.15.oppoſ. C.de præſcript.long.tempor.
460 affert Balb.d.quæſt.10.num.2.ea eſt, quòd † in conſuetudine requiritur conſenſus tacitus populi, vel maioris partis,l.de quibus in fin.ff.de leg.cum ſimil.ſed præſcriptio non requirit conſenſum aduerſarij, quia currit etiam contra ignorantem, d.l. fin. C. de præſcript. long. tempor. & l. ſicut, C. de præſcript. 30.ann.

In conſuet. neceſſarius eſt conſenſus Vniuerſitatis, non aduerſarij in præſcriptione.

Septimam poſt Bal. affert vno verbo Fel.d.cap.auditis num. 22. de præſcript. quòd † præſcriptio ſit rerum; conſuetudo,
461 morum: quam etiam ponit Hoſt. d.verſ. ſeu §. extra ſummam num.14. verſic. videtur, & refert Balb. d. quæſt. 10. num. 11. qui num. 12. aliam affert, quam ipſe fundamentalem vocat, & ſit

Præſcriptio rerum, conſuetudo morum.

462 Octaua, quia † præſcriptio dicitur illa, quæ tendit ad tollendam rem iam in eſſe productam, puta dominium,vel actionem, conſuetudo verò tendit ad inducendum de nouo, quod non eſt,vt per Iaſ.d.l.de quibus col.14.verſ.ſecunda eſt opinio, vbi refert Petr.Cyn.& Ang.quam etiam differentiam habet,& comprobat Hoſt.d.num.14.

Præſcriptio tollit, cõſuetudo inducit.

Nona eſt, quam idem Hoſt.primo loco ponit ſupr.num.13.
463 quia † præſcriptio locum habet in rebus mobilibus,& immobilibus,corporalibus,& incorporalibus, d.cap.auditis,cum ſeq. de præſcript.& cap.olim, de cenſ. cum ſimil. conſuetudo verò in incorporalibus tantùm; vt idem Hoſt. latiùs probat d.tit. de conſuet.verſ. quid ſit conſuetudo num.2.per text.in cap.2.cap. cum olim, cap.cum dilectus cap.cum conſuetudinis eod.tit. & alia pleraque iura,quæ ibi allegat.

Conſuetudo eſt de incorporalibus, præſcriptio de corporalib.licet mobilib.

464 Decimam affert idemmet Hoſt.num.7.& 15. quòd † conſuetudo non poſſit eſſe erronea, vt colligitur ex l.quod non ratione,ff.de leg,& latiùs comprobat Curt.d.cap.fin.ſect.4 ſeu in tertio requiſito conſuetudinis; præſcriptio verò bene poteſt
465 eſſe erronea,hoc eſt, ex titulo erroneo, vt notat gloſ. & Doct. d.cap. ſi diligenti, de præſcript. & cap. 1. eod.tit.in 6.atque alibi paſſim.

Conſuetudo nõ poteſt eſſe erronea, ſed præſcriptio.

Præſcriptio nõ ſtat cum priuilegio, ſecus in conſuetudine.

Vndecima eſt apud eundem Hoſt. d.num. 14. quod † præſcriptio regulariter non concurrat cum priuilegio; vt conſtat

ex

ex cap.inter dilectos,§.cæterum, de fide inſtrum.ſecus in conſuetudine,cap.placuit huic ſanctæ, ibid. quæſt.4.cap.cum dilectus,de conſuet.& cap.Abbate,de verb.ſignif.

Aliam differentiam, ſed valde controuerſam, habes apud Fel.d.cap. auditis, num.21. & Ant.Gabr.commun.concluſ.lib. 5.tit de præſcript. concluſ.2. nam, † licèt præſcriptio non extendatur, vnde prodiit illa propoſitio, tantum præſcriptum, quantum poſſeſſum, vt voluit gloſ.d.cap.auditis, interruptionem, de præſcript. Innoc.cap.dilecto, de offic.Archid. Bart. in Auth.qui rem, C.de ſacroſ.eccleſ. Bal.in d.l. de quib. Bellam. decis. 589. & alij plerique, quos refert, ac ſequitur Gabr.dict. concluſ.2. num. 1. pro qua eſt text. in cap. cum olim, de præſcript. tamen de conſuetudine multi voluerunt, eam extendi, vt Innoc.d.cap.dilecto, & alij apud Fel.d. num. 20. & Gabr.d. concluſ.2.num.12. vbi etiam referunt Card.Clem. 1. quæſt. 7. de renunt. Bart. d. Auth. qui rem, & alios plures contrarium tenentes; pro qua ſententia facit text. in d.cap.dilecto, de off. Archid.per quem text. nec non d.cap.cum olim, de præſcript. & l.1. §. Iulianus il 1. ff. de itin. actúque priu. & ibi gloſ.verbo, quoadusque, quam ſemper notandam dicit ibi Bart.in §.ſi quis hoc interdicto, ait Alphonſ. Villagut. tractat. de extenſ.tit. de extenſ.leg.vel conſuet. num. 12. fol. mihi, 136. veram eſſe regulam in conſuetudinibus, tantum præſcriptum, vel vſurpatum,quantum poſſeſſum, vel vſitatum, & non plus. Quæ tamen controuerſia dirimitur communiori illa diſtinctione, quòd, ſi conſuetudo ſit fauorabilis, extendatur, ſecus verò ſi onerosa, & exorbitans,quam ex Innoc.d.cap.dilecto, Anchar. cap. ſine poſſeſſione, de reg. iur. in 6. & aliis inter ceteras diſtinctiones communiorem hanc aſſerens, affert Gabr. d. concluſ.2. num.15. cum qua diſtinctione ferè coincidit ea, quam tangit Fel.d.num.21.Balb.d.tractat. de præſcript. 2. part. num. 29. atque illa, quam pluribus adſtruit Curt.d. cap. fin. ſect. 4. num.3.4.5.& 7. vt conſuetudo, quæ præter, aut ſecundùm ius ſit, modò alterius iuri non præiudicet, ſit extendenda, ea verò, quæ contra ius eſt, regulariter extendenda non ſit; quod & facit Ludolph.Schrad. de feud.part.10.ſect.20.num. 165. & ſeq.cuius rei nonnullas limitationes affert; & alias plures Crauet.tract.de antiquit.temp. 4. part. in princip. à num. 48. ad finem, & verſ. videamus modò per totum, & Curt. ad num. 7.

466 *Conſuetudo & præſcriptio an pariter extendantur.*

ad 23. quas recenſere non eſt neceſſe, verum, ſi lubet, apud eos omnes videre licet; ſicut & pro aliis differentiis inter præſcriptionem, & conſuetudinem conſulere poterit Alex. conſ. 6.vol.1. Bellam.conſ.10.Aret.d.conſ.23.& 132.Fel.d.num 21. & 22. Crauet.d.tract. de antiquit. temp. 4. par. in princ. vſque ad num.48. atque alios quos recenſet Fel.ſupr. & Apoſt. Abb. d. cap. fin. nec non Vazquez ad 1. 2. S. Thom. diſputat. 177. cap.1.

467 Quamuis autem ita inter ſe differant præſcriptio, ac conſuetudo, poteſt tamen † vnum, atque idem reſpectu diuerſorum eſſe præſcriptio, ac conſuetudo, vt fieri in caſu text. cap.3.de conſuet.in 6.voluit ibi Io.An.ad fin. & poſt eum Abb. d.cap.fin. quem refert, ac ſequitur Curt.ibid.d. ſect.5.num.4. Soc.d.c.cum contingat, num.26.de foro compet.Balb.d.quæſt. 10.num.4.in fin. & Ant.Matth.d.num. 40. circa initium; nam cùm Epiſcopus acquiſiuit præſcripta conſuetudine contra cap. nouit, & cap.quanto, de his, quæ fi.à prælat. ſin. conſ.cap. vt ſolus ſine conſilio Capituli inquirat, puniat, ac corrigat ſubditorum exceſſus, vt d.cap.3.expreſsè cauetur, tunc quoad Epiſcopum contra Capitulum erit præſcriptio, quia detrahitur iuri Capituli, & acquiritur Epiſcopo, nec poteſt ſecundùm hanc rationem dici conſuetudo, iuxta ea, quæ paulò ante dicta ſunt, ſed reſpectu ſubditorum, qui per ſolum Epiſcopum iam veniunt corrigendi, conſuetudo èſt appellanda, & idem reſpectu Epiſcopi quoad ſubditos, quia ſubditis nihil detrahitur, ſed eſt quædam lex tacita, ſeu non ſcripta, per quam poteſt Epiſcopus ſolus eos punire, & iuxta hanc rationem poſitum eſt d.cap.3. ſub rubr. de conſuet. cùm ſecundùm priorem potuiſſet poni ſub tit. de præſcript. qua etiam ratione malè Io. An. & Abb. d.cap. cum dilectus, de conſuet. laudati à Soc. d. num. 26. malè inquam mordent hi Compilatorem Decretalium Gregorij, dicentes, illud cap. cum dilectus incongruè fuiſſe poſitum ſub tit. de conſuet. ac potiùs collocari debuiſſe ſub tit. de præſcript. quoniam, inquiunt, ibi illud ius Collegij, vt de gremio ſuo eligi debeat Prælatus alterius Collegij, ſubtrahebatur vni Collegio, & acquirebatur alteri Collegio, quod quidem tenet vices vnius, atque adeo iuxta ſuperiùs dicta non poteſt dici conſuetudo, ſed potiùs præſcriptio. Nam hîc etiam reſpectu ſingulorum ſubditorum de Collegio præſcriptionem patiente

Conſuetudo & præſcriptio an poſſit quid eſſe reſpectu diuerſorum.

patiente poteſt dici conſuetudo, quibus nihil iuris detrahitur, cum omnino habere debeant Præpoſitum, ſiue de ſui, ſiue de alterius Collegij gremio, præterquam quòd dici poteſt, conſuetudinem in d.cap.cum dilectus, ſumi non ſpecificè, ſed genericè pro eo, quod ſolet fieri, quomodo eſt commune quid ad conſuetudinem ſpecificè ſumptam, & præſcriptionem, vt ſumitur in cap. cum eccleſia, de cau.poſſ. & propr. ac generatim docet Vazquez d.cap.1. contendens de ſe conſuetudinem habere ſe vt genus ad præſcriptionem, & conſuetudinem in ſpecie ſumptam. Eadem ratione qua dicimus de adoptione, & cognatione, eas ſpecificè ac genericè accipi: & in ſpecie de vſucapione, quòd ſumatur genericè, prout communis eſt præſcriptioni, quæ eſt rerum immobilium, iurium, & actionum, ac vſucapioni ſpecificæ, quæ eſt mobilium, l. 1. & tot.ferè tit.ff. de vſucap. cum notat. Doct. vt in rubr. eod. tit. Vel quòd ibi agitur non ſolùm de conſuetudine præiudicante iuri communi, ſed etiam interpretatiua ſtatuti, quomodo non conueniet præſcriptioni, ad not. in l. ſi de interpretatione, ff. de leg. & ſimilib.

Verùm, quoniam † aliqua iura mentionem faciunt conſuetudinis canonicè præſcriptæ vt d. cap. 3. de conſuet.in 6. & pleraque de conſuetudine legitimè præſcripta, quod idem eſt reſpectu iuris, & fori canonici, vt d.cap.fin.de conſuet.c. cum eccleſia ſutrina, de cauſ.poſſ. & propriet. d.cap. cum de beneficio, de præbend.in 6. & Clem.quia contingit, de relig. dom. Sciendum eſt, eam eſſe legitimè, ſeu canonicè præſcriptam conſuetudinem, quæ inducta eſt ſpatio quadraginta annor. vt gloſa in prædictis iuribus, & ibi Doct. omnes adnotarunt, ac Petr.Rauen. ad tit.de conſuet. ſect. 1. num. 22. & ex eo ſuadetur, quòd † contra eccleſiam non niſi quadragenaria præſcriptio currit, vt conſtat ex cap.de quarta, cap.ad aures, cap.quia indicante, & cap.auditis, de præſcript. & meliùs ex cap.illud, eod.tit. vbi Alex. 3. illud autem, inquit, te ſcire volumus, & tenere, quod aduerſus eccleſias minorē præſcriptionem, quam quadraginta annorum Romana eccleſia non admittit. quod tamen fallit in vſucapione rerum mobilium, vt comprobat, & ex communiori tradunt Fel.d.cap.de quarta, circa finem, Balb. d.tractat. de præſcript. 1.part.5. partis princip.quæſt. 1.num. 10. atque ex communi Couar.d. reg. poſſeſſor, 2.part. §. 2. num. 5. verſ.

468 *Conſuetudo legitimè vel canonicè præſcripta quæ ſit.*

469 *Præſcriptio quadragenaria an ſola in omnib. cōtra Eccleſ. currat.*

Digitized by Google

verſ. ceterum; licèt hac in re contrarium latiùs tueatur nouiſſimè Iacob. Ant. Matth. quem non niſi poſt hæc ſcripta vidi, in tractat. de iuriſdict. per, & inter iud. eccleſ. & ſecul. exercend. par. 4. caſ. 48. per totum. Sed quicquid ſit de hoc, id ipſum quod nimirum eccleſia inferior Romana patiatur præſcriptionem minorem quadragenaria. Couar. d. verſ. ceterum ex communi reſoluit in actionibus perſonalibus, in quib. de iure ciuili præſcribitur minori ſpatio, quàm decennij poſt Balb. d. quæſt. 1. num. 12. & ſeq. qui etiam num. 14. idem docet poſt alios, quando ageretur de pręſcribendo rem ſpectantem ad Eccleſiam iure quaſi dominij tantùm, & ſic pro qua competeret Eccleſiæ Publiciana & non rei vendicatio; hoc enim quaſi dominium præſcribitur contra eccleſiam non ſpatio 40. annorum ſed communi. item num. 15. limitat, quando Eccleſia ſumeret fundamentum ex aliquo ſtatuto laicorum, in quo eſſet præfixum certum tempus, poſt Bal. in l. omni ratione, circa finem. C. de ſacroſanct. Eccleſ. ac Franc. cap. poſſeſſor, col. 3. de regul. iur. in 6.

470 *Requiſita conſuetudinis, &*

471 *Præſcriptionis.*

Ceterum ſi quæras † de aliis requiſitis conſuetudinis generatim ſumptæ, conſulas Doct. cum alibi ſæpe, tum d. cap. ſi. de conſuet. vbi optimè præ cæteris rem pertractant Butr. Abb. & Curt. Requiſita enim præſcriptionis † regulariter ſunt bona fides, cap. vigilanti, cap. ſi diligenti, & cap. fin. de præſcript. cap. poſſeſſor, de reg. iur. in 6. poſſeſſio per tempus legitimum l. ſine poſſeſſione, ff. de vſucap. cap. ſine poſſeſſione, de reg. iur. in 6. & quod non ſit earum altera interrupta, d. cap. auditis, & cap. illud, de præſcript. cum aliis adductis per Balb. d. tract. de præſcript. 3. part. 3. partis princip. in princ. & 3. part. 6. partis princip. in princ. & quæſt. 1. & Couar. in 2. part. relect. d. c. poſſeſſor, §. 12. & ibid. Dyn. Io. An. Franc. & alij. ac denique titulus, vbi ius commune præſcriptioni reſiſtat, d. cap. ſi diligenti, & cap. 1. de præſcript. in 6. & vtrobique gloſ. & Doct. omnes ibid. adnotantes; titulus inquam coloratus, vt infra concluſ. 3. oſtendemus; ſecus ſi non reſiſtat ius commune; ſicut etiam non eſt neceſſarius titulus in immemorabili, d. cap. 1. l. hoc iure, §. aquæductus, ff. de aqua quotid. & cap. ſuper quibuſdam, de verb. ſignif. cum ibi not. & latiùs adductis per Gabr. d. lib. 5. commun. concluſ. tit. de præſcript. concluſ. 1. num. 1. & 44. modò tamen is, qui tanto tempore poſſedit, ſit capax illius

iuris

iuris cap.cauſam, quæ, de præſcript. cum ibi traditis per Abb. Fel.& alios, latiúſque allegatis per Gabr.d.concl. 1.num. 16.

An autem,& quando † ad pręſcriptionem requiratur ſcientia ſuperioris, ſeu aduerſarij non leuis difficultas eſt. Illud ſanè magis communiter receptum eſt, quòd ſiue contra Principem, ſiue contra priuatum, aut Eccleſiam præſcribat quis ſpatio immemorabili, non requiritur aliqua ſcientia eius, qui patitur præſcriptionem, vt patet ex relatis pariter, & laudatis per Gabr. d.concluſ. 1.num. 59. & Couar.d.rel.reg.poſſeſſor,2. par. in princip. num.8. verſ. tertio ſupraſcripta Doct. opinio; licèt ipſe verſ. ſeq. id temperet, & eod. verſ. ſubdubitet de hac opinione, quam communem fatetur, & aliquos pro contraria opinione recenſeat, pro qua plures etiam adducit Gabr.vbi ſuprà, in aliis verò præſcriptionibus iurium incorporalium regulariter requiritur ſcientia, & patientia eius, contra quem præſcribitur, vt per text. in l.quoties la 1 §. 1.& l.quoties la 2.ff.de ſeruit.l.vlt. C.de ſeruit. & aq. aliáque iura ex communi plurib. relatis reſoluit Couar. d. num. 8. initio §. ego verò, in primis verbis, & §.verùm præter hæc in fine, quam limitat in verſic. primò ſententia communis, vt non procedat, vbi agatur de præſcribenda libertate contra ſeruitutem iam conſtitutam, & verſ. ſecundò text. d. l. 2. eandem communem oſtendit non procedere, vbi ipſa ſeruitus præſcribatur cum titulo.Ceterum vbi Principis, aut alterius ſuperioris ſcientia in aliquo eius iure præſcribendo requiratur, ſufficiet ſcientia eius Officialium, vt poſt Bart. in l.publicanus, §. in omnibus,ff.de public. & vectig. Abb.cap.cum nobis, aliàs cùm vobis,de præſcript.& alios tradit Tiraq.tract. de nobilit. cap. 14. num. 3.Crauett.de antiq. temp.4 part.§. abſolutis, num. 33. Gabr.d.concluſ. 1. num. 61. Couar.d.verſ.tertiò ſupraſcripta, in fi. Balb.d tract.de pręſcrip. 2.part. 5.partis princip.q.3.num. 8. & q. 4. num.3. & 4. qui tamen quatuor Doct. plurimos Doct. referunt contrarium in hoc tenentes.

472 *Scientia ſuperioris vel adu rſarij an & quãdo requiratur in præſcriptione.*

Denique quoad præſcriptionem generatim illud omittendum non eſt, quòd † licèt contra Romanam Eccleſiam non niſi centenaria præſcriptio admittatur, cap.ad audientiam,cap. cum nobis, & cap. ſi diligenti de præſcript. Auth. quas actiones, C.de ſacroſanct.Eccleſ. & Auth.Eccleſ.Romana,in rubro, & nigro; tamen ſecus dicendum eſt de exemptis, ſeu imme-

473 *Eccl.Romana ſolũ cẽtenariã præſcript. patitur: ei vero ſubiecta immediate,ordinariam.*

Digitized by Google

diatè ſubiectis ipſi Eccleſiæ Romanæ;hi enim ordinariam præſcriptionem patiuntur,vt pluribus & ex communi reſoluit Couar.d.2.part.§.2. nu.6. ex Fel.Abb.& Imol.d.c. ad audientiam, Balb.d.1. part.5. partis princip. in princ. num. 10. cum duobus ſequentib.

Quoad conſuetudinem verò illud in memoriam reuocandum, † conſuetudinem ſaltem de iure Canonico, ſi quidem ſit præter, vel ſecundùm ius, induci ſpatio decem annorum, niſi detrahat iuri alicuius Eccleſiæ, aut aliàs ſit contra ius;tunc enim regulariter requiritur ſpatium 40. annorum, vt pluribus tradit Capr.reg.ſeu concl. 13. nóſque oſtendimus d.tractat. de Optione Canon.cap.2. num. 5. vſque ad 10. & tract. de diſtribut.quotid. part.2.quęſt. 12.num.2.vſque ad 6.& num.10 cum ſeq. num.verò 7. & ſeq.docuimus quando conſuetudo dicatur rationabilis, de quo etiam Capr. reg. ſeu concl. 12. per totam; quod quidem ſolum, ac ſimul quòd ſit legitimè præſcripta requiri videtur ad conſuetudinem contra ius in d.cap.fi.de conſuet.vt ibi inter alios gloſ.adnotauit.

474 *Conſuetudo quo ſpatio inducatur.*

Iam verò his de conſuetudine, & præſcriptione generatim præmiſſis ad rem noſtram propiùs accedentes aliquid nunc etiam, quibuſdam poſitis concluſionibus, de conſuetudine,& præſcriptione, quod ad iuriſdictionem, & imperium tam merum,quàm mixtum pertinet, præmittamus; tum ſpeciales de Conſeruatore ſubiiciamus.

475 *Iuriſdictio eſt prorogabilis in omni ſpecie prorogationis.*

Prima igitur ſit concluſio. Conſuetudine † non modò extendi,& prorogari poteſt iuriſdictio, quã quis habet,ſed etiam quæri poteſt ex integro iuriſdictio ab eo, qui nullam habet. Primum probatur apertè ex cap. dilecto, ſeu fin. de offic. Archid. vbi Archidiaconi, (cum de iure habeant aliquam iuriſdictionem, vt d.cap.fin. ac toto eo tit. quæ nunc ferè in deſuetudinem abiit, nullámque habeant iuriſdictionem in Monaſteriis,) eam tamen ibi acquirere poſſunt ex conſuetudine generali, vel ſpeciali, eáque eſt prorogatio, & extentio de loco ad locum, ſeu potiùs de perſona ad perſonam, cum Monaſterium, de quo ibi, eſſet ſitum infra metas Archidiaconatus,vt ibidem dicitur. ſimiliter de prorogatione quoad perſonas text. eſt in cap. ſi clericus laicum, iuncta gloſ. & quod ibi tradunt Abb.& Doct. communiter, de foro compet. inde enim habetur, quòd, ſi adſit conſuetudo, poteſt clericus conuenire laicum

Digitized by Google

cum coram iudice eccleſiaſtico etiam pro aliis rebus, quàm ſuis, vel Eccleſiæ, ſeu quamuis reus probabiliter neget,eas res clerici eſſe, vel Eccleſiæ. idem ferè habetur in cap.licèt, eod. tit. vbi dicitur, laicum poſſe alium laicum ſuper re ciuili coram iudice eccleſiaſtico conuenire, ſi id conſuetudo expoſcat. Et is duobus iuribus poteſt etiam, quòd probetur, poſſe per conſuetudinem fieri prorogationem de cauſa ad cauſam, cum iam certi iuris ſit, pro cauſis ſpiritualibus poſſe, ac debere laicum coram eccleſiaſtico iudice conueniri, cap.quanto,de iud. cap. lator, qui fil. ſint legit. cum ſimil. item poſſe pro reb. Eccleſiæ, vel clerici ceſſante probabili negatione, d.cap. ſi clericus laicum, item pro ſacrilegio illato rebus, vel perſonis eccleſiaſticis, cap. cum ſit generale, de foro compet. cum ibi not.per gloſ. ac Doct. qui alios caſus referunt. ſed idem, quòd poſſit conſuetudine prorogari iuriſdictio de cauſa ad cauſam, præter quam quòd ſuadetur ex eo, quod poſt Soc. in cap. ex tranſmiſſa num. 9. de foro compet. & aliis tradit Schrader. tract. de feud. part. 10. ſect.2. num. 65. iuriſdictionem domini feudi poſſe extendi per conſuetudinem à feudalib. ad omnes cauſas inter vaſallos, probatur etiam ex cap. Romana ſeu 1. in princ. de offic. ordin. in 6. dum ibi habetur, quòd, licèt Archiepiſcopus in cauſis Suffraganeorum, in quibus non eſt appellatum,iuriſdictionem nō habeat,atque adeo nequeat in eorum diœceſibus officiales conſtituere pro citationibus in futuris cauſis appellationum, & inhibitionibus faciendis; poterit tamen ſi id habeat ex ſpeciali conſuetudine. Verùm hæc prorogatio iuriſdictionis ſimul eſt de caſu ad caſum, iuxta explicationem, de qua ſupra quæſt. præced. ſuppoſ.2. & concluſ. 8. ad fin. atque etiam de loco ad locum.De cauſa verò ad cauſam melior text. eſt in cap.Romana, quod eſt 1.§. nec etiam,de foro compet. in 6. vbi dicitur, quòd Archiepiſcopus contra officiales Suffraganeorum, vel prælatos iiſdem Suffraganeis ſubiectos pro ſalariis aduocatorum, & procuratorum cauſarum, quæ in Archiepiſcopali curia ventilantur, iudex competens non eſt, niſi ex conſuetudine. atque item ille text. qui habetur in cap. Romana, §. debet autem, de appell. in 6. vbi habetur, quòd in cauſis, in quibus Epiſcopus habet temporalem iuriſdictionem, poteſt ad alium,quàm ad Archiepiſcopum ex conſuetudine appellari; atque adeo iſte conſuetudine acquiret

iuriſdictionem in hiſce cauſis appellationum. Quoad prorogationem autem de tempore ad tempus eſt gloſ. ſing. in l. præſcriptione, verbo, iuris, C. ſi contr ius, vel vtil. publ. quam ibi commendant Bal. Caſtr. & alij Abb. Dec. Franc. & Fel. in cap. cum ſit Romana, de appel. Iaſ. in l. properandum in princ. col. pen. C. de iud. poſt. Ang. & Imol in l. 2. ff. de re iud. Curt. d. cap. fin. ſect. 1. num. 25. dum vult notabiliter, † tempus decendij, quod à iure datur ad appellandum, poſſe conſuetudine prorogari, quæ quidem appellatio (à definitiua tamen) ſuſpendit iuriſdictionem iudicis, à quo l. 1. ff. niſi nou. app. interpoſ. cap. præterea, de appel. cap. non ſolùm, & cap. cum appellationibus, eodem tit. in 6. cum aliis paſſim adductis per Doct. & maximè per I. Cæſarem Ruginell. in comment. Conſtit. prouinc. Mediol. ad tit. de appellat. in princ. num. 4. & Gregor. Tholoſ. tract. de appellat. lib. 6. cap. 11. 12. & 14. qui etiam eodem libr. 6. cap. 6. num. 6. & ipſe refert prædictam gloſ. & alios eam ſequentes, quibus aſſentitur, communem hanc ferè ſententiam inſinuans, quam etiam amplexus eſt idem Curt. d. cap. fin. ſect. 2. num. 25. vbi poſt Bal. in rubr. eod. tit. alios allegantem ait, poſſe conſuetudine augeri tempus ad appellandum etiam abſque vlla ſpeciali ratione, quando & ipſa lex huiuſmodi tempus determinauit abſque ſpeciali ratione. De caſu quoque ad caſum præter d. cap. Romana ſeu 1. de offic. ord. in 6. ad id ſupra cit. eſt etiam text. in d. c. Romana ſeu 1. §. neque. de foro compet. in 6. vbi, licèt ſecus de iure, poteſt tamen ex conſuetudine Archiepiſcopus compellere ſubditos Suffraganeorum, vt cauſas à ſe delegatas ſuſcipiant, ſententias, & præcepta exequantur, & in cauſis ad eum per appellationem deuolutis teſtimonium perhibeant. De loco verò ad locum præter text. d. cap. 1. in princip. de off. ord. in 6. paulò ante ad id alleg. eſt etiam text. melior in cap. vt litigantes eod. tit. & lib. vbi cauetur, iuriſdictionem Archiepiſcopo aliqua ratione attributam in vna diœceſi, non prodeſſe in alia diœceſi, niſi de ſpeciali conſuetudine id illi competat. Quoad prorogationem denique de vno modo cognoſcendi, ſeu procedendi ad alium text. eſt ſingularis d. cap. 3. de conſuet. in 6. quamuis enim nequeat Epiſcopus de iure ſine Capituli conſilio inquirere, punire, & corrigere ſubditorum exceſſus, cap. nouit, & cap. quanto, de his, quæ fiunt à prælat. ſin. conſ. Capit. poteſt tamen conſuetudine acquirere,

476 Tempus decēdij ad appel. conſuetudine poteſt extendi.

Digitized by Google

quirere, vt ſine huiuſmodi conſilio id faciat, vt expreſsè dicitur in d. cap. 3. quæ conſuetudo pleriſque in locis hodie viget. Alius text. ad idem eſt in cap. venerabilibus, §. denique, de ſent. excomm. in 6. vbi Archiepiſcopus in caſibus, quibus poteſt excommunicare, poterit quoque, ſi id habeat conſuetudo regionis, pœnas pecuniarias ab iis exigere. & generatim conſuetudine prorogari iuriſdictionem probatur in cap. conqueſtus, 9. quæſt. 3. cap. 1. & vlt. 18. quæſt. 2. cap. duo ſimul, de offic. ordin.

Alterum verò huius 1. concluſionis dictum, quòd nimirum ✝ conſuetudine poſſit acquiri iuriſdictio ex integro, ſeu ab initio, id eſt, ab eo, qui nullam habet iuriſdictionem, facilè probatur. nam quoad iuriſdictionem voluntariam text. eſt in l. 1. & fin. C. de emancip. liber. quem præter gloſ. & Legiſtas ibi ad id quoque adnotarunt gloſ. & Canoniſtæ cum alibi, tum in cap. dilecti, de arbitr. & in cap. 2. de offic. ord. in 6. & Capr. reg. ſeu concluſ. 84. num. 22. Quoad contentioſam eſt text. in l. fin. ff. de aqu. plu. arc. ſecundùm Bart. & alios ibi, & Capr. d. reg. 84. num. 23. ſed certè ille text. ni fallor, id non probat; ſolùm enim ibi dicitur, quòd ſolent ij, qui præſunt iuri dicundo, tueri veteres aquæductus. meliores text. in iure ciuili ſunt in l. magiſtratus, ff. ad municip. & l. viros, C. de diuerſ. off. lib. 12. ſed in iure Canonico plures text. ad id inuenio. Primum quidem in cap. irrefragabili, in princip. de off. ord. in quo habetur, quòd correctio Canonicorum poteſt ſpectare ad ſolum Capitulum; correctio autem eſt ordinariæ iuriſdictionis, vt ibidem indicatur, & conſtat ex cap. licèt, & cap. 1. eodem tit. cap. licèt Heli, & cap. per tuas, il 1. de ſimon. cum ſim. Alterum in cap. dilectus, de appell. per quem text. dicit ibi gloſ. & d. cap. irrefragabili, in princ. & §. cæterum, poſſe Decanum, ſi id habeat ex conſuetudine ponere interdictum, cui ſimilis text. eſt generatim de cenſura Eccleſiaſtica in c. dilecto, de ſent. excom. in 6. vt ibi not. gloſ. & Doct. Tertium & quidem meliorem text. reperio in d. cap. dilecti, de arbitr. vbi eſt caſus de mulierib. præcellentibus, quæ ex conſuetudine approbata in partib. Gallicanis habent in ſubditos ſuos ordinariam iuriſdictionẽ. Quartum in d. c. cum contingat, de foro compet. vbi cauetur, quòd ex conſuetudine poſſunt clerici omiſſo loci ordinario coram iis clericis, quibus ſeruiunt, conueniri.

477 *Iuriſdictio cõſuetudine poteſt acquiri à nullam habente.*

Digitized by Google

Addere poſſumus & quintum in cap. ſi Canonici, in princ. de off.ord. in 6. vbi habetur Canonicis licere imponere ceſſationem à diuinis in Eccleſia, ſi id ex conſuetudine, aut alio ſpeciali iure habent; quod etiam colligitur ex d cap. irrefragabili, §. cæterum, iuncta gloſ. ibi & in princ. illius cap. de off. ord. ceſ-
478 ſare autem à diuinis † requirit iuriſdictionem, & quidem ordinariam, vt apertè voluit gloſ. & Doct. d. cap. ſi Canonici, & cap. quamuis, de off. ord. in 6. & ex his iurib. ac d. §. cæterum, ſatis apertè deducitur, adiuncta maximè rubr. eius tit. quæ eſt de off. ord. & ex illis, quæ in hac ſpecie adducit inter ceteros Couar. in relect. cap. alma mater, 2. part. §. 2. num. 6. de ſent. excomm. in 6. Generaliter verò conſuetudinem tribuere iuriſdictionem paſſim tradiderunt vtriuſque iuris interpretes, ita vt ſit hæc communis opinio prout de ea teſtatur plures referens, quos ſequitur, Couar. d. reg. poſſeſſor, 2. part. §. 3. num. 1. verſ. pro huius opinionis, & præ cæteris gloſ. Bart. Iaſ. & alij Legiſtæ in l. more, ff. de iuriſdict. omn. iud. Canoniſtæ d. cap. fi. de conſuet. & d. c. cum contingat, vbi latè inter alios Mar. Soc. num. 9. & multis ſeqq.

Ordinariæ iuriſdict. eſt ceſſationē à Diuinis imponere.

479 Secunda concluſio ſit. Præſcriptione quoque † acquiri poteſt non modò ſimplex iuriſdictio, ſed etiam mixtum, quin immo ac merum imperium. Probatur primò ex cap. cum olim, de præſcript. vbi habetur, quòd Abbas præſcripſit in Capellis ſitis in diœceſi cuiuſdam Epiſcopi poteſtatem excommunicandi, & interdicendi, & alia quædam ad ius epiſcopale pertinentia, quod alioqui Epiſcopus habet etiam in Capellis Monachorum, ſaltem ante conceſſam Regularib. exceptionem ab Epiſcopi iuriſdictione, cap. 1. & toto ferè tit. de Capell. Monachorum extra & in 6. cap. conquerente, & cap. dilectus, de off. ord. cum ſimil. & quamuis ibidem dicatur, quòd in aliis, in quibus non præſcripſit, ſit condemnandus; tamen ex hoc ipſo deducitur, potuiſſe in omnibus iuribus epiſcopalibus præſcribere; quod ibid. colligunt. Abb. & alij, & expreſsè probatur in cap. auditis, eod. tit. vbi Abbas in quibuſdam Eccleſiis totum ius epiſcopale præſcripſit, & quamuis diœceſanæ tantùm legis mentio fiat, tamen ibi lex diœceſana genericè ſumitur, prout etiam comprehendit legem iuriſdictionis, vt ibi gloſ. in verbo, diœceſana, & alij adnotarunt; & tum ex eo ſuadetur, quia ſtatim abſolutè ſubditur, ius epiſcopale, quod vtramque legem comple

Præſcriptione quid acquiratur.

complectitur, tum quia ibidem dicitur, quòd præſcripſit ille Abbas cognitionem cauſarum matrimonialium, quæ ſpectat ad iuriſdiſdictionem Epiſcopi, cap. accidentibus, de exceſſ. prælat. ſicut & quælibet cauſarum examinatio, vt d.c. dilectus de off.ord. ex quibus iuribus, & d.cap. conquerente, eod. tit. iunctis ibi not.per gloſ.& Doct.habes † quænam iura ſpectent ad Epiſcopum, tam ex lege iuriſdictionis, quàm diœceſana; de qua vtraque lege, & iuribus ad eas pertinontibus præter Doct. in mox citatis iuribus præter Bertach. Bott. & alios qui ediderunt tractatus de Epiſcopo, latè tradiderunt Confett. in ſæpiùs alleg.ſummar. mater. priuil. Mendicant. tit. 1. cap.2. & 3.M.Ant.Cucch.in Inſtit. Canon. lib.1. tit. 13. qui eſt de offic. ord. & Inſtit.Maior.lib.2. tit.6.qui eſt de epiſcop.à num.26.vſque ad 71. Iacob.Sbroz.tract.de off.vicar.lib.2.quæſt.1.& duabus ſeq. vbi etiam ponit, quæ ſint ordinis, & quæ dignitatis epiſcopalis, quos cum opus fuerit poteris conſulere, ſicut & pro iis agnoſcendis,quæ ad merum,vel mixtum imperium, aut iuriſdictionem pertinent,conſulas velim Nat.conſ.636.à num. 71.ad 77.& Doct.d.l.imperium. 480

Iura Epiſcopalia quoad vtrãque legẽ quæ dicantur.

Nos verò hoc loco, vt hanc primam noſtræ concluſ. rationem abſoluamus, illud adnotabimus, † Epiſcopo competere non modò iuriſdictionem in ſpecie ſumptam, ſed etiam merum, & mixtum imperium, ſeu iuriſdictionem in genere, iuxta communem Doctorum traditionem in l. imperium ff.de iuriſdict.omn.iud. atque id in ſpecie pluribus oſtendit inter cæteros Sbroz.d.lib 2.quæſt.1.num.9. & 10. Cucch.d. tit.6.num. 73. & ſeq. Lancell.Conrad.in templ.omn.iud.lib.2. cap.5. §.4. num.9. & Trid.Moſcon. de Maieſt. Eccleſ. milit.libr.1. part.1. cap.8.circa medium pag.mihi 239.ad fin. vbi etiam docet eum eſſe Principem in ſua diœceſi. Cum igitur poſſit inferior ius epiſcopale in totum præſcribere, vt paulò ante deduximus; atque Epiſcopo competat iuriſdictio ac merum & mixtum imperium, vt mox docuimus inde planè ſequitur, & iuriſdictionem,& merum,ac mixtum imperium præſcribi poſſe. Id quod probatur ſecundò, quoniam in ſpecie hoc tradiderunt Bal. q. incip. Apulæius, & eſt conſ.139.vol.3.num.1. & alij relati, ac laudati per Soc.d.cap.cum contingat num.13.cum duob.ſeqq. de foro compet. Iaſ.d.l.imperium, num.20.verſ. concludendo teneas,vbi de communi Balb.tract.de præſcript.2.part.5.partis 481

Epiſcopo cõpetit iuriſdictio ſimplex, & merũ ac mixtũ imperium.

princip.

princip.quæſt.3.per totam, & Couar.d.2.part. releſt. reg. poſſeſſor,§.3. num.1. & 2. vbi & hanc opinionem communem aſſerit, & illud adnotauit, quòd licèt text.d. cap.irrefragabili; in princ ſeu §.exceſſus, de off.ord. nec non d.cap.cum contingat, de foro compet. & d.l.viros. C.de diuerſ.offic. lib.12. quibus ait præcipuè hanc ſententiam probari, loquantur de conſuetudine, tamen ea potiùs, & aptiùs præſcriptio dicitur, cum vbi acquiratur ius certæ perſonæ veræ, vel fictæ, & contra huiuſmodi perſonam, ita, vt certus ſit, qui præſcribat, & contra quem præſcribat, tunc præſcriptio dicatur; quòd ſi incertus is ſit, & tale ius acquiratur in communi omnibus illius regionis, tunc ſit dicenda conſuetudo, quod ipſe d. num. 2. probat, & nos ſupra oſtendimus: ſed illud negare poſſemus, talem fore caſum in d.iuribus;ſicut & quòd prædicta ſententia aliis ſi non optimis, aptis iuribus non probetur; id enim ſatis deduximus ex d.cap.cum olim,& cap.auditis,de præſcript.

482 *Conſuetudo & præſcriptio aliquãdo promiſcuè vſurpãtur.*

Illud ſanè non inficior, quòd † aliquando iura,plerumque verò Doct.maximè Canoniſtæ, præſertim in materia iuriſdictionis, ferè non diſtinxerunt inter conſuetudinem, & præſcriptionem, ſed promiſcuè vtroque nomine vſi ſunt, vtrumque etiam ſæpe coniungentes, vt patet ex Abb.& aliis d.cap.ſi. Soc.& ceteris d. cap. cum contingat, Abb. & Fel. in cap. cum nobis alias incipit, cum vobis, de præſcript. & cap. ſuper quibuſdam,de verb.ſignif.Balb.d tract. de præſcript 2. part. 5. partis princip. & Ant.Matth.tract.de prorogat.iuriſdict.paſſim, ac præcipuè num. 40. & nonnullis ſeqq. quod & nos in poſterùm hac quæſt.faciemus; cum præſertim ferè non niſi de iis acturi ſimus, in quibus præſcriptio, & conſuetudo inter ſe non differunt. Duo autem primo loco occurrunt, quib. memorata communis ſententia, & concluſio, quam paulò ante confirmauimus, declaratur; quod enim de iuriſdictione,ac mero,& mixto imperio docuimus, præſcriptione poſſe acquiri; Primò id ita accipiendum eſt,vt, † ſi præſcribenda poteſtate excommunicandi agatur, ea non perſona priuata, ſed prælatus eſſe debeat, vt tradunt Doct. d. cap. auditis, & cap.cum olim, de præſcript. & cap.cum Eccleſiarum, quod eſt 3. de off.ord. nec non d.cap. cum contingat, præſertim Soc.num.16.vbi alios refert & Ant.Matth d.tract.de prorog.iuriſd.num 40.verſ.in quo dicendum eſt.Quod idem generaliter † in præſcriptione meri

483 *Excõmunicandi poteſtas à ſolo prælato præſcribitur.*

484 *Immo merũ ac mixtum imp. niſi ſimul præſcribat ſubiectos.*

&

Digitized by Google

& mixti imperij; ſecus verò in præſcribenda ſimplici iuriſdictione, vel ſi ſimul acquireret ſubiectos, & ea, quæ ſunt imperij, vt inſinuat ibid. Matth. apertè verò docet Soc. d. cap. cum contingat, num. 17. Secundò ita id accipiendum eſt, vt non procedat † in iis, quæ ita ſunt meri imperij, vt ſint Principi 485
reſeruata in recognitionem ſupremi dominij, prout eſt illius ſuperioritas, & obedientia illi debita, ſolutio tributi, & ſimilia; atque ita in Papa poſt alios tradit Soc. d. cap. cum contingat, num. 15. Fel. d. cap. cum nobis, num. 1. & 2. Balb. d. tract. de præſcript. 1. part. 5. partis princ. in princ. ſeu quæſt. 1. princ. num. 24. & 2. per eiuſdem 5. part. quæſt. 2. num. 3. & probatur ex cap. ſolitæ, de maior. & obed. & cap. cum non liceat, cum ibi not. per Abb. & alios, de præſcript. quoad Imperatorem, & Principem ſecularem non recognoſcentem probat text. in l. competit, C. de præſcript. 30. vel 40. ann. vbi Doct. & in l. imperium, ff. de iuriſdict. omn. iud. ac poſt alios Soc. d. num. 15. Abb. & alij d. cap. cum nobis, Couar. de reg. poſſeſſor, 2. part. §. 2. num. 7. verſ. ſecunda ſpecies, & num. 8. verſ. ex his verò, Natt. conſ. 646. nu. 51. lib. 3. Bal. cap. 1. quæ ſint regal. Balb. d. 2. part quæſt. 1. minus princ. & quæſt. 2. ferè per totam, vbi tamen alios pleroſque contrarium tenentes recenſent, quod præcipuè facit Iaſ. d. l. imperium, num. 20. ad fin. Balb. d. quæſt. 2. Soc. d. num. 15. Gabr. commun. concluſ. lib. 5. tit. de præſcript. concluſ. 1. num. 24. & 25. Fel. in d. cap. cum nobis, num. 3. & latiùs d. cap. cum non liceat, num. 11. & ſeqq. vtrobique communem aſſerens hanc poſteriorem opinionem, quam etiam praxis docet quoad Imperatorem, cum multi ſint Reges, & Principes eum non recognoſcentes. Sed fortè prior opinio procedit in priuata, & ſimplici perſona, poſterior in eo qui feudum aliquod, & dominium temporale ſemel habuit, vel prior in præſcriptione ipſius Imperatorij iuris, ac dominij, poſterior verò in præſcriptione exemptionis, & immunitatis ab huiuſmodi Imperatorio iure, ac dominio, quod in alio exiſtit.

Reſeruata Principi quæ nõ præſcribantur.

Illud autem apud omnes eſt in confeſſo, quòd † reſeruata 486
Papæ, ſeu Principi non in recognitionem ſuprèmi dominij, ſed in ſignum dumtaxat cuiuſdam prærogatiuæ, ac dignitatis ſingularis, prout eſt reſpectu Papæ vnire Epiſcopatus, & alia, de quibus in cap. quod tranſlationem, de off. leg. & cap. ſicut vnire, de exceſſib. prælat. cum vtrobique not. per gloſ. & Doct.

Reſeruata in ſignum prærogatiuæ ſingularis præſcribi poſſunt.

reſpectu Principis cuiuſque ſuperiorem non recognoſcentis, Salinaria, Pedagia, Quidagia, de quibus per text. & Doct. l. 1. ff. de poſtul. cap. fin. de fide inſtrum. cap. innouamus, de cenſ. & cap. ſuper quibuſdam, de verb. ſignif. Couar. d. §. 2. num. 8. Balb. d. 2. part. 5. par. princ. quęſt. 4. minùs princ. & Doct. ab iis allegatos; hæc inquam poſſunt præſcribi. Et quidem quòd in his contra Papam præſcribatur pluribus oſtendit inter ceteros Soc. d. num. 15. Fel. d. cap. cum nobis, num. 2. Gabr. d. num. 24. ſed generatim in Principe latè tradit Soc. ibid. Couar. d. num. 8. in princ. & verſ. tertia ſpecies, & §. 3. num. 4. Balb. d. 2. part. 5. partis princip. quęſt. 3. num. 3. & quęſt. 4. num. 1. Allegant ad id omnes prædicti text. in d. cap. ſuper quibuſdam, de verb. ſignif. vbi dicitur, quòd inferioribus cenſentur interdicta pedagia, quidagia, & ſalinaria, quæ non apparent conceſſa largitione Imperatorum, vel Regum, vel Lateranenſis Concilij, (quod eſt illud Lateran. ſub Alex. 3. cap. 22. cuius aliquid quoad hoc habetur in cap. innouamus, de cenſib. ſi credimus glo. d. cap. ſuper quibuſdam, verbo, Concilij,) vel ex antiqua conſuetudine à tempore, cuius non extat memoria, introducta.

487 *Iuriſdictio contra inferiores præſcrip. & cõſuetudine acquiritur priuatiuè.*

Tertia concluſio. Ad præſcriptionem † in hiſce iuribus ad Principem ſpectantibus in ſignum ſingularis prærogatiuæ requiritur, ac ſufficit poſſeſſio per tempus immemorabile ſine titulo. colligunt id mox citati Doct. ex d. cap. ſuper quibuſdam, atque item ex text. in cap. 1. de pręſcript. in 6. vbi habetur, quòd quando ius reſiſtit præſcriptioni alicuius iuris, vel præſumptio eſt contra pręſcribentem, non ſufficit bona fides, ſed requiritur titulus, qui poſſeſſori cauſam tribuat præſcribendi; niſi tanti temporis allegetur pręſcriptio, cuius contrarij memoria non exiſtat. exemplum præſumptionis contra præſcribentem ponunt gloſ. & alij d. cap. 1. ex d. c. ſi diligenti, ſi adſit aliqua confeſſio partis. aliud ipſe addo ex Conc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 9. de reform. vbi dicitur, quòd in aliquibus perſonis, & Communitatib. vel Vniuerſitatibus ius patronatus ex vſurpatione quęſitum pręſumitur. Exemplum iuris communis reſiſtentis eſt, ſi quis in aliena Parochia pręſcribere velit decimas, vt ex cap. ad decimas, de reſt. ſpol. in 6. adnotarunt ibi Doct. & d. c. 1. habet enim Parochus fundatam intentionem de iure communi in decimis ſuę parochię, cap. fin. de paroch. & alien. paroch. c. quoniam & c. cum contingat, & toto ferè tit. de decim.

Quomo

Quomodò autem † probetur per teſtes immemorabilis præſcriptio, tradit gloſ. & Doct. in c. quid per nouale, de verb. ſignific. & d. cap. 1. Specul. tit. de probat. §. 1. verſ. vltimò quæritur, Couar. d. §. 3. num. 7. Balb. d. tract. de præſcript. 2. part. 3. partis princip. quęſt. 6. num. 24. & Ant. Gabr. commun. concl. lib. 5. tit de præſcript concluſ. 1. num. 74. & ſeqq. An verò probari poſſit per inſtrumentum, (vt id obiter adnotemus, quod plurimi refert,) non leuis eſt difficultas; nam quòd non poſſit, voluit Io. An. d. cap. 1. & ibi inter alios Gemin. Alex. conſil. 16. vol. 5. Natt. conſil. 636. num. 103. & 104. lib. 3. Crauet. d. tract. de antiquit. temp. par. 4. §. Materia iſta num. 39. & alij, quos ſequitur Gabr. ſupra num. 81. & fuit deciſum in vna Abulen. iuriſdictionis coram Illuſtriſſimo 60. mem. Card. Pamphilio. 22. Martij 1596. Rebuff. tract. de decim. quæſt. 13. num. 97. Balb. d. quæſt. 6. num. 25. Contrarium tamen vbi enunciatiuę huiuſmodi immemorabilis adſint in inſtrumentis, voluit Rota Rom. in vna Burgenſ. iuriſdictionis coram R. P. D. Orano 20. Decembris 1596. in alia Burgen. quindenniorum 8. Martij 1599. coram 60. mem. Litta. & apud Caputaq deciſ. 347. part. 3. 488 *Præſcriptio immorabilis quomodo probanda:*

Illud ſanè eſt indubitatum, † contrarium immemorialis, nimirum quòd extet memoria in contrarium, poſſe probari per inſtrumentum, vt Io. An. Gemin. Reb. Balb. vbi ſupr. & alij, ac nos quoque tract. de decim. cap. 5. num. 78. adnotauimus. 489 *Aut eius contrarium.*

Quòd ſi quæras, an immemorabilis † ſit maior, minor, vel æqualis centenariæ; licèt plerique ſint pro qualibet opinione, quos refert Gabr. d. concluſ. 1. num. 71. & duob. ſeqq. communior tamen eſt, quòd æqualis ſit centenariæ, vt per Gabr. d. num. 71. quam etiam nos amplexi ſumus d. cap. 5. num. 75. & approbaſſe videtur aliquando Rota Rom. vt teſtatur iuxta aliquos ſacra Congregatio Trid. Concilij declarans, ex verbis illis Concilij ſeſſ. 25. cap. 9. de reform. (per antiquiſſimum temporis curſum, qui hominum memoriam excedat,) ſufficere, ſi per ſcripturas poſſeſſio continuata centum annorum probetur; licèt eadem Rota, (notitiam, vt reor, non habens prædictæ deciſionis vbi adſit illius Illuſtriſſimæ Congregationis, cui ſolet ſemper, & quidem meritò, plurimum deferre,) poſtea variauerit, volens, amplectendam non eſſe opinionem dicentium, ad immemorabilem ſufficere tempus centum annorum, vt in d. Burgen. quindenniorum, & in vna Salamentina iuriſdictio- 490 *An cẽtenaria æquiparetur.*

nis 22. Aprilis 1589. coram Illuſtriſſimo Bon. mem. Card. Seraphino tunc Rotæ vice-Decano; quam etiam contrariam ſententiam tenet, & tueri conatur Couar. d. §. 3. num. 6. & duobus ſeqq. ob eam præcipuè rationem, quòd ad centenariam, ſicut quamlibet præſcriptionem titulus ſit neceſſarius, vbi ius commune, vel præſcriptio ſit contra præſcribentem, vt conſtat ex d. cap. ſi diligenti, de præſcript. & cap. 1. eod. tit. in 6. cum ibi

491 not. & d. cap. ſuper quibuſdam, de verb. ſignif. qui tamen † non requiritur ad immemorabilem, vt expreſsè patet ex d. cap. 1. in fin. ac d. cap. ſuper quibuſdam id gloſ. & Doct. omnes adnotarunt, ac ſimul illud, huiuſmodi tituli allegationem quoque in immemorabili non fore neceſſariam; quod & in ſpecie tradit Fed. conſ. 237. Iaſ. in l. ſi certis annis col. vlt. C. de pact. & poſt eos Couar. d. num 7. & plerique tradiderunt, quos refert, ac ſequitur Gabr. d concluſ. 1. num. 47. qui communem aſſerit ex Crauet. d. 4. part. num. 148. de qua etiam teſtatur Couar. ſupr. Quæ quidem ratio ſolùm concludit, maius priuilegium competere immemorabili, ſi in vim, & ad formam immemorabilis probetur, cum inde præſumatur, facilè euenire poſſe, vt poſſeſſio huiuſmodi ſic probata longè excedat centum annos, quamuis fortaſſe neque ad centum annos ea poſſeſſio re ipſa perueniret, neque de centum annis teſtes concluderent, iuncto etiam tempore maiorum ſuorum; quod tempus centum annorum non requirunt Doct. in dd. iuribus, ſed ſolùm, quòd teſtes ſint annorum 54. ita, vt deponere poſſint de eo; quod geſtum eſt annis 40. vt poſt Couar. d. num. 7. & alios docuimus d. cap. 5. de decim. num. 77. ſi enim addatur ſpatium 40. annorum pro tempore maiorum, de quo teſtificari debent, non niſi 80. ann. conficiuntur; nec denique de centum annorum poſſeſſione conſtaret ex inſtrumentis poſſeſſionem immemorabilem enunciantibus, iuxta memoratas Rotæ deciſiones, quæ prædictam probationem immemorabilis admittunt. quod priuilegium præſumptæ poſſeſſionis vltra centum annos non competit, ſi tantùm centenaria concludatur ſiue per teſtes, ſiue per inſtrumenta; quare, cum tunc ceſſet talis præſumptio, ille etiam fauor, vt nec titulus, neque eius allegatio requiratur, qui ex ea præſumptione conſurgit, ceſſare debet. Ceteræ quoque rationes Couar. ſolùm concludunt, differre in modo probandi centenariam ab immemorabili. Si igitur conſideretur

Titulus in cẽtenaria nõ in immemorabili requiritur.

tur

tur immemorabilis poſſeſſio, ac præſcriptio ſecundùm præſumptionem, ſeu priuilegium ex præſumptione reſultans, maior eſt, quàm centenaria, & hoc probant rationes Couar. qui & ipſe hoc ſentit num. 6. & num. 9. verſ. ſecundò ſatis eſt certum, in id adducit Butr. d. cap. quid per nouale, num. 15. Alex. d. conſ. 16. num. 16. lib. 5. ſi conſideretur id, quod contingere poteſt ſecundùm rei veritatem, tunc eſſe poteſt minor, & par, & maior; minor, ſi tempus, de quo deponunt teſtes, & ſuum ſimul, & maiorum ſuorum non attingat centum annos; par, ſi attingat; maior, ſi excedat; euenire enim facilè poteſt, vt ſtatim ante duo ex his priora tempora contrarium actum ſit. Et hoc diſtinctionis fœdere fortaſſe poſſunt conciliari tres prædictæ hac in re diſſidentes opiniones, ac ſimul Declaratio illa ſacræ Congregationis, vbi adſit, quæ etiam forſan reſpexit, quod vt plurimum accidit, vt nimirum immemorabilis ſecundùm rei veritatem centum circiter annorum ſpatio definiatur, vel ita eſt accipienda, vt ex ſcripturis illis continuata quidem poſſeſſio centum annorum probetur, non tamen maioris temporis poſſeſſio, aut ex iiſdem ſcripturis, aut aliunde excludatur, vel denique intelligenda eſt, prout loquitur, in ſpeciali caſu Concilij de iure patronatus diſponentis; idque ob ſpecialem rationem, quia nimirum ex multiplicatis præſentationibus negari non poteſt, aliquem titulum iuris patronatus reſultare, titulus autem cum centenaria exequatur immemorabili, d. c. 1. & c. ſi diligenti, cum vtrobique not. Verum de hac re obiter dictum ſit ſatis.

Vt igitur eò redeamus, vnde non ſine cauſa, fructúque diſceſſimus, conſtitutum ſit ex iis, quæ initio concluſ. adduximus, quòd iuriſdictio, mixtúmque, ac merum imperium Principis quoad ea, quæ illi reſeruata ſunt non quidem in ſignum, ſeu recognitionem ſupremi dominij, ſed tantùm in ſignum ſpecialis prærogatiuæ, præſcribi contra eum poſſunt tempore immemorabili, nec ſufficiet centenaria etiam cum titulo, vt ſentiunt Doct. ibi citati; licèt Couar. d. §. 2. num. 8. verſ. tertia ſpecies, circa medium, & §. 3. num. 4. videatur velle, ſufficere in his etiam quadragenariam cum titulo; ſed ſi contrarium teneamus, ratio eſſe poteſt, quia † hæc reſeruata requirunt ſpecialem conceſſionem, Bart. in l. fideicommiſſa, §. ſi verò, ff. de leg. 3. cap. 1. in princ. quæ ſint regal. cap. quod tranſlationem,

492 *Reſeruata Principi in ſignũ prærogatiuæ ſingularis, an requirãt titulum.*

de off.leg. cum ibi not. & latè traditis per Fel.d.cap. cum nobis, num.5. & Menoch.de præſumpt.lib.3. præſumpt.97.num. 40. titulus autem ad præſcriptionem longiſſimi temporis vel nullus requiritur, vel ſi præſcriptio iuri communi, aut præſumptioni aduerſetur, ſufficit, quòd ſit coloratus, ita, vt tribuat cauſam iuſtam præſcribendi, qua ratione iuſtus titulus dicitur d. cap. ſi diligenti, vt ibi tradiderunt Doct. & d.cap.1. vbi optimus text. atque alibi paſſim; quod etiam inter Summiſtas adnotauit poſt alios Silueſt.Præſcriptio 1.num.1.verſic. 493 quartò limita. at verò † titulus, qui ex præſcriptione immemorabili præſumitur, eſt ita iuſtus, vt pro legitimo, & conceſſione, ac priuilegio Principis habeatur, vt conſtat ex text. vbi id notant gloſ.& Doct.d.cap.ſuper quibuſdam, & d.cap.1.Fel. d.cap.cum nobis, num.2.poſt alios, latiſſimè Gabr. d. concluſ. 1. num. 1. vſque ad 4. num. 44. cum tribus ſeqq. ac num. 54. quare hæc præſumptio dicitur iuris, & de iure, quæ non admittit probationem aliam in contrarium, niſi quòd lapſum non ſit tempus immemorabile, vt poſt Butr. in cap. peruenit, de cenſ. in ſpecie docet Fel.d.cap.cum nobis, num. 7. pro quo faciunt alia adducta per Gabr.d.concluſ.1.num.50. & habetur pro veritate, gloſ.in l.1.verbo,ſi quas,verſic.& ſic conſuetudo, C.de ſeruit. & aqu cum aliis, quos refert, & ſequitur Gabr.d. concl.1. num.73. & habet vim legis, vt idem probat num.72. habet denique eandem poteſtatem, quam Imperator, quando cum cauſa procedit,vt ipſemet oſtendit num.74.

Immemorabilis poſſeſſio quam vim habeat.

Quarta concluſio: Ea, quæ Principis propria ſunt, non tamen reſeruata illi in ſignum ſpecialis prærogatiuæ, ac dignitatatis, qualia ſunt cognitio cauſarum criminalium, & ciuilium, 494 in his iuriſdictio, & ſimilia, † præſcribi poſſunt, ac conſuetudine indici ſpatio quadraginta annorum cum titulo contra Principem; at verò contra priuatum tempore ordinario. Priorem partem concluſionis tenet expreſſè Couar. d. 2. part. rel. reg. poſſeſſor, §.2.num.8.verſ.quarta ſpecies,§.3.num.3.verſic. merum imperium, & num.5. verſ. ex his primùm infero ad fi. probat autem ex eo præcipuè, quòd licet huiuſmodi iuriſdictio, & imperium ita propria ſint Principis, vt nemini conueniant ſine eius mandato, l.1.ff. de conſtit.Princ. vbi Doct.& in l.1.in fi.ff.de iuriſdict.omn.iud.vnde ius commune in his Principi fauet, cæteris verò refragatur; tamen in his quoque in

Propria Principis nō reſeruata quanto tempore præſcribantur contra eum.

quibus

quibus ius reſiſtit, ſufficit quadragenaria cum titulo d. cap. ſi diligenti, & cap. 1. cum ibi not. & in cap. ad decimas de reſtit. ſpol. in 6. Idem etiam ſuadetur ex his, quæ poſt alios tradit idem Couar. d. 2. part. §. 2. nu. 8. verſ. quarta ſpecies iuncto nu. 9. dum oſtendit, centenariam præſcriptionem non requiri contra Principem in his, quæ Principis propria ſunt, non tamen reſeruata in ſignum ſpecialis prærogatiuæ ac dignitatis, neque enumerata in l. vlt. C. de ſacroſanct. Eccleſ. aliàs pen. & incipit, inter diuinum, hoc eſt, relicta iure hæreditario, necnon in legatis, donationibus, & venditionibus, vt ſummat Bart. ſed ſufficere quadragenariam ex regula l. omnes C. de præſcript. 30. vel 40. annorum, quicquid alij dixerint. contra ſupremum tamen Principem Eccleſiaſticum, hoc eſt, Romanum Pontificem, in his quoque requiretur centenaria præſcriptio, quæ ſola contra Romanam Eccleſiam currit Auth. quas actiones, C. de ſacroſ. Eccleſ. c. ad audientiam de præſcript. cum aliis quæ ſupr. paulò ante 1. concl. adduximus.

Poſterior pars † concluſionis ſatis probatur ab eodem Couar. d. §. 3. num. 5. & Balb. d. tract. præſcript. 2. part. 5. partis princip. quæſt. 3. num. 5. eſt autem hoc tempus ordinarium in hac ſpecie quoad priuatos quidem tempus decem, & viginti annorum, vt patet ex relatis, ac laudatis ibid. per Balb. quoad Eccleſiam verò quadraginta annorum, iuxta Auth. quas actiones, C. de ſacroſanct. Eccleſ. cap. ad aures, cap. de quarta, cap. illud, & cap. quia indicante, de præſcript. cum aliis, vbi habetur, quòd ſola præſcriptio quadragenaria contra inferiores Eccleſias locum habet quibuſdam caſibus exceptis, quos retulimus ſtatim ante concluſ. 1. vbi etiam alia ad id maximè conducentia præmiſimus. eritque † titulus neceſſarius ſi quis contra Eccleſiam, aut perſonam, quæ de iure communi habeat iuriſdictionem, & merum, ac mixtum imperium, cuiuſmodi eſt Epiſcopus in ſua diœceſi, cap. 1. cap. ſi quis contra, & cap. cum contingat, de foro compet. cum ibi not. & adiunctis iis, quæ ſupra concluſ. 2. adduximus; & Legatus in ſua prouincia, cap. 2. de off. legat. in 6. cum ibi adnot. & ſuis ſim. An verò in his requiratur ſcientia, & patientia, quando contra eos præſcribitur iuriſdictio, facilè reſponderi poterit ex his, quæ ante primam concluſionem circa finem præmiſimus, nimirum non requiri, ſi is, qui præſcribit tueatur ſe immemorabili præſcriptione, vel quadragenaria

495 Et quanto contra priuatum aut Eccleſiam.

496 An requiratur titulus vel ſciētia aut patientia.

Google

naria cum titulo, aliàs fore neceſſariam.

497 *Iuriſdictio contra inferiores præſcriptione & conſuet. quæritur.* Quinta concluſio. Vbicumque † contra hos inferiores præſcriptione, ſeu conſuetudine acquiritur iuriſdictio, cenſetur acquiſita non cumulatiuè, ſed priuatiuè. ita colligitur ex cap. irrefragabili, §. exceſſus, de off. ord. & l. ſi quiſquam, ff. de diuerſ. & tempor. præſcript. Abb. d. §. exceſſus, & cap. auditis, de præſcript. & cap. paſtoralis, vbi etiam Fel. num. 5. de off. ord. Dec. cap. ceterum, num. 17. de iud. Bal. conſil. 291. lib. 2. & conſ. 439. num. 11. lib. 3. Natt. conſ. 636. num. 4. lib. 3. & alij, quos referunt, & ſequuntur Balb. tract. de præſcript. 1. part. 5. partis princip. quæſt. 11. num. 8. Menoch. tract. de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 18. num. 74. & Ludolph. Schrader. tractat. de feud. part. 10. ſect. 1. num. 132. atque etiam decidit Rot. Rom. deciſ. 514. part. 1. & deciſ. 259. num. 1. part. 2. in nouiſſim. diuerſ. quæ quidem num. 2. poſt Abb. d. cap. cum contingat, num.

498 *Remanet apud eos in habitu.* 8. de foro compet. id notabiliter ita temperat, vt, † cùm quis contra ſuperiorem, puta Epiſcopum, præſcribit iuriſdictionem remaneat ea nihilominùs penes illum in habitu; quo fit, vt negligente inferiore redeat actu ad ſuperiorem, qui poterit negligentiam ſupplere; quod etiam docet Fel. d. num. 5. & d. c. irrefragabili ante num. 1. Dec. d. num. 17. iuncto num. præcedent. & colligitur ex d. §. exceſſus, quem ad id ibi notarunt Abb. & alij.

Sexta concluſio. Iuriſdictio, (genericè nimirum ſumpta,)

499 *Iuriſdictio præſcrip. vel conſuet. per vſum actuũ iuriſdictionalium acquiritur.* præſcriptione, ſeu conſuetudine quæritur † per exercitium actuum iuriſdictionalium ſiue illi pertineant ad merum imperium, ſiue ad mixtum, ſiue ad ſimplicem iuriſdictionem. latè id probant Bal. d. conſ. 439. num. 5. Natt. d. conſ. 636. à num. 71. vſque ad 80. Soc. d. cap. cum contingat, num. 20. de foro compet. Fel. & alij d. cap. auditis, & cap. cum olim, de præſcrip. Innoc. & ceteri in cap. fin. de off. Archid. Balb. d. tract. de præſcript. 2. part. quæſt. 2. num. 22. & alij relati per Gabr. comm. concluſ. lib. 5. tit. de præſcript. concluſ. 2. num. 1. & pluribus

500 *Non porrigitur ab vna ſpecie ad aliam.* ſeqq. qui quidem illam ſtatuerunt concluſionem, quòd † iuriſdictio præſcriptione quæſita non extenditur; quæ ſanè in eo præcipuè locum obtinet, quòd non extendatur ab vna ſpecie iuriſdictionis ad aliam, puta à ſimplici iuriſdictione ad mixtum imperium, vel à mixto ad merum, vt patet ex adductis per citatos Doct. præſertim per Soc. d. num. 20. Gabr. d. concl. num. 19.

Digitized by

19. cum duobus ſeqq. & trib. ſeqq. An verò † extendatur intra eandem ſpeciem de loco ad locum, de tempore ad tempus, de perſona ad perſonam, de re ad rem, tractat inter alios Butr. cap. fin. de cauſ. poſſ. & propr. & Anchar. in cap. ſine poſſeſſione, de reg. iur. in 6. Bal. d. conſ. 439. num. 6. & nonnullis ſeqq. Soc. d. cap. cum contingat, à num. 28. vſque ad 35. nobis ſat erit hac in re tres regulas ponere quæ ad rem noſtram magis facere videntur. Prima eſt, quòd nullo exiſtente in quaſi poſſeſſione iuriſdictionis vniuerſalis in aliquo loco, pręſcribens iuriſdictionem in aliquo actu acquirit iuriſdictionem in vniuerſum. ita Innoc. d. cap. fin. de off. Archid. per text. in cap. 1. de relig. dom. vbi latè Abb. & alij, quos refert, & ſequitur Fel. d. cap. auditis, num. 19. initio. Balb. d. quæſt. 2. num. 27. cum ſeq. & Gabr. d. concl. 2. num. 23. Secunda, quòd alio etiam exiſtente in quaſi poſſeſſione iuriſdictionis reſpectu aliquorum hominum, ſi præſcribens ageret, vt illum vniuerſaliter priuaret iuriſdictione, tunc per vſum iuriſdictionis in vno actu vel contra vnam perſonam, illam vniuerſaliter acquireret, ſi modò concurreret ſcientia, & patientia illius, contra quem præſcribitur. ita poſt Innoc. in cap. dilectus, de Capell. Monach. & ibi Butr. col. 8. Soc. d. cap. cum contingat, num. 34. & alios latè tradit Fel. d. cap. auditis, num. 19 verſ. tertia declaratio, & Gabr. dict. concluſ. 2. num. 25. cum duob. ſeqq. Tertia regula eſt, quòd iuriſdictio præſcripta extenditur ad connexa inſeparabilia. quæ probatur ex iis, quæ latè adducit Fel d. cap. auditis, num. 20. & Gabr. d. concluſ. 2. num. 28. & ſeq. vbi etiam id declarant, dummodo acceſſorium inſit à principio, hoc eſt, tempore inchoatæ præſcriptionis. Atque hæ quidem concluſiones ſunt, quas viſum eſt in medium afferre generatim, quoad iuriſdictionem; iam aliquas proferamus in ſpecie quoad Conſeruatoris iuriſdictionem, quæ ex prædictis concluſionibus, nec non ex eo, quod illis præmiſimus, aut etiam alibi in hoc tract. docuimus haud difficili negotio deduci poterunt. Vt igitur cœptum iam concluſionum numerum proſequamur, 501 *An prorogetur intra eandem ſpeciem.*

Septima concluſio ſit. Probabile † mihi eſt, conſuetudine, ac præſcriptione ſaltem immemorabili acquiri poſſe poteſtatem dandi Conſeruatorem. Licèt enim Conſeruatorem dare ſit contra ius, atque adeo regulariter id non competat iure communi, niſi Principi, vt ſatis oſtendimus cap. 3. quæſt. 3. & 502 *Poteſtas dãdi Cõſer. an acquiri poſſit præſcriptione vel cõſuetudine.*

Digitized by Google

cap. 4. ferè per totum; quamuis etiam diceremus, poteſtatem derogandi iuri communi eſſe de reſeruatis Principi in ſignum ſingularis prærogatiuæ; neque enim dici poteſt, quòd ſit de reſeruatis in ſignum ſupremæ poteſtatis, vt conſtat ex traditis per Doct. in l. imperium, ff. de iuriſd. omn. iud. cap. quod tranſlationem, de off. leg. & cap. ſuper quibuſdam, de verb. ſignific. & in aliis iuribus, quæ allegauimus ſupra concluſ. 2. poſt medium, iunctis not. in c. cum inferior, de maior. & obed. & Clem. ne Romani, de elect. tamen & conſuetudine legitimè præſcripta derogari poteſt iuri communi, cap. fin. de conſuet. cum ibi not. & ſuis ſimil. & huiuſmodi reſeruata Principi conſuetudine ac præſcriptione ſaltem immemorabili acquiri poſſunt, vt d. concluſ. 2. ad finem oſtendimus. quæ autem in hac præſcriptione & conſuetudine requirantur diximus ſupr. concl. 3.

503 *Iuriſdictio Conſeru. ex integro non acquiritur à nullá habẽte, ſiue per conſuet. ſiue præſcriptionem.*

Octaua concluſio. Probabilius † mihi eſt, iuriſdictionem Conſeruatoris ex integro acquiri non poſſe per conſuetudinem, & præſcriptionem etiam immemorabilem ab eo, qui nullam habet iuriſdictionem. Probatur. nam, licèt poſſit iuriſdictio ab initio acquiri præſcriptione, vel conſuetudine ab eo, qui nullam habet iuriſdictionem, vt patet ex allegatis ſupra concluſ. 1. & 2. & conſuetudo, ſeu præſcriptio immemorabilis habeat vim priuilegij, cap. ſuper quibuſdam, de verb. ſign. cum aliis, quæ inter ceteros ex Gabr. com. concluſ. lib. 5. tit. de præſcript. concl. 1. num. 1. ſuperiùs adduximus, qui num. 3. & ſeq. ex innumeris ferè Doct. idem probat in iis, quæ Principi ſunt reſeruata. num. autem 9. idem quoad ea, in quibus ius

504 *Immo nec delegata.*

commune repugnat poſſidenti. Tamen illud intelligitur † de iuriſdictione ordinaria, non item delegata, vt patet ex cap. irrefragabili, §. exceſſus, de offic. ordin. & aliis iuribus, ac Doct. ibid. allegatis, præſertim gloſ. in l. more, vbi Iaſ. & alij ff. de iuriſd. omn. iud. quamuis autem iuriſdictio Conſeruatoris æquiparetur ordinariæ, vt ſupra hoc eod. cap. quæſt. 1. concluſ. 3. demonſtrauimus, nihilominùs verè, ac ſimpliciter eſt delegata, vt d. quæſt. 1. concl. 2. & cap. 1. quæſt. 2. in definitione Conſeruatoris ſatis oſtendimus; vnde requiritur mandatum, & commiſſio Principis, aut priuilegium ea in re conceſſum, quod cum factum quoddam ſit, ſicut non præſumitur, iur. vulgar. ita præſcribi, aut conſuetudine induci non poteſt, quod & nos ſupra initio huius q. præmiſimus, & ſupponunt text. ac Doct.

Digitized by Google

Doct. de præſcriptione, aut conſuetudine tractantes. Quod autem dictum eſt, conſuetudinem, ac præſcriptionem immemorabilem vim priuilegij obtinere, id ita accipiendum eſt, vt tamen verè non ſit priuilegium, vt poſt Crauet. tractat. de antiqu. tempor. 4. part. numer. 148. & Socin. conſil. 260. qui refert & ſequitur Caſſan. conſ. 34. num. 13. & in Conſuetud. Burgund. verſic. Socinus dixit, tradit Gabr. d. concluſ. 1. num. 42.

Quibus rationibus idem puto dicendum † de eo, qui alias iuriſdictionem quidem aliquam etiam ordinariam haberet, vt vt nequeat præſcribere, quòd ſit Conſeruator eo modo, quo à nobis d.cap. 1. queſt. 2. definitus fuit, & quo modo ſumitur in d.cap. 1. 2. & fin. de off. deleg. in 6. & per Doct. tum ibi, tum alibi communiter, vt ſic enim eſt delegatus à Principe, & requirit factum Principis iuriſdictionem dantis. Quòd ſi laxiori ſignificatione ſumatur nomen Conſeruatoris, aut etiam loquamur de præſcribenda, aut conſuetudine inducenda facultate, qua Conſeruatores vtuntur, citra nomen tamen, & appellationem Apoſtolici Conſeruatoris, tunc nihil repugnat, quin conſuetudine, & preſcriptione acquiri ex integro poſſit; cum ſic, præciſa nimirum poteſtate, quam habent Conſeruatores quatenus vice delegantis funguntur, iuxta cap ſanè il 2. de off. deleg. cum aliis, de quibus cap. ſeq. longè minorem habeant poteſtatem, & iuriſdictionem, quàm ordinarij, vt patet ex iis, quę ſupra hoc ipſo cap. q. 1. latiùs adduximus. vnde ſi ordinariam plenam acquirere quis poteſt præſcriptione, & conſuetudine, vt ſupra concluſ. 1. & 2. latiùs oſtendimus, multò magis acquirere poterit hanc, quæ longè minor eſt. longéque adhuc faciliùs admittendum id erit in eo, qui iam aliquam iuriſdictionem habuit. qui verò iam ordinariam plenam haberet rem tam acquirere, & augere, quàm amittere, & diminuere iuriſdictionem præſcriptione, vel conſuetudine diceretur; niſi fortè augeret reſpectu vlterius loci, rei, perſonæ, vel temporis.

505 *Conſeruatoris iuriſdictio an ab habente ordinariam præſcribi valeat.*

Similiter omnino admittendum eſt, † poſſe quadragenaria conſuetudine induci, vt is clericus deputari, eligíve poſſit in Conſeruatorem, qui aliàs de iure non poſſet, vt putà Vicarius Epiſcopi, vel Canonicus Eccleſiæ Cathedralis; quod ſentit Guid. Pap. q. ſeu deciſ. Delphin. 247. & ſingulari 435. & ex eo probatur, quòd regulariter conſtitutio Pontificia, ſeu lex

506 *Per Cõſuetudinem deputari poteſt Conſeru. qui careet qualitatib. à iure requiſitis.*

LII 2

canonica tollitur per conſuetudinem rationabilem ſpatio 40. annorum inductam, vt habetur cap. fin. ibique tradunt Doct. de conſuet. Id autem intelligendum eſt, dummodo in reſcriptis ſeu litteris Conſeruatoriis non adſit ſpecialis facultas tales deligendi, aut deputandi, per ea, quæ in caſu ſequentis concluſ. adducemus, vbi etiam docebimus id, quod huic quoque rei congruit, non obſtare decretum irritans in eiſdem litteris, aut d.cap.fin. appoſitum. Sanè quod Guido Pap.loco cit. contendit, generali conſuetudine Officiales Epiſcoporum admitti ad Conſeruatorum officium, vel accipiendum eſt de impropria conſuetudine, id eſt, vſu, ſeu obſeruantia ſpecialium priuilegiorum, vt ij quoque admittantur, quorum nonnullos ipſe vidi, vel de conſuetudine ſuæ prouinciæ Delphinatus; neque enim vni Doctori atteſtanti de conſuetudine præſertim generali indiſtinctè credendum eſt, vt patet ex Doctorib. relatis per Maſcard. concluſ. 426. Ant. Gabr. commun. concluſ. lib. 1. tit. de probat. concluſ. 4. & Sanchez tract. de Matrim. lib. 7. diſput. 17. num. 8.

507 Nona concluſio. Poteſt Conſeruator † iuriſdictionem eam, quæ ſibi de iure, aut ex reſcripto competeret, ex conſuetudine augere; vel potiùs poteſt talis Conſeruatoris iuriſdictio per conſuetudinem augeri. Exemplum ſit. De iure non poteſt Conſeruator, niſi de manifeſtis iniuriis cognoſcere, vt d. cap. 1. & fin. de off. deleg. in 6. poterit conſuetudine induci, vt cognoſcat de quibuſcumque iniuriis, immò & de quibuſuis cauſis, quarum cognitio aliàs conſuetudine quæri poſſit. vel per reſcriptum etiam detur maior facultas, quàm quæ de iure competit, vt quòd cognoſcat de omnibus ciuilibus cauſis; ſi conſuetudine inductum generaliter ſit, vt Conſeruator etiam de criminalibus cognoſcat, poterit Conſeruator hic nunc deputatus de criminalibus quoque cauſis cognoſcere. Denique, (ne plura exempla commemorem;) ſi conſuetudine ſit inductum, vt Conſeruator vtatur iuriſdictione non ſolum contentioſa, ſed etiam voluntaria; vt infra quatuor dietas cognoſcat; vt eius poteſtas duret poſt obitum contendentis; vt inter quaſcunque perſonas, aut à quibuſuis perſonis eccleſiaſticis qualificatis exerceatur, aut aliàs præter, vel contra formam d. cap. 1. 2. & fin. de off. deleg. in 6. Aſſero, in his, & ſimilibus caſibus huiuſmodi conſuetudinem fore attendendam. Probatur ex iis, quibus

Iuriſdictio Conſeru. per conſuetudinem augeri poteſt.

quibus ſupra concluſ. 1 oſtendimus, poſſe conſuetudine iuriſdictionem prorogari, quin immo etiam ex integro acquiri. & quidem quoad prorogationem id confirmauimus non modò in quatuor ſpeciebus prædictis prorogationis, ſed etiam in aliis duabus de caſu ad caſum, & de vno modo procedendi ad alium. Ratio autem eſſe poteſt, quia conſuetudo habet vim legis, l. diuturna l. ſed ea, & l. ergo, ff. de leg. cap. cum conſuetudinis, de conſuet. & cap. 1. de conſtit. in 6. cum ibi adnot. & ſuis concord. vnde nil mirum, ſi ſicut lex iuriſdictionem dare poteſt, l. 1. ff. de off. eius cui mand eſt iuriſdict. l. cum Prætor, ff. de iudic. l. vlt. C. de emancip. lib. cum ſimil. ita etiam conſuetudo, quæ etiam legi derogare poteſt, l. de quib. in fi ff. de leg. d. cap. fin. de conſuet.

Hæc autem concluſio † duob. modis declaratur; primò, vt procedat, dummodo hæc conſuetudo, quæ contra ius eſt, ſit legitimè præſcripta, hoc eſt ſpatio 40. annorum introducta. d. cap. fin. de conſuet. cum ibi not. & aliis adductis ſupra ante concluſ. 1 huius quæſt. Secundò, vt habet locum, dummodo actus ſint conformes inter ſe & ei, quo nunc vti vult Conſeruator; nam ex difformi obſeruantia non inducitur conſuetudo, vt poſt Rot. Rom. deciſ. 19. num. 6. & deciſ. 72. num. 28. cum ſeq. 2. part. in nouiſſ. diuerſ. diximus in tract. de diſtribut. quotid. 2. part. quæſt. 12. num. 18. cui nunc addo Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 31. num. 8. vbi alios refert. Ac præterea debet conſuetudo eſſe inducta ex certa ſcientia, & non per errorem, gloſ. d. cap. fin. quam ibi ſequitur inter alios Curt. in 3. requiſito ſect. 4. num. 1. & 2. nec non in 7. requiſito d. ſect. 4. num. 36. vbi etiam oſtendit, requiri animum inducendi conſuetudinem, quod & docet ſect. 8. num. 27. ſimul tradens, vnde iſte animus inducendi conſuetudinem deprehendatur. Ex quo etiam ſequitur, vt non ſufficiat obſeruatio alicuius priuilegij; tunc enim † non eſt vera conſuetudo, prout de conſuetudine, quæ ſit ſecundùm legem, quòd non ſit vera conſuetudo, ſed potiùs quædam confirmatio legis, ſeu eius obſeruatio, & obedientia, tradit Curt. d. cap. fin. ſect. 5. num. 7. ad id allegans Butr. & Fel. in cap. 1. de reſcript. Bart. & Alex. d. l. de quib. ff. de leg. Bal. fin. cap. quæ ſit long. conſuet. & Gemin. poſt Io. de Lign. in cap. 1. de conſtit. in 6. Quòd ſi ergo propter facultatem ſpecialem, quæ in reſcripto adeſſe conſueuit, aliquid

508 *Prædicta conſuetudo quomodo intelligẽda.*

509 *Priuilegij, legis, & reſcripti obſeruatio non eſt vera cõſuetudo.*

fieri à Conſeruatoribus præter, aut contra diſpoſitionem d. c. 1. 2. & fin. contingat, inde colligi nequit, quòd inducta ſit conſuetudo; neque enim ex iis actibus colligitur animus inducendi conſuetudinem, ſed potiùs vtendi facultate in reſcripto conceſſa; ſecus verò, ſi nulla talis facultas adfuiſſet in reſcripto, vel maiori facultate vſi fuerint Conſeruatores per legitimum tempus, quàm in reſcriptis eorum contineretur; vtroque enim caſu, & vera eſſet, & admittenda, vt dictum eſt huiuſmodi conſuetudo. Atque idem eadem ratione dicendum de conſuetudine quadragenaria eligendi Conſeruatorem Vicarium Epiſcopi, aut alium clericum, qui aliàs de iure deligi non poteſt, vt nimirum vbi licèt in reſcriptis, litteríſve Conſeruatoriis facultas tales deligendi non adſit, tamen indiſtinctè per 40. annos fuerint tales electi, poſſint quoque de cetero vigore conſuetudinis huiuſmodi tales deligi. Idque aſſerendum exiſtimo eo etiam non obſtante quòd d. cap fin. de off. deleg. in 6. adſit decretum irritans, aut illud quoque appoſitum fuiſſet reſcriptis minorem poteſtatem tribuentib. ea, qua vſi ſunt Conſeruatores deputati, aut electi. quamuis enim Gabr commun. concluſ. lib. 6. tit. de clauſul. concl. 3. num. 40. velit quòd decretum irritans tollat conſuetudinem ne dum in præteritum, ſed etiam futurum, poſt Gem. Franc. Archid. & Io. An. in cap. cum de beneficio, de præbend. in 6. Curt. d. cap. fin. ſect. 8. verſ. amplia modò iſtam concluſionem ſeu num. 7. Fel. in cap. cum acceſſiſſent reg. 3. limit. 4. ſeu num. 30. Prob. in cap. tibi, qui num. 7. de reſcript. in 6. Barb. Clem. 1. num. 23. de elect. Præpoſ. Alex. in cap. in iſtis, §. leges, 4. diſt. Rebuff. in concord. ſub rubr. de firm. & irreuoc. concord. ſtabilit. verſic. plus dicit, & Ruin. conſ. 13. num. 13. vol. 2. & conſ. 102. num. 11. vol. 3. eundémque Gabr. etiam referat, & ſequatur nouiſſimè Hieron. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloſ. vlt. num. 50. Tamen † neque Ruin. id aſſerit; cum d. conſ. 13. loquatur in caſu, quo decretum illud expreſsè irritet conſuetudinem; conſ. autem 102. vbi ceteri decreto irritante adſit clauſula, non obſtantibus conſuetudinibus; & pro noſtra opinione, licèt minus communi, eſt idemmet Gem. & Franc. poſt Imol. in cap. nullus, de electione in 6. atque idem Barbat. in rubr. Clem. de elect. quos etiam refert Gabr. d. concluſ. 3. num. 41. verſ. contra principalem concluſ. ac præterea tenet Io. Azor 1. part. Inſtit. moral. libr. 5. cap. 17. quæſt.

510 *Decretũ irritãs an tollat conſuetudinem.*

Digitized by Google

quæſt. vlt. in fi. Stàtque manifeſta ratio in iure fundata; nam
certum eſt, (& hoc ſit primum fundamenti huius ampl. ac
ſententiæ contra communem,) legem quoque poſſe tolli con-
ſuetudine legitimè præſcripta, vt expreſsè habetur in d.cap.fi.
de conſuet. cum ſimil. nec valet reſponſio Archid.& aliorum,
d.cap.cum de beneficio, quòd illud cap.procedit, vbi ea con-
ſuetudo ſit rationabilis; vt in hoc caſu † non poteſt dici ra- 511
tionabilis, quia eſt contra expreſſam ſanctionem legiſlatoris,
ſeu Principis; ſi enim inde petenda eſſet rationabilitas, nulla
conſtitutio poſſet per conſuetudinem abrogari, cum in con-
denda lege ſatis appareat de expreſſa mente legem condentis.
Quòd ſi Papa vel Princeps per ipſum decretum, vel ſimul cum
decreto irritante tolleret conſuetudinem, ſiue derogaret, tunc
bene procederet tam hæc, quàm aliæ rationes à pleriſque ex
contrarium ſentientibus adductæ, quas nimis longum eſſet re-
cenſere, & pluribus refellere; ſufficit enim dicere quod illud
ſolùm probant, non quamlibet conſuetudinem, vt decenna-
lem, fore admittendam. ſed neque obeſſe poteſt alia ratio,
quam nemo ex prædictis Doct. nominatim affert, colligi au-
tem poteſt ex Curt.loc.cit. iunctis num.præcedenti, præſertim
1.cum duobus ſequentib.in quibus ſtatuit concluſionem, eám-
que declarat, quòd tamquam irrationabilis non valeat con-
ſuetudo contra publicam vtilitatem ex l.fin.C.ſi contr.ius, vel
vtil. publ. quod autem ex hoc capite ſit irrationabilis in caſu
noſtro, ex eo probari videtur, quod quæſt. præced. docuimus,
diſpoſitionem d.cap.fin. continere fauorem publicum, quate-
nus fauet ordinariæ iuriſdictioni; quare ex hoc capite poſſet
dici irrationabilis conſuetudo, cum præſertim conſuetudo ra-
tionabilis dicatur ſaltem de iure ciuili, quæ tendit ad bonum
publicum, vt poſt Gemin.in cap.1.de conſtit.in 6. & Butr. d.c.
fi.tenet idem Curt.d.c.fi.ſect.2.num.22.

Conſuetudo rationabilis vel irrationabilis quãdo ſit.

Verùm ad hanc rationem reſponderi poteſt, inde ſolum ef-
fici in ea conſuetudine ſi inducatur non fore prædictam ratio-
nabilitatem, ſed potuit eſſe alia; neque enim vnica ratio facit
conſuetudinem rationabiliter, vt per Doct.communiter d.cap.
1.de conſtit.in 6.& d.cap.fin.de conſuet.pręſertim Curt.d.ſect.
2.num.20. cum multis ſeqq. Capr.reg. 12.num. 20. & per nos
tract.de diſtribut.quotid. par.2.quæſt.12.num.7.& 8.vbi etiam
poſt Curt.ſupra & Menoch.tract.de arbitr.iud. lib.2.caſ. 82. &
alios

Digitized by Google

alios docuimus ex communi iudici arbitrarium eſſe, quænam conſuetudo dicatur rationabilis, & quomodo iudex debeat animum ſuum informare. Illud autem hac in re veriſſimum puto quod Curt. d. ſect. 2. num. 23. ait, poſſe dici inhærendo opinioni Hoſt. & Io. And. illámque declarando, quòd conſuetudo dicatur rationabilis quæ rationi eſt ſubnixa, vt vis verbi ſonat; & num. 26. poſt Bal. d. cap. fi. quòd non debet neceſſariò hæc ratio eſſe inconuincibilis, ſed ſufficit aliquod bonum motiuum; rationabiliſque erit, ſi non ſit à iure reprobata, vt poſt gloſ. d. cap. fi. & ibi Innoc. & Bal. conſ. 401. vol. 5. diximus dict. quæſt. 12, num. 8. at verò in caſu noſtro conſuetudo non eſt reprobata; & præterea illud bonum motiuum habet, quod aliàs nos adduxiſſe meminimus, quòd Ordinarij locorum aliis cauſis vt plurimum occupati per Conſeruatores ſubleuentur, faciliúſque violentiæ, & iniuriæ propulſentur, & negotia expediantur, vt in ſimili poſt Io. An. Abb. & Imol. tradit Capr. d. reg. 12. num. 20. & duob. ſeqq. præſertim cum non ideo impediantur qui Conſeruatores impetrarunt pro iiſdem cauſis Ordinarios adire Conſeruatore tunc relicto; vt ſupra hoc ipſo c. quæſt. 6. demonſtraui. Quin immo Bal. in cap. imperialem, §. præterea Ducatus, de prohib. fund. alien. per Federic. quem allegat, probátque Curt. d. num. 25. ait, nullum eſſe ius poſitiuum, quod conſuetudine tolli non poſſit, quia nimirum vel nullum ius poſitiuum habet ſolidam, & inconuincibilem rationem, vel ſi habet aliquam, aliam quoque ſimilem habere poteſt conſuetudo. de quo tamen aliquid dicemus infra concl. 2.

512 *Clauſula acceſſoria etiã decreti irritãtis ſequitur principalem diſpoſitionem.*

Alterum fundamentum huius ampliationis, ſeu noſtræ ſententiæ contra communem illud eſt, quòd negari nequit, quin clauſula hæc decreti irritantis ſit acceſſoria diſpoſitionis, cui apponitur, nec de per ſe ſtare poſſit; at † huiuſmodi clauſula ſequitur naturam principalis diſpoſitionis tum ex reg. acceſſorium, tum per ea, quæ in hac ſpecie latè tradit Tiraq. in tract. de conſtit. 3. part. limit. 7. num. 15. & ipſe Ant. Gabr. d. tit. de clauſ. concl. 10. præcipuè num. 1. & fin. & in terminis clauſulæ decreti irritantis, idem Gabr. d. concl. 3. num. 54. verſic. contrarium voluit, & Gonzal. d. gloſ. vlt. num. 55. vſque ad 64. multis id ipſum exemplis, ſeu illationibus confirmans; num. verò 51. illud affert, ac pluribus comprobat, quod ex eadem doctrina deducitur, † decretum irritans appoſitum conditionali

513 *Decretũ irritãs appoſitum cõditionali diſpoſitioni eſt cõditionale.*

Digitized by Google

tionali diſpoſitione & ipſum reddi conditionale, eiúſque effe-ctum ſuſpendi in euentum conditionis; quod etiam latè tradit Gabr. d.concl. 3. num.40. ex text. in Clem. 1. in princip. & ibi gloſ.in verbo, per Ordinarium, Card.in 1. oppoſ. & quæſt. 15. Imol.in 2.not. Anchar.not. 5. de conceſſ.præb. & aliis, & num. 47. poſt alios id ampliat etiam ſi diſpoſitio illa conditionalis haberet clauſulam ex nunc prout ex tunc.num.verò 48.extendit etiam ad tacitam conditionem plurimis ad id relatis Doctorib. quos ſequitur quoque Gonzal. d. num. 51. decretum verò irritans conditionale actum non annullat, vt ſatis oſtendit Mandoſ.ad reg. 7. Cancell. quæſt. 4. num. item 4. ſi ergo poteſt conſuetudo tollere principalem diſpoſitionem ſiue in lege ſit, ſiue in reſcripto, quibus appoſitum ſit huiuſmodi decretum, planè ſequitur, vt & ipſum decretum tamquam acceſſorium ad illam diſpoſitionem per conſuetudinem illam tollatur.

Decima concluſio. Præſcriptione quoque † extendi poteſt, ac prorogari Conſeruatoris iuriſdictio, vt puta, ſi Conſer- 514 *Iuriſdictio Conſer. præſcriptione prorogari poteſt.* uator vnus, vel plures alicuius perſonæ ſingularis, aut etiam Collegij per tempus 40. annorum cum aliis requiſitis ad præſcriptionem vſi ſint maiori facultate, quàm ſibi vel ex diſpoſitione d. cap. fin. vel etiam ex reſcripto c   peteret. Probatur hæc concluſio ex iis, quibus ſupra concluſ.2.oſtendimus præſcriptione iuriſdictionem poſſe acquiri; præcipuè verò ex cap. auditis, & cap.cum olim, de præſcript. Neque obeſt contraria diſpoſitio d.cap.fi.nam adhuc contra diſpoſitionem iuris communis poteſt præſcribi, ſeu poteſt is, cui ius commune reſiſtit, præſcribere ſpatio 40. annorum cum titulo, vel tempore immemorabili ſine titulo, cap.ſi diligenti, de præſcript. & cap. 1. eodem titul. in 6. cum ibi adnot. per gloſ. & Doctor. communiter.

Ampliatur autem, vt procedat concluſio non obſtante decreto irritante appoſito in fin.d.cap.fi.nam licèt Fel.d.cap.cum acceſſiſſent num. 30. Rebuff.in concord.d. tit. de firm. & irreuoc. concord.ſtabil. verſ.plus dicit, & Prob.d. cap.tibi, qui ad fi.de reſcript.in 6. quos refert, & ſequitur Gabr. concl.3. num. 515 44. quem laudat Gonzal.d.gloſ.vlt.num.50.velint, † per de- *Præſcriptio an tollatur per decretũ irritans.* cretum irritans tolli præſcriptionem;tamen id ſine ſolido fundamento dicitur; nam quæ adducit Prob. & Fel. & alia, quæ

habentur apud Anchar. d.cap.cum de beneficio, de præb.in 6. quatenus etiam in præſcriptione locum habere videntur, ſolum concludunt,vel non quamlibet præſcriptionem,putà longi, aut minoris temporis, aut ſine titulo fore admittendam, vel vbi illa diſpoſitio expreſsè derogaret præſcriptioni, eámque tolleret etiam in futurum. ſed neque obſtat huic ampliationi irrationabilitas, tum per ea, quæ in ſuperiori concluſ. adduximus; tum quod non reperitur in iure cautum, quòd præſcriptio etiam contra ius debeat habere rationabilitatem, ſicut de conſuetudine habetur d. cap. fin. quod & ibi plerique Doct.adnotarunt.

Confirmatur autem tam hæc, quàm præcedens concluſio dum habent, quòd præſcriptione, & conſuetudine prorogari, & extendi poſſit Conſeruatoris iuriſdictio ex Concil. Trid. in ſuperius alleg.ſeſſ.14. cap.5. de reform.ad fi.dum ibi ſtatuitur, quòd litteræ Conſeruatoriæ non proſint eas impetrantis familiaribus, qui huiuſmodi litteris tueri ſe ſolent, præterquam duobus dumtaxat; ſupponitur enim quòd ex vſu, (ſiue is conſuetudinis ſit, ſiue præſcriptionis) familiares eius,qui Conſeruatoriam impetrauit, ſe tueantur; per ſe namque patet, quòd
516 † tam conſuetudo, quàm præſcriptio ſolitum quoddam inducit, qui quidem terminus eſt generalior, quàm conſuetudo, vt conſtat ex latiùs adductis per Curt. in rubr. ſeu præfat. ad tit.de conſuet.num.32. & duobus ſeqq. & vt ait Aret.conſ. 7. ſolitum poteſt importare vſum ſine conſuetudine; quódque genus ſit ad conſuetudinem,præter allegata per Curt. ſup. ſatis probat text.d.cap.cum de beneficio,de præb.in 6.qui cum reſpectu legitimæ præſcriptionis, & conſueti de ſolito tamquam genere mentionem faciat, idem optimè in vtroque probat. An verò circumſcripta conſuetudine, vel præſcriptione poſſit familiaris eius, qui Conſeruatorem impetrauit Conſeruatoriis litteris vti.ſéque iis tueri, ſeorſim in ſeq. quæſt. paulò poſt examinabimus: ſi tamen priùs eas concluſiones hoc loco ſubiicimus, quæ ad Conſeruatoris iuriſdictionem vel in totum tollendam, vel minuendam conſuetudine potiſſimum,ac præſcriptione pertinent;cum illas iam concluſiones,quę de eadem iuriſdictione per conſuetudinem, aut præſcriptionem acquirenda vel proroganda ſunt,propoſuimus.

Solitum cõuenit præſcriptioni & cõſuetudini.

Vndecima concluſio. Non poteſt conſuetudine in totum tolli

Digitized by Google

tolli iuriſdictio Conſeruatoris, † ita, vt, exempli gratia, nul- 517
lus Conſeruator in aliqua ciuitate, vel diœceſi poſſit procede- *Cõſuetudine*
re, & vti ſua iuriſdictione, non obſtante illius deputatione à *nullus Con-*
ſummo Pontifice facta. Probatur, quoniam, cum talis depu- *ſeru. in ali-*
tatio Conſeruatoris fieri ſoleat per reſcriptum, & mandatum *qua ciuitate*
Principis, præcipuè Papæ, ſi prædicta conſuetudo foret admit- *vel diœceſi*
tenda, ſequeretur, valere conſuetudinem contra ius diuinum, *poteſt proce-*
cum tamen ea nulla ſit, iuxta text. iunctis ibi not. per Abb. & *dere.*
Doct. communiter, de conſuetud. ius enim diuinum eſt im-
mutabile, 5 & 6. diſt. ferè per totam, vbi Doct. & in cap. tranſ-
lato, de conſtit. & cap. cum ſeq. de purif. poſt part. atque ita
ſubiecit † omnes Reges, & Imperatorem Romano Pontifici 518
cuius ſunt oues, vt teneantur ei parere; nam Matth. 16. Chri- *Papæ ſubiũt*
ſtus dixit Petro, tibi dabo claues Regni cœlorum, & quod- *omnes Reges*
cunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis, &c. & *& Impera-*
Ioan. 21. paſce oues meas, cum aliis, quibus id paſſim tradunt *tores iure*
Doct. omnes tam Theologi, quàm Canoniſtæ, conſtátque ex *diuino.*
multis iuribus, ac præcipuè cap. Eccleſia S. Mariæ, de conſtit.
cap nouit, de iudic. cap. fi. de reb. Eccleſ. non alien. cap. per ve-
nerabilem, qui fil. ſint legit. cap. ſolitæ, de maiorit. & obed. &
Extrauag. vnam ſanctam, eod. tit. in commun. Sed quoniam
poſſet quis dicere, ius hoc diuinum non eſſe immediatum, alio-
quin omnia præcepta Papæ, immo, & omnes canones, quin
& leges ciuiles, & mandata iuſta Principum ſecularium eſſent
ius diuinum, quia his quoque iure diuino tenentur ſubditi
obedire; cum dicat D. Paulus Rom. 13 omnis anima poteſta-
tibus ſublimioribus ſubdita ſit; non eſt enim poteſtas, niſi
à Deo, quæ autem ſunt, à Deo ordinatæ ſunt; itaque qui reſiſtit,
Dei ordinationi reſiſtit. & Petrus 1. epiſt. cap. 2. ſubiecti igitur
eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum, ſiue Regi quaſi
præcellenti, ſiue Ducibus tamquam ab eo miſſis ad vindictam
malefactorum, laudem verò bonorum, quia ſic eſt voluntas
Dei, & Prou. 8. dicitur, per me Reges regnant, & legum con-
ditores iuſta decernuntur; per me Principes imperant, & Po-
tentes decernunt iuſtitiam. & tunc demum † ius humanum 519
præſertim Eccleſiaſticum redundare in ius diuinum, atque *Ius humanũ*
adeo iure diuino immediato obligare, cùm inuoluit cauſam *quãdo redũ-*
fidei, quia nimirum includat contemptum clauium, vt ſatis *det in Di-*
conſtat ex cap ſacris, de his, quæ vi, metúſve cau ſi. vbi deci- *uinum.*

Digitized by Google

520 *Cõmunicatio cum excõmunicato quãdo prohibita.*

ditur, † communicantem cum excommunicato propter metũ non excuſari à peccato mortali, & incurſu excommunicationis iunctis ibi adnot. cum tamen receptiſſima omnium ſententia ſit, & excommunicationem cum excommunicato ſaltem citra diuina prohibitam eſſe ſolo iure humano, & humanum præceptum etiam Eccleſiaſticum non cum eo rigore obligare, vt ad eius tranſgreſſionem vitandam teneatur quis mortem, aut aliud grauiſſimum damnum ſubire. At verò in huiuſmodi caſu nos verſari non videmur, ſed iuris diuini mediati, ſeu meri iuris humani, contra quod valet conſuetudo, dict. cap. fin. de conſuet. Quoniam inquam poſſet quis id dicere præterquam quod contendere & forſan veriùs poſſent alij, immo nos verſari in huiuſmodi præcepto humano in diuinum redundante, adhuc dicimus, non omnem conſuetudinem contra ius poſitiuum fore admittendam, ſed tunc demum, ſi præter legitimam præſcriptionem adſit rationabilitas, d. cap. fi. & cap. cum olim, de conſuet. cap. 2. eod. tit. in 6. & cap. 1. de conſtit. eod. lib. cum ſimil. At rationi conſonum nequaquam eſt,

521 *Rationabile non eſt vt in aliqua ciuit. vel diœc. reſcriptis Papæ vel Principis nõ pareatur: & an valeat de hac re conſuetudo.*

† vt reſcriptis Papæ, ac Principis debita obedientia ſubtrahatur in aliqua ciuitate, vel diœceſi. qua ratione in cap. ad audientiam, de conſuet. cauetur, vt non obſtante conſuetudine, qua dictum Populi pro ſententia habebatur, ſententia ipſa à ſuo Epiſcopo in ſubditos de cetero feratur; item in cap. cum inter, eod. tit. nulla declaratur conſuetudo, per quam interdicti Eccleſiaſtici ſententia violatur, & cap. cum venerabilis, eod. tit. decernitur conſuetudine induci non poſſe, vt quis poſſit dimittere dignitatem ſine ſuperioris licentia, vel electus valeat adminiſtrare non habita confirmatione à ſuperiore; & cap. ſi Epiſcopus, quod eſt 2. de pœnit. & remiſſ. in 6. dicitur, nulla poſſe conſuetudine introduci, quòd aliquis præter ſuperioris ſui licentiam confeſſorem ſibi eligere valeat, qui eam poſſit ſoluere, vel ligare. Eadem quoque vt puto, ratione improbatur conſuetudo, qua litteræ Apoſtolicæ ſuper prouiſione beneficiorum liberè non mandantur executioni, ſed ſub prætextu, quòd earum vigore aliquis in poſſeſſione ſui beneficij turbetur, quam vocant prætextum violentiæ, aut quia iuri patronatus laicorum præſertim Regio non ſit ſufficienter derogatum, aut alia ſimili de cauſa ad Magiſtratus ſeculares negotium trahitur, & interim executio litterarum Apoſtolicarum

ſuſpen

Digitized by Google

ſuſpenditur, vt ſatis inter ceteros eam improbat Io. Azor Inſtit. Moral.lib.5. cap. 12. quæſt. 1. verſ. quæri ſolet, cum duob. ſeqq. cap.23.quæſt. vlt. & cap.14.quæſt.3.& 4.ſicut etiam eod. cap.14. quæſt.7. oſtendit,non valere conſuetudinem vt facultates Legatorum, & Nuntiorum Apoſtolicæ ſedis recognoſcantur, & diſcutiantur in curia antequam Legati vel Nuntij ea vti incipiant.Facit etiam cap.in memoriam cum duob.ſeqq. 19.diſt. in quorum primo dicitur tolerãdum eſſe iugum, quod à ſancta Sede Apoſtolica imponitur, quamuis graue videatur: in altero, quicquid Romana Eccleſia ordinat, fore ab omnibus obſeruandum; in poſtremo, Epiſcopum, qui Apoſtolicis non vult obedire præceptis, eſſe debere à diuinis,& pontificalibus officiis alienum. Facit denique quod de præſcriptione dicemus iam ſeq.concluſ. vbi etiam communem vtrique concl. ampliationem, ac limitationem afferemus;in multis enim conueniunt conſuetudo, & præſcriptio, præſertim quoad iuriſdictionis acquiſitionem, vel amiſſionem, vt ſupr.hac ipſa quæſt. præmiſimus. quin etiam facilius hac in re admittenda eſt præſcriptio,quàm conſuetudo,cum per hanc minus præiudicium, quàm per illam inferatur, nam hac ius acquiritur in publico, pluribúſque perſonis,illa verò priuato, & paucis vt plurimum perſonis,vt ibid.docuimus.

Duodecima concluſio. Præſcriptione pariter † amitti non poteſt in totum iuriſdictio Conſeruatoris in aliqua ciuitate, vel diœceſi. Probatur iiſdem fundamentis, quibus præcedens concluſio; in hac enim quoque locum habent, ne tollatur ſuperioritas, & debita obedientia Principi præſertim Eccleſiaſtico. idque maximè confirmatur ex cap.cum non liceat,de præſcript. ex quo Doct. omnes adnotarunt, † contra obedientiam ſuperiori debitam non poſſe præſcribi. qua etiam ratione cap.accidentes & cap.cum ex officij eod.tit.cum ſimil.cauetur, non poſſe præſcribi contra viſitationem,aut etiam procurationem, quæ ratione viſitationis debetur: hæc enim proximè ad obedientiam pertinet.

522 *Iuriſdictio Conſeru. an in totũ valeat præſcriptione amitti.*

523 *Contra quæ non præſcribatur.*

Ampliatur nunc tam hæc, quàm præcedens concluſio, vt † procedat, ſiue agatur de Conſeruatoribus deputatis cum facultate limitata ad terminos iuris communis, cap. nimirum 1.& fin.de offic.deleg.in 6.ſæpiùs allegatorum, ſiue etiam aucta per reſcriptum; cum enim vtrique deputentur per reſcri-

524 *Iuriſd. Cõſ. in totum nõ amittitur præſcript.& ſi cũ maiori facultate ad term.iur.deputatus ſit.*

ptum, & mandatum Apoſtolicum, in vtriſque militat eadem ratio, & per conſequens eadem diſpoſitio l. illud ff. ad leg. Aquil. cum ſuis concord.

Limitatur pariter vtraque concluſio, vt nihilominùs ſi quis ex priuilegio habeat, vt valeat ſibi eligere Conſeruatorem, ſi priuatus quidem ſpatio triginta annorum, Eccleſia verò, ſeu Monaſterium ſpatio quadraginta eo non vtatur ceteráque requiſita adſint, priuilegium huiuſmodi amittet, & ſic ceſſabit tunc omnino iuriſdictio Conſeruatoris etiam in tota aliqua ciuitate, vel diœceſi, ſi omnes, qui in ea huiuſmodi priuilegium habebant, ſic, vt præfertur, illud amiſerunt, iuxta id, quod latiùs de hac talis priuilegij amiſſione dicemus cap. vlt. huius tractat. in poſtrema quæſt. ceſſant enim in eo caſu fundamenta

525 huius, ac præced. concl. præſertim, cum aliud † ſit vſus, aliud præſcriptio, vel conſuetudo, nam vt poſt alios docet Dec. in rubr. de conſuet. num. 2. in fine, vſus ſonat in factum, & conſuetudo in ius, & vſus videtur cauſa conſuetudinis, non tamen immediata, ſed mediata, quia ex vſu voluntas tacita colligitur, ex qua immediatè conſuetudo inducitur.

Vſus, præſcriptionis, & cõſuetudinis differentia.

Decimatertia concluſio. Poteſt conſuetudine minui pote-

526 ſtas Conſeruatoris. & quidem † quoad conſuetudinem interpretatiuam iuris, vbi nimirum dubium eſt in iure, an Conſeruatoris poteſtas, & iuriſdictio aliquo in caſu exerceri poſſit ſiue attento iure ſcripto, ſeu Doctorum traditionibus, (quæ loco iuris eo deficiente ſuccedunt, vt pluribus inter alios docet Nicol. Vigel. in Method. iur. controu. circa initium,) ſiue etiam vigore litterarum Conſeruatoriarum, quæ maiorem tribuant Conſeruatori facultatem quàm ei de iure competeret. quoad hanc inquam conſuetudinem interpretatiuam nullà videtur eſſe difficultas; nam conſuetudo eſt optima legum interpres, cap. cum dilectus, de conſuet. cap. certificari, de ſepult. l. ſi de interpretatione, ff. de leg. & minimè ſunt mutanda, quæ interpretationem certam ſemper habuerunt, vt ait Paulus I.C. in l. minimè, ff. de leg. eáque fauorabilis admodum eſt, vnde vel nullum temporis ſpatium requirit, vel decem dumtaxat annorum, vt poſt alios docuimus in tract. de diſtribut. quotid. part. 2. quæſt. 12. num. 10. 11. & 44. ac priùs in tract. de decim. cap. 5. num. 100. cum ſeq. Quin etiam vbi mandatum ac præceptum illud, quod in litteris Conſeruatoriis continetur, diuinum, aut

Iuriſd. Conſeru. minui poteſt cõſuetudine, & qua.

redun

Digitized by Google

redundans in diuinum dici poſſit, iuxta ea, quæ ſupra concl. 1. adduximus, dummodo tamen aliqua de re agatur, quæ non apertè ſed obſcurè in iiſdem litteris contineatur, adhuc valebit, & admittenda erit huiuſmodi conſuetudo interpretatiua, quam etiam in diuinis præceptis locum habere auctor eſt Innoc. communiter receptus d. cap. fi. de conſuet. vt etiam eum refert, ac ſequitur inter ceteros Tho. Sanchez tract. de Matrim. lib. 7. diſput. 4. num. 11.

Verùm quòd hęc 3. concluſio procedat quoquè † in conſuetudine inductiua, ex eo probari poteſt, quòd hinc quidem ceſſent incommoda, quæ oriuntur, vbi omnino tollatur in aliqua ciuitate poteſtas Conſeruatoribus, & ſupra 1. concl. recenſuimus; illinc verò videamus, poſſe conſuetudine augeri Conſeruatoris iuriſdictionem, vt ſupra concl. 9. docuimus, ex quo ordinaria poteſtas minuitur cum iuriſdictio contra inferiores Principes conſuetudine acquiratur priuatiuè vt concl. 5. oſtendimus, & tamen ordinaria iuriſdictio fauorabilior ſit, quàm delegata, qualis eſt Conſeruatoria, per quam ordinariæ poteſtati, ac iuriſdictioni derogatur. vt ſupr. cap. 3. quæſt. vlt. & hoc eod. cap. 7. quæſt. 6. demonſtratum eſt; quod etiam ex eo confirmatur quòd res facilè redit ad ſuam primæuam naturam, vt latiùs infra hac ipſa quæſt. concl. vlt. deducemus; at verò primæua inſtitutione, & origine † omnes ſubſunt iuriſdictioni ſui Epiſcopi, cap. omnes baſilicæ, 26. quæſt. 7. cap. omnes Principes, & cap. quod ſuper his, de maior. & obed. cap. dilectus, & cap. conquerente, de off. ord. cap. 1. & trib. ſeqq. de for. compet. cum ſimil.

527 *Cõſuetudine inductiua prædicta cõcluſio explicatur.*

528 *Epiſcopis ſuis ſubſunt omnes primæua inſtitutione.*

Decimaquarta concluſio. Præſcriptione quoque † poteſt minui poteſtas Conſeruatoris, vt, ſi ordinarius per legitimum ſpatium exercuerit iuriſdictionem in caſibus, in quibus poterat Conſeruator procedere priuatiuè ad ordinarium. Probatur hæc concluſio eadem ratione, qua præcedens quoad conſuetudinem inductiuam; ſi enim poteſt Conſeruator vt d. concl. 9. oſtendimus pręſcriptione augere ſuam iuriſdictionem reſpectu ordinarij, cuius poteſtas fauorabilior eſt, quàm delegata, & Conſeruatoria, multò magis poterit ipſe ordinarius contra Conſeruatorem præſcribere aliquam partem, & ſic augmentum ſuæ iuriſdictionis; præſertim cum fauorabilis quoque ſit reditus ad primæuam naturam, vt eadem concl. præced. admonuimus

529 *Præſcriptione minui poteſt iuriſdictio Conſer.*

monuimus & ſeq.concl. probabimus. Ideo autem initio huius concl.diximus, in caſibus in quibus poterat Conſeruator procedere priuatiuè ad ordinarium; nam ſi facultas Conſeruatori data ſit cumulatiuè, in ſolidum tamen reſpectu ordinarij, tunc non habebit locum præſcriptio, cum per non vſum non tollatur facultas aliquid faciendi, & iura facultatis ſint impræſcriptibilia, vt latiùs docuimus in tract.de Option. canon. cap. 8. num.20. & ſeq.quib.adde quæ dicemus infra cap.vlt.quęſt.vlt. concl. 2.

Decima quinta, & poſtrema concluſio. Iuriſdictio,& po-
530 teſtas Conſeruatoris † acquiſita, ſeu aucta præſcriptione, vel conſuetudine tollitur per contrariam conſuetudinem, patet tum quia † res facilè redit ad ſuam primæuam naturam l. ſi vnus, §. pactus, ibi, in priſtinam naturam rediit,ff.de pact.cum aliis plurib.ad id allegatis à Mandoſ.ad reg.2.Cancell.quæſt.2.
531 num.8. & Fel.in cap. cum omnes num.7. & ſeq.de conſtit.primęua verò natura,& origine iuriſdictio omnis in qualibet diœceſi eſt penes Epiſcopos reſpectu ſibi ſubditorum,vt concl.13. latiùs deduximus; tum quia † fauorabilis eſt reditus ad ius commune, c.ab exordio, 35.diſt.cum aliis adductis per Man-
532 doſ.ad reg.19.Cancell.quæſt.19.num.12.& Fel.in cap.cum acceſſiſſent,num.5.verſ.hanc declarationem intellige de conſtit. & num.6.vbi in materia iuriſdictionis in id allegat Feder.conſ. 14. & Abb. conſ. 25. col. 2. vol. 1. iure enim communi cauſæ omnes fori Eccleſiaſtici corā Epiſcopo, ſeu loci ordinario ſunt terminandæ in prima inſtantia, vt præter iura antiqua citata concl.13. nouiſſimè etiam cauetur in Concil.Trid.ſeſſ.24.cap. 20. de reform.

Poteſtas Conſeru.acquiſita quomodo tollatur.

Reditus rei ad primam naturam facilis.

Reditus ad ius cōmune fauorabilis.

Porrò ad prędictam conſuetudinem inducendam,qua dicta
533 conſuetudo, vel præſcriptio contra ius introducta tollatur, † requiretur ſpatium quadraginta annorum, cum conſuetudo contra ius ſimile ſpatium exigat d. cap. fin. cum ibi not. de conſuet. ſicut & præſcriptio contra ius Eccleſiaſticum, cap.de quarta, de præſcript.cum ſimil. tantum autem temporis requiratur † ad tollendam conſuetudinem,quantum ad eam indu-
534 cendam, vt ſatis oſtendimus d.tract.de Opt.canon.cap.8.num. 26.& duob.ſeqq. niſi fortè fauor cultus diuini,aut ſimilis aliud ſuadeat; quomodo exponi poteſt Abb.d. c.fin.quem refert, ac ſequitur Fel.d.cap.cum acceſſiſſent num.30.verſic. ſeptimò limita,

Conſuetudo prędicta quātū temporis requirat vt tollatur.

An tanto tēpore tollatur, quanto inducta.

Digitized by Google

mita, dùm ad tollendam conſuetudinem contra ius ſolùm requirunt ſpatium decem annorum. & hac ratione nos d. tractat. de diſtrib. quotid. docuimus, ſufficere ſpatium decem annorum ad tollendam conſuetudinem iam inductam, vt qui aliquibus horis canonicis intereſt, omnes diſtributiones etiam ceteris horis aliàs aſſignatas acquirat. Atque hæc de pręſenti quęſtione dicta ſint ſatis.

Qværo igitur decimò, An iuriſdictio Conſeruatoris extendatur ad familiares eius, qui litteras Conſeruatorias impetrauit.

Reſpondeo, quòd † ecluſa conſuetudine, vel præſcriptione extendi ad eos non poteſt. Quamuis enim certum ſit familiam Epiſcopi † gaudere priuilegio fori ipſius Epiſcopi, vt eſt optimus text. in cap. fin. de off. Archid. ibi, aſſerens illos priùs debere conueniri ſub ipſo, quàm coram officiali prædicto, ſpecialibus ipſius Archiepiſcopi, & hominum, ac familiæ ſuæ cauſis dumtaxat exceptis; quæ etſi eſt partis aſſertio, tamen à Pontifice eo ipſo tacitè ſaltem approbari videtur, quòd non reprobetur; ideóque per eum text. idem ibi adnotarunt Doct. communiter, prout per eundem hoc ipſum ex communi tradiderunt poſt alios Clar. in §. fin. ſeu pract. crimin. quæſt. 35. num. 18. Proſp. Farinac. quæſt. crimin. lib. 1. quęſt. 8. num. 46. & ante eos Abb. cap. 2. num. 6. de foro compet. Quod idem etiam omninò dicendum eſt de familia Cardinalium, vt nimirum, ſi deliquerit ea remittatur punienda ad ipſos Cardinales, prout ſeruari in Curia Romana ex Card. in Clem. ne Romani, quæſt. 7. tradit Pauin. in tract. de poteſt. Capit. ſed. vac. 2. part. princip. quæſt. 10. num. 39. quem refert, & ſequitur Clar. d. quæſt. 35. num. 17. Quamuis etiam probabile ſit † clerici quoque familiam priuilegio fori ipſius clerici gaudere, vt voluit gloſ. in cap. 2. 11. quæſt. 1. quam ſequitur ibi Archid. Io. An. d. cap. fin. de off. Archid. Alber. de Roſ. & alij l. 1. C. de epiſc. & cler. & poſt Imol tenet Andr. Barbat. & Seb. Sap. in Apoſt. ad Abb. d. num. 6. Soc. cap. 1. num. 21. de foro compet. quam opinionem dicit communem Calcan. conſ. 71. licet Capic. deciſ. 12. num. 2. in fin. quem laudant Farinac. d. num. 46. & Clar. d. num. 18. contrarium, & verius & communiter receptum aſſerat. ſed pro gl. opinione faciunt duo iura, quæ ad id allegat Soc. ſupr. nimirum l. pen. C. de fabric. lib. 11. vbi fabricenſes ipſi, & eorum familia priuilegio gaudent, vt non niſi coram certo iudice poſ-

535 *Familiares Conſeru. an gaudeãt ipſius priuilegio.*

536 *Familia Epiſcopi gaudet priuilegio eius fori.*

537 *Quid hic de familia Cardinaliũ dicendum.*

ſint conueniri, nec non l. 1. & 2. C. epiſc. & cler. vbi decernitur, quòd non modò clerici, ſed etiam eorum familia, filij nimirum & famuli gaudeant onerum immunitate, cum faciliùs
538 concedatur † priuilegium fori, quàm immunitatis ab oneribus vt patet in clericis coniugatis, quibus illud eſt conceſſum cap. vnico, de cler. coniug. in 6. cum ibi not. & ſuis ſimil. non hoc, cap. ex parte, extr. eod. tit. faciunt & latius adducta per Iacob. Menoch. tract. de arbitr. iud. caſ. 562. à num. 2. ad 16. vbi plures hac in re opiniones adducens eam diſtinguit, quam hîc inſerere non eſt neceſſe. facit & text. in cap. licèt, de priuileg. in 6. vbi
539 † priuilegium conceſſum ſingulari perſonæ audiendi, & celebrandi diuina tempore interdicti prodeſt etiam eius familiarib. domeſticis. Quamuis inquam hæc ita ſint, nihilominùs ideo facilè id conceditur familiæ Epiſcoporum, & forſan clericorum, quia nihilominus ab ordinario iudice huiuſmodi cauſæ cognoſcuntur, quorum iuriſdictio fauorabilis eſt, vt iam ſupra non ſemel admonendo docuimus; & agitur de ſubtrahendo aliquos à iuriſdictione laicorum, qui oppidò infenſi ſunt clericis, cap. laicos, & cap. laici, 2. quæſt. 7. cap. clericis, de immunit. Eccleſ. in 6. cum ſimil. At verò iuriſdictio Conſeruatoris odioſa eſt, quatenus detrahit iuriſdictioni ordinariæ, vt ſupra cap. 3. quæſt. vlt. docuimus; ac præterea non id præcipuè ageretur, vt familiares à laicorum, ſed vt ab ordinariorum iuriſdictione ſubtrahantur; atque adeo ſicut memoratum odium locum habet, ſic ceſſat prædictus fauor. Qua ferè ratione ſoluitur quod obiiciebatur ex d. cap. licèt; nam illud ideo eſt, vel quia neminem lædit, vel, vt ibi ait gloſ. communiter recepta, quia priuilegium aliàs redderetur inutile; vnde in eodem cap. dicitur, quod tale priuilegium conceſſum conuentui non prodeſſet familiaribus illius; at in caſu noſtro priuilegium fori conceſſum ei, qui obtinuit Conſeruatorem, non redditur eidem inutile, ſi non proſit familiaribus. præterquam quòd litteræ Conſeruatoriæ præiudicium aliquod generant Ordinariis locorum, quorum iuriſdictionem lædit, vt iam ſæpe dictum eſt.

Priuilegiũ fori facilius conceditur quàm immunitatis.

Priuilegiũ audiendi & celebrandi diuina tempore interdicti an proſit familiaribus.

540 Quod verò de Cardinalium familiaribus dictum eſt, id procedit tantum de ſtylo Curiæ, qui † licèt fortè ius faciat vbique in ſimili, vel potiùs eodem caſu, Specul. tit. de teſte, §. 9. & alij paſſim; quia tamen exorbitat à iure, non eſt ex vulgata iuris

Stylus Curiæ quando ius faciat.

Digitized by Google

ris regula in conſequentiam trahendus; immo nec facit ius etiam in ſimili caſu quoad alia loca, Abb. & alij in cap.ex litteris, de conſtit. Staphil.de litt.grat.prælud.2.ſimiliter quod Seb. Sap. in d. Appoſtill. Abb. d. num. 6. ait † generaliter priuilegium conceſſum perſonæ extendi ad familiares ex not in Authen.habita, C.ne fil.pro pat.Abb.in cap.quanto, not.3.de cenſ. & Alex.in l.ſi finita, §.ſi de vectigalibus col.3. verſ circa ſecundum, ff. de dam. infect. quod etiam poſt plerosque alios tradit Menoch.de arbitrar. iud.caſ.336. num. 10. & ſuaderi poſſe videtur ex latè traditis per Rebuf. tract.de priuil. ſcholar. priuil. 166. ferè per totum, & Horat.Luc.in ſimili tract.tit.de his qui gaud.priuileg.ſcholar. num.2. vbi per text.d. Auth. habita, C. ne fil.pro patre, ibi tam ipſi, quàm eorum nuntij, & aliis in ſpecie probant, priuilegia, quæ competunt ſcholaribus, competere etiam eorum famulis, & nuntiis; id inquam accipiendum eſt, vt procedat, vel vbi ſimus in priuilegio largiùs ſumpto, prout etiam quælibet beneficia Principis continet, quæ cum neque alterius iuri præiudicent, neque communi iuri contraria ſint, pleniſſimam habent interpretationem, cap. olim, de verb.ſignif.&c. quamuis, de præbend.in 6.cum not. vtrobique per Doct. nec non in rubr. de priuileg.& alibi ſæpe, vel vbi expreſsè de mente Principis appareat, quod alterius iuri detrahere velit, cap. quamuis, de reſcript. in 6. prout contingit in d. Auth.habita, C.ne fil. pro pat. quoad ſcholares; & quoad clericos reſpectu immunitatis ab oneribus l.1.& 2. C. de epiſc. & cleric. quæ allegat Rebuff.vbi ſupra, & nos quoque paulò ante commemorauimus. Stet igitur concluſio ſupra firmata, quòd regulariter litteræ Conſeruatoriæ non proſunt familiarib. eas impetrantium. Quæ etiam propter allegata confirmatur tum ex verbis text.d.cap.1. de offic. deleg. in 6. ibi, Conſeruatores defendere poſſint quos ei committimus defendendos; ſubaudiendum enim eſt antecedens, (illos,) ſeu, (eos,) aut aliud ſimile, quod expreſsè ponitur d.cap.fin.eod.tit.& lib.ibi, Sancimus, vt Conſeruatores, qui aliquibus, vt à manifeſtis iniuriis, & violentiis tueantur eoſdem, plerumque à ſede Apoſtolica conceduntur; nam † dictio, eos, & illos, aut ſimiles, perſonales ſunt, l. 1.ff.de vulg.& pupil. l.vlt. C. de inſtit. & ſubſtit. cum vtrobique not. Menoch.lib.4. præſumpt.62. num. 6. multò verò magis dictio, eoſdem, iuxta tradita per Bart. in l.ſi quis ſeruum, §.

541 *Priuilegiũ perſonæ datũ an extẽdatur ad familiares.*

542 *Dictiones perſonales quæ ſint.*

vlt.ff.de leg.2. Doct. d.l.1. & l. ſi ita ſcriptum, §. qui filio,ff.de bon.poſſeſſ.ſecundum tab. & alibi paſſim; tum ex text.in cap. P.& G. de offic.deleg. vbi habetur, quòd iuriſdictio delegata non extenditur etiam ex conſenſu partium ad perſonas in reſcripto non comprehenſas; licèt enim iuriſdictio Conſeruatoris tanquam delegati ad vniuerſitatem cauſarum æquipararetur ordinariæ, quæ prorogari poteſt de perſona ad perſonam ex conſenſu partium, vt plerique tradiderunt d.cap.P. & G.quos ſecuti ſumus queſt.8.huius cap.tamen negari non poteſt, quin verè ſit delegata, vt ſupra hoc ipſo cap.quæſt.1. concluſ.2. docuimus, quod verò prorogari pôſſit de perſona ad perſonam, id fit ex vi conſenſus partium,ad quem, vt ſuum effectum hac in re operetur, ſufficit, quòd iuriſdictio aliquo modo æquiparetur ordinariæ, vt patet ex iis, quæ d. quæſt. 8. latiùs adduximus. Ex quibus etiam ſtatim conſurgit prima limitatio ad cònluſ.in hac quæſt. propoſitam,vt nimirum
543 † ex conſenſu partium poſſit ad familiares impetrantis Conſeruatoris iuriſdictio

Iuriſdictio Conſeru. ad familiares extenditur partib. volentibus.

extendi. Limitatur 2.vt † poſſit extendi,ſi adſit conſuetudo, vel præſcriptio, quòd familiares quoque impetrantis litteras Conſeruatorias poſſint iiſdem vti iuxta ea quę in pręced.quęſt. in fine allegauimus præcipuè ex Trid. Concil. d.ſeſſ.14. cap.5.
544 de reform. in hæc verba:Familiaribus verò eius, (hoc eſt,Conſeruatorem impetrantis,) qui huiuſmodi litteris Conſeruatoriis tueri ſe ſolent,nihil illæ proſint,præterquam duobus dumtaxat, ſi tamen illi propriis eius ſumptibus vixerunt; ex quo-

Si ſit conſuetudo vel præſcriptio.

545 rum verborum duab. poſtremis clauſulis † habentur duæ ſingulares ſublimitationes huius 2. limitationis; altera quòd hi familiares,quib.ex conſuetudine,præſcriptionéve litteræ Conſeruatoriæ proſunt, non niſi duo eſſe poſſunt, eligendi, vt arbitror, per eum,qui litteras Conſeruatorias impetrauit,arg.eorum,quæ not.in cap.alternatiuis,de reg.iur.in 6.cum ſimil.modò tamen habeant qualitatem illam, quæ in ſequentibus verbis declaratur, vnde & altera ſublimitatio conſurgit, quòd

Quot, quibuſve familiaribus permittatur iuriſdict. Conſeruatoris.

546 † nimirum familiares illi viuant ſumptibus eius, qui Conſeruatorias litteras impetrauit; quod etiam iuri communi antiquo ſatis eſt conforme, nimirum cap.fin. de verb.ſignific.in 6. vbi dicitur, quòd ſi priuilegium alicui concedatur, vt poſſit conferre beneficia clericorum ſuorum, quódque iidem clerici poſſint in abſentia percipere fructus præbendarum ſuarum,

Familiares qui dicãtur.

clerici

clerici ſui in ſimilibus caſibus intelliguntur, qui verè familiares illius exiſtunt, & in eius expenſis continuè domeſtici commenſales, etiam ſi quos ex illis aliquando pro eiuſdem gerendis negotiis abeſſe contingat; ex quibus duob. iuribus, & aliis quotquot familiarium mentionem faciunt, apparet, familiares alicuius dici poſſe etiam eos, qui non ſunt continui commenſales, ſeu eiuſdem ſumptibus non viuunt, cum exceptio firmet regulam in caſibus non exceptis, l. nam quod liquidè §. fi. ff. de pen. legat. cum aliis adductis per Euerar. in loco ab except. ad reg. num. 1. verſ. de ſecundo autem; & ſpeciale in vno arguat contrarium fore generale, l. ius ſingulare, ff. de leg. l. 1. ff. ad municip. cum ſimil. de quibus per Doct. ibi, & in cap. præſenti §. loca verò, vbi opt. text. de præbend. in 6. ídque in ſpecie comprobatur ex iis, quæ latè poſt alios adducit Mandoſ. reg. 3. Cancell. quæſt. 18. & reg. 32. quæſt. 14. & nouiſſimè per Gonzal. ad reg. 8. Cancell. glo. 51. num 16. vſque ad 31. & num. 62. vſque ad 66. & Anaſtaſ. Germon. tract. de Indult. Cardin. §. præterquam poſt Gomeſ. in reg. de impetr. benef. per obitum Cardin. præcipuè quæſt. 13. & Fel. cap. in litteris, de teſtib. latè Menoch. de arbitr. iud. caſ. 201. à num. 111. vſque ad 127. & caſ. 52. ferè per totum. Ceterum familiares omnino certum eſt eos dici, & eſſe, qui ſunt de familia, vt nomen ipſum indicat, & colligitur ex traditis per Doct. d. cap. fin. de verb. ſignif. in 6. Fel. d. cap. in litteris, Doct. d. cap. fin. de offic. Archid. l. 1. & 2. C. de epiſc. & cler. & l. pen. C. de fabricenſ. lib. 11. & aliis in iuribus mox citandis & in ſpecie adnotauit Rebuf. in l. pronuntiatio, §. item appellatur, verſic. inde familiaris, ff. de verb. ſignific. poſt gloſ. & Doct. in ſumma, 3. q. 5. & d. cap. in litteris, de teſtib.

Nomen autem familiæ † licèt pro ſubiecta materia plures habeat ſignificationes, vt monuit inter ceteros Rebuf. d. l. familiæ appellatione, verſic. verum cum tot ſint, de verb. ſignific. & conſtat ex eod. Rebuf. & aliis d. l. familiæ, l. pronuntiatio, l. deteſtatio §. familiæ, & §. vnicus ſeruus, ff. de verb. ſignif. & ex text. l. 1. §. familiæ, ff. de ædil. edict. l. 1. §. familiæ, ff. de publican. l. 1. §. familiæ, ff. de vi, & vi arm. l. 2. §. familiæ, ff. vi bonorum raptor. tamen in hac, & ſimili materia priuilegiorum continetur familiæ appellatione coniux, filij, & famuli ſiue liberi ſint, ſiue ſerui, vt conſtat ex mox, & paulò ante citatis iuribus, iuncta l. quicumque, C. de re milit. lib. 12.

547 *Familia nomine quid notetur.*

Digitized by Google

Vt autem eò reuertamur, vnde non ſine fructu pauliſper digreſſi ſumus, prædictæ duæ ſublimitationes 2. huius limitationis ad propoſitam concl. quas ex Concil. Trid. verbis d. cap.
548 5. deſumpſimus, ceſſant † quoad Conſeruatorias litteras vniuerſitatibus generalibus, & collegiis Doctorum, ſeu ſcholarium, & Regularibus locis, nec non Hoſpitalibus actu hoſpitalitatem ſeruantibus, & vniuerſitatum; Collegiorum, locorum, & Hoſpitalium huiuſmodi perſonis conceſſas, quas in eo canone minimè voluit comprehendi; nam ſi ad familiares huiuſmodi perſonarum, locorum, vniuerſitatum, Hoſpitalium, & Collegiorum ex conſuetudine, vel præſcriptione fuerit Conſeruatoris iuriſdictio propagata, poterunt familiares illi, & in quouis numero, & qualeſcumque, licèt nimirum ſumptibus ſuis viuant prædictis Conſeruatoriis litteris vti, ſéque tueri.

Familiares Vniuerſitatũ &c. quomodo priuilegio Cõſeruatoriã impetrantium gaudeant.

Limitatur nunc 3. principalis huius quæſt. concluſio, quòd
549 † ſi iniuria, quæ familiari impetrantis infertur, talis eſt, vt etiam in ipſius impetrantis iniuriam redundet, tunc bene poterit Conſeruatoria impetrantis eiuſdem familiari prodeſſe etiam ſecluſa conſuetudine, vel præſcriptione, partiúmve conſenſu; & ratio manifeſta eſt, quoniam tunc iam de propellenda impetrantis iniuria, eóque defendendo agitur, niſi dicamus, hinc ſolùm concludi, poſſe dominum pro huiuſmodi familiaris ſui iniuria ſua Conſeruatoria vti ad agendum, non autem ipſum familiarem. ſed pro priori ſenſu eſt bonus text. in l. 1. §. fin. ff. de iniur. & §. item per vxorem, iuncto §. ſeq. Inſtit eodem tit. facit etiam 1. concl. ſeq. q. & quidem vxori, ſponſæ, filio, filiæve, aut nurui facta iniuria eo ipſo facta cenſetur marito, ſponſo, parententi ſiue proprio, ſiue ſponſi, iuxta text. in l. 1. §. item aut per ſemetipſum, & §. ſponſum quoque, ff. de iniur. item §. patitur autem, Inſtit. eod. tit. cum ſimil. ſeruis quoque facta ſiue in poteſtate, ſiue liberis tunc demum ſi iniuria ſit atrox, vel in contumeliam domini facta ſit, vt in d. §. item aut per ſemetipſum iuncto §. ſi quis ſic fecit, & §. item ſi liberum hominem, ff. eod. item §. ſeruis autem, & §. ſed ſi libero homini, Inſtit. eod. tit. cum ſimil. Nam vt ait Vlpianus d. l. item apud Labeonem, §. interdum, interdum iniuria ſeruo facta ad dominum redundat, interdum non; Nam ſi pro libero ſe gerentem, aut cum eum alterius potiùs, quàm meum exiſtimauit, quis cæciderit, non

Familiaris an vti poſſit iuriſdictione domini pro iniuria redundante in iniuriam ipſius domini.

cæſurus

cæſurus eum, ſi meum ſciſſet, non poſſe eum, quaſi mihi iniuriam fecerit ſic conueniri, Mela ſcribit. Hæc Vlpianus.

Quando autem dicatur iniuria ſeruo, ſeu libero homini ſeruienti fieri in contumeliam domini, tradunt gloſ. & Doct. cum alibi, tum præcipuè d.§. ſi quis ſic fecit, & §. ſi quis liberum hominem, ff.de iniur. item d.§.ſeruis autem ipſis, & §.ſed ſi libero homini, Inſtit. eod.tit. Atrox verò iniuria, quæ dicatur conſulendi ſunt text.in l.pretor edixit,§.atrocem iniuriam, & §. atrocem autem, ff. de iniur. vbi Doct. necnon d.§. ſeruis autem ipſis, atque alibi paſſim, latè Proſper. Farinac. lib. 3. q. criminal.quæſt. 195. inſpect.4. in qua quæſt.105. per totam latiſſimè iniuriarum, earúmque actionis materiam pertractat, præcipuè verò inſpect. 6. agit, quandonam iniuria facta ſeruo, filio, aut alteri ſanguine coniuncto cenſeatur domino,patri,& coniuncto, ita, vt ciuiliter, vel criminaliter agere hic poſſit actione iniuriarum.

Quãdo prædicta iniuria in dominũ redũdare cenſenda eſt.

Limitatur denique propoſita concluſio † in ſeruis Eccleſiarum probabiliter enim eos puto vti poſſe Conſeruatoriis conceſſis ipſis Eccleſiis. quod quidem procedit non ob eam rationem,quia ſerui Eccleſiarum gaudeant priuilegio fori,quod Eccleſiis competit, vt non poſſint conueniri coram iudice laico, iuxta text.in cap.2. ibi, minores Eccleſiæ, de for. compet. vbi Doct. & in cap.Eccleſiarum ſeruos 12.quæſt.2.& Soc.in cap. 1. num.8. de for. compet. id ipſum confirmantes, ac declarantes adnotarunt;nam quamuis id admittam, nequit tamen rationis loco afferri ad hanc limitationem; quoad hoc enim ei obſtat quod contra receptam, verámque doctrinam de familia Epiſcopi ſuprà hac ipſa quæſt. allegauimus, quatenus ea doctrina contrarium noſtræ principali concluſioni ſtatuere videbatur. Vera igitur ratio huius poſtremæ limitationis ad eandem concluſ.illa erit, quæ affertur ab ipſo canone, d.cap. 2. quod ſumptum eſt ex Concilio Pariſienſi, quoniam iniuria, quæ huiuſmodi ſeruis Eccleſiarum infertur,ipſis Eccleſiis irrogari dignoſcitur;atque adeo cum tunc præſumptione iuris iniuria Eccleſiæ cenſeatur, nil mirum ſi Conſeruator Eccleſiæ deputatus iuxta traditam ſibi à Principe facultatem eam iniuriam iure medio poſſit vindicare actione à ſeruis, vel ſaltem ab Eccleſiis coram eo intentata, iuxta id, quod limit. præced. adduximus. ad quod etiam in ſpecie eſt optimus text.in cap.auctoritate, de priuil.

580

Serui Eccleſiarũ an vti poſſint earũ priuilegiis.

priuil.in 6. vbi habetur à contrario ſenſu exemptos poſſe eſſe actores, ſeu defenſores in cauſis ſuorum ſeruorum coram ſuis iudicib. hoc eſt Conſeruatorib. quorum ibi mentio habetur; quod apertè voluit gloſ. recepta ibi verbo, liberorum, iuncta eadem gloſ. verbo, reuocamus. ſed de hoc videndum etiam quod dicemus quæſt.ſeq.ad finem. Plura de his familiarib.præter cit.Doct. videri poſſunt apud Iacob.Ant.March.quem non niſi poſt hæc ſcripta vidi in tract.de iuriſd.per, & inter iud. Eccleſ. & ſecul.exercend.part.4.caſ.111. & ſeq. vbi etiam de colonis. Iam verò ad alia tranſeamus, ſi priùs illud admonuerimus, quod etiam admonet Eman. Roder.tom.1.quæſt.reg. 65. art. 17. ſeruandam hac in re diſpoſitionem Trid. Concil. ſeſſ. 24. cap.11.de reform. & licet aliqui ſummi Pontifices præſertim Pius V.ad fauorem quorumdam Monaſteriorum aliter diſpoſuiſſe videatur; tamen huiuſmodi diſpoſitiones à Gregor. XIII. ad terminos Trid. Concil. redactæ fuerunt per quandam ſuam conſtitutionem, cuius, ac ſimul prædicti Conciliaris decreti latiùs mentionem fecimus ſupra cap.6.q. pen. & vlt. ante,& poſt medium.

551 *Littera Cōſeruatoria Varijs conceſſa, quibus proſint.* Poſſet etiam quæri, an † priuilegium Conſeruatoriæ conceſſum Religioni proſit eiuſdem Religionis Prælato; pro quo videndus Eman.Roder.quęſt.regular.tom.3.quęſt.51.art.8.vbi generaliter id quęrit de priuilegiis,& affirmatiuam ſententiam ſatis confirmat.

Item an conceſſum Prępoſito, vel Abbati proſit Commendatario.Qua de re concludendum eſt negatiuè ex iis,quę affert Roder.d.q.51.art.9.

Item an conceſſum Religioni, vel collegio conceſſum cenſeatur ſingularibus illius perſonis. & reſpondendum negatiuè ex traditis à Roderic.art.10.

Item an conceſſum omnibus ſingularibus perſonis alicuius Religionis ad eius Prælatos extendatur. & dicendum extendi ex adductis ab eod art.11.

Item an conceſſum Religioſis alicuius monaſterij, vel Religionis extendatur etiam ad Nouitios eiuſdem. & dicendum, probabilius eſſe, non extendi, per ea, quæ idem Roder.in quouis priuilegio affert ead.quæſt.51.art. 12. Denique (quod ferè coincidit cum.3.ab hinc quęſito)poſſet pro complemento huius quęſt.principalis quęri, An quilibet de capitulo,vel militia,

& locis

Digitized by Google

& locis priuilegiatis, quibus datus ſit Conſeruator, & quando poſſit eum eligere. Qua de re videndus Borgn. deciſ. 33. num. 16. part. 2. & Confett. in ſummar. mater. priuileg. tit. 4. cap. 6.

QVÆRO *vndecimò, An ratione connexionis, ſeu continentiæ cauſæ poſſit iuriſdictio Conſeruatoris extendi.*

Poteſt hæc quæſtio duobus modis formari. Primò ratione impetrantis litteras Conſeruatorias, vtputà ſi vna, eadémque iniuria ſimul infertur & ei, qui habet Conſeruatorem, & alteri, qui non habet vt in caſu Rebuf. tract. de priuil. ſcholar. priuil. 106. num. 1. & 5. quando iniuria fit ſcholari, & alteri exiſtenti in eius ſocietate, cui ſimilis eſt caſus in l. item apud Labeonem §. tenetur hoc edicto, ff. de iniur. ſi quis comitem alicuius appellauiſſet, aſſectatúſve eſſet; eſt † autem appellare blanda oratione alterius pudicitiam attentare, d. l. item apud §. appellare, & aſſectatur qui tacitus frequenter inſequitur, aſſiduáque frequentia præbet infamiam d. l. item apud §. aliud eſt aliud exemplum ſumi poteſt ex l. 1. §. fin. eod. vbi Vlpianus ex ſententia Neratij ait, ex vna iniuria interdum tribus oriri iniuriarum actionem, neque vnius actionem per aliam conſumi; vt puta vxori meæ filiæfamilias iniuria facta eſt, & mihi, & patri eius, & ipſi iniuriarum actio incipit competere. Secundò quæſtio formari poteſt, vbi contra certas perſonas litteræ Conſeruatoriæ ſunt impetratæ, quod fieri poteſt, vt per Io. An. communiter receptum d. cap. fin. de offic. deleg. in 6. in gloſ. & in nouell. quem etiam nos ſecuti ſumus cap. 1. quæſt. 2. ad finem. vtputa, ſi vna ex iis perſonis, contra quam impetratus eſt Conſeruator, cauſam habeat communem cum alia perſona in litteris non comprehenſa, vel ſimul cum ea iniuriam inferat habenti Conſeruatorem. iuxta haſce igitur duas quęſtionis ſpecies duas concluſiones ſtatuemus.

552 *Appellare vel aſſectari aliquẽ quid ſit.*

Prima concluſio. Conſeruator † poteſt iuriſdictionem ſuam extendere ad fauorem illius, qui ſimul paſſus eſt iniuriam, aut aliàs habet rem communem cum eo, qui Conſeruatorem illum impetrauit. Probatur quoniam ita quoad iniuriam in ſpecie tenet Rebuff. d. priuileg. 106. num. 1. & 5. dum ait, quòd, ſi iniuria illata ſit ſcholaſtico, & alteri, qui erat in eius ſocietate, agátque ſcholaſticus coram ſuo Conſeruatore pro illa iniuria, poterit etiam alter non ſcholaris coram eo agere; probátque id arg. text. in l. ſi communem fundum, ff. quemad. ſeru. amittat.

553 *Socius in aliqua re cũ impetrante Conſeruatoriam, ea poteſt vti.*

Digitized by Google

priuil.in 6. vbi habetur à contrario ſenſu exemptos poſſe eſſe actores, ſeu defenſores in cauſis ſuorum ſeruorum coram ſuis iudicib. hoc eſt Conſeruatorib. quorum ibi mentio habetur; quod apertè voluit gloſ. recepta ibi verbo, liberorum, iuncta eadem gloſ. verbo, reuocamus. ſed de hoc videndum etiam quod dicemus quæſt.ſeq.ad finem. Plura de his familiarib.præter cit.Doct. videri poſſunt apud Iacob.Ant.March.quem non niſi poſt hæc ſcripta vidi in tract.de iuriſd.per, & inter iud. Eccleſ. & ſecul.exercend.part.4.caſ.111. & ſeq. vbi etiam de colonis. Iam verò ad alia tranſeamus, ſi priùs illud admonuerimus, quod etiam admonet Eman. Roder.tom.1.quæſt.reg. 65. art. 17. ſeruandam hac in re diſpoſitionem Trid. Concil. ſeſſ. 24. cap.11.de reform. & licet aliqui ſummi Pontifices præſertim Pius V.ad fauorem quorumdam Monaſteriorum aliter diſpoſuiſſe videatur; tamen huiuſmodi diſpoſitiones à Gregor. XIII. ad terminos Trid. Concil. redactæ fuerunt per quandam ſuam conſtitutionem, cuius, ac ſimul prædicti Conciliaris decreti latiùs mentionem fecimus ſupra cap.6.q. pen. & vlt. ante,& poſt medium.

551 *Littera Cõſeruatoria Varijs conceſſa, quibus proſint.*

Poſſet etiam quæri, an † priuilegium Conſeruatoriæ conceſſum Religioni proſit eiuſdem Religionis Prælato; pro quo videndus Eman.Roder.queſt.regular.tom.3.queſt.51.art.8.vbi generaliter id querit de priuilegiis,& affirmatiuam ſententiam ſatis confirmat.

Item an conceſſum Prepoſito, vel Abbati proſit Commendatario.Qua de re concludendum eſt negatiuè ex iis,que affert Roder.d.q.51.art.9.

Item an conceſſum Religioni, vel collegio conceſſum cenſeatur ſingularibus illius perſonis. & reſpondendum negatiuè ex traditis à Roderic.art.10.

Item an conceſſum omnibus ſingularibus perſonis alicuius Religionis ad eius Prælatos extendatur. & dicendum extendi ex adductis ab eod art.11.

Item an conceſſum Religioſis alicuius monaſterij, vel Religionis extendatur etiam ad Nouitios eiuſdem. & dicendum, probabilius eſſe, non extendi, per ea, quæ idem Roder.in quouis priuilegio affert ead.quæſt.51. art. 12. Denique (quod ferè coincidit cum.3.ab hinc queſito)poſſet pro complemento huius queſt.principalis queri, An quilibet de capitulo,vel militia,

& locis

& locis priuilegiatis, quibus datus ſit Conſeruator, & quando poſſit eum eligere. Qua de re videndus Borgn.deciſ.33. num. 16. part.2. & Confett. in ſummar. mater. priuileg. tit.4. cap.6.

QVÆRO *vndecimò, An ratione connexionis, ſeu continentiæ cauſæ poſſit iuriſdictio Conſeruatoris extendi.*

Poteſt hæc quæſtio duobus modis formari. Primò ratione impetrantis litteras Conſeruatorias, vtputà ſi vna, eadémque iniuria ſimul infertur & ei, qui habet Conſeruatorem, & alteri, qui non habet vt in caſu Rebuf.tract. de priuil. ſcholar. priuil. 106. num.1. & 5. quando iniuria fit ſcholari, & alteri exiſtenti in eius ſocietate, cui ſimilis eſt caſus in l.item apud Labeonem §.tenetur hoc edicto, ff.de iniur. ſi quis comitem alicuius appellauiſſet, aſſectatúſve eſſet; eſt † autem appellare blanda oratione alterius pudicitiam attentare, d.l.item apud §.appellare, & aſſectatur qui tacitus frequenter inſequitur, aſſiduáque frequentia præbet infamiam d.l. item apud §. aliud eſt aliud exemplum ſumi poteſt ex l.1.§.fin.eod.vbi Vlpianus ex ſententia Neratij ait, ex vna iniuria interdum tribus oriri iniuriarum actionem, neque vnius actionem per aliam conſumi; vt puta vxori meæ filiæfamilias iniuria facta eſt, & mihi, & patri eius, & ipſi iniuriarum actio incipit competere. Secundò quæſtio formari poteſt, vbi contra certas perſonas litteræ Conſeruatoriæ ſunt impetratæ, quod fieri poteſt, vt per Io.An. communiter receptum d.cap.fin. de offic.deleg.in 6.in gloſ.& in nouell. quem etiam nos ſecuti ſumus cap.1. quæſt.2. ad finem. vtputa, ſi vna ex iis perſonis, contra quam impetratus eſt Conſeruator, cauſam habeat communem cum alia perſona in litteris non comprehenſa, vel ſimul cum ea iniuriam inferat habenti Conſeruatorem. iuxta haſce igitur duas queſtionis ſpecies duas concluſiones ſtatuemus.

552 *Appellare vel aſſectari aliquē quid ſit.*

Prima concluſio. Conſeruator † poteſt iuriſdictionem ſuam extendere ad fauorem illius, qui ſimul paſſus eſt iniuriam, aut aliàs habet rem communem cum eo, qui Conſeruatorem illum impetrauit. Probatur quoniam ita quoad iniuriam in ſpecie tenet Rebuff.d.priuileg.106. num.1. & 5. dum ait, quòd, ſi iniuria illata ſit ſcholaſtico, & alteri, qui erat in eius ſocietate, agátque ſcholaſticus coram ſuo Conſeruatore pro illa iniuria, poterit etiam alter non ſcholaris coram eo agere; probátque id arg.text. in l.ſi communem fundum, ff. quemad.ſeru. amittat.

553 *Socius in aliqua re cū impetrante Conſeruatoriam, ea poteſt vti.*

vbi maior, qui non eſt vſus ſeruitute, quam communem habet cum minore, illam non amittit propter priuilegium minoris. cui affine eſt quod ex gloſ.in l. vnic. C. ſi in commun. eadémque cauſ.reſt. poſtul. tradit idem Rebuf.d. priuileg. 106. num. 44. reſtitutionem minoris prodeſſe maiori in re indiuidua; quod etiam pluribus comprobat Benintend.deciſ.4. Bonon. in princ.& ex magis communi reſoluit eruditiſſimus noſtræ tempeſtatis vir Sfort.Odd tract.de reſtit.in integr.quæſt.46 artic.4. vbi etiam præter d.l.ſi communem, alium ad id affert text. in l. loci corpus.§.ſi fundum, ff.ſi ſeru.vendic. ad hanc porrò & ſimul etiam ſeq.concl. faciunt quæ ſupra quæſt.8. concl. 4. circa medium diximus de prorogatione iuriſdictionis Conſeruatoris ad perſonam non expreſsè cõtentam in reſcripto, ſed aliquo modo ratione iuris, quod in ea cauſa habeat; quódque † de tertio comparente ratione intereſſe, quod in cauſa habeat latè tradit Couar.lib.pract. quæſt.cap.13. & duob.ſeqq.vbi optimè & eleganter tractat hanc materiam tertij comparentis quando, & quomodo admittatur, de quo etiam videri poſſunt Doct. in cap.inter dilectos, de fid.inſtrum. cap.cum ſuper,& cap.quamuis, de re iud. l.1.& 2.C. quibus res iud. non noc.l.1.& tot.tit. C.res inter alios act.& Tiraq.in tract. res int.alios act. Mandoſ. in form.commiſſ.admiſſ. pro intereſſe, & ad reg.Cancellar. de annal.poſ.q.27.plura quoque alia ſimilia in argumentum ad id affert Rebuf.d.priu.106.per tot.quæ ferè omnia ad ſequentem potiùs concl.ſpectant,vbi tamen vnum dumtaxat ex illis,quod propiùs rem attingit,duo alia nos addentes examinabimus.hîc verò illud dumtaxat afferemus, quod rationis loco vtramque concl. mirificè confirmat,ſumptúmque eſt ex l.nulli,C.de iud. cap.1.de cauſ.poſſ.& propr.& c.1.de ſequeſtr.poſſ.& fruct.cum ibid. not. nimirum quòd † cauſa poſſeſſionis, & proprietatis debeat coram vno, eodémque iudice terminari, ne continentia cauſæ diuidatur, illúdque ſequatur abſurdum, quòd ſuper vno, eodémque facto contrariæ, vel ſaltem diuerſæ ferantur ſententiæ; neque etiam vna, eadémque res diuerſo iure debet cenſeri,l.eum qui,ff.de vſucap.cap.cum in tuâ,de decim.& cap. quia circa, de priuil.cum ſimil.

554 *Tertius cõparẽs,quando ab eodem iudice audiatur.*

555 *Poſſeſſionis & proprietatis cauſa corã eodem iudice tractanda.*

556 *Conſeruatoriã obtinens cõtra certas perſonas, an ea poſſit vti cõtra habẽtẽ cum aliqua illarũ cõmunẽ cauſam.*

Secunda concluſio. Poteſt qui impetrauit Conſeruatoriam contra certas perſonas, † ea vti etiam contra aliam perſonam, quæ cauſam communem cum illarum aliqua habeat. Probatur

tur id primò rationib. quas mox ad confirmationem quoque præced. concl. attulimus, nimirum ne continentia cauſæ diuidatur, ne ſuper eod. facto contingat contrarias, aut diuerſas ſaltem ferri ſententias, ne denique vna, eadémque res diuerſo iure cenſeatur.

Probatur 2. optimo ſimili; communi enim approbatione, & conſenſu, licèt non ita fortaſſis vſu recepta ſententia eſt, quòd † poteſt laicus delinquens ſimul cum clerico ſuper eo 557
crimine coram iudice Eccleſiaſtico conueniri ob eas præcipuè rationes, ne continentia cauſæ diuidatur, illúdque abſurdum ſequatur, vt ſuper eadem re contrariæ, aut diuerſæ ferantur ſententiæ, vt poſt alios tenet Soc. c. 1. num. 18. de for. compet. Rebuf. d. priuil. 106. verſ. quartò ſi laici; patétque ex relatis pariter, & laudatis per Clar. in pract. crimin. quæſt. 36. num. 46. Menoch. de arbitr. caſ. 371. num. 13. nouiſſimè per Farinac. lib. 1. quæſt. crimin. quæſt. 8. num. 151. & Iacob. Ant. Martha tract. de iuriſdict. per, & inter iud. Eccleſ. & ſecul. exerc. part. 4. caſ. 119. ſicut caſ. 108. per totum idem latè oſtenderat in cauſa ciuili; quicquid in contrarium ſicut etiam de præced. caſu dubitet Rebuf. d. priuil. 106. verſic. tertiò facit, & de hoc latiùs contendat Io. Gutier. pract. q. lib. 1. q. 6. per totam quoad cauſam criminalem; in qua priorem etiam ſententiam poſt alios ſequitur Couar. pract. q. cap. 34. num. 2. ſi cauſa ſit omnino indiuidua; quam limitationem veriſſimam eſſe puto, ſupponúntque præcitati Doct. omnes & expreſsè latéque Martha d. caſ. 118. atque etiam gl. d. l. vnic. C. ſi in commun. eadémque cauſ. cum aliis, quos refert & ſequitur Odd. d. art. 4.

Laicus habẽs delictum cum clerico corã quo & quando cõuen. indiu.

Quando autem † dicatur res indiuidua, tradunt gloſ. & 558
Doct. l. communi diuidundo, ff. commun. diuid. d. l. vnic. & d. l. ſi communem, Odd. d. quæſt. 46. art. 5. Mich. Craſſ. tract. de ſucceſſ. §. hereditas, quæſt. 12. num. 15. & quatuor ſeqq. aliiſque relati per Couar. d. num. 2. & cit. Doct. & latiſſimè Eguinar. Baro tract. de diuid. & indiuid. obligat. & Ant. Gomez. var. reſolut. tom. 2. qui eſt de contract. cap. 10. per tot. quod eſt de indiuid. communiter verò poſt gloſ. d. l. vnica, verbo, patrocinari, affertur exemplum de ſeruitute; omnis enim ſeruitus excepto vſufructu, eſt indiuidua, l. 1. §. ſi vſusfructus, ff. ad leg. Falc. & res poſita in conditione ſolutionis, quoniam reputatur factum; eſt indiuidua, l. fiſtulas, §. cui fundum, ff. de con-

Indiuiduũ quid quãdo dicatur.

trah.empt. Bart.in l.cui vſusfructus num. 4. ff. de vſufruct leg. communiter receptus teſte inter alios, quos refert, Craſſ. ſupra num. 18. Iaſ.in l.ſtipulationes non diuiduntur, num. 20. ff. de verb. oblig. ex qua etiam l. ſtipulationes ſumitur alia generalis regula, quòd ſtipulationes, ſeu obligationes ad factum ſunt indiuiduæ. Ceterum prædictam limitationem, quòd res debeat eſſe indiuidua, non ita puto amarè accipiendam, prout ſoli accipiunt Couar.d.num.2. & Odd. d. quæſt. 46. art. 4. & 5. quaſi neceſſe ſit, vt aliàs tunc non poſſet clericus vti fori priuilegio, aut aliquod priuilegiato conſorti, eiúſque iurib. præiudicium infertur, ita,vt,ſi diuiſio fieret, non eandem vtilitatem afferret pars quoad partem,quam eidem afferret, ſi totum omnibus prodeſſet; nam præterquam quod ſingularis eorum opinio eſt, contraria etiam ſententia, quòd ſufficiat ſola incommoditas, quæ priuilegiato ex diuiſione ſequeretur,ſatis probabilis ex eo redditur, quòd incommoditas ſat quoque eſt ad rei Eccleſiaſticæ alienationem, vt tradunt gloſ. & Doct. communiter cum alibi, tum præcipuè in ſumma 12. quæſt. 2. per cap. ſerrulas, ead. cau.& quæſt. Quando verò aliqua dicantur connexa videndi ſunt Dec. & alij in cap.quanto, de iud. Menoch. de arbitrar. iud.quæſt. 45. & caſ. 95. ex quibus illud colligitur connexa etiam dici quæ in iudicio incidenter, & quaſi in conſequentiam veniunt tractanda. Qua in re illud admonendi ſumus, quod tradit Tiraq. in comment. res inter al.act. num. 17. pone iudicem etiam delegatum non ſolùm de cauſa ſibi nominatim commiſſa, ſed & de alia, quæ incidenter aduenit, cognoſcere ex text. in l. vlt. in fin. & ibi Fulgoſ. C. vbi, & apud quos,& ſimil. text.in cap.cauſa,de in integr.reſtit.quem ad hoc ibi ponderat Abb.not.3.

Denique pro complemento, maioríque confirmatione tam huius, quàm præced.concl. duo hîc ſunt adnotanda. Alterum eſt id, quod hac de re diſponitur ab Alex. IV. in cap. auctoritate, quod eſt 4. de priuil. in 6. vbi cum in ſpecie de exemptorum Conſeruatoribus loquens,de iis alia quædam decreuiſſet, quorum & quæſt. præced. & alibi ſuis locis mentionem fecimus, prohibet, ne cauſas, ſiue lites proprias ſuorum hominum liberorum, quæ videlicet tantùm ad ipſos homines pertinent, iidem exempti ſuo nomine, ſiue vt actores, ſiue vt defenſores aliquatenus aſſumant; etiam ſi ſint ipſis dicti homines

cenſua

cenſuales;cum id nequaquam licitum ſit eidem. Hæc ibi ſummus Pontifex.qui quidem quòd in hoc etiam verſ.ſeu §.loquatur de Conſeruatoribus, vel ſaltem eos quoque comprehendat,prçterquam quòd id ſatis oſtendunt ea verba,iidem exempti, hoc eſt, illi, de quorum Conſeruatoribus mox locutus fuerat, adnotarunt quoque ibid. Gemin. & alij. dum autem idem Pontifex dicit, cauſas, ſiue lites, comprehendere voluit quicquid in iudicium ſiue criminale,ſiue ciuile,agendo,vel defendendo deducitur, iuxta cap.forus, de verb.ſignific.cum ibi not. & ſuis ſimil. dum autem ſubdit, proprias ſuorum hominum non aſſumant, à contrario ſenſu, quod eſt in iure fortiſſimum, permittit, vt aſſumant non proprias eorum hominum, hoc eſt, ſibi quoque communes quoad vtilitatem, quod & ſatis explicat Pontifex verbis illis ſtatim ſequentibus, quæ videlicet tantùm ad ipſos homines pertinent; & in ſpecie tradiderunt Gemin.d.cap.auctoritate, & gloſ.recepta,ibid.verbo,proprias,per text. in l. 1.ff.quan.appell.ſit, & cap. biduum, verſic. palam, 2.quæſt.6. vbi dicitur, palam eſt, illam propriam cauſam eſſe, cuius damnum, vel emolumentum ad aliquem ſuo nomine pertinet. idem voluerunt Hoſt. & Innoc. in cap. dilectis, de appell.relati, & ſatis probati ab aliis ibid.& gloſ.d.cap. auctoritate, verbo, pertinent; dum dixerunt,quòd ſi quis turbat cultorem agri mei, vel colonos meos, contra illum datur mihi vtile interdictum, vti poſſidetis, & etiam actio iniuriarum, ſi in iniuriam meam id factum ſit, arg.l.vim facit,ff.de vi, & vi arm.l. qui pendentem, ff. de act. empt. & vend & l. 1.§.ſi quis.tabulas, ff. depoſ. de furto tamen eis facto dominus non agit; ſibi enim ſubditi imputent, qui non bene cuſtodierunt; nec iniuriarum, ſi non ſit factum in iniuriam domini, ſed propter ſpeciale odium ſubditi. Iſti autem exempti aſſumebant in ſe cauſas ſuorum hominum ſiue vt actores, ſiue vt rei,quod eis non licèt,licèt illos habeant cenſuales; neque enim ideo communis cauſa eſt cum exemptis, niſi ageretur de interuertenda ſolutione cenſus iis facienda, vt patet; nec ſunt eorum ſerui, quo caſu, inquit gloſ.recepta, d.cap.auctoritate,verbo,liberorum, ſecus eſſet; & in hoc nulla eſt dubitatio, ſumpto ex eo text.argumento à contrario ſenſu, vt quæſt.præced.admonuimus. & quoad veros ſeruos, & alios, qui non ſibi,ſed nobis acquirunt, & recenſentur Inſtit. per quas perſ.nob.acquir.& In-

ſtit. per quas perſ.nob.oblig. acqu. cum ſimil. certum eſt; quatenus tamen de iis agatur,quæ non ſibi,ſed aliis acquirunt. qua ratione idem putarem de Monacho, qui Monaſterio acquirit, cap.vn.18.quæſt.1. cap. cum ad Monaſterium,de ſtat.Monach. cap.cum olim, il 2.de priuil.cum ſuis concord. De ſeruis verò adſcriptitiis, vel originariis,cum verè liberi ſint cap.2.vbi glo. Abb.& alij,de iud.ei ſtandum erit, quod de liberis hominibus cenſualib.d.cap.auctoritate,dicitur.

Non dicetur autem (& hoc eſt alterum, quod hîc adnotamus,) cauſa † connexa,& indiuidua iniuriarum,aut moleſtiarum, quas qui habet facultatem eligendi Conſeruatorem, paſſus eſt, ita, vt poſſit pro ipſo iniuriante, & moleſtante Conſeruatorem eligere, qua eum fortaſſe eruat è manibus iudicis ſecularis, tum per ea, quib. id in ſpecie tradit Eman. Roderic. quæſt.regular. tom.1.quæſt.65. art.11. verſ.infertur etiam.tum quòd hæc eſſet manifeſta colluſio à iure etiam canonico valde reprobata tot.tit.de colluſ.detegen.

559 *Potēs eligere Cōſer. an poſſit eū eligere pro eo qui ſibi iniuria intulit.*

QVÆRO *nunc duodecimò, & poſtremò in hoc 7.cap. Quas pœnas incurrant qui Conſeruatoris iuriſdictione abutantur.*

Tres habet hæc quæſtio inſpectiones.Prima eſt reſpectu perſonæ ipſius iudicis, hoc eſt Conſeruatoris. Secunda reſpectu partis. Tertia reſpectu ipſiuſmet actus, qui à iudice,vel à parte, aliáve perſona exercetur. Et quoniam circa haſce inſpectiones nonnullæ difficultates oriri poſſunt,nos eas omnes, omiſſa breuitatis ergo illarum propoſitione, ſingulis concluſionibus diſſoluemus;ex quibus quatuor ad primam inſpectionem, duæ ad ſecundam,& vnica ad tertiam pertinebunt.

560 *Suſpenſionē ab officio ad annum, qui & quomodo incurrant Conſeruatores.*

Prima concluſio. Conſeruatores † deputati iuxta terminos d.cap.1.& fin.de offic.deleg.in 6.ſi de aliis,quàm de manifeſtis iniuriis, & violentiis ſcienter ſe intromiſerint, ſeu ad alia, quæ iudicialem indaginem exigunt,ſuam extenderint poteſtatem, & ipſo per vnum annum ab officio ſunt ſuſpenſi. Ita totidem, immo iiſdem verbis diſponitur d.cap.fin. §. ſeu verſic.vt autem. & quidem quomodo accipienda ſint ea verba,(de aliis, quàm manifeſtis iniuriis, & violentiis,) & ab iis diſtinguantur, (ad alia, quæ iudicialem indaginem exigunt,) latiùs explicatimus quæſt.3.concl.1. hîc verò pro complemento huius concluſ. videndum eſt, quid intelligat ſummus Pontifex per ſuſpenſionem ad annum ab officio, quam incurri vult à Conſeruatore

uatore eo ipſo. Et licèt † non omnino improbabiliter dici poſſet, eam non eſſe ſuſpenſionem illam, ac cenſuram eccleſiaſticam, quæ ſuſpendit ſimul ab ordine, iuriſdictione eccleſiaſtica, vel eccleſiæ miniſterio, vt paulò poſt dicemus, ſed ſuſpenſionem ab officio Conſeruatoris, ſeu poteſtate huiuſmodi munus exercendi, vt in ſimili quidam expoſuerunt, vt refert Archid. cap. 1. de ſent. & re iud. in 6. ídque ob eam præcipuè rationem quoniam datur, & aliquando à iure infligitur ſuſpenſio à parte iuriſdictionis tantum, vt in cap. de tranſlat. Epiſc. cap. nihil eſt, de elect. cap. prouida, eod. tit. in 6. cap. vnic. ne ſed. vac. eod. lib. Clem. 1. §. ſi quis, de ſtat. Monach. & aliis iurib. in quib. probatur dari huiuſmodi ſuſpenſionem à parte iuriſdictionis tantùm, iuríque conſonum eſt, vt in quo quis deliquerit in eo etiam puniatur cap. paſtoralis, de iure pat. cap. fin de immun. eccleſ. cap fin. de temp. ord. in 6. extrauag. vnic. Io. 22. de ſent. excom. & puniatur quilibet iuxta menſuram delicti, cap. quæſiuit, aliàs quæſiuiſti, de his, quæ fi. à mai. part. cap. cum ſimil. & ſumus in odioſis, & pœnalibus, pœnæ autem reſtringendæ ſunt cap. in pœnis, & cap. odia, de reg. iur. in 6. & interpretatione iuris pœnæ molliendæ ſunt, vt ait Iureconſultus in l. interpretatione, ff. de pœn. cum ſimil. Tamen quia gl. & Doct. communiter d. cap. fin. §. vt autem, ac Summiſtæ omnes, vt S. Anton. Silu. Caiet. Nauar. in Man. Conf. cap. 27. num. 157. Suar. de cenſur. diſput. 31. ſect. 3. num. 17. (qui id in ſpecie adnotauit,) & alij quotquot enumerant caſus ſuſpenſionis, quæ cenſura eccleſiaſtica eſt, in iure expreſſos, hanc etiam recenſent, ab ea ſententia nos quoque non recedimus; maximè, quia ſemper in iure, vbi mentio fit ſuſpenſionis ab officio, intelligitur de ea, quæ cenſura eſt eccleſiaſtica; cum enim de ſuſpenſione à temporali officio, vel tantum à iuriſdictione intelligit canonis conditor, id exprimit, vt in cap. 1. de elect. in 6. & d. extrauag. vnic. & aliis præcitatis iuribus; noménque officij † ex ſermonis proprietate ita continet ordinem, & adminiſtrationem rerum eccleſiaſticarum, ſicut ipſam eccleſiaſticam, vel temporalem iuriſdictionem, vt mox oſtendimus; at verò etiam in pœnalibus ſtandum eſt ſermonis proprietati; & ſi hæc attendatur, non dicitur fieri propriè extenſio, ſed interpretatio ex vi comprehenſiua, vt tradunt Doct. d. cap. odia, cap. in pœnis, & l. interpretatione, & alibi ſæpe; & ea pœna infligenda eſt,

561 *Suſpenſio ab officio.*

562 *Officij nomine quid propriè notetur.*

eſt, quæ veriſimiliter magis timeatur, cap. quoniam frequenter, §.fin. vt lit.non conteſt. & facit cap.cum cunctis, §.clerici, de elect.& cap.vt clericorum, de vit. & honeſt.cler.cap.felicis §.ceterum, de pœn.in 6.cum aliis, de quibus per Marſil.l.1.nu. 256. C.de rapt. virg. & l.fin col.10. C. ad leg. Cornel. de ſicar. facitque in hac ſpecie text.in d.cap.fin. de offic.deleg.in 6. ibi, vt Conſeruatores limites ſibi traditæ poteſtatis, quos frequenter excedunt, metu pœnæ diligenter obſeruent: in ea verò pœna ſuſpenſionis ab officio ea quoque continetur, vt Conſeruatorem excedentem fines ſuæ iuriſdictionis ab eadem iuriſdictione ſuſpendat. Etenim officij nomen, quod ad perſonas eccleſiaſticas attinet, tria comprehendit, nimirum executionem ordinis, iuriſdictionem eccleſiaſticam, & eccleſiæ, rerúmve eccleſiaſticarum, ad Dei nimirum cultum pertinentium adminiſtrationem, vt ex rubr. de offic. ord. de offic. iud.deleg. de off. Vicar.de off.leg. de off.Archid.de off.Archipresbyt. de off.Cuſtod. de off.Sacriſt.de off.Primic.iuncto cap. perlectis, diſt. 25. atque ex Abb. de communi atteſtante concludunt in ſpecie Bart.Vgol.tract.de cenſur.eccleſ.tab.4.cap.6. in princ. num.1. & duob. ſeqq. & Greg. Sayr. de cenſur. lib. 4. cap.5. num.1.cum duob.ſeqq.vbi etiam officium ſit ſumptum, quatenus ab eo quis per cenſuram eccleſiaſticam ſuſpenditur, deſcribunt, quòd ſit poteſtas quædam eccleſiaſtica rei eccleſiaſticæ gerendæ aut ab ordine, aut à iuriſdictione, aut ab adminiſtratione eccleſiaſtica proficiſcens, ſeu pendens. ab his porrò omnibus tribus ſpeciebus officij, ſeu eorum executione, atque vſu quis ſuſpenditur, cum ſimpliciter ab officio ſuſpenditur, vt idem Vgol.ſatis probat d.cap.6.§.ibid.in fine,& quidem optimè inferens, quòd, ſi plures ob idem delictum in hanc ſuſpenſionem incidant, quorum alter ordine tantum initiatus ſit, alter verò & iuriſdictionem eccleſiaſticam, (addere poterat, & rerum eccleſiaſticarum, ſeu ſacrarum adminiſtrationem,) habeat, hic à pluribus, ille à paucioribus ſuſpenſus erit.

Suſpenſus igitur ab officio ea, quæ ordinis ſunt obire, & exequi non poterit; quod ſi faciat, irregularis efficitur, cap.2.de

563 *Suſpenſio à iuriſdictione eccleſ. quid prohibeat.*

cler.excom. miniſtr. & ibi Doct. & in cap.1.de ſent.excom. in 6. latè Vgol.d.tract.de cenſ.eccleſ.tab.1. cap.14.§.1. num.1.ſuſpenſus autem à iuriſdictione † nihil eorum, quæ iuriſdictionis ſunt, poterit exercere, vt cenſuras ferre, beneficium conferre,

Digitized by Google

ferre electionem confirmare, iùs dicere, & ſimilia facere; de quibus per gloſ.& Doct.cum alibi, tum in cap.tranſmiſſam,de elect.vt in ſpecie docet idem Vgol.d.cap.6.§ 7. num.1.5.& vſque ad 10. iuncto eo, quod latiùs tradit tab.2. cap. 11. præſertim §.2. non tamen, ſi eam exerceat, irregularitatem incurrit, etiamſi cenſuras ferat, aut tollat, modò ſine vllis ceremoniis, aut ſolemnitatibus, Innoc. & Hoſt.cap.fin.de exceſſ. prælat. vt tradunt Anchar.& alij in cap.1.de ſent.excom.in 6.& cap.1.de re iud. eod. lib. quorum doctrina communis eſt teſte Bened. Cap.reg.83. num.20. & Vgol. d. tab.1. cap.14. §.1. num.15. & 16. qui duo Doct. ibi poſt alios cumulant caſus, in quibus ſuſpenſus irregularitatem non incurrit, aut etiam incurrit. ſuſpenſus denique à ſacrorum adminiſtratione, qualis competit cuſtodi, & ſacriſtæ,licèt prohibeatur ei talis adminiſtratio,non tamen irregularitatem incurrit; quoniam eam non incurrit ſuſpenſus, niſi diuinis ſe ingerat, vt habetur d.cap.1.§. caueant, & cap.is, cui, de ſent. excom. in 6. nam eam dumtaxat incurrit ſuſpenſus ab ordine, qui actum ordinis exercet,vt tradit Vgol.d. §.1. num.1.& 13. Couar. in cap. alma mater par. 1.§. 8. num.5. de ſent.excom.in 6. Nauar.in Man.Confeſſ.cap.27.nu. 244. ex quibus patet, quid dicendum ſit in huiuſmodi caſibus de Conſeruatore, qui in ſuſpenſionem canonis d.cap.fin. ob id inciderit,quòd limites ſuæ poteſtatis exceſſerit.

Limitatur autem hæc concluſio, primò, vt † d.ſuſpenſio non incurratur à Conſeruatore, cui conceſſa ſit facultas in commiſſione de iis cognoſcendi, quæ requirunt iudicialem indaginem,vt in ſpecie inter ceteros adnotauit Nauar.in Man. cap.27. num.157. & ſentit Suar.tract.de cenſur. diſp.23.ſect 4. num. 10. 564 *Suſpẽſionem ab off.quãdo nõ incurrat Cõſeruator:*

Limitatur 2.vt nec incurratur † ab Epiſcopo, aut alio habente epiſcopalem iuriſdictionem in Conſeruatorem electo, ſeu deputato iuxta terminos d.cap.fin.ſi in perſonas, & loca ſibi ſubiecta eam exercens, cognoſcat de aliis, quàm manifeſtis iniuriis, de iis nimirum, quæ iudicialem exigunt indaginem; nam, cum & tanquam Conſeruator, & tanquam epiſcopalem habens iuriſdictionem procedere poſſit, ſumetur ea coniectura,vt euitetur delictum, & pœna,iuxta l.meritò,ff.pro ſoc.cum ſimil.quæ ratio cum ceſſet, vbi quoad res, & perſonas ſibi non ſubiectas procedat, tunc, ſi de non notoriis, ſeu de aliis,quàm 565 *vel Epiſcopus.*

Ppp

Digitized by Google

manifeſtis iniuriis, aut iudiciálem indaginem exigentibus cognoſcat, licèt aliàs epiſcopali gaudeat poteſtate, d.pœnam ſuſpenſionis incurret, vt infra concl.3.latiùs dicemus.

Reliquum autem eſt dubium in hac prima concluſ. an ex eo, quòd Conſeruator excedens limites ſibi traditæ poteſtatis
566 *Suſpẽſus ab off. an à beneficio ſuſpẽſus ſit: &* ſuſpenditur ab officio d.§.vt autem, † cenſeatur etiam ſuſpenſus à beneficio, quæ ſuſpenſio operatur, vt careat vſu iuris percipiendi fructus, & emolumenta eccleſiæ; quod probant ea, quæ adducit Vgol.d tab. 4. cap. 8. §. 1. non autem probant id, quod ipſe addit, vt † careat vſu iuris tuendi iura eccleſiæ, &
567 *An tueri poſſit iura Eccleſiæ & beneficij.* fructuum illius, licèt id ipſum velit Dec. cap. Apoſtolicæ, de except. quamuis enim hoc ius ſpectet clerico ratione beneficij, cap.generali, §. illos, de elect. in 6. cap. 2. de reb. eccleſ. non alien. eod.lib. cap. 1. & duob.ſeqq.de reſt.ſpol.vbi id not.Doct. item cap.in præſentia, de probat. cap.ex parte il 3.de cler. non reſid. toto ferè tit.de in integr.reſtit. ſæpe in tit.de iudic. & alibi paſſim; tamen neque pœna eſt ſuſpenſo, quòd ei interdicatur ius proſequendi iura eccleſiæ, illamque tuendi; & ipſa eccleſia interim damnum ſentiret, cum careret defenſore; contrariúmque in ſpecie tenent Anchar.Gemin.& alij cap.cupientes, § ceterum de elect. in 6.& Abb.in cap.cum bonæ,de ætat. & qualit. dum aſſerunt, ſuſpenſionem à beneficio idem eſſe, quod priuari fructibus beneficiorum, quos refert etiam idem Vgol.d.§.1. verùm quoad principale dubium, quod propoſuimus, an Conſeruator ſuſpenſus ab officio vigore d.canonis ſit etiam ſuſpenſus à beneficio, hoc eſt, à perceptione fructuum beneficij; gloſ.d.cap.fin.§. vt autem, verbo, officio, affirmatiuam tenet; cuius opinionem amplexus eſt poſt eam Laudun. Gemin. & Prob.ac Silueſt. verbo, Conſeruator,num. 5.ante illam verò Io Monach.& Archid.d.§. vt autem,qui tamen ſe remittit ad notata per eundem in cap.1.de ſent.& re iud.in 6.vbi cum Hoſt. ait, id, quod dicunt aliqui ſuſpenſum ab officio ſu-
568 *Suſpẽſus ab off. & beneſ. quomodo quis cenſeatur.* ſpenſum quoque fore à beneficio, † verum eſſe in ſuſpenſione ab homine lata; ſecus ſi à iure; quam etiam diſtinctionem ſimul cum aliis duabus, nimirum, vt affirmatiua procedat poſt mortem petendæ abſolutionis, negatiua ante moram; vel illa, vbi de delicto conſtet, quódque illud ſit graue, hæc autem ſi delictum leue ſit, vel dubitetur aut ſi graue, de eo non habetur, niſi infamia, refert gloſ. Clem.cupientes, in princip.verbo, ſuſpenſi,

Digitized by Google

ſuſpenſi, de pœn. eaſdem diſtinctiones aliqualiter confirmans, ac ſimul iungendas, & ſequendas affirmans; quomodo verò iungi poſſint non declarat; id autem præſtat ibi Abb. num. 7. quem videas, ſi lubet; aliter quoque eas iungit Silueſt. verbo, ſuſpenſio, num. 5. poſt Anch. & Calder. & Card. ibid. verſicul. quodque, num. 8. aliique, quos refert Sayr. d. lib. 4. cap. 5. num. 14. Couar. epit. ſponſ. 2. part. cap. 6. num. 13. & 14. At indiſtinctè, quòd ſuſpenſus ab officio, ſuſpenſus quoque ſit à beneficio, tenet eadem gloſ. Io. An. in cap. quia ſæpe, verbo, beneficiis, de elect. in 6. gloſ. Bern. in cap. latores, verbo, ab officio, de cler. excom. miniſtr. Innoc. & alij nonnulli in cap. paſtoralis, de appel. mouentur præcipuè, quoniam beneficium datur propter officium, cap. fin. de reſcript. in 6. & vt ait Io. An. d. §. vt autem in ſpecie Conſeruatoris, beneficium eſt ſequela officij: prohibito autem principali prohibitum etiam cenſetur acceſſorium, arg. cap. acceſſorium, de reg. iur. in 6. l. cum principalis, ff. eod. tit. l. oratio, ff. de ſponſal. cum ſimil.

Ego verò in ea ſum ſententia, vt in terminis d. cap. fin. Conſeruator ſuſpenſionem ab officio incurrens non tamen incurrat ſuſpenſionem à beneficio. Probatur, quoniam ſumus in ſuſpenſione à iure lata, in qua iuxta ſententiam Archid. & Hoſt. d. cap. 1. de ſent. & re iud. in 6. ſuſpenſus ab officio non eſt ſuſpenſus à beneficio. Deinde quoniam probabilius mihi eſt, vt regulariter loquendo ſuſpenſus à beneficio non ideo ſuſpenſus ſit à beneficio. Ita Imol poſt Paul. d. Clem. cupientes, ac plerique Doct. d. cap. latores, & cap. paſtoralis, Summiſtæ ferè omnes, verbo, ſuſpenſio, Nauar. in Man. cap. 27. num. 160. & ſeq. Tolet. lib. 1. inſtruct. ſacerd. cap. 45. verſic. quartus effectus eſt ad fin. Vgol. d. tab. 4. §. 3. per totum & alij, quos refert, ac ſequitur Thom. Sanchez de Matrim. lib. 3. diſput. 51. num. 12. Greg. Sayr. de cenſur. lib. 4. cap. 5. num. 16. & Franc. Suarez tract. de cenſur. & irregular. diſput. 26. ſect. 3. verſ. dicendum cenſeo, vbi & hanc communem teſtatur eſſe ſententiam & eam confirmat opt. text. in cap. inter ſollicitudines, de purgat. canon. in princ. ibi, licèt ergo eccleſiaſtica conſtitutio tales, (de infamatis autem de aliquo crimine intelligit,) ab officio tantum vſque ad purgationem canonicam doceat ſuſpendendos, quia tamen eum etiam à beneficio propter immunitatem criminis ſuſpendiſti; volumus improbare; ſi enim per ſuſpen-

ſionem ab officio erat ſuſpenſus à beneficio, non requirebatur huius expreſſio in ſententia, & fruſtra diceret Pontifex, quòd non improbabat ſuſpenſionem etiam à beneficio. Confirmatur autem hæc ſententia primò, quia cùm ius ſuſpendit ab vtroque, id exprimit, vt in cap. 2. de fideiuſſ. cap. tam litteris, de teſti. cap. fi. de exceſſ. prælat. cap. quia ſæpe, de elect. in 6. cap. exigit, de cenſ. eod. lib. & aliis in iuribus, quæ ad id allegat Sayr. d. num. 16. Sanchez d. num. 12. Vgol. d. §. 3. Secundò quia nomine beneficij non comprehenditur officium, nec contra, vt patet ex diuerſis titul. de illo enim habetur in rubr. de off. Archid. & aliis paulo ante relatis, de hoc in tit. de præbend. Tertio, quia in pœnalibus maximè non eſt facienda extenſio, neque recedendum à ſermonis proprietate, ſed potiùs fit reſtrictio cap. odia, & cap. in pœnis, de reg. iur. in 6. l. ſi præſes, & l. interpretatione, ff. de pœn. cum inibi not. Rationi autem in contrarium allegatæ ſatis fit dicendo, ſublato, ac prohibito principali cenſeri prohibitum & ſublatum acceſſorium inſeparabile, non autem ſeparabile, vt notant Doct. in cap. acceſſorium, & aliis iurib. in contrarium allegatis; at verò licèt beneficium detur propter officium, tamen illud ab hoc eſt ſeparabile, cum multi officium habeant ſine beneficio. Illa verò diſtinctio de ſuſpenſione ab officio lata ab homine, & à iure nullo textu expreſſo, nulláque ſolida ratione nititur; nam quod officium, & beneficium, & ſuſpenſiones ab iis latæ diſtincta ſint, quódque ſimus in pœnalibus quæ reſtringenda de iure ſunt, æquè militat in ſuſpenſione ab homine, & à iure lata; iuribus verò quæ pro ea ſententia adducuntur, & valde remota ſunt; ſatis reſpondet Vgol d. §. 3. & Suarez d. ſect. 3. verſ. nec diſtinctiones, & verſ. quapropter multò minus, vbi etiam optimè reiicit prædictas, aliáſque diſtinctiones, quæ à pleriſque Doct. hac in re in medium afferuntur. Stet ergo firma concluſio, quòd Conſeruator incurrens ſuſpenſionem ab officio iuxta diſpoſitionem d. cap. fin. non ideo incurrat ſuſpenſionem à beneficio, quod & contra glo. d. cap. fi. in ſpecie docet Suarez d. tract. de cenſur. diſput. 31. ſect. 3. num. 17. in fi. atque adeo fructus ſaltem eo ipſo non amittat, licèt fortè iis priuari poſſit; quod etiam dumtaxat dici poteſt voluiſſe Innoc. d. cap. paſtoralis, de appell. & alios, dum dixerunt, ſuſpenſum ab officio debere fructibus priuari, quod etiam Imol. d. Clem. cupientes docet,

Digitized by Google

docet, vbi res ſit grauis, & adſit mora.

Limitatur autem hæc opinio ſic, vt ſupra, à nobis poſt alios confirmata, vt tamen † eo ipſo amittat talis Conſeruator ſic 539
ſuſpenſus diſtributiones quotidianas, & ſi qui alij fructus re- *Suſpēſus ab*
quirunt ad eorum acquiſitionem ordinis executionem. ita in *officio quæ*
ſpecie de ſuſpenſo ab officio tradit Vgol. d. §. 3. ad finem, & *amittat.*
Nauar. d.cap.27. num. 160. cuius ipſe non meminit, meminit autem id confirmans Suarez d. diſput. 26. ſect. 3. verſ. dicendum cenſeo, & Sayr. non diſſentiens d. cap. 5. num. 15. eandémque opinionem tenet Tolet. ſupra & Imol. poſt Paul. dict. Clem. cupientes; & quoad diſtributiones quotidianas generatim de ſuſpenſo amplexi ſumus in noſtro tract. de diſtrib. quotid. par. 2. quæſt. 15. num. 37.

Secunda concluſio. Vbi poteſtas Conſeruatoris † reſideat 570
penes collegium aliquod, vel Capitulum (ſiue quia in illud ſe- *Collegiū de-*
de vacante tranſeat ſimilis poteſtas, quam haberet Epiſcopus, *putatum in*
de quo an verum ſit, videbimus cap. vlt. quæſt. 3. concluſ. 5.) *Conſeru. an*
ſiue potiùs quia ſummus Pontifex de certa ſcientia huiuſmodi *ab off. ſuſpē-*
Collegium, ſeu Capitulum deputet in Conſeruatorem; quod *ſionem in-*
fieri poſſe nemo iure dubitare poteſt, cum ſit capax iuriſdictio- *currat.*
nis, cap. 1. de inſtit. in 6. cap. 1. ne ſed. vac. eod. lib. cum aliis concord. quæ d.cap. vlt. afferemus;) ſi excedat limites ſibi traditæ poteſtatis, ipſum quoque incurret ſuſpenſionem ab officio, de qua in d.cap. fin. Probatur hæc concluſio; nam & Collegium, & Capitulum ſimpliciter ſuſpendi poteſt, vt conſtat ex extrauag. 1. de ſimon. in commun. & ſuſpendi, ſeu ſuſpenſionem incurrere poteſt à beneficio tantum, vt ex text. in extrauag. iniunctæ nobis, de elect. in commun. & ab officio tantum, vt d.cap. 1. ne ſed. vac. in 6. & à beneficio ſimul, & officio, vt d.cap. quia ſæpe, de elect. in 6. per quæ iura id in ſpecie adnotauit Vgol. d. tab. 4. cap. 13. in princ. num. 1. qui etiam §. 1. optimè probat, Capitulum, Collegiúmve ſuſpenſum ab officio ea obire non poſſe, quæ officij ſunt, vt beneficium conferre, œconomum, aut vicarium ſede vacante deputare, neque ea, quæ ordinis ſunt, delegare. at verò §. 2. ſatis oſtendit Capitulo, ſeu Collegio ſuſpenſo non cenſeri ſuſpenſos ſingulos de Capitulo. ex quibus ſimul iunctis colligo, quòd non poterit Capitulum ſuſpenſum diuina celebrare, decantaréve communiter horas canonicas, atque adeo nec diſtributiones percipe-

te: poterunt tamen ſingulares de Capitulo, vt ſinguli etiam in eadem Eccleſia celebrare, & in alia Eccleſia etiam in choro horas canonicas dicere, & ibi etiam diſtributiones quotidianas lucrari, ſi quis diſpenſatus ſit, vt duabus in Eccleſiis canonicatum obtineat.

571 *Epiſcopi, Archiep. & alij incurrere poſſũt ſuſpenſionem.*

Tertia concluſio. Probabilius puto, tam † Epiſcopos, Archiepiſcopos, & alios ſuperiores, quàm etiam Cardinales deputatos Conſeruatores iuxta terminos d. cap. 1. & fin. de offic. deleg. in 6. ſi excedant limites ſuæ poteſtatis, nimirum ſe intromittentes ſcienter in iis, quæ requirunt iudicialem indaginem, incurrere ſuſpenſionem, de qua in d. cap. fin. Et quidem quoad Epiſcopos & ſuperiores probatur; licèt enim Epiſcopi, & alij ſuperiores Prælati nullius conſtitutionis, ſententiæ, vel mandati occaſione, interdicti, vel ſuſpenſionis ſententiam vllatenus incurrant ipſo iure, niſi in ipſis de Epiſcopis expreſſa mentio habeatur, vt diſertis verbis cauetur in cap. quia periculoſum, quod eſt 4. de ſent. excomm. in 6. tamen de iiſdem expreſſa mentio habetur in d. cap. fin. dum ibid. in princ. inter eos, qui ſoli Conſeruatores deputari poſſunt, Epiſcopi, & eorum ſuperiores numerantur; vnde, cum eod. cap. fin. §. vt autem prædicta pœna apponatur ſimpliciter Conſeruatoribus excedentibus limites ſibi traditæ poteſtatis, Conſeruatores autem ij eſſe poſſunt, qui ſuperiùs erant enumerati; ſi dubitari nequit, quin Abbates, & alij qui cum Epiſcopis ibi recenſentur, d. pœnæ ſubiiciantur, idem de Epiſcopis dicendum erit; nam clauſula determinans reſpiciens plura determinabilia, æqualiter ea determinat, l. iam hoc iure, ff. de vulg. & pupill. cum ſimil. & quòd ſufficiat in ipſa conſtitutione mentionem fieri Epiſcoporũ, nec requiratur quod fiat in parte pœnali eiuſdem ſatis conſtat ex d. cap. quia periculoſum, ibi, in ipſis, id eſt, conſtitutione, ſententia, vel mandato, vt exponit ibid. gloſ. ab aliis recepta, verbo, in ipſis contrarium tamen huic noſtræ concluſioni, ac ſententiæ tenuit Suarez tract. de cenſur. diſp. 31. ſect. 3. num. 17. quia, inquit, licèt in principio illius cap. inter eas perſonas, quæ poſſunt in Conſeruatores eligi, primo loco ponantur Epiſcopi, & eorum ſuperiores; nihilominus clauſula pœnalis ad illos non extenditur, propter cap. vt animarum periculis, (ſed voluit allegare d. cap. quia periculoſum,) de ſent. excomm. in 6. verum ne recedas à noſtra ſententia tum per

prædicta

prædicta ex quibus etiam ſatis tollitur eius fundamentum: tum quia non debet vna, eadémque res, id eſt, conſtitutio, duplici iure cenſeri, vt vnius, eiuſdémque conſtitutionis aliqua pars loquens de Conſeruatoribus Epiſcopos non comprehendat, cæteræ verò non comprehendant, contra cap. cognouimus, 12. quæſt. 2. cap. cum in tua, de decim. l. eum, qui, ff de vſucap. cum ſimil. ſecus etiam, quod in eo text. cauetur de Conſeruatoribus, ne extra certum locum trahant, deputent, aut aliàs procedant, & ſimilia, Epiſcopos Conſeruatores non afficerent. Quòd autem illa ſit vnica, & ſimplex conſtitutio, patet vel ex illis primis eius verbis, (hac conſtitutione.) Admittenda tamen eſſet opinio Suarez in vno caſu, de quo egimus ſupra hac eadem q. concl. 1. limit. 2. vbi Epiſcopus Conſeruator deputatus procederet in locis, & inter perſonas in quibus, & inter quas aliàs tamquam Epiſcopus poſſet procedere.

Maior autem difficultas eſt † quoad Cardinales, qui maiorem habent dignitatem, quàm Epiſcopi, vt ex communi inter alios quamplurimos relatos concludit D. Anaſtaſius Germonius ſuperioribus menſibus ad Archiepiſcopalem dignitatem meritò eue&tus in tract. de ſacror. immunitat. lib. 3. cap. 6. num. 42. neque expreſsè nominari videntur, d. cap. fi. in princ. maximè cum Cardinales † non comprehendantur in generali conſtitutione, præſertim pœnali, & odioſa, vt plerique tenuerunt, quos retulimus in tract. de decim. cap. 9. num. 112. ac recenſet D. Hieron. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloſ. 24. num. 11. & ſequitur Anaſtaſ. Germon. d. cap. 6. num. 55. qui etiam num. 56. in ſpecie infert poſt Mart. Laudenſ. tract. de Cardin. quæſt. 62. Iacobat. tract. de Concil. lib. 1. act. 12. & Io. Lecirier. tract. de primogen. quæſt. 24. lib. 1. num. 32. Cardinales numquam comprehendi ſub cenſuris in conſtitutionibus appoſitis, niſi de eis nominatim cautum ſit.

572 *Cardinales an incurrãt ſuſpẽſionem: &*

573 *Quomodo cõprehendãtur in cõſtitutione pœnali.*

Verum adhuc dicimus, Cardinales prædictæ pœnæ ſuſpenſionis, de qua in d. cap. fi. ſubiici; tum quòd plerique tenuerunt, Cardinales comprehendi conſtitutione generali, quos referunt Gomeſ. & alij ſupra allegati, & in ſpecie quoad pœnas, & cenſuras, latè Vgol. d. tract. de cenſur. tab. 1. cap. 17. §. 6. num. 10. id plurib. comprobans; tum quòd ſatis expreſſa de iis mentio habita eſt ſiue ſub iis verbis, (vel eorum, hoc eſt,

Epiſco

Digitized by Google

Epiſcoporum ſuperiores;) ſiue ſub iis, (dignitates, vel perſonatus in Cathedralibus Eccleſiis abſtinentes;) neque enim aliàs eſſe poſſunt Conſeruatores, vt ſupra cap. 5. quæſt. 3. docui-
574 mus; nam & datur † expreſſio generalis, ſeu verbis generalibus, Bart. & alij in rubr. & l. 1. ff. de vulg. & pupil. aliique paſſim, ſufficítque in genere eſſe cogitatum, l. qui iure militari, ff. de teſtam. mil. cum aliis adductis per Gabr. commun. concluſ. lib. 6. tit. de reg. iur. concluſ. 4. per totam; atque adeo locum habet ratio, quam in Epiſcopis paulò ante adduximus de æquali determinatione. Tum etiam quia Cardinales ipſi comprehenduntur in generali diſpoſitione etiam pœnali, in qua verſatur publica vtilitas, & fauor, Rebuf. in concord. Gall. rubr. de collat. §. ſi quis verò, verbo, Cardinalatus, Gomeſ. in procem. reg Cancell. quæſt. 4. & reg. de infirm. reſig. quæſt. 3. & alij, quos refert, ac ſequitur Bart. Bellene. tract. de Charitat. ſubſid. quæſt. 66. ferè per totam; diſpoſitio autem d. cap. ſi. vt iam non ſemel admonuimus, quatenus Conſeruatorum poteſtatem coarctat, vel ob id publicum fauorem continet, quod iuriſdictioni ordinariæ fauet.

Expreſſio generalis datur vt & ſpecialis.

575 Quarta concluſio. Probabilius mihi eſt, † Subconſeruatorem conſtitutum ab eo, qui deputatus erat Conſeruator, ſi ſuam poteſtatem excedant, eam extendendo ad alia, quàm manifeſtas iniurias, & violentias, ſcienter, ac ſine ſpeciali facultate ſe in iis intromittens, quæ iudicialem requirunt indaginem, incurrere quoque ipſum in ſuſpenſionem ab officio.
536 Probatur: quamuis enim in pœnalibus † ſubrogatus non ſapiat naturam eius, in cuius locum ſubrogatur, Bart. in l. mulcta, ff. de condit. & demonſtr. Iaſ. in l. ſi eum, §. qui iniuriarum, num. 24. ff. ſi quis caut. cum aliis ad id allegatis per Gabr. d. tit. de reg. iur. concl. 2. num. 59. quem etiam ſecuta eſt Rot. Rom. in vna Romana releuationis indemnitatis 3. Iulij 1581. coram Illuſtriſſimo bon. mem. Card. Seraphino, cuius deciſionis tenorem habes apud Farinac. lib. 1. quæſt. crim. quæſt. 24. poſt num. 67. pro quo facit etiam text. in cap. 1. de off. Vicar. in 6. quatenus ibi dicitur, quòd gerens vices officialis, in quem lata ſit ſententia excommunicationis, non incurret ob id ipſe excommunicationem ſecundùm expoſitionem eorum, qui eum text. intelligunt de delegato ab ipſo officiali, quam referunt, nec improbant gloſ. d. cap. 1. verbo, propter hoc, & Vgol. d. tract. de

Subcōſeruator, an incurrat ſuſpenſionem.

Subrogatus quando ſapiat naturā eius in cuius locum ſubrogatur.

Digitized by Google

de cenſur. Eccleſ. tab. 1. cap. 17. §. 8. num. 2. in fi. Tamen id accipiendum eſt, vbi non militat eadem ratio, ſed diuerſa eſt, vt in caſu d. l. mulcta, quam allegat Rot. Iaſ. Bart. & alij relati per Gabr. ibi enim ceſſat ratio pœnæ, quia nimirum ille, cuius arbitrio relictum erat id, quod faciendum erat ab herede, vel legatario ſub pœna, vel noluit, vel non potuit arbitrari; ſicut etiam in caſu Bart. & Iaſ. quem ex illo text. confirmant, quando teſtator adiecit pœnam heredi, ſi impediat executores ab eo deputatos ad aliquid agendum; nam ideo non incurritur pœna ab herede, vel legatario, ſi impediat Epiſcopum exequi volentem, ad quem ex negligentia executorum executio deuoluitur, quoniam non idem caſus eſt; & cum ſimus in pœnalibus, facienda potiùs reſtrictio eſt, quàm extenſio. At in caſu noſtro eadem prorſus militat ratio, nec caſus mutatur, ſupponimus enim Subconſeruatorem in eodem prorſus delinquere, in quo delinqueret Conſeruator. Similiter diuerſus caſus eſt d. cap. 1. de off. Vicar. in 6. à noſtro. ibi enim ſecundùm communiorem & veriorem ſententiam non agitur de ſubdelegato, aut etiam delegato, ſed de ſucceſſore in officio, vt patet ex relatis per Vgol. d. num. 2. præterea agitur de pœna ab homine inflicta in delegantem propter certam culpam, ſeu contumaciam, quæ non aderat in eo, qui vices gerebat; quo caſu nulli dubium eſſe poteſt, non poſſe ab eo incurri cenſuram; neque enim quis propter alterius delictum, vel contumaciam cenſura irretiri poteſt, vt ſatis comprobat idem Vgol. d. §. 8. num. 1.

At verò nos in caſu verſamur, quo Subconſeruator in idem crimen incidit, in quod ipſe Conſeruator; tunc autem, cum quis † participat in crimine, ob quod aliquis eſt excommunicatus, & ipſe excommunicationem maiorem incurrit, cap. ſignificauit, cap. nuper, & cap. ſi concubinæ, de ſent. excomm. & in ſpecie d. cap. 1. de off. Vicar. in 6. quoad gerentem vices eius, qui excommunicatus eſt, ſi in eodem crimine participat, conſtat ex eo text. à contrario ſenſu; idcirco enim ibi dicitur, non incurri à vices gerente excommunicationem eius, cuius vices gerit, ob id, quòd eius gerit vices, quoniam non ideo communicat eidem officiali in crimine. Accedit, quòd, cum Bonifacius VIII. d. cap. fi. §. vt autem, velit ſimpliciter, Conſeruatores excedentes limites ſuæ poteſtatis incurrere prædictam ſuſpenſionem ab officio, ex vi ſermonis ſatis continen-

577 *Socius in crimine ob quod quis excommunicationē ſubijt, eidē ſubijcitur.*

Digitized by Google

tur & ipſi Subconſeruatores; nam delegati appellatione ſatis continetur etiam ſubdelegatus, vt ſatis colligitur ex cap. licèt, & cap. ex litteris, de off. deleg. cap. ſi à ſubdelegato, iuncta rubr. eod. tit. in 6. l. more maiorum, ff. de iuriſdict. omn. iud. l. 1. & tot. ferè tit. ff. de off. eius, cui mand. eſt iuriſdict. cum adnotatis per Doctor. in prædictis iuribus, & aliis in locis ſæpe. maximè cum Subcõſeruatorum ſtatim ante in verſ. præcedenti mentionem feciſſet. Denique cum dubitari nequeat, quin etiam Subconſeruator contineatur cum in aliis omnibus, quæ diſponuntur d. cap. ſi. tum in prohibitione illa, ne extendat poteſtatem ad alia, quàm manifeſtas iniurias, dicendum quoque eſt, eum incurrere pœnam poteſtatem extendendi appoſitam in eadem clauſula, ne eadem res duplici iure cenſeatur contra cap. quia circa, de priuil. cap. cum in tua, de decim. l. eum qui, ff. de vſucap. cum ſimil.

Atque hæ quidem quatuor concluſ. hucúſque propoſitæ ad primam inſpectionem pertinent, circa eaſdem verò, priuſquam ad ſecundæ inſpectionis concluſiones tranſeamus; duo ſunt
578 adnotanda. Alterum eſt, quod † ad hoc, vt ſiue Conſeruator,
Suſpenſio c. ſi de off. del. in 6. quando incurratur. ſiue Subcõſeruator incurrat prædictam ſuſpenſionem eo, quòd extendat poteſtatem ſuam ſine ſpeciali facultate ad ea, quę exigunt iudicialem indaginem, requiritur, vt id ſcienter faciat, vel ignorantia iuris, aut etiam facti, ſed craſſa vel affectata; & quidem de ſcientia, textus id expreſsè diſponit d. §. vt autem, ibi, ſcienter ſe intromiſerint; præſumitur autem regulariter ignorantia, niſi ſcientia probetur, ſi tutor, C. de peric. tutor. l. veriùs, ff. de probat. cap. præſumitur, de reg. iur. in 6. quando au-
579 tem † præſumatur, vel quomodo probetur ſcientia præter
Sciẽtia quãdo præſumatur, vel quomodo probetur. Doct. in dd. iuribus, & cap. 2. de renunc. in 6. & cap. 2. de conſtit. vbi Fel. poſt num. 3. tradunt inter recentiores Menoch. tract. de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 21. cum trib. ſeqq. & de arbitr. iud. caſ. 186. & 502. Maſcard. de probat. verbo, ignorantia, & verbo, ſcientia, Sfor. odd. tract. de reſtit. in integr. quæſt. 8. art. 10. Azor. lib. 1. inſtit. moral. à cap. 12. ad 16. & nouiſſimè præſtantiſſimus I. C. Bapt. Coſt. tract. de fact. ſcient. & ignor. ferè per totum, atque ante hos Anton. Gabr. commun. concl. lib. 6 tit. de reg. iur. concluſ. 6. cum duab. ſeqq. & in ſpecie de ignorantia quoad excommunicationem, & pœnas Couar. cap. alma mater, part. 1. §. 10. num. 7. vſque à 17. de ſent. excomm. in 6.

Vgol.

Digitized by G

Vgol. d. tract. de cenſur. tab. 1. cap. 9. §. 8. & tract. de ſacram. tab. 1. cap. 8. §. 1. Sayr. d. tract. de cenſur. lib. 1. cap. 18. & lib. 2. cap. 14. & 15. lib. 3. cap. 27. lib. 4. cap. 11. lib. 5. cap. 15. & lib. 7. cap. 8. & 9. Proſp. Farinac. quæſt. crim. lib. 3. quæſt. 90. num. 90. & multis ſeqq. & quæſt. 103. num. 258. & ſequ. & nouiſſime Thom. Sanchez tract. de matrim. libr. 9. diſput. 32. per totam, vbi latè agit de ignorantia quando excuſet in pœnis, & cenſuris. De ignorantia iuris quoad pœnam d. cap. fi. tenet L. Ant. 3. part. tit. 24. cap. 37. Silueſt. verbo, Conſeruator, num. 5. poſt gloſ. ibidem communiter receptam in verbo, ſcienter, per cap. ignorantia, de reg. iur. in 6. vbi dicitur, quòd ignorantia facti, non iuris excuſat. idem etiam tradit Roder. quæſt. regul. tom. 1. quæſt. 65. art. 19. poſt Alciat. de præſumpt. lib. 1. cap. 40. num. 9. Contrarium tamen etiam quoad ignorantiam iuris craſſam ſuaderi poteſt ex latè adductis per Sanch. d. diſput. 32. num. 9. vſque ad 22. & num. 29. cum duob. ſeqq. iuncto num. 36. ob verbum, ſcienter, maximè cum aliquando etiam ignorantia iuris excuſet ignorantem, vel ſaltem ei ſuccurratur ope reſtitutionis in integrum, vt per Doct. ibi & latè Sfort. odd. d. quæſt. 8. art. 8. & 11. & quæſt. 9. ac 10. ferè per totam, Menoch. d. lib. 6. præſumpt. 23. De ignorantia præſertim facti craſſa, ſeu ſupina, aut affectata tradit pariter gloſ. ab omnibus approbata d. verbo, ſcienter, id confirmans ex cap. eos, de temp. ord. in 6. & cap. cum inhibitio, quod eſt 3. § ſi quis verò, de clandeſt. diſponſ. in antiq. vbi ſcientia, & affectata, vel craſſa, ſeu ſupina ignorantia æquiparantur; quod idem etiam habetur in cap. 1. de ord. ab epiſc. qui renunt. epiſc. & cap. vt animarum, de conſtit. in 6. facit & cap. Apoſtolicæ, quod eſt pen. de cler. excom. miniſtr. Contrarium tamen in hoc tenet Suarez tract. de cenſur. diſp. 31. ſect. 3. num. 17. quoniam inquit non ſine cauſa additum eſt in text. d. cap. fi. verbum illud, (ſcienter;) nam quando ius vult comprehendere etiam peccantes per ignorantiam, non poſſit verbum, ſcienter, ſed vel ſimpliciter loquitur, vel ſub diſiunctione (ſcienter, vel ignoranter) vt in præcitatis iurib. & aliis ſimilibus.

Pro qua etiam ſententia maximè faciunt quæ adducit Sanchez d. diſput. 32. num. 36. 39. & 40. dum probare contendit, ſuſpenſionem, vel aliam cenſuram à iure impoſitam aliquid ſcientēr facienti nō incurri ab eo, qui id facit tantùm ex igno-

Digitized by Google

rantia craſſa, & ſupina, ſed bene ex affectata, aut ſi illa craſſa ita foret, vt eſſet ingens temeritas, atque adeo craſſiſſima ignorantia; cuius opinio mihi quoque æquior, ac verior videtur, per ea, quæ ibi allegat Sanchez, quibus vix ſatisfieri commodè poteſt; cum ad contraria iura dici poſſit, pœnam in vtroque caſu locum habere, quia vterque exprimitur; vel loqui ſolùm de affectata, vt d.cap.eos.vel de craſſiſſima. Quando au-
580 tem † dicatur craſſa, vel ſupina ignorantia, tractant Doctor. allegati, & alij in præcit.iur.& in l.lata culpa, ff. de verb. ſignif. l.ſcientiam, §.pen.ff.ad leg. Aquil. l. 2. ff. de leg. §. quia tamen, Inſtit. vi bon. rapt. Summiſtæ, & qui iuris Repertoria ediderunt, verbo, ignorantia, nec non Maſcard.d verbo, ignorantia & Odd. d.art. 10.cum quo regulam hanc generalem ſtatui poſſe puto, quòd ignorantia tunc ſit craſſa, ſeu ſupina, vel affectata, vincibilis, & inexcuſabilis ſaltem in foro exteriori, quando ſcientia præſumitur. quando verò præſumatur latè tradunt inter alios ſupr.cit. Coſt.d.tract. de iur.& fact. ignor. ferè per totum. Odd. d.artic. 10. & Menoch. d. præſumpt.21. cum tribus ſequentibus.

Ignorantia craſſa vel ſupina quãdo cẽſeatur.

581 Alterum hoc loco adnotandum illud eſt, † ſuſpenſionem illam ab officio ad annum elapſo anno abſque vlla abſolutione eo ipſo tolli; certum enim eſt ſuſpenſionem latam ad certum tempus ſiue à iure ſiue ab homine in pœnam poſt illud tempus ſtatim abſque alia abſolutione ceſſare, vt ſatis comprobat & ex communi reſoluunt Couar. cap. alma mater, part. 1. §. 11. num. 5. de ſent. excomm.in 6. Vgol.d. tract. de cenſur. Eccleſ. tab. 4. cap.4. §.2. num. 1. & 3. & Sayr. de cenſur. libr.4. cap.8. num.13. & cap. 17. num. 2. & Suarez in ſimili tract. diſput.29. ſect.1. num.1. Idémque in lata donec pœniteat, vel ſatisfiat.ita
582 ex communi Sayr.d.cap.17. num.3.ſecus verò † de maiori excommunicatione etiam ad tempus lata dicendum eſt; nam ea ſine abſolutione non tollitur, vt latè tradunt Couar.vbi ſupra, Sayr.d.cap.17. num.3. & duob. ſeqq. Vgol. d. tract. de cenſur. tab. 2. cap. 31. §. fi. huius autem diuerſitatis rationem affert Sayr. d.num.4. & 5. Vgol d.tab.4. cap.4. §. 3. num. 2. ex cuius
583 quoque dictis eod.cap.4.§.1. conſtat, † Epiſcopum etiam ſibi ſubditum non poſſe ante lapſum anni abſoluere ab hac ſuſpenſione iuris cum ſit ad tempus, & in pœnam lata; quod idem latè comprobat etiam Sanch.de matrim.lib.3.diſput.52. num.2. Suar.

Suſpẽſio ad tẽpus in pœnam lata quando tollatur.

Et quid in maiori excõmunicatione.

Abſoluere quis poſſit à ſuſpenſione.

Suar.d.ſect. 1. num. 15. cum duob.ſeqq. vbi idem docet ſi ea ſit perpetua: & in ea, quæ ad certum tempus, vel actionem, aut deſiſtentiam ab actione Gregor. Sayr. d.lib.4. cap. 17. num. 10. & 11. ob eam præcipuè rationem, quòd id eſſet contra ius diſpenſare, quod Papæ ſoli regulariter competit. num. verò 19. vſque ad 23. idem Sayr. optimè explicat, à quibus ſuſpenſionibus poſſit Epiſcopus abſoluere poſt Trid. Concil.ſeſſ.24.cap.6. de reform.eum videas, ſi lubet. Nos verò iam ad concluſiones 2 inſpectionis tranſeamus.

Quinta concluſio. Pars, quæ procurauerit, vt Conſeruator ſe intromittat de aliis, quàm de manifeſtis iniuriis, ſeu ad alia, quæ iudicialem exigunt indaginem, ſuam extendat poteſtatem, † ſententiam excommunicationis, eo ipſo incurrit, à 584 qua non poteſt abſolui, niſi ei, quem ſic fatigauit indebitè, primò ſatisfaçiat integraliter de expenſis. Ita expreſsè diſponitur d.cap.fi §.ſeu verſ. pars verò; quamuis enim ibi dicatur, (pars verò, quæ hoc procurabit;) tamen illud pronomen, (hoc) certum eſt, quòd referri non poteſt niſi ad proximè dicta; eſt enim demonſtratiuum rei præſentis ad oculos ſiue mentis, ſiue corporis. Bart.in l.Marcius, §.duorum, num 7.ff.de leg.2. l. 1.num. 18.ff.de pecul. & l. 1. num. 1.& 2.ff.de nou.oper.nunc. latè Rebuf. l. verbum hoc, ff.de verb. ſignif. proximè autem dictum fuerat, & prohibitum pœna ſuſpenſionis propoſita, ne Conſeruator de aliis, quàm de manifeſtis iniuriis ſe intromitteret, ſeu ad alia, quæ iudicialem indaginem exigunt, ſuam extendant poteſtatem, atque adeo id ipſum cenſetur repetitum.

Pars procurans quãdo excommunicationem incurrat.

Ampliatur verò hæc concluſio primò, vt, † licèt hæc pars 585 procurans ſit Epiſcopus, tamen incurrat excommunicationem; tum quòd Epiſcopi, & ſuperiores ſatis exprimantur in d. cap. fi. vt diximus concluſ.3. tum quòd vbi etiam non ſatis expreſſi eſſent, adhuc conſtitutio eximens Epiſcopos à generalibus cenſuris nimirum cap.quia periculoſum, de ſent. excomm. in 6. loquitur ſolùm de ſuſpenſione, & interdicto, non autem de excommunicatione, atque ideo Epiſcopos comprehendi in generali excommunicatione à iure lata adnotauit ibidem gloſ. communiter ab aliis recepta, verbo, ſuſpenſionis, quam etiam inter alios ſequitur quoad Cardinales quoque Vgol. de cenſur.tab.1.cap.17.§.6.num.11. & ſeq. iuncto num.præced.

Quid, ſi pars procurãs ſit Epiſcopus.

Ampliatur eadem concluſio 2. quòd quamuis etiam d.cap.

Digitized by Google

fin. verſic. pars verò, non adſint illa verba, (eo ipſo;) tamen
586 † ex eo, quòd ibi dicitur, incurrat, ſignificatur, pœnam illam excommunicationis eo ipſo, ſeu ipſo iure incurri, vt in ſpecie adnotauit gloſ. communiter recepta in d. verſic. pars verò, verbo, incurrat; & ratio eſt, quia huiuſmodi verbum, incurrat, importat non ferendam, ſed latam ſententiam, vt nos docuimus in tract. de diſtribut. quotid. part. 3. quæſt. 7. num. 22. poſt Ludou. Carbon. tract. de leg. lib. 8. diſput. 6. verſic. tertia regula, & Tiraq. in repet. l. ſi vnquam, verbo, reuertatur, poſt num. 18. C. de reuoc. donat. quibus nunc addo Vgol. in ſpecie de cenſuris Eccleſiaſticis loquentem, & latiùs comprobantem d. tract. de cenſur. Eccleſ. tab. 1. cap. 9. §. 6. num. 12. & ex communi Fel. in cap. Rodulphus, num. 23. verſic. incurrat excommunicationem, de reſcript.

Incurrat, quid hic importet.

587 Limitatur autem primò hæc concluſio, vt † procuratio ſimul requiratur, & quòd procurans ſit pars in iudicio, vt ex ipſo text. colligitur, & præter Doct. ibi adnotauit Nauar. cap. 27. num. 125. at Suarez d. tract. de cenſur. diſput. 23. ſect. 4. num. 10. Limitatur 2. vt debeat effectus eſſe ſecutus, hoc eſt, quòd Conſeruator ideo proceſſerit, vt text. indicat per illud verbum, fieri, & adnotarunt Nauar. & Suar. loc. cit. de qua tamen, ſicut & ſeq. limit. latiùs dicemus concluſ. ſeq. ad fi. Limitatur ergo 3. vt non procedat, vbi Conſeruator haberet in commiſſione, quòd poſſit cognoſcere de iis, quæ requirunt iudicialem indaginem, vt admonet Nauar. ibid. & ſatis probat Suar. ſupr. quib. adde, quòd tunc Papa ſolet derogare huic canoni.

Excõmunicatio quid requirat vt incurratur.

588 Limitatur 4. vt non incurratur † ab ignorante etiam ignorantia iuris, modò non ſit craſſa, & ſupina, per ea, quæ latè adducit inter alios Sanchez d. tract. de matrim. libr. 9. diſput. 32. num. 9. vſque ad 14. necnon num. 29. cum duobus ſeqq. quin etiam idem dicendum, ſi ignorantia ſit craſſa, & ſupina, modò non ſit craſſiſſima, & affectata, vbi velimus verbum illud, (ſcienter,) poſitum in pœna ſuſpenſionis Conſeruatoris cenſeri repetitum in hac pœna excommunicationis incurrenda à parte idque per latè tradita ab eod. Sanchez ſupra num. 36. adiuncto num. 39. cum ſeqq. Quoad abſolutionem autem, de qua in concluſ. diximus ex d. §. ſeu verſ. pars verò, præter id, quod admonuimus in fine præced. concl. hanc excommunicationem, ſicut & ceteras alias omnino requirere abſolutionem etiam

Ignorantia an excuſet ab excõmunicatione.

poſt

poſt ſatisfactionem, quod & apertè colligitur ex hoc text. dum dicitur, ne abſoluatur pars, niſi ſatisfecerit; adnotandum quoque eſt, † non poſſe ab alio, quàm à ſummo Pontifice ante ſatisfactionem huiuſmodi abſolutionem impertiri, non obſtante diſpoſitione cap. nuper, de ſent. excomm. ex quo habetur poſſe quemlibet ſacerdotem abſoluere ab excommunicatione minori etiam Papali, quæ reſeruata non ſit; per quem text. † tradunt ibi Doct. communiter, non modò proprium Epiſcopum poſſe abſoluere etiam à maiori excommunicatione, ſi non ſit reſeruata; quam ſententiam ſequuntur plerique relati, & laudati à Couar. d. cap. alma mater, part. 1. §. 12. num. 4. de ſent. excomm. in 6. Vgol. d. tab. 1. cap. 10. §. 1. & Sayr. de cenſur. libr. 2. cap. 19. num 2. verum etiam proprium ſacerdotem ſeu Parochum, vt patet ex relatis per Couar. d. §. 12. num. 5. Vgol. d. cap. 10. §. 5. & Sayr. d. cap. 19. num. 12. & D. Lazar. mox allegan. & laudatis à Suar. qui idem docet, de quolibet ſacerdote approbato, tract. de cenſur. diſput. 7. ſect. 3. & 4. Nam quod ad Parochum attinet, quicquid ſit attento d. cap. nuper, certè ex conſuetudine nequit Parochus abſoluere à maiori excommunicatione in iure lata, licèt nemini ſit reſeruata; de qua etiam teſtatur Couar. d. num. 5. in fi. & diſpoſitione extrauag. 1. § obſeruent ergo iuncto §. ſeu verſic. per hoc autem, ſtatim præced. de priuil. in commun. vbi abſolutio ab huiuſmodi maiori excommunicatione Epiſcopo reſeruatur, dicendum eſt, Parochum nunc non poſſe ab ea abſoluere, vt etiam monet clariſſimus I.V.D. Petr. Ant. Lazar. rem hanc latiſſimè agens in quæſt. de monitor. ſect. 4. quæſt. 14. & ante eum adnotarunt Vgol. d. § 5. in fi. & Sayr. d. cap. 19. num. 14. quamuis Romæ contraria ſit conſuetudo, vt nimirum tam Parochus, quàm quiuis approbatus poſſit abſoluere à quauis cenſura non reſeruata, prædictáque extrauag. 1. quæ eſt Bened. XI. omnino fuerit caſſata, & reuocata per Clem. 5. in Conc. Vien. vt habetur in Clem. 2. quæ incipit dudum, de ſepult. & poſſet d. extrauag. 1. ſicut & Clem. 1. de priuil. quæ etiam ipſa hanc facultatem abſoluendi Religioſis non priuilegiatis adimere videtur. intelligi de reſeruatis, vt ſentit gl d. Clem. dudum, §. ſi verò, verbo, conceſſa, & Suar. d. diſp. 7. ſect. 4. in fi.

589 *Abſoluitur ante ſatiſfactionem non ab alio, quã à Papa.*

590 *Intellectus c. nuper, de ſent. excom.*

Vnde ad caſum noſtrum infero, quòd nedum ante ſatisfactionem, ſed neque † poſt abſoluere Parochus poterit eum, qui

591 *Poſt ſatiſfactionẽ quis abſoluere poſſit ab excommunicatione.*

qui in excommunicationem d. cap. fi. incurrerit. Quoad Epiſcopum verò puto, quòd & ſi poſt ſatisfactionem poterit abſoluere per prædictam communem ſententiam fundatam in ratione d.cap. nuper, & in ſpecie poſt Io. An. Archid. & Io. Monach. d.cap. fi. tradit Silueſt. d. verbo, Conſoruator, num. 5. in fine, vbi etiam Ang. & alij Summiſtæ, & Io. Azor. Inſtit. Moral. part. 2. lib. 5. cap. 34. quæſt. 10. in fi. ante ſatisfactionem tamen non poterit; tum quòd regulariter omnis diſpoſitio etiam Principis intelligitur ſine præiudicio tertij, cap. cum aliquibus, cap. ſuſceptum, cap. quamuis, & cap. ſi propter, de reſcript. in 6. cum ſuis concord. tum per ea, quæ de ſuſpenſione ad tempus, vel vſque ad aliquam actionem, vt nimirum licèt lata ſit à iure, & nemini reſeruata, nihilominus à nullo prorſus tolli poſſit, niſi à Papa latè tradunt Vgol. d. tab. 4. cap. 4. §. 1. Sayr. d. libr. 4. cap. 17. num. 10. & 11. & Sanchez de matrim. lib. 3. diſput. 52. num. 2. quoniam quis ſtatim ſe abſolui curaret, & ſic deluderetur pœna canonis; ac præterea id foret diſpenſare in canone, qui vult, vſque ad illud tempus ſuſpenſionem durare; quod tamen nequit facere Epiſcopus, niſi in caſibus à iure expreſſis, cap. cum inferior, de maior. & obed. Clem. ac Romani, de elect. cum ſimil. quæ vtraque ratio militat etiam in excommunicatione. Et quidem in ſpecie d. cap. fi. nulla videtur eſſe difficultas, cum expreſsè prohibeat Pontifex, ne pars d. excommunicationem incurrens abſolui poſſit, niſi primò ſatisfaciat de expenſis, ponderando dictionem, (*niſi*,) quæ importat neceſſitatem, atque adeo prohibet abſolutionē; & illud verbum, primò; requirit enim omnino ſatisfactionem ante abſolutionem; quam deinde permittit, vt inferior impertiri poſſit, dum eam ſibi non reſeruat, arg. d. cap. nuper, de ſent. excomm. vbi dicitur, quòd ex quo conditor canonis ſibi ſpecialiter non retinuit abſolutionem excommunicati ſententia iuris propter communicationem cum excommunicato, eo ipſo conceſſiſſe videtur facultatem aliis relaxandi.

592 *Abſoluere à ſuſpenſione iuris nō reſeruata quis poſſit.*

Atque hanc diſpoſitionem † locum habere etiam in ſuſpenſione iuris non reſeruata inter alios ſentit Suar. d. ſect. 3. & 4. ſed expreſſè tradit Innoc. in cap. 2. de ſolut. in fi. cuius ſententiam communem aſſerit Sanchez d. num. 2. licèt ibidem nonnullos referat contrarium ſentientes, quorum opinio poteſt procedere ante lapſum temporis, vel implementum actionis, aut

aut deſiſtentiam ab aliqua re facienda, vt ſupr. deduximus. concluſ. præced. in fi. Neque iis, quæ paulò ante diximus, obſtat Trid. Concil. dum ſeſſ. 24. cap. 6. de reform. concedit facultatem Epiſcopis abſoluendi à quibuſcumque caſibus occultis etiam ſedi Apoſtolicæ reſeruatis, (caſus autem Papales omnes, licèt ſedi Apoſtolicæ reſeruati non ſint, annexam habent cenſuram, vt patet cuique eos conſideranti, quos referunt Summiſtæ vbi de cenſuris agunt, ibidem communiter id aſſerentes;) nam præterquam quòd loquitur Concilium de occultis dumtaxat, & de abſolutione in foro conſcientiæ tantùm, omnino accipiendum eſt, dummodo parti ſatisfiat, vbi id à Canone mandetur in cenſuræ impoſitione, neque enim remittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum, cap. peccatum, de reg. iur. in 6. & tranſgreſſores canonum peccant, cap. 1. de conſtit. cum vtrobique, & alibi paſſim traditis per Doct. Atque hæc ſatis de hac concl. quæ abſque difficultate procedit in parte, quæ perſona ſingularis ſit; nam de ea dubitari nequit, quia excommunicationem incurrat, de qua in d. cap. fi. ſi procurauerit, vt Conſeruator limites ſuæ poteſtatis ſine ſpeciali facultate excedat, eámque ad alia, quàm manifeſtas iniurias, & violentias, ſeu ad alia, quæ requirunt iudicialem indaginem, extendat.

Aliqua verò, nec leuis difficultas eſſe poteſt, ſi huiuſmodi pars non perſona ſingularis, ſed vel collegium eccleſiaſticum, vel aliqua vniuerſitas fuerit, illúdque procurauerit, an † nimirum prædictam excommunicationem incurrat, ídque propter text. in cap. Romana, §. fi. de ſent. excomm. in 6. vbi Innoc. 4. approbante Concil. Lugdunenſi penitus prohibet, ne in vniuerſitatem, vel collegium excommunicationis ſententia proferatur, volens animarum periculum vitare, quod exinde ſequi poſſet, cum nonnunquam contigerit, innoxios huiuſmodi ſententia irretiri; ſed in illos dumtaxat de collegio, vel vniuerſitate, quos culpabiles eſſe conſtiterit, promulgetur; in dubio autem cenſebitur, Pontificem ipſum id obſeruare voluiſſe, quod præcepit, arg. l. 1. & tot. tit. quod quiſque iur. & l. digna vox, C. de leg. præſertim cum ad ſummum Pontificem maximè pertineat animarum ſaluti proſpicere, earúmque periculum vitare, vt d. §. fi. d. Clem. dudum, de ſepult. & alibi ſæpe; & iura iuribus expediat concordare, cap. cum expediat, de elect. in 6. cum ſimil. vnde iuxta hanc opinionem dicendum vide-

593 *Vniuerſitas procurās vt Conſeruator excedat iuriſdictionem ſuam, quid incurrat.*

Digitized by Google

tur, caſum hunc vniuerſitatis fuiſſe omiſſum, cum non ita ſæpe contingat; leges autem ad ea, quæ vt plurimum contingunt, reſpicere, ac prouidere ſolent, l. nam ad ea, ff. de leg. ideóque nullam pœnam ab ea incurri in terminis d. cap. fi. licèt poſſit puniri arbitrariè, arg. cap. de cauſis, de off. deleg. cum ſuis concord. vt puta † ſuſpenſione, vt in extrauag. 1. de ſimon. vel ecclesiaſtico interdicto, vt in extrauag. vn. ne ſede vac. in comm. cap. vnic. de iniur. in 6. & alibi ſæpe; neque enim dici poteſt, quòd huiuſmodi pœna interdicti, aut ſuſpenſionis cuius capax eſt vniuerſitas, ab ea ipſo iure in hac ſpecie incurratur cum pœnam eo ipſo certum ſit ab aliquo non incurri, niſi id in iure exprimatur, l. 1. §. 1. ff. vt quis eum, qui, l. at ſi quis, §. diuus, ff. de relig. & ſumpt. funer. §. cum igitur, Auth. de non eligen. Secundò nub. & pœnæ non ſunt extendendæ ad alium caſum, cap. pœnæ, diſt. 1. cap. in pœnis, & cap. odia, de reg. iur. in 6. cum vulgar. Verùm ex alia parte cum Papa ſit ſupra ius poſitiuum, cap. propoſuit, de conceſſ. præb. nec teneatur in poſteriori conſtitutione priori expreſsè derogare, cum omnia iura in ſcrinio pectoris ſui cenſeatur habere, cap. 1. de conſtit. in 6. neque hæc ſit conſtitutio Conciliaris, ſed Papalis, per ea, quæ tradit Rip. Dec. & alij cap. 1. de iudic. nomen verò partis, quo vtitur Bonif. 8. d. cap. fi. §. ſeu verſic. pars verò, æquè apta eſt comprehendere vniuerſitatem, & collegium, ſicut quamlibet perſonam ſingularem, & à proprietate verborum non aliter recedendum, quàm ſi de mente diſponentis appareat, l. non aliter, ff. de leg. 3. cum ſuis concord. etiam in pœnalib. l. 1. §. pecuniam, ff. de calumniat. l. 1. §. quod autem, ff. de aleator. videri alicui poſſet, prædictam pœnam excommunicationis etiam ab vniuerſitate, & collegio incurri.

594 *Vniuerſitas quib. cęſuris ſubiecta.*

595 *Syndicus vniuerſitatis an incurrat cęſuram ratione eius delicti.*

Denique † cum vniuerſitas comparere nequeat, niſi per ſyndicum, cap. vnic. de ſynd. l. 1. & l. item eorum, §. ſi decuriones, ff. quod cui. vniuer. nom. cum aliis adductis per Nicol. Loſæ. tract. de iur. vniuerſ. part. 2. cap. 1. num. 2. & verba ſint accipienda cum effectu, l. ſi per alium, §. docere, ff. quod quiſque iur. cap. relatum, de cleric. non reſid. cum ſuis concord. allegat ibid. per gloſ. exiſtimare fortaſſe quis poſſet, non niſi ſyndicum huiuſmodi excommunicationem incurrere, cum non niſi tempore, quo motum, vel ſaltem mouendum eſt iudicium, propriè dici pars videatur, & cum effectu agere, ſeu curare, vt

Conſer

Digitized by G

Conſeruator extra limites ſibi traditæ poteſtatis ſuam iuriſdictionem extendat: id quod etiam indicat verbum illud, procurabit, quo vtitur Pontifex d.verſic.pars verò, dum ait, pars verò, quæ hoc fieri procurabit; procurare enim vnde procurator dicitur, eſt munus procuratoris actu exercere. In hac perplexitate quid dicendum? ſententiam noſtram hac in re, de qua nemo ſcribentium, ac d.cap.fi.interpretum quicquam egit, ſeq.concl.aperiemus.

Sexta concluſio. Exiſtimo probabilius, ac verius quòd † vbi 596
vniuerſitas, ſeu collegium ſit loco partis, eiúſque ſyndicus procurauerit, vt Conſeruator ſe intromittat ſine ſpeciali facultate in aliis, quàm manifeſtis iniuriis, ſi ad id ſpeciale mandatum habuerit ſyndicus, tam ipſe, quàm ſinguli de vniuerſitate, vel collegio, qui eius mandato conceſſerunt, excommunicationem incurrent; quòd ſi eius rei mentio in mandato non habeatur, ipſe ſolus incurret. Probatur hæc concluſio præcipuè quoad priorem partem, licèt enim collegium, & vniuerſitas, vt ſic, nequeat excommunicari; tum per ea, quæ in præced. concluſ. ad finem pro hac parte adduximus, ac præſertim per text. d.cap. Romana, §.fi. in prima parte illius §. cum aliis adductis per Nicol.Loſæ.d.tract.de iur. vniuerſit.part.4. cap.1. num.41. Vgol.d.tract.de cenſur. tab.2. cap.26. in princ. num.4.& Sayr. de cenſur. ſeu tom.1. Theſ. caſ. conſc. libr. 1. cap. 8. num. 15. quicquid ſit de iure ciuili, per text in Auth.item quæcumque communitas, & ibi Bald.C.de epiſc. & cler. cum hac in re ius Canonicum ſit attendendum, vt optimè monet Loſæ.d.num. 41. quia ſumus in rebus eccleſiaſticis, & ſpiritualibus, arg.cap. fi.de reb.eccleſ.non alien.cum ibi not. & in cap.eccleſia S.Mariæ, & cap.quæ in eccleſiarum, de conſtit.& alibi ſæpe; quicquid etiam ſit de ratione, cur † nequeat vniuerſitas, vel col- 597
legium, vt ſic, excommunicari, ſiue ea ſit, quæ d.§.fi affertur, ne innocentes puniantur, & tam graui cenſura irretiantur, cum pœna ſuos tenere debeat auctores, l. ſancimus, C. de pœn.& cap.quæſiuit, de iis, quæ fi.à mai.part.capit. ſiue aliæ, quas afferunt Canoniſtæ d.§.fi. Scholaſtici in 4.diſt.18. Vgol. d. num. 4. & Sayr.d.cap.8. num.16. quicquid denique ſit, an ſi feratur excommunicatio in vniuerſitatem vel collegium valida ſit, de quo per gloſ.& Doct.d.cap.Romana, Vgol.d.cap.26.§.1. cum duobus ſeqq.& Sayr.d.cap.8.num.17.& ſeq. Illud certum om-

Syndicus vniuerſitatis cum ſpeciali mãdato, eiq; in hoc adhærentes excõmunicantur c.fi. de off. in 6. ſi procurauit ſyndicus quod ibi prohibetur.

Vniuerſitas quare nequeat excõmunicari, & an validè poſſit.

598 *Vniuerſitate excõmunicata ſinguli ex illa culpabiles ligantur.*

nino eſt, quod Sayr. d. num. 18. ſatis comprobat, † excommunicatione in vniuerſitatem, ſeu collegium lata ligari omnes, & ſingulos de vniuerſitate, ſi omnes ſint culpabiles, aliàs ſi aliqui ſolum culpabiles ſint, illos dumtaxat ligari: cui ſententiæ adſtipulatur quoque text. d. §. fi. in 2. parte, vbi vult Pontifex, quòd ſententia excommunicationis promulgetur in illos de vniuerſitate, ſeu collegio, quos conſtiterit eſſe culpabiles; ſic enim ceſſat vera ratio, cur in vniuerſitatem, vel collegium prohibeatur ferri excommunicatio expreſſa per canonem d. §. fi. ne nimirum contingat innoxiis hac cenſura irretiri vt oſtendit Sayr. d. num. 16. quo etiam fundamento Sayr. d. num. 18. poſt

599 *An ſucceſſores eius vel noui incolæ eandẽ excõmunicationẽ ſubeant.*

alios ait, quòd † ſi aliqui poſt excommunicationem incipiant ciuitatem habitare, vel ſucceſſores eorum, qui aderant tempore, quo lata fuit, non erunt irretiti excommunicatione, quod adnotauit quoque Loſæ. d. num. 41. & duobus ſeqq. niſi in crimine poſtea participent, vt eſt opt. text. in cap. 1. de offic. Vicar. in 6. iuxta communiorem intellectum. Et ratio eſt, quoniam excommunicatio non niſi ob lethalem culpam incurritur, vt latè comprobat Couar. d. cap. alma mater, part. 1. §. 9. num. 1. & duob. ſeqq. Vgol. d. tab. 2. cap. 27. in princ. & Sayr. lib. 1. cap. 9. num. 3. & quatuor ſeqq. eáque culpa propria eſſe debet; nam pro aliena culpa quis non poteſt excommunicationem incurrere, vt probat Couar. d. §. 9. num. 3. in fi. & latiùs lib. 2. var. reſol. cap. 8 num. 9. Sayr. d. cap. 19. num. 19. & multis ſeqq. Vgol. d. tract. de cenſur. eccleſ. tab. 1. §. 8. num. 1.

Patet ergo, quòd in facti ſpecie, de qua agimus, ſi non omnes de collegio, vel vniuerſitate conſenſerunt, vt ſyndicus procuraret, quò Conſeruator excederet limites ſuæ poteſtatis, vt in concl. diximus, ſed aliqui tantum, illi ſoli incurrerunt; ſi omnes, omnes quoque tanquam culpabiles incurrerunt. pro quo facit quod de Monaſterio, aut alia vniuerſitate ſimoniam committente tradit idem Vgol. tract. de ſimon. tab. 1. cap. 4. §. 5. num.

600 *An ſoli Prælati, vel maiores vniuerſitatis excõmunicata cenſeatur excõmunicati.*

2. & cap. 7. in princ. præſertim num. 4. & quamuis gloſ. d. cap. Romana, verbo, culpabiles, innuere videatur, quòd † ſolùm Prælatus collegij, ſeu Conſul vniuerſitatis, & maiores, ſeu Officiales, quorum nimirum conſilio Prælatus, & Conſul reguntur excommunicationem latam in culpabiles incurrant, per text. in cap. dilectus il 2. cui adde cap. veniens, cum ſua gloſ. de ſimon. vbi mandatur, quòd hi dumtaxat ſuſpendantur. Tamen

men vel hoc ideo ibi mandatur ex indulgentia, vel quia in iis locis, prout ſolet contingere in numeratis collegiis, & vniuerſitatibus non omnes de collegio, vel vniuerſitate regunt, ſed ſuperior, & aliqui maiores tantum. Neque obſtat quod ſtatim ante concluſionem contra hoc adduximus, non eſſe partem, nec procurari, niſi in iudicio; nam vbi etiam hoc admittamus, inde ſolùm fit, vt collegium non incurrat, niſi cùm ſyndicus id in iudicio procurauit, quod concedo; ſed tunc dicatur collegium ipſum eſſe pars, & illud procurare per vulgatam regulam, qui per alium facit, quæ locum etiam habet in pœna incurrenda, vt ad d. reg. & alibi paſſim Doct. adnotarunt.

Patet etiam, quòd † ſi ſolus ſyndicus id procurauit, quia non haberet hoc in mandato, (quæ erat altera pars concluſ.) excommunicationem ſolus incurrit, quoniam ſolus eſſet culpabilis. Neque oberit quod cum non habeat mandatum ſufficiens, non dicetur pars; nam ex eo ſaltem quod nomine collegij agit, & in reliquis ſufficiens mandatum habet, partem ipſam repræſentat. Quin immò aliqua ratione pars ipſa eſt; ſolet enim ſyndicus tanquam membrum corporis illius, cuius eſt ſyndicus, in iudicio non ſolùm agere nomine ſui corporis, verùm etiam nomine proprio, dum ait, petit tam ſuo, quàm talis collegij, vel vniuerſitatis nomine, vel quid aliud ſimile. Minus obeſt quod, cum ad id procurandum non habeat mandatum ſufficiens, dicitur gerere actum nullum, cap. qui ad agendum, & cap. qui generaliter, de procur. in 6. cum ibi not. & aliis ſexcentis, & ex actu nullo † regulariter pœna non incurritur, vt poſt Rip. in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter, ff. de verb. oblig. & Rolan. à Valle conſ. 38. num. 19. & ſeq. vol. 1. tradit Proſp. Farinac. lib. 1. quæſt. crimin. quæſt. 15. num. 47. latè Corb. de cauſ. priuil. ob alien. irreg. dom. fact. limit 22. num. 1. & 2. vbi in ſpecie procuratoris habentis generale mandatum loquitur: nam quicquid ſit de hac doctrina, quæ ſanè quoad id de procuratore habente generale mandatum, ſolùm probat, principalem tunc pœnã non incurrere, vt patet ex exemplo Corb. emphiteota enim non incurrit pœnam caducitatis ob alienationem irrequiſito domino factam, ſi procurator cum ſolo mandato generali alienauerit; id quod in noſtra quoque facti ſpecie libenter admittimus, vt nimirum vniuerſitas, quæ dedit quidem ad illam cauſam mandatum ſyndico, non autem ſpe-

601 Syndicus ſolus quando dicatur excommunicatus.

602 Pœna an incurratur ex actu nullo.

Digitized by Google

ciale ad procurandum, vt Conſeruator extendat limites ſuæ poteſtatis ad alia, præter manifeſtas iniurias, nequaquam excommunicationem incurrat; habere nequit locum hæc doctrina in caſu noſtro, in quo apparet de expreſſa mente Pontificis d cap.fi.§.pars verò, quòd pars incurrat hanc pœnam excommunicationis, etiam ſi nulliter procuret, vt Conſeruator ſine ſufficiente facultate cognoſcat de iis, quæ requirunt iudicialem indaginem, nam poſt huiuſmodi prohibitionem ac pœnæ adiectionem in d. §. pars verò, in fine illius text. adiicit decretum irritans, quod prædictam quoque prohibitionem afficit, cum referatur ad ſingula contenta in d. cap.fi.vt ex eius decreti verbis patet, quæ ponderabimus in concluſione, quam ſtatim ſubiiciemus.

Fateor tamen, quòd ſicut pœnam hanc excommunicationis non incurret is qui non eſt pars in iudicio, vt puta tertius,
603 ita † neque ipſa pars, ſi procurauit quidem, ſed iudex, id eſt, Conſeruator non proceſſit vt breuiter id probantes admonuimus quoque concl. præced. limit. 2. poſt Suar. de cenſur. diſp. 23. ſect. 4. num. 10. vbi iuncto nu.7. eam rationem affert, quia actio procurandi ſolùm prohibetur propter aliam, & quaſi via ad illam, vnde conſummata non videtur, donec illa fiat. idem poſt Nauar. d.cap.27. num. 125. tradit Eman. Roderic.d.tom. 1. quæſt. regular. quæſt. 65. art. 20. eóque vlt. nam canon excommunicans facientem aliquid non comprehendit regulariter conſentientem etiam mandando, conſulendo, faciendo, vel auxiliando, antequam fiat, niſi ex eius, vel aliarum conſtitutionum tenore id colligatur, vt poſt Silueſt. verbo, excommunicatio, 10.num.4 & alios tradunt Nauar.d. cap. 27. num. 51.Roder.d.art.20. & Thom.Sanchez de Matrim.lib.3.diſput.
604 49. num. 2. quod intellige † niſi poſtea ille tertius participet cum litigante in crimine, arg.cap.nuper, & cap.ſi concubinæ, de ſent. excomm. quod in hac ſpecie poſt Gemin. d.cap.fi.adnotauit Io. Azor.Inſtit.mor.part.2. lib.5. cap.34.quæſt.10.Ang. Silueſt. & alij Summiſtæ, verbo, Conſeruator. Iam verò pro complemento huius, & præcedentium concl.eſt adnotandum, quòd tum ad hanc, tum ad omnes præcedentes huius quæſt. concl.pertinet, & aliàs me admonuiſſe memini, nimirum tam pœnam hanc excommunicationis à parte, quàm illam ſuſpenſionis ab officio à Conſeruatore, ſeu eius ſubſtituto non incurri

Pars an incurrat excõmunicationem.

An tertius procurans.

Digitized by Google

curri eo ipſo ob id, quòd ille quauis ratione poteſtate ſibi tradita abutatur, aliáſve contra d.cap.fi. diſpoſitionem, ſine ſufficienti facultate Conſeruatoris poteſtate vtatur, aut pars id procurauerit, ſed dumtaxat, ſi huiuſmodi abuſus, & procuratio in ea re contingat, vt Conſeruator, vel ab eo ſubdelegatus de aliis, quàm de manifeſtis iniuriis, & violentiis ſcienter ſe intromittat, ſeu (quod idem eſſe docuimus ſupra hoc ipſo cap. quæſt.3. concl.1. circa medium,) ad alia, quæ iudicialem exigunt indaginem, ſuam extendat poteſtatem, vt expreſsè ſonant verba d cap.fi. §.vt autem, cum ſeq. ita vt in huius rei confirmatione neceſſe non ſit diutiùs immorari, præſertim cum ſimus in pœna, quæ vltra caſum ſuum non extenditur, cap. in pœnis, & cap. odia, de reg. iur. in 6. cum ibi, & alibi paſſim adnot. per Doct. pro quo optimè facit, quòd pœna appoſita in vno Capitulo, ſeu §. legis non trahitur ad diſpoſita in alio cap. ſeu §. vt poſt gloſ. in Clem. fin. de pœn. & alios docet Fel. in cap. cauſam, quæ num.4. verſic. limita octo modis, de reſcript. alia verò adducit Dec. in cap. ſecundo requiris, num.3. verſic. ſextò, ſi pœna, de appell.

Ideo autem dixi, & toties in hac quæſtione repetij, (ſine ſpeciali facultate,) quoniam certum eſt, quòd † ſi Conſeruatoriæ litteræ facultatem tribuant, vt Conſeruator de iis etiam cognoſcat quæ requirunt iudicialem indaginem, neque Conſeruator eam cognitionem adhibens ſuſpenſionem ab officio, neque pars id procurans excommunicationem incurrat, cum tunc nullum delictum admittant, & in ſpecie de parte Nauar. in Man. cap. 27. num. 125. quod & nos ſupr. docuimus ex Suar. d. num. 10. ob eam rationem quia cum hæc procuratio non propter ſe, ſed propter actum procuratum, prohibeatur, tunc ſolùm illa cenſeri debet prohibita, quando hic malus eſt, & prohibitus. Quoad autem ſtatuendum ſit ſtante legitima conſuetudine, aut præſcriptione, per quam ita ſit aucta Conſeruatoris iuriſdictio, vt ad cauſas quoque iudicialem exigentes indaginem ſuam extendere poſſint poteſtatem, aliquid dicemus in fi. ſeq. concl. 605

Suſpẽſio & excommunicatio quãdo nõ incurrantur.

Septima, & poſtrema concluſio. Pœna nullitatis † adiecta eſt cuicumque actui, qui geſtus fuerit, ſeu attentatus contra quodlibet eorum, quæ d.cap.fi. de offic. deleg. in 6. à Pontifice diſponuntur. Ita quoad ſubſtantiam huius concl. cauetur expreſsè 606

Nullum eſt quidquid citra ſpecialẽ facultatem fit.

Digitized by Google

preſsè d cap.fi.in fi.in hæc ſanè verba. Quicquid autem contra præmiſſa vel eorum aliquod attentari contigerit, omnino decernimus irritum & inane.

Dixi autem ego, pœna nullitatis; quoniam annullatio actus
607 † vt plurimum pœna eſt, cap.diſpendia, de reſcript.in 6.& c. ſi religioſus,de elect.eod.lib. cum aliis adductis per Fel. in cap. cognoſcentes, quod eſt 2. num. 3. de conſtit & Franc. in cap. quoniam, num.5. & 6.de elect. in 6. qui etiam plures Doct.referunt hac de re tractantes, præcipuè Imol.in l.ſi verò,§.de viro, ff.ſol.matr. gloſ. & Doct. in cap.decet, verſic. proceſſus,de immunit. eccleſ. in 6. Innoc. in cap. ſi verè, de ſent. excomm. quibus adde Bal. & alios in l.non dubium, C.de leg.Ruin.conſil. 158.vol.4. Barbat. conſ. 17. col.pen.lib.1. Butr.cap.fi.de reſcript. Dec. & alios d. cap. 2. de conſtit. Bal.cap.ſuper litteris, col.1. & 2.de reſcript.Ludolph.Schrader. qui alios refert,tract. de feud. part. 2. 9. partis princip. num. 37. & quamuis Thom. Sanchez quem non niſi poſt hæc ſcripta vidimus; aliis ad id relatis tract. de Matrim. libr.3. diſput.4. num 9. diſtinguendo dicat, quòd, ſi conſtitutio inducat actus nullitatem ob ſolam legis prohibitionem, & in odium tranſgredientis, tunc annullatio eſt pœna; ſecus verò, vbi inducitur ob defectum ſolemnitatis ſeruatæ; tamen adhuc nos ſumus in priori caſu; negari enim non poteſt, quin annullatio actus d.cap.fi.appoſita ſit ob ſolam canonis illius prohibitionem,& in odium tranſgredientis, cum propriè nulla ibi forma, & ſolemnitas certa tradatur obſeruanda.

Nullitas actus quando ſit pœna.

Dum autem in text. eod.cap.fin. dicitur,(contra præmiſſa,) quod idem eſt,ac ſi diceret, (prædicta,) continet, & afficit omnia,quæ diſpoſita fuerunt in d.cap. fi. id, quod facilè ſuadetur; tum quòd verba illa, & de præmiſſis, ſeu, & de prædictis, quæ ponuntur in fine inſtrumentorum comprehendunt omnia diſpoſita in inſtrumentis, tum per ea, quæ de hoc verbo dicta, quod ſit relatiuum præcedentium tradit poſt alios Pariſ. conſ. 86. num.36. vol.2. conſ.5. num.15.43.46. & conſ.21.num.37. vol.3. ac de verbo, prædicta,quòd referatur ad ſuperiora,idem docet conſ. 158. num. 18. vol. 4. poſt Bart. per illum text.in l. 1.§.hoc edicto, ff.de poſtul. & l.talis ſcriptura, §.fi.ff.de leg.1. ac denique de verbo, præmiſſis, docet Alex.de Neuo in rubr. de ſponſ. & matr.num.3. dum verò ſubditur ibid.in text.d.c.fi.

Præmiſſa quid notent.

vel

vel eorum aliquod includit quodlibet prædictorum, eſt enim
hæc dictio † vniuerſalis, & includit ſingula Dec. cap. quia 608
nos, num. 4. de appellat. Gregor. tract. de fideicom. art. 7. num. *Dictio, aliquod, includit ſingula etiam minima.*
27. poſt Ruin. conſ. 116. col. 3. vol. 2. & verificatur etiam in minimo,
l. ſi ſeruum, §. prætor ait, & ibi Bart. ff. de acquir. hered.
Dec. cap. ſcripta, num. 6. de fide inſtrum. & cap. de appellationib.
num. 11. & 31. de appell. gloſ. Clem. 1. verbo, vel parte aliqua,
de for. compet. latè Tiraq. in repet. l. ſi vnquam, verbo, omnia,
vel partem aliquam, nu. 14. C. de reuoc. donat. Hoc ipſum
etiam quod nimirum dictum decretum irritans appoſitum, in
fi. d. cap. fi. vel ex eo patet, quòd poſitum eſt in fine; nam clauſula
in fine poſita regulariter refertur ad omnia præcedentia d.
l. talis ſcriptura, §. fi. ff. de leg. 1. & cap. inquiſitioni in fine cum
aliis ad id allegatis per Doct. præcipuè Fel. d. cap. cauſam quæ,
num. 4. in princ. de reſcript. & Ant. Gabr. commun. concl. lib. 6.
tit. de clauſ. concl. 9. num. 1. & 2. vbi id quoque ampliat poſt
alios in materia odioſa quod etiam in pœnis docet Fel. d. num.
4. verſ. ſecundò nota poſt Bal. in l. quiſquis, in princ. C. ſi cer. pet.
& Dec. in cap. ſecundò requiris, num. 3. de appell.

Dum verò in d. clauſula irritante ponitur illud verbum, decernimus,
conſtat † nullitatem hanc ita incurri ipſo iure, vt 609
nulla ad id ſententia annullans requiratur, vt in cap. 2. de regular. *Verbum, decernimus, importat nullitatem.*
in 6. cap. prouida, & cap cupientes, de elect. eod. lib. & ibi
Doct. cum aliis, quibus id docent Vgol. d. tract. de cenſur. tab.
1. cap. 9. §. 6. num. 10. & 14. maximè cum hoc ſit verbum præſentis
temporis, quod regulariter, & in dubio inducit canonem
latæ ſententiæ, vt poſt Tiraq. d. l. ſi vnquam, verbo, reuertatur,
num. 21. cum ſeq & alios tradidimus in d. tract. de diſtribut.
quotid. part. 3. quæſt. 7. num. 19. habeátque etiam illa clauſula
dictionem, *omnino*, quæ & ipſa, vbi dubium aliquod eſſet, † certò 610
inducit latam ſententiam, vt poſt eundem Tiraq. d. verbo, *Dictio, omnino, quid importet.*
reuertatur, & Fel. cap. Rodulphus, num. 34. de reſcript. admonuimus
d. quæſt. 7. num. 37. ad fi. Quæ etiam dictio, omnino,
ita importat nullitatem ipſo iure, vt non ſit neceſſaria exceptio
vt in terminis d. cap fin. adnotauit ibi gloſ. ſingularis in fi.
verbo, omnino, quam approbarunt Doct. ibid. communiter.

Poſſet autem hoc loco inferri ad ſingula diſpoſita in d. cap.
fi. ea nominatim recenſendo, vt oſtendamus, ea ita prædicto
decreto affici, vt quicquid geſtum contra illa fuerit, nullum

Digitized by Google

ſit abſque vlla iudicis ſententia, & ſine ope exceptionis, ſed quia ſicut longum nimis id eſſet, ita minimè neceſſarium, cum facillimum cuique ſit ex prędicta concluſione id deducere; potiùs pro coronide huius concl. atque adeo quæſtionis notabilia quædam adiiciamus, quæ ad plures eius concluſiones maximè pertinent.

611 *Lex annexam habens cēſuram an liget.*

Primum verò illud ſit, quòd, † ſi huiuſmodi canon d.cap.fi.eiúſque diſpoſitio in totum, vel pro parte aut vſu recepta non fuerit, aut ſemel recepta contraria conſuetudine poſtmodum ſit abrogata, ceſſabit quoque vel in totum, vel pro ea parte non modò pœna nullitatis, vt ſatis oſtendimus ſupra hoc ipſo cap quæſt.9. concl.9.paulò ante medium vſque ad finem, & ſuaderi quoque poteſt ex iis, quæ mox adducemus, verùm etiam prædicta pœna ſuſpenſionis ab officio, & excommunicationis; etenim lex non obligat, niſi ſit vſu recepta gloſ.in cap.1. verbo, frangere, de treg.& pac. quam ibi ſequuntur Abb.Imol.& ceteri Doct. præcipuè Fel.num 6.vbi latiùs rem hanc pertractat, eam quoque procedere docens in canone habente cenſuram, quod etiam poſt alios tradit Didac.Couar. lib.2. variar. reſol. cap.16. num.6. verſic. Quintò

612 *Lex abrogata cōſuetudine deſinit ſimul cū cenſura obligare.*

ſunt qui huius, Vgol.d.tab.1. cap.9. §.9. vbi idem docet † de lege ſemel recepta, quæ cenſuram contineret, ſed fuit abrogata per conſuetudinem, ex Nauar.in Manual. Confeſſ. cap.27. num. 149. & Silueſt. in verbo, conſuetudo, num.17. & ratio eſt; nam abrogata lege, ſeu canone cenſuram, vel pœnam continente, eſt etiam abrogata ipſa pœna, vel cenſura, vt ſatis comprobat idem Vgol.d.cap.9.§.10.poſt Fel.inter alios in cap. 1.num.5. de conſtit.& latè tradit Io.Azor.part.1. Inſtit. Moral.

613 *Cēſura ſola an poſſit abrogari.*

lib.5. cap.18. quæſt.10. vbi etiam docet, † pœnam excommunicationis, & ſuſpenſionis ipſo iure à ſtatuto, vel canone impoſitam poſſe tolli conſuetudine, non abrogato ipſo canone, vel ſtatuto. ſanè, vt optimè docet Couar. vbi ſupr. dicetur lex, vel conſtitutio vſu non recepta, ſi ea Principe ſciente per aliquot actus contrarios excluditur, vel eo ignorante per decennium negligitur, & omittitur obſeruari; ad eam verò abrogandam per conſuetudinem requiritur, quod conſuetudo ſit legitimè preſcripta, hoc eſt, ſpatio 40.ann.cum ceteris requiſitis inducta, iuxta text.in c.vlt.cum ibi not.per gl.& Doct.maximè Curt.de conſ.Et quoniam in materiam durationis cenſurarū incidimus, eam ſimúlque propoſitorū Notabilium ordinem proſequentes.

Pro

Digitized by Google

Pro 2. not. illud adiicimus, quoad eius durationis initium; (reliqua enim ad eiuſdem ſucceſſionem,& finem pertinebant;) quòd † cenſura ad certum tempus in pœnam lata, qualis eſt 614
ſuſpenſio ad annum, de qua d.cap.fi.de offic.deleg.in 6.currere incipit à die commiſſi delicti de momento in momentum, vt per text. in cap.cupientes, §.ceterum,ibi, extunc inchoandum,de elect.in 6. gloſ.pen. cap. prouida, eod. tit. & lib.atque alia ſatis probat Vgol. tract. de cenſur. tab. 4. cap. 15. in princ. num.2. Suar eod. tract.diſp.29.ſect. 1.num.2. Sayr.in Theſ caſ. conſc. ſeu de cenſur. lib.4.cap.8.num. pariter 2. & Sanchez de Matrim. lib. 2. diſp. 24. num. 16. & lib.3. diſp. 50. num.3. vbi etiam poſt alios concludit, † idem dicendum, ſi ea ſuſpenſio 615
incidat pendente tempore alterius ſuſpenſionis, ita, vt huius finis expectandus non ſit ad illam inchoandam; quod latè comprobant Suar.d num.2. Sayr.d.cap.8. num 6. & Vgol.dict. cap. 15. §.2. per totum, præcipuè per gloſ. receptam communiter in Clem. 2. verbo, ſequentes, de magiſtr. & quia cenſura trahit ſecum executionem, cap.paſtoralis, §.verum, de appellat.

Cenſura ad tẽpus certũ lata quando incipiat.

Quid, ſi incidat in tẽpus ſimilis cenſura.

Not.3. hoc tempus † eſſe non vtile, ſed continuum,vt ſatis oſtendit Suarez d.ſect. 1. num.3. & Vgol.d.cap.15. § 4. per totum, præſertim ex cap. 1. verſic.ſi quis, de re iud.in 6.& cap. 1. de ſent. excomm. eod. lib. quibus ipſe addo gloſ.receptam, in cap.fi.verbo,annum,de temp.ord.in 6.quæ ad id allegat tex. d.c.prouida,de elect eod.lib. 616

Cẽſura tempus quale ſit.

Not.4. prædictum tempus ſuſpenſionis † debere eſſe completum etiam quoad vltimum diem; ſiue per accuſatiuum, ſecum, aut ſine præpoſitione, ſiue per ablatiuum ſit adiectum, vt probat Suar.d.ſect.1.num.4.quia ſuſpenſio includit negationem, & prohibitionem; negatio autem totum deſtruit, & prohibitio facta eſt pro toto illo tempore. idem adſtruit Vgol. d. cap.15.§ 5. maximè per text. in cap. 1 §.qui verò, & d. cap. cupientes,§ ceterum, de elect.in 6.& quia niſi totum tempus abierit,ſciri non poteſt, an ſuſpẽſus prohibitas ei functiones exercuerit, nec ne. 617

Cenſura tẽpus quando compleatur.

Not. 5. & vlt. huiuſmodi annum, (qui,ſicut & ſimilis menſis, atque hebdomada, quoniam non ordinario tempore, ſed extraordinario iuxta facti contingentiam incipit, emergens dicitur à Bal.in l.de diuiſione, num.1. Alex.num.2. Iaſ.num.7.ff.

Digitized by Google

ſol matr. quos ad id refert, ac ſequitur Vgol.d.cap.15.§.3.circa initium laudatus à Sayr.d.cap.8. num.3.) ita † computandum eſſe, vt ex quacunque parte anni ſuſpenſio inchoetur, tanta pars anni ſequentis ei adiungatur, quanta ad complendum integrum annum, id eſt, 365. dies ſufficiat; vt quoad annum in ſpecie ſentit Vgol.d.cap.15.§.1.& 3.in fine,docéntque expreſsè Sayr.d.cap.8. num.5. & Suar.d.ſect.1.num.6.id deducentes ex iis, quæ num. præced. tradiderant de menſe; in quo idem etiam fusè poſt alios probant Vgol. d. §. 3. & Sanchez d. lib.2.diſput.24. num. 15. colligitúrque ex l. ita vulneratus, §. æſtimatio autem, ff.ad leg. Aquil. vbi dicitur, quòd qui prior vulnerauerit,tantum præſtabit,quanti vulneratus in anno proximo plurimi fuerit, repetitis ex die vulneris 365. dieb. Quòd ſi annus, ad quem lata eſt d.ſuſpenſio, ſit biſſextilis, ſeu intercalaris, † tunc,licèt communiter opinio ſit,quòd,cum ſimus in materia pœnali, & odioſa, debeat hic annus conſtare ſolùm ex 365. diebus, vt voluit gloſ. recepta in cap. nullus, quod eſt diſt.55. verbo, anno, cap.quæſiuit,§.vlt.verbo, quaſi, de verb. ſignific. & cap.ſi propter, verbo, primi anni, de reſcript. in 6. cum aliis Doct.quos allegant, ac ſequuntur ad id pleraque adducentes Vgol.d.§.1.Suar.d.num.6. cum trib.ſeqq. Sayr.d.cap. 8.num.12. quod & facere videtur Sanchez d.diſp.24.num.18. pro qua opinione potiſſimùm citatur text.in l.cum heres,§.Stichus ſi heredem, ff.de ſtatulib. vbi libertate ſeruo relicta, dies biſſexti reiicitur, & annus 365.dieb.concluditur. Tamen pace tot, tantorúmque virorum ille text.id non probat, ad quod allegatur; apertè enim loquitur, vbi non eſt conſtitutus dies, vnde annus incipiat, ſed tam annus, quàm dies eſt in electione alterius, puta legatarij; tunc autem nil mirum, ſi iuxta vulgatam iuris regulam, quod minimum eſt, ſequimur l.ſemper in obſcuris, ff.de reg.iur.& cap in obſcuris,eod.tit.in 6.l.nummis,ff.de leg.3.maximè fauore libertatis,quæ omnib.reb.fauorabilior eſt,l.libertas,ff.de reg. iur. eligere is poſſit non extraordinarium, hoc eſt,biſſextilem,ſed ordinarium,qui ex 365.dieb. conſtat. Igitur extra hunc caſum ſtandum erit regulæ, vt duo illi dies pro vno computentur, iuxta text.d.cap.quæſiuit, ac l. 3.§.minorem,ff.de minor. & l.cum biſſextus,ff.de verb. ſignif. caſúmque, l. 2. ff. de diuerſ. & tempor. præſcript. quoad priorem partem, vbi in actionib. quæ conſtituto tempore finiuntur,

618 *Et quomodo computetur.*

619 *Quid hìc ſi annus biſſextilis ſit:*

Digitized by Google

tur, dies intercalaris non computatur; neque in his iurib. fauor aliquis, aut odium, vt aliàs ſolet, à lege conſideratur. ſed & fauor conſiderari poteſt, & odium in cenſuræ duratione; tum ne delicta maneant impunita, arg. d l. ita vulneratus, §. quod ſi quis, & cap. irrefragabili, §. ceterum, de off. ord. tum quia ſic retinetur neruus Eccleſiaſticæ diſciplinæ, cap. multi, 2. quæſt. 1. & cap. dilecto, de ſent. excom. in 6. cum ſimil. Atque huius ſententiæ in noſtra ſpecie veriùs eſt Sanchez d. num. 18. dum prædictam communem doctrinam poſt alios ponit in caſu 1. ſuæ concl. quæ eſt, vbi dies ſtatuitur, vnde incipiat menſis, vel annus ſuſpenſionis, & apertiùs num 22. poſt Molin. tom. 2. de iuſt. & iur. tract. 2. de diſp. 573. num. 2. Idem etiam ſentit gl. d. l. 2. & ibi Bart. communiter eam teneri aſſerens, dum ſtatuunt biſſextilem diem adiiciendum, vbi pœna imponatur per annum, vel menſem, ſecus, † ſi per dies; quod poſtremum ſatis conſtat ex d. l. 2. in fi. & admittit poſt alios Sanchez d. num. 18. & ex communi Suar. ſupr. num. 7. ſed & vbi ex his poſterior hæc opinio non conuincatur, dubia tamen prior redditur; in dubiis autem tutior pars eſt eligenda, cap. cum deſideres, §. ſecundæ, de ſent. excomm. cap. iuuenis, de ſponſ. cap. ſignificaſti, il 2. cap. ad audientiam, & cap. pen. de homic. per quæ & alia iura idem Vgol. d. tract. de cenſur. tab. 1. cap. 14. in princip. num. 14. & 15. docet, in dubio debere ſe aliquem pro cenſura irretito habere. atque hac ferè ratione noſtram ſententiam tuentur Hoſt. quoque & Io. Monach. in cap. 1. de re iud. in 6.

620 *Et feratur cenſura per dies.*

Cetera circa durationem cenſurę minùs neceſſaria peti poſſunt ex Suar. d. diſput. 29. Vgol. d. cap. 15. & Sayr. d. cap. 8. ac iurib. & Doct. ab iiſdem allegatis. Nos verò ex iis, quæ diximus, finem huic concluſ. & quæſt. ſimúlque 7. cap. iam tandem imponamus.

Digitized by Google

SVMMÆ RERVM.

1 *Ordo iuris, etiam qui in ſummarijs adhibetur, non eſt neceſſariò ſeruandus à Conſeruatore iuxta terminos c. 1. & fi. de off. deleg. in 6. iuncto num. 5.*

2 *Ordo iuris in natorijs non ſeruatur ſaltem de neceſsitate. licèt cauſa ſit ciuilis. num. 3. aut iurauerit quis eum ſeruare in omni cauſa. num. 4. & 6.*

5 *Ordo iuris cauſarum ſummariarum medius eſt inter ordinem plenariarum, & eum, qui in notorijs adhibetur.*

6 *Ordo iuris ſeruari poteſt ſaltem partib. conſentientib. à Conſeruatore iuxta terminos. c. 1. & fi. de off. deleg. in. 6.*

7 *Ordo aliqualis iuris ſeruari debet à Conſer. iuxta iuris term. deputato.*

8 *Ordo aliqualis iuris ſeruandus in notorijs.*

9 *Libellus aliquis, licèt non ſolemnis, offerri debet coram Conſeruatore iuxta terminos iuris deputato, & num. 15.*

10 *Petitio aliqua requiritur in notorijs. fallit tamen in connexis. nu. 14.*

11 *Iudex quando ſuppleat de facto maximè in notorijs.*

12 *Inquiſitionis via quomodo vtatur Conſeruator.*

13 *Sententia quomodo declaranda eſt iuxta petitionem.*

15 *Libellus ſolemnis non requiritur in notorijs facti, vel iuris ſurgentis à notorio facti. & quid in notorio probationis. num. 16.*

17 *Litis conteſtatio, iuramentúmve calumniæ, vel malitiæ, aut ſimilia iudicis ordinatoria non requiruntur coram Conſeruatore iuxta iuris terminos deputato. & trib. num. ſeqq.*

19 *Iuramentum calumniæ an ſit inductum iure ciuili, vel naturali.*

20 *Iuramentum malitiæ eſt de ſolemnitate, & ordinatorijs iudicij.*

21 *Ordinatoria iudicij an ſint neceſſaria in notorijs iuris.*

22 *Citare poteſt, ac debet in actibus præiudicialibus Conſeruator etiam ad terminos iuris deputatus.*

23 *Citatio in notorijs, an requiratur, & multis num. ſeqq.*

24 *Citationem omittere poteſt Conſeruator, coram quo delinquitur. Item cùm informauit ſe ſuper notorio parte præſente. num. 25. aut ex abundanti aſſumit probationes ſuper notorio. num. 26. aut cum, ſi fiat citatio, poſsit oriri ſcandalum, num. 27.*

28 *Conſeruator an informare ſe poſsit ſuper notorio parte non citata.*

29 *Citatio vnica ſufficit in notorio etiam ad ſententiam.*

30 *Citatio non requiritur ad validitatem cenſuræ.*

31 *Moni*

Digitized by Google

31 *Monitio à citatione in quo differat.*

32 *Abſens legitimè vel citatus ſi venire contemnat, poteſt amplius non citari.*

33 *Citatio quotuplex, & trib. num. ſeqq.*

34 *Citatio quæ ſit iuris ordinatione, an competat Conſeruatori.*

35 *Citatio verbalis tantùm quando fieri poſſit, & an à Conſeruatore.*

36 *Citatio per epiſtolam, ſeu litteras quid ſit, & à quo decerni poſſit.*

37 *Citatio per litteras alia ſpecialis, alia generalis.*

38 *Citatio per litteras generalis in quo conueniat cum citatione per edictum.*

39 *Citare per edictum an poſſit Conſeruator.*

40 *Citatio per edictum regulariter eſt prohibita. & inducta eſt à iure in ſubſidium. num. 41.*

42 *Citatio per edictum quomodo fiat. & num. 43. 46. 50. & 51.*

43 *Citatio per edictum in pluribus caſibus fieri poteſt, quàm duobus.*

44 *Edicto citari quis poteſt cùm procurat, ne citari poſſit. Item cum tutè non poteſt adiri locus citandi. num. 45. & quomodo tunc fiat citatio. num. 46.*

47 *Acceſſus non tutus, vt quis citari poſſit per edictum, quando dicatur.*

48 *Edicto citari poteſt qui ſemel perſonaliter citatus eſt contumax, vel receſſit nullo procuratore relicto.*

49 *Edicto citatur perſona vagabunda. & quibus in locis tunc affigendum ſit. num. 50.*

51 *Citatio per edictum fieri poteſt, quando contradictor eſt incertus, & quomodo tunc fiat.*

52 *Citatio per edictum fieri poteſt, quandocumque poteſt per proclama; & in quo hæ citationes differant.*

53 *Iniuria, & violentia notoria non eſt neceſſariò coram Conſeruatore probanda.*

54 *Notorium regulariter non eſt probandum. ſi tamen ſit facti tranſeuntis, vel interpolati, de eo, vbi negetur, vel non ſit notorium iudici, debet vt iudici conſtare. num. 55.*

56 *Notorium iuris debet probari. & quid in notorio præſcriptionis. n. 57.*

58 *Notorium extra locum tantùm iudicij, probandum eſt.*

59 *Notorium dubium probari debet coram Conſeruatore. Nec ſufficit pronunciari ab eo delictum eſſe notorium, vbi non conſtet de delicto, vel à tali declaratione fuiſſe appellatum. num. 60.*

61 *Negare probabiliter, factum eſſe notorium, quando quis dicatur.*

Digitized by Google

SVMMÆ RERVM.

1 *Ordo iuris, etiam qui in ſummarijs adhibetur, non eſt neceſſariò ſeruandus à Conſeruatore iuxta terminos c. 1. & fi. de off. deleg. in 6. iuncto num. 5.*

2 *Ordo iuris in natorijs non ſeruatur ſaltem de neceßitate. licèt cauſa ſit ciuilis. num. 3. aut iurauerit quis eum ſeruare in omni cauſa. num. 4. & 6.*

5 *Ordo iuris cauſarum ſummariarum medius eſt inter ordinem plenariarum, & eum, qui in notorijs adhibetur.*

6 *Ordo iuris ſeruari poteſt ſaltem partib. conſentientib. à Conſeruatore iuxta terminos. c. 1. & fi. de off. deleg. in. 6.*

7 *Ordo aliqualis iuris ſeruari debet à Conſer. iuxta iuris term. deputato.*

8 *Ordo aliqualis iuris ſeruandus in notorijs.*

9 *Libellus aliquis, licèt non ſolemnis, offerri debet coram Conſeruatore iuxta terminos iuris deputato, & num. 15.*

10 *Petitio aliqua requiritur in notorijs. fallit tamen in connexis. nu. 14.*

11 *Iudex quando ſuppleat de facto maximè in notorijs.*

12 *Inquiſitionis via quomodo vtatur Conſeruator.*

13 *Sententia quomodo declaranda eſt iuxta petitionem.*

15 *Libellus ſolemnis non requiritur in notorijs facti, vel iuris ſurgentis à notorio facti. & quid in notorio probationis. num. 16.*

17 *Litis conteſtatio, iuramentúmve calumniæ, vel malitiæ, aut ſimilia iudicis ordinatoria non requiruntur coram Conſeruatore iuxta iuris terminos deputato. & trib. num. ſeqq.*

19 *Iuramentum calumniæ an ſit inductum iure ciuili, vel naturali.*

20 *Iuramentum malitiæ eſt de ſolemnitate, & ordinatorijs iudicij.*

21 *Ordinatoria iudicij an ſint neceſſaria in notorijs iuris.*

22 *Citare poteſt, ac debet in actibus præiudicialibus Conſeruator etiam ad terminos iuris deputatus.*

23 *Citatio in notorijs, an requiratur, & multis num. ſeqq.*

24 *Citationem omittere poteſt Conſeruator, coram quo delinquitur. Item cùm informauit ſe ſuper notorio parte præſente. num. 25. aut ex abundanti aſſumit probationes ſuper notorio. num. 26. aut cum, ſi fiat citatio, poßit oriri ſcandalum, num. 27.*

28 *Conſeruator an informare ſe poßit ſuper notorio parte non citata.*

29 *Citatio vnica ſufficit in notorio etiam ad ſententiam.*

30 *Citatio non requiritur ad validitatem cenſuræ.*

31 *Moni*

31 *Monitio à citatione in quo differat.*
32 *Abſens legitimè vel citatus ſi venire contemnat, poteſt amplius non citari.*
33 *Citatio quotuplex, & trib. num. ſeqq.*
34 *Citatio quæ ſit iuris ordinatione, an competat Conſeruatori.*
35 *Citatio verbalis tantùm quando fieri poſſit, & an à Conſeruatore.*
36 *Citatio per epiſtolam, ſeu litteras quid ſit, & à quo decerni poſſit.*
37 *Citatio per litteras alia ſpecialis, alia generalis.*
38 *Citatio per litteras generalis in quo conueniat cum citatione per edictum.*
39 *Citare per edictum an poſſit Conſeruator.*
40 *Citatio per edictum regulariter eſt prohibita. & inducta eſt à iure in ſubſidium. num. 41.*
42 *Citatio per edictum quomodo fiat. & num. 43. 46. 50. & 51.*
43 *Citatio per edictum in pluribus caſibus fieri poteſt, quàm duobus.*
44 *Edicto citari quis poteſt cùm procurat, ne citari poſſit. Item cum tutè non poteſt adiri locus citandi. num. 45. & quomodo tunc fiat citatio. num. 46.*
47 *Acceſſus non tutus, vt quis citari poſſit per edictum, quando dicatur.*
48 *Edicto citari poteſt qui ſemel perſonaliter citatus eſt contumax, vel receſſit nullo procuratore relicto.*
49 *Edicto citatur perſona vagabunda. & quibus in locis tunc affigendum ſit. num. 50.*
51 *Citatio per edictum fieri poteſt, quando contradictor eſt incertus, & quomodo tunc fiat.*
52 *Citatio per edictum fieri poteſt, quandocumque poteſt per proclama; & in quo hæ citationes differant.*
53 *Iniuria, & violentia notoria non eſt neceſſariò coram Conſeruatore probanda.*
54 *Notorium regulariter non eſt probandum. ſi tamen ſit facti tranſeuntis, vel interpolati, de eo, vbi negetur, vel non ſit notorium iudici, debet vt iudici conſtare. num. 55.*
56 *Notorium iuris debet probari. & quid in notorio præſcriptionis. n. 57.*
58 *Notorium extra locum tantùm iudicij, probandum eſt.*
59 *Notorium dubium probari debet coram Conſeruatore. Nec ſufficit pronunciari ab eo delictum eſſe notorium, vbi non conſtet de delicto, vel à tali declaratione fuiſſe appellatum. num. 60.*
61 *Negare probabiliter, factum eſſe notorium, quando quis dicatur.*

62 *Notorium*

Digitized by Google

62 *Notorium probandum, ſi agatur contra abſentem.*

63 *Notorietatis qualitas ſemper eſt probanda. niſi delictum fiat coram populo, ac iudice ſedente pro tribunali. nu. 64. aut reus illud confiteatur. num. 65.*

66 *Notorietas delicti probanda coram Conſeruatore iuxta terminos iuris deputato, ad fundandam eius iuriſdictionem; aliàs nequit procedere. num. 68.*

67 *Qualitas tribuens iuriſdictionem in primis eſt probanda.*

69 *Informatio extraiudicialis, & ſummaria Conſeruatoris ſuper notorietate ſufficit ad effectum procedendi.*

70 *Notorietas, & notorium ipſum probari poteſt duob. teſtibus.*

71 *Circunſtantiæ excuſantes delictum ſi allegentur, probandæ ſunt coram Conſeruatore.*

72 *Notorium licèt non probandum, tamen eſt allegandum. etiam ſi ſit notorium iuris. num. 73.*

74 *Interrogare poteſt Conſeruator partes ſiue ex officio, ſiue ad inſtantiam partis, vbi æquitas id ſuadet.*

75 *Conſeruator ad terminos iuris deputatus ferre poteſt, ac debet ſententiam ſuper notoria iniuria, cum num. ſeq.*

76 *Sententia in notorijs requiritur. non tamen ſolemnis, num. 77. & quid in notorio iuris. num. 78.*

79 *Declaratio ſuper notorio an requiratur, ſi reus neget notorium.*

80 *Iudicium ſuper notorio non poteſt vt ſic inchoari à præcepto. poteſt tamen fieri præceptum loco ſententiæ. num. 81.*

82 *Sententia in notorijs, ſicut in ſummarijs poteſt ferri concluſione non facta, & ſtando, vel ſedendo. item per alium. num. 83. non tamen ſine ſcriptis. num. 84.*

85 *Solemnitates ſententiæ, & proceſſus remiſſæ in cauſis ſummarijs, remittuntur quoque in notorijs.*

86 *Notorium repugnans ſententiæ quando eam nullam reddat.*

87 *Deciſio cap. 1. de off. deleg. in 6. hodie penè inutilis eſt ob Conſeruatorum amplitudinem.*

88 *Clauſula, ſummariè, ſimpliciter, &c. apponi nunc ſolet in Conſeruatorijs, non illa, ſola facti veritate conſpecta, contra aliquos, & num. ſeq.*

89 *Clauſulæ ſola facti veritate inſpecta, ius.*

90 *Regularium Conſeruator nequit procedere poſt habitis articulis, omiſſis citationibus in iuramento teſtium, & omni appellatione remota, contra quoſdam.*

91 *Sum*

Digitized by Google

91 *Summariè, dictio æquiuoca eſt plura ſignificans, & num. 94.*

92 *Summariè cauſam committi non idem eſt, ac committi ſimpliciter, de plano, ac ſine ſtrepitu, & figura iudicij, ſecundùm aliquos.*

93 *Simpliciter committi cauſam quid importet.*

94 *Summariè tantum commiſſa cauſa an ſit verè ſummaria.*

95 *Clauſula, ſine figura iudicij idem ſola importat ac ſi præcederet illa, ſimpliciter, de plano, ac ſine ſtrepitu.*

96 *Subſtantialia iudicij à iure ciuili inducta omittere poteſt Conſeruator, cui cauſa commiſſa ſit ſine figura iudicij.*

97 *Citare debet Conſeruator in cauſis ſummarijs non ſolùm initio cauſæ, num. 98. ſed etiam in aliquo proceſſu. niſi initio comminatus fuiſſet citato ad totam cauſam, quòd procedet ad vlteriora. num. 99.*

100 *Citatio ad ſententiam in ſummarijs non ſufficit generalis. non debet tamen neceſſariò eſſe peremptoria. num. 101. nec requiritur in eo, pro quo ferenda eſt ſententia. num. 102.*

103 *Citatio requiritur in ſummarijs, cum moderanda eſt dilatio. item ad videndum iurare teſtes. num. 104. teſtes tamen non citati admittuntur, modò fuerint requiſiti. num. 105.*

106 *Legitimatio perſonæ requiritur in cauſis, quas Conſeruator ſummariè cognoſcit. dummodo ſit fundata in iure naturali, aliàs ſecus. num. 107. & quid in patris conſenſu ibid. & num. 108.*

109 *Libellus ſolemnis non exigitur in Conſeruatore ſummariè procedente, ſed bene aliqua petitio. & in quo hæc differant. num. 110. quòd ſi ſolemnis offeratur, quæ proteſtatio fieri debeat. num. 111.*

112 *Induciæ deliberatoriæ an dentur in cauſis ſummarijs.*

113 *Reconuentio an fiat in cauſis ſummarijs, & quomodo.*

114 *Litis conteſtatio non eſt neceſſaria in cauſis à Conſeruatore ſine figura iudicij terminandis, & num. ſeq.*

115 *Litis conteſtatio per quæ fiat.*

116 *Iurandum de calumnia, de malitia, & de veritate dicenda in cauſis à Conſeruatore ſummariè tractandis. Et in quo hæc iuramenta inter ſe differant. num. 117.*

118 *Iuramentum calumniæ an ſit de iure diuino, vel naturali; poſſitue remitti.*

119 *Conſeruator in cauſis ſummarijs poteſt procedere tempore feriato ob hominum neceſſitatem, non in honorem Dei, vel Sanctorum, aut ferijs repentinis.*

120 *Dilationes breuiores, & pauciores, ſed aliquas dare debet Conſeruator in cauſis ſummarijs.*

Digitized by Google

121 *Defenſiones legitimæ, & probationes neceſſariæ admittendæ ſunt à Conſeruatore in cauſis ſummarijs, & aliquot num. ſeq.*

122 *Aduocati an ſint admittendi in ſummarijs.*

123 *Probatio plena requiritur in cauſis ſummarijs, nec ſufficit iuramentum in ſupplementum, niſi vt in plenarijs.*

124 *Exceptiones quænam admittendæ in ſummarijs.*

125 *Appellatio reijcienda in cauſis ſummarijs quæ ſit.*

126 *Teſtes in iudicio ſummario debent eſſe iurati citra partis conſenſum; & quidem parte præſente, vel citata. Item debent rectè concludere, & ſecretò examinari. num. 127. ipſi tamen non ſunt neceſſariò citandi, modò fuerint requiſiti, nec ſe obtulerint. num. 128.*

129 *Proceſſus debet publicari coram Conſeruatore in cauſis ſummarijs. Aliàs pars poterit appellare; non tamen nullus erit proceſſus. num. 130.*

131 *Publicato proceſſu etiam in ſummarijs nequeunt examinari teſtes ſuper ijſdem Capitulis, aut directò contrarijs.*

132 *Edere inſtrumenta ſua non cogitur reus etiam in cauſa ſummaria.*

133 *Concluſio in cauſa non eſt neceſſaria in ſummarijs.*

134 *Terminus ad allegandum ante ſententiam non eſt neceſſarius in cauſis ſummarijs.*

135 *Concluſio in cauſa poteſt exigi à Conſeruatore in ſummarijs. & quomodo ea fiat. num. 136. & quis actus vim habet concluſionis vbi ea non fiat. num. 137.*

138 *Interrogare partes an poſſit Conſeruator in cauſis ſummarijs. & quomodo plùs, quàm in plenarijs. num. 139. & quid in teſtibus. num. 140.*

141 *Pronunciare poteſt Conſeruator in ſummarijs ſimul ſuper emergenti, & principali, cum num. ſeq.*

142 *Condemnari poteſt dominus in cauſa ſummaria agitata contra eius procuratorem.*

143 *Sententia definitiua ferri debet à Conſeruatore in cauſa ſummaria. Poteſt tamen eius loco, ſi præceſſit cognitio, iubere res capi, & diſtrahi pro debito num. 144.*

145 *Appellari poteſt in cauſa ſummaria ab executore, vbi ſuccedat loco ſententiæ definitiuæ.*

146 *Appellatur à pronunciatione de exequendo.*

147 *Sententia in ſcriptis debet proferri à Conſeruatore in ſummarijs; nō eſt tamē neceſſe, quòd ipſe per ſe eam proferat; neq; quod ſedeat.*

148 *Ordo*

Digitized by Google

148 *Ordo iuris plenariæ cauſæ proprius poteſt de conſenſu partium etiam tacito adhiberi à Conſeruatore in cauſa ſummaria. poteſt tamen eas pœnitere conſenſus, niſi expreſſus fuerit. num. 149.*

150 *Ordo iuris ſummariæ cauſæ proprius non poteſt omnino adhiberi etiam de partium conſenſu in plenaria. ſecus ſi iudex vt arbitror procedat. num. 151. item quoad aliquos actus, ſi vt iudex procedere debet. num 152.*

153 *Inſtantia an locum habeat in ſummarijs cauſis remiſſiuè.*

154 *Teſtes examinare poteſt Conſeruator ſiue habeat plenam iudicis poteſtatem, ſiue debeat ſummariè procedere.*

155 *Conſeruator deputatus iuxta terminos iuris communis poteſt teſtes recipere, & examinare.*

156 *Plures Conſeruatores eſſe poſſunt vnius loci, vel perſonæ, & quot modis.*

157 *Inhibitio fieri debet ex iuſta cauſa; & quæ illa ſint, remiſſiuè.*

158 *Inhibitio alia fit per iudicem in prima inſtantia, alia per iudicem appellationis.*

159 *Inhibere quando poſſit Conſeruator tamquam iudex Eccleſiaſticus laico.*

160 *Laicos Magiſtratus an poſſit Conſeruator Apoſtolicus coërcere, cùm ſuam iuriſdictionem impediunt.*

161 *Inhibere poteſt Conſeruator Apoſtolicus alteri iudici Eccleſiaſtico, qui Ordinarius ſit, & num. ſeq.*

162 *Delegatus Principis eſt maior quocunque Ordinario.*

163 *Inhibere poteſt Conſeruator Apoſtolicus legato ſedis Apoſtolicæ etiã de latere, cum duob. num. ſeqq. eſt enim eo maior in cauſa ſibi commiſſa. num. 164.*

165 *Inhiberi an poſſit Cardinali.*

166 *Inhibere poteſt Conſeruator alteri delegato Apoſtolico.*

167 *Iuriſdictio ſine coërctione nulla eſt.*

168 *Par in parem an aliquando habeat imperium, & duob. num. ſeq.*

169 *Inhibere quando poſſit Conſeruator alteri Conſeruatori. & num. ſequenti.*

170 *Præuentio, aut prælatio quando habeat locum inter Conſeruatores.*

171 *Præuentionis, & inhibitionis materia, remiſſiuè.*

172 *Inquiſitores eorúmve miniſtri nequeunt cenſuris, aliásve puniri à Conſeruatore.*

173 *Cenſura à Conſeruatore ferri debent ſeruata forma Concil. Trid. ſeſſ. 25. c. 3. de reform. Item forma c. 1. de ſent. excom. in 6. num. 174.*

Item forma cap. ſacro, extr. eod. tit. num. 175. cum ſeq.

176 Monitio competens præmittenda excommunicationi qualis eſſe debeat etiam cùm à Conſeruatore ferenda eſt.

177 Cenſuræ quo ordine inferendæ ſint à Conſeruatore Epiſcopis.

178 Formæ ſeruandæ à Conſeruatore in infligendis cenſuris ex Trid. ſeß. 25. c. 3. omißio non vitiat proceſſum. Idem in omißione formæ cap. 1. de ſent. excom. in 6. num. 179. Idem in forma cap. ſacro, extr. eodem tit. num. 180. & in forma cap. 2. de off. deleg. in 6. num. 181.

182 Actio ciuilis iniuriæ differt ab actione ad damna, vel intereſſe.

183 Damna, & expenſæ inter ſe differunt.

184 Aeſtimatio iniuriæ, damnorum, & expenſarum ſpectat ad Conſeruatorem.

185 Aeſtimatio iniuriæ facienda eſt iuxta tempus, quo illata fuit.

186 Aeſtimatio iniuriæ quomodo taxetur præuio iuramento. & tribus num. ſeqq.

187 Actio merè ciuilis, & prætoria iniuriæ quæ ſint.

188 Aeſtimationem iniuriæ à parte factam, ſi exceßiua ſit, iudex moderari debet.

189 Aeſtimatio iniuriæ fieri debet à parte medio iuramento.

190 Iuramentum partis in æſtimatione iniuriæ an præcedere debeat, vel ſequi iudicis taxationem.

191 Aeſtimatio damni, expenſarum, & intereſſe occaſione iniuriæ debet, ſi poteſt, fieri per teſtes, aut alias probationes legitimas. Aliàs per iuramentum fieri debet, & quomodo, num. 192.

193 Condemnare debet iudex in quantitate ratione iniuriæ, damnorum, expenſarum, & intereſſe iuramento veritatis liquidata.

194 Aeſtimari an poßint ſimul plures iniuriæ.

195 Aeſtimatio iniuriæ, etiam quoad damna, expenſas, & intereſſe, vnde ſumatur.

196 Iniuriæ grauitas, vel leuitas ſumitur ex qualitate rei. Item ex qualitate perſonæ ſiue inferentis, ſiue paſſæ iniuriam. num. 197. Item ex tempore. num. 198. loco. num. 199.

200 Atrox iniuria dicitur, propter quam donatio reuocatur, aut filius exhæredatur, ſeu habens admixtam ingratitudinem.

201 Iniuria grauis, leuis vel atrox reputatur ſecundùm communem loci opinionem.

202 Iniuria, quæ corpori fit ceteris paribus grauior eſt, quàm quæ verbis, aut in rem, & num. ſeq.

203 Perſo

Digitized by G

203 *Perſonæ quando dicatur inferri iniuria, & an ſemper ſit atrox.*

204 *Habere terminum pro ſeruato quid ſit.*

205 *Pronuntiare vt in cedula quid ſit.*

206 *Sententiam ſtans ferre poteſt Conſeruator iuxta terminos iuris deputatus. & an diebus feriatis ob neceſſitatem hominum. nu. 207.*

208 *Habere non poteſt quiuis Conſeruator terminum pro ſeruato, ſed debet ferre re ipſa ſententiam in termino citationis poſtremò ad eam emanatæ. Idq; præſertim in prouincia Mediolanen. propter conſtitutionem Gregorij XIII. num. 209. Valet tamen contrarius ſtylus legitimè inductus. num. 210.*

211 *Pronunciare non poteſt Conſeruator, prout in cedula, ſed debet ex ſcripto ſententiam ſtatim recitare, publicare, ac Notario conſignare.*

212 *Tribunal erectum habere non poteſt Conſeruator, & vbi illud eligere debeat. num. 213. & an ſemel electum mutare poſſit. numer. 214.*

215 *Munera non poteſt accipere à partibus Conſeruator Apoſtolicus.*

216 *Eſculenta, & poculenta, quæ paucis diebus conſumi poſſunt, accipere poteſt Conſeruator Apoſtolicus. neque enim xenia muneris nomine veniunt, num. 217. quot ſint hi dies. num. 218. an famuli computentur. num. 219. & an ab vtroque litigante accipi poſſint. 220. & quæ pœna ſit plus accipientibus. num. 221.*

222 *Pœna corrumpentis iudicem, vel ipſius iudicis, remiſſiuè.*

223 *Aſſeſſores, ac Notarij Conſeruatorum munera, & xenia à litigantibus poſſunt accipere, & num. ſeqq.*

224 *Aſſeſſoris conſilium an iudex ſequi teneatur.*

225 *Expenſas victus poteſt accipere Conſeruator à litigantibus, cùm relinquit ſuum domicilium. Et an aliquid ab ijs deducendum ſit. num. 226. quid ſi habeat beneficia ſufficientia. num. 227. Item quas facit transferens ſe ad teſtem ex cauſa legitima. num. 228. Item equorum vecturarum, & ſimilium. num. 229. & quomodo eas non plus ab vna parte, quàm ab alia recipit, & pauperibus remittit. num. 230.*

231 *Damnum, quod patitur Conſeruator abſens, an teneantur litigantes ei reſarcire.*

232 *Aſſeſſor, & Notarius, quos cum Conſeruatore extra domicilium transferri contingit, non habent à partibus expenſas.*

233 *Expenſæ Conſeruatori, & Notario pro viatico ſoluendæ in Prouincia Mediolanen. quæ ſint.*

Digitized by Google

234 *Salarium de iure nequit accipere Conſeruator. poteſt tamen, ſi adſit conſuetudo, recipere moderatas ſportulas. num. 235. ſed nec eas poteſt in ſummarijs cauſis, aut miſerabilium perſonarum ratione paupertatis. num. 236. & in Prouincia Mediolanenſi etiam ſine conſuetudine taxam in conſtitut. Gregoriana præſcriptam. num. 237.*

238 *Aſſeſſores Conſeruatorum recipere poſſunt ſalarium ab ipſis Conſeruatoribus moderandum. & quid in ea moderatione Conſeru. debeat attendere. num. 239. & cur communiter à partibus illud recipiant, num. 240.*

241 *Notarij Conſeruatorum recipere poſſunt ſalarium à Conſeruatorib. moderandum. Quæ tamen moderatio ab eo fit ſolùm quoad acta, non quoad inſtrumenta, num. 242.*

243 *Salariorum iudicum, aſſeſſorum, & notariorum materia, remiſſiuè. Item tenor conſtit. Gregorij XIII. de taxis, & alijs ſeruandis à Conſeruatoribus in Prouincia Mediolanen.*

244 *Exequi per ſe poteſt Conſeruator ſuam ſententiam.*

245 *Exequi poteſt Conſeruator ſententiam per alium, præſertim Ordinarium, ei mandando, vt illam exequatur.*

246 *Ordinarius tenetur parere delegato ei mandanti, vt ſuam ſententiam exequatur, poteſtq́; ad id ab eodem compelli. quid ſi poſt mandatum vnius delegati, alter mandet contrarium. num. 247. Aut ſi ille Ordinarius ſit Legatus ſedis Apoſtolicæ. num. 248.*

249 *Legatus ſedis Apoſtolicæ an poſſit confirmare ſententiam Conſeruatoris.*

250 *Exequi poteſt Conſeruator ſententiam ſuam intra annum. Idem quoad abſolutionem à ſe excommunicati. num. 251. & quoad defenſionem miſſi à ſe in poſſeſſionem. num. 252.*

253 *Intellectus cap. quærenti, cap. in litteris, & cap. ſignificaſti, de off. deleg.*

254 *Exequi an poſſit poſt annum aliquis ſaltem Conſeruator ſententiam ſuam.*

255 *Ordinarius non poteſt violenter reſiſtere Conſeruatori exequenti ſuam ſententiam iniuſtam; aut ei mandanti, vt illam exequatur.*

256 *Exequi quando iudex teneatur alterius ſententiam, quam iniuſtam prætendit.*

257 *Brachium ſeculare ad duos effectus præcipuè ab Eccleſiaſtico iudice inuocatur, vel vt ſuam ſententiam per iudicem laicum, vel vt ipſemet exequatur.*

258 Bra

Digitized by Google

258 *Brachium ſeculare innocari poteſt à Conſeruatore, vt Magiſtratus laicus eius ſententiam exequatur, & aliquot num. ſequentibus.*

259 *Brachium ſeculare poteſt inuocari ab Ordinario Eccleſiaſtico. Item à delegato Apoſtolico etiam abſque ſpeciali facultate. numer.260.*

261 *Laicus iudex, an cognoſcere poßit de nullitate, vel iniuſtitia ſententiæ Conſeruatoris, vt deneget ei brachium ſeculare, & num. ſequent.*

262 *Magiſtratus laicus an poßit per cenſuras compelli ad præſtandum brachium ſeculare.*

263 *Brachium ſeculare inuocari poteſt à Conſeruatore, vt ipſe facilius ſuam exequatur ſententiam, & nonnullis ſeqq.*

264 *Epiſcopus poteſt habere familiam armatam. Non item delegatus Apoſtolicus num.265. excepto Inquiſitore num. 266.*

267 *Brachium ſeculare implorari poteſt à delegato Apoſtolico immediatè, antequam confugiat ad Ordinarium Eccleſiaſticum.*

268 *Brachium ſeculare, vt à Conſeruatore imploretur, non prærequirit neceſſariò cenſuras, & duob.num.ſeq.*

269 *Intellectus cap.cum non ab homine, & cap.at ſi clerici, de iudic.cap. poſtulaſti, de homic.cap.ad falſariorum, de crim.falſ.& cap.nouimus, de verb.ſignif.*

270 *Intellectus Concil. Trident. ſeß.25.cap.3. de reformat.& cap.5.de Regular.*

271 *Brachium ſeculare inuocari poteſt à Conſeruatore, vt ipſe executionem realem, vel perſonalem per executores laici iudicis, vel vt laicus iudex eam per ſuos faciat.*

272 *Laicus poteſt à iudice Eccleſiaſtico mulctari in pecunia. Item capi, & carcerari.num.273.*

274 *Brachij ſecularis materia, remißiuè.*

CAPVT VIII.

De modo procedendi Conſeruatorum.

POSTQVAM egimus in præced. cap. de Iuriſdictione, & poteſtate Conſeruatorum, eas quæſtiones explicando, quę pertinere viſæ ſunt ad materiam, circa quam verſatur Conſeruatoris iuriſdictio præcipuè deputati iuxta terminos cap. 1. & fi. de offic. deleg. in 6. nec non ad locum, intra quem huiuſmodi iuriſdictio poteſt exerceri; quibus adiecimus, an, & quando talis iuriſdictio queat prorogari; ac denique ſubiunximus de pœnis eadem iuriſdictione abutentium, ſequitur iuxta id, quod initio præced. cap. tractandum hoc loco propoſuimus, vt in præſenti cap. de modo procedendi eiuſdem Conſeruatoris, ſeu qua ratione ſua vtatur iuriſdictione diſſeramus; in quo etſi nonnulla tractaturi ſumus, quæ in præced. cap. tractari poſſe videbantur; in hoc tamen de iis agemus, quoniam ad ipſum quoque ſpectant, & illud ſua dote, quę opulentiſſima fuit, contentum eſſe debet.

QVÆRO *autem Primò in hoc Cap. Quis ordo iuris ſeruandus ſit à Conſeruatore in procedendo quoad cauſas non ſummarias, præcipuè in notoriis.*

Loquimur præcipuè in hac quæſtione de Conſeruatore deputato iuxta terminos d. cap. 1. & fi. quatenus nimirum nequit cognoſcere, niſi de manifeſtis iniuriis, & violentiis, hoc eſt, notoriis, vt Innoc. Doct. communiter ibidem expoſuiſſe alibi docuimus; nam de illo, qui deputatus eſt cum ampliori facultate, ita, vt etiam ad ea, quæ iudicialem exigunt indaginem, ſuam extendere poſſit poteſtatem, cui ſolet mandari, vel concedi, vt in his procedat ſummariè, ſimpliciter, & de plano, ac ſine ſtrepitu, & figura iudicij, vt patet ex pleriſque formulis Conſeruatoriarum, quas ſupr. cap. 2. quæſt. 2. inſeri curauimus, nec non ex extrau. vnic. de iudic. in commun. de illo inquam Deo duce in ſeq. quæſt. ſeorſim agemus. Erunt igitur non pauca dicenda in hac etiam quæſt. de notorio præter ea, quæ diximus

mus in præced. c. q. 3. verùm hîc ſtrictiùs, quàm ibi, & non niſi quatenus ad confirmandas, vel declarandas eas concluſiones opus fuerit, quas in ſpecie Conſeruatoris ſtatuemus.

Prima igitur concluſio ſit. Conſeruator deputatus ad limites d. cap. 1. & fin. licèt † non teneatur iuris ordinem ſeruare illum etiam, qui in ſummariis adhibetur; poteſt tamen ſeruare maximè partib. conſentientibus. Prior pars concluſionis probatur primò auctoritate, quoniam ita in ſpecie tradiderunt gloſ. Innoc. Io. An. Anchar. Gemin. Franc. & alij Doct. communiter d. cap. 1. & fi. & apertè colligitur ex d. cap. 1. & fi. dum ibi prohibet Pontifex Conſeruatori, ne ſuam extendat poteſtatem ad ea, quæ iudicialem exigunt indaginem; nam iudicialis indago, vt alibi docuimus ex gloſ. communiter recepta d. cap. 1. verbo, indaginem in eo ſita eſt, vt iudicialis ſeu iuris ordo ſeruetur. 2. Id ipſum probatur ratione; nam d. cap. fi. mandat Pontifex, vt Conſeruatór non niſi de manifeſtis, hoc eſt, notoriis, vt mox diximus, iniuriis, & violentiis ſe intromittat; at in notoriis † ordo iuris non ſeruatur ſaltem de neceſſitate, cap. ſuper eo, de teſt. cog. cap. ad noſtram il 3. de iureiur. ad quod allegat etiam alia iura Proſp. Farinac. quæſt. crim. libr. 1. quæſt. 21. num. 60. verùm eorum aliqua, ſolùm probant de accuſatione, vel teſtium depoſitione, aliave parte ordinis iuris, non autem ſimpliciter de huiuſmodi ordine alia de nulla cum perperam iniuria, vt puto librariorum, allegata ſint in Capr. tract. de notor. membr. 4. num. 2. ex quo ipſe ea ſumpſit. Id ſanè aſſerunt Bal. in l. presbyteri col. vlt. C. de epiſcop. & cleric. & alij Doct. quos referunt, ac ſequuntur tum ipſe Farinac. ibi, tum Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed. 14 num. 260. Clar. in pract. crim. quæſt. 9. in princ. Conrad. in pract. tit. de notor. crim num. 1. Dum autem idem Farinac. d. quæſt. 21 num. 61. & 67. poſt Capr. d. membr. 4. num. 13. & 14. nec non Conrad. d. num. 1. ad id allegantem Butr. tract. de notor. art. 4. num. 5. & ſeqq. declarando dicit, quòd hæc regula, vt in notoriis iuris ordo non ſit ſeruandus, non procedat in ciuilibus, quia in talibus iudex non ſupplet de facto principaliter agendo l. vnic. C. vt quæ deſ. aduoc. l. 4. hoc autem iudicium, ff. de dam. infect. Fallitur, † ni ipſe fallor; nam iura, quæ dicunt in notoriis non eſſe iuris ordinem ſeruandum indiſtinctè loquuntur, non autem in ſpecie in criminalibus, vt patet præcipuè d. cap. ad noſtram

1 Ordo iuris in ſũmariis an Conſeruatori ſeruandus.

2 In notoriis iuris ordo de neceſſitate non ſeruatur.

3 Licèt cauſa ſit ciuilis: aut

il 3. de iureiur. & d. cap. ſuper eo, de teſt. cog. at verò tam iura quàm cetera quæ in contrarium allegat, probant tantùm, vt in notoriis ciuilium cauſarum libellus aliquis ſit offerendus, licèt non ita ſolemnis, vt concluſ. 3. oſtendemus, prout loquuntur etiam Capr. & Butr. loc. cit. prædicta iura ad id dumtaxat allegantes. ſed quicquid etiam eſſet de hoc, non poteſt tamen ſuſtineri Farinac. opinio in noſtra ſpecie; nam Conſeruator nequit ſe intromittere in cauſis criminalibus, vel mixtis, ſed tantùm ciuilibus, vt oſtendimus ſupra cap. præced. quæſt. 4. & tamen Innoc. 4. d. cap. 1. & Bonifac. VIII. d. cap. fi. mandant Conſeruatori, vt in notoriis tantùm iniuriis ſe intromittat, neque ſuam poteſtatem extendat ad ea, quæ iudicialem exigunt indaginem, hoc eſt, quæ requirunt, vt in iis ordo iuris ſeruetur, vt ibi explicant gloſ. & Doct. communiter. ex d. verò cap. ad noſtram, il 3. habetur ſingularis ampliatio ad priorem hanc

4 propoſitæ concluſionis partem, quòd, † licèt quis iurauerit ſeruare ordinem iudiciarium in omni cauſa, poterit nihilominus eum non ſeruare in notoriis; tum quòd qui ſic iurat, non habet in mente, quòd veniat contra canonicas ſanctiones, quæ dicunt nō eſſe in notoriis obſeruandum ordinem iudiciarium; tum quòd ipſa iuris ratio poſtulat in his non ſeruari per omnia ſubtilitatem ordinis iudiciarij, vnde videbitur ſubtiliter intuenti de ordine iudiciorum procedere, vt in præmiſſis non per omnia ordo iudiciarius obſeruetur; tum denique quia ſecundùm approbatum intellectum rectè poſſit intelligi, quòd is iurauit, vt in omnibus cauſis ordinem iudiciarium obſeruaret, in illis videlicet, in quibus eſt ordo iudiciarius obſeruādus Haſce tres rationes huius ampliationis affert ipſemet Canonis conditor Innoc. 3. d. c. ad noſtram.

Iurauerit quis eū ſeruare in omni cauſa.

Ideo autem adieci in concluſione, (illum etiam, qui in ſummariis adhibetur) quæ eſſe poteſt ampliatio altera d. prioris

5 partis eiuſdem concluſ. quoniam † ordo ille iuris, qui in ſummariis cauſis adhibetur, & de quo in Clem. ſæpe, de verb. ſign. medium quid eſt inter eum ordinem, qui in plenariis eſt obſeruandus, & traditur in tit. de libell. oblat. de teſt. de lit. conteſt. & aliis plerìſque tit. ac per Practicos paſſim; & nullum, ſeu potiùs aliqualem, vt dicemus concl. ſeq. qui notoriis conuenit. Id autem, quòd nimirum Conſeruator deputatus ad terminos d. cap. fi. nec teneatur adhibere ordinem illum, qui ſummariis cauſis

Iuris ordo ſūmariarū cauſarū medius eſt inter plenarias & notorias.

Digitized by Google

cauſis congruit, vel ex eo facilè perſuaderi poteſt, quòd aliàs proceſſus in notoriis, & in ſummariis non differrent; cum tamen in plerìſque ordo iuris ſeruandus ſit in ſummariis, vt dict. Clem.ſæpe,cum ibi not. at in notoriis ferè nullus; vnde d.cap. ſuper eo ſimpliciter dicitur, quòd notoria ordinem iudiciarium non requirunt;& longè leuiorem ordinem iuris notoriis, quàm ſummariis cauſis, deberi conſtat ex traditis per Bart.& alios in extrauàg. ad reprimendum, nec non Doct.d.Clem.ſæpe, & d.cap.ſuper eo, d.cap.ad noſtram,cap.dudum il 1.& cap. bonæ il 1.de elect. cap peruenit, & cap.conſuluit il 1.de appel. cap.tua, & cap.verba, de cohabit cler.& mul,cap.cum dilectis, de purgat.canon. cap.cum olim, de verborum ſignific.cap.manifeſta, cap.de manifeſta, cap. quæ Lotharius, & cap.ſcelus,3. quæſt.1.l. & quidem, C. de accuſ & quotquot de ſummariis cauſis,vel notoriis ſcripſerunt.

Poſterior autem pars huius noſtræ concluſionis,quòd nimirum Conſeruator vt ſupra deputatus † poſſit, ſi vult conſentientibus partib. ſeruare ordinem iuris, qui in plenariis cauſis eſt ſeruandus. Probatur tum quòd etiam in ſummariis poteſt iudex, ſi vult, parte conſentiente huiuſmodi plenarium iuris ordinem ſeruare, vt diſponitur in d. Clem. ſæpe, in fine; tum quòd id ſatis colligitur ex d.cap.noſtram, & d.cap.ſuper eo,ibi enim dicitur, iudicem in notoriis, etiam ſtante iuramento de obſeruando iuris ordine in omnibus cauſis, non teneri eum ſeruare in notoriis; hìc verò, quòd notoria ordinem iudiciarium non requirat; ex hac enim loquendi formula deprehenditur non eſſe quidem neceſſe, vt in notoriis ordo iuris obſeruetur, poſſe tamen ſeruari, id quod in ſpecie adnotauit Butr. in repet.d.cap.veſtra, ſeu d.tract.de notorio, art.4. num.27.& Capr.in ſimili tract.membr.4. num.47. per not.in d. Clem. ſæpe,& d.cap.bonæ, il 1.de elect. ego vero pondero textum in d. cap. bonæ, dum ibi dicitur, quòd legatus ad maiorem cautelam recepit teſtes ſuper obiectis quibuſdam, licèt forent notoria; cuiuſmodi factum à Pontifice refertur, nec improbatur; Diximus autem(conſentiente parte)quoniam, ſi contradiceret pars, non poſſet, eíque liceret appellare, vt poſt Cald.adnotauit Butr.d.num.27.& apertè id ipſum colligitur ex gloſ. communiter approbata, d.cap.ad noſtram il 3.verbo.requirit,de iureiur.dum ait, ideo iurantem obſeruare ordinem iudiciarium

6 *Ordo iuris ſeruari poteſt a Cōſeruatore partibus cōſentientibus.*

in omni cauſa non teneri illum ſeruare in notoriis, licèt iuramentum videatur eum obligare, cum ordo iudiciarius ſeruari poſſit abſque peccato, arg.cap.ſi verò de ſureiur. immò etiam in notoriis aliquando ſeruetur, vt d.cap.bonæ,& cap.pudenda, 24. quæſt. 1. quoniam iurare, quod in omni notorio ſeruetur ordo iuris,eſt illicitum, cum ex eo multum læderetur ius actoris, incumberet enim ei onus probandi, à quo releuatur per notorietatem, vt infra in hac ipſa quæſt. concl. 3.fuſiùs oſtendemus, cui incommodo partis accedunt quoque litis diutiùs protrahendæ diſpendia, & expenſæ, quibus iura proſpiciunt cap.finem litibus de dol. & contum.cap.diſpendia, de elect.in 6.cap.vt litigantes, de off.ord. & cap.diſpendiis vt lit.pend.eodem lib. atque in ſpecie ſeruandi ordinis iuris quoad cauſas ſummarias obſeruauit Clem. V. in Conc. Viennenſi, vt habetur in Clem.diſpendioſam, de iudic.& in obſeruatione, àc validitate ipſius iuramenti non modò attenditur,ſi illud non vergat in diſpendium ſalutis æternæ, verùm etiam ſi non tendat in alterius detrimentum,cap.cum contingat,de iureiur.& cap. quamuis pactum,de pact.in 6.

Secunda concluſio. Conſeruator deputatus etiam ad limites d.cap.1.& fi. de off. deleg. in 6. vt explicauimus initio præced.concl. † debet aliqualem iuris ordinem ſeruare. Proba-

7 *Ordo aliqualis iuris Cõſeruatori deputato iuxta iuris terminos obſeruandus.*

tur primò authoritate Innoc. d. cap. 1. num.4. & 6. & aliorum quibus cap.præced. quæſt.3. concl.1.docuimus verba illa eiuſdem cap. 1. (nec ad alia, quæ iudicialem indaginem exigunt, ſuam poſſint extendere poteſtatem) quibus ſimilia quoque habentur d.cap. fi.§.ſeu verſ. vt autèm, ita fore accipienda,vt nihilominus poſſit Conſeruator in notoriis iniuriis aliquam iudicialem indaginem adhibere.

8 *Immò in notoriis.*

Probatur ſecundò,quia † in notoriis aliqualis iuris ordo eſt obſeruandus,vt apertè colligitur ex d.c.ad noſtrã il 3.de iureiu. Primum enim cum ibi dixiſſet Pontifex, quòd in notoriis non eſt ordo iudiciarius obſeruandus,ſtatim ſubiicit, (qui debet in aliis obſeruari,)vt ſenſus ſit,non eſt in notoriis ille ſolemnis,ſeu tam exactus ordo iudiciarius obſeruandus qui eſt obſeruandus in aliis,quæ non ſunt notoria;deinde clariùs paulò poſt;(fraternitati tuæ auctoritate præſentium intimamus, quòd in manifeſtis, & notoriis ratione iuramenti præmiſſi non credimus te teneri ſeruare ſubtilitatem ordinis iudiciarij, quam in his non

ſeruari

ſeruari per omnia, ipſa iuris ratio poſtulat, & requirit.) & rurſus ſtatim ſubdit; (vnde videbitur ſubtiliter intuenti, de ordine iudiciorum procedere, vt in præmiſſis non per omnia ordo iudiciarius obſeruetur.) dum enim ibi dicitur, quòd in notoriis ordo iuris non per omnia eſt obſeruandus, apertè indicatur, quòd in aliquo, vel aliquibus debet obſeruari; quæ autem hæc ſint, in nonnullis ſequentium concluſ. explicabimus, ex quo etiam hæc ipſa magis confirmabitur; in aliis autem eiuſdem quæſt. concluſionibus videbimus in quibus prædictus iuris ordo ſeruandus non ſit, vnde præcedens concluſio quoad priorem partem magis firma remanebit.

Tertia concluſio. Coram Conſeruatore ſic vt ſupra deputato † debet offerri aliqualis libellus, ſeu fieri aliqua petitio, licèt non ita ſolemnis, vt in cap. 1. de libell. oblat. Probatur prior pars, quoniam † in notoriis, vbi ciuiliter agitur, aliqua petitio eſt facienda; nam regulare eſt, vt iudex in ciuilibus non impertiatur officium ſuum † niſi petenti, nec de facto ſuppleat, ſed tantùm de iure, l. vnic. C. vt quæ deſ. aduoc. & l. 4. §. hoc autem iudicium, ff. de dam. infect. cum ibi not. & ſuis ſimil. à qua regula, cum non reperiatur caſus hic exceptus, non erit ab ea recedendum; ſtamus enim regulæ, donec de exceptione doceatur, cap. dilectus, de temp. ord. cap. 2. de tranſlat. epiſc. cap. 2. de coniug. Leproſ. tradúntque ibi Doct. & in rubr. de reg. iur. extr. & in 6. pro quo etiam facit quod id ipſum de cauſa ſummaria tradit Papien. in form. libell. act. real. verbo, ſummariè, num. 4. cum hoc ſit quaſi ius naturale, quod eſt immutabile §. ſed naturalia, Inſt. de iur. nat. gen. & ciu. Gratian. §. his itaque, diſt. 6. in fi. vnde inquit 3. Reg. 3. legitur, & habetur in cap. afferre, de præſcript. de duabus mulieribus iudicio contendentibus coram Salomone, cui altera mulier expoſuit, filius meus viuit, & tuus mortuus eſt, & Chriſtus Dominus dixit Adulteræ: Vbi ſunt, qui te accuſant? Atque ita quòd regulariter in notoriis aliqua petitio requiratur, docuit Butr. dict. tract. de notor. art. 4. num. 5. & Capr. eod. tract. membr. 4. num. 13. 14. 32. & 34. quem ſequitur Farinac. d. quæſt. 21. crim. num. 63. & licèt Farinac. ibid. Butr. d. num. 5. & Capr. d. num. 14. & 33. dicant, quòd etiam in ciuilibus non requiritur petitio, vbi iudex poteſt ex officio procedere, & de facto ſupplere; ídque præcipuè locum habere aſſerant in delictis tangentibus publi-

9 Libellus aliqualis coram Conſer. offerendus.

10 Petitio in notoriis neceſſaria.

11 Iudex quãdo ſuppleat de facto in notoriis.

camvtilitatem, & in materia peccati, cùm agitur, vt à peccato quis recedat, iuxta cap. nouit, de iudic. tamen neque nos in his caſibus verſamur, cum in terminis d.cap.nouit, ſolus Epiſcopus ſit iudex competens, vt patet ex eo text. cum ibi adnot. & coram Conſeruatore non agitur ad publicam vindictam, ſed ad priuatum intereſſe, vt cap.præced.quæſt.4.docuimus, quo caſu iudex non procedit ex officio, nec ſupplet petitionem, vt tradit idem Capr.membr.4. num.33. & Io.An.in cap.cum C. Laicus, quod eſt fi.de for. compet. in 6. Dum autem ibi poſt Io.de Monte Murlo docet, vbi quis denunciat Epiſcopo, quòd clericus cum multitudine hominum ſibi damna intulit, & ſpolia retulit, idque eſt notorium, non poſſe Epiſcopum ex officio procedere, ſed requiri ſolemnem libellum, quoniam hoc eſt notorium facti tranſeuntis, neque eſſe ſupponitur notorium iudici. eſſent hæ duæ ſingulares ampliationes prioris partis huius concluſionis, & limitationes poſterioris, ſed de eadem veritate patebit ex iis, quæ in ſeqq.concluſ. adducemus.

Interim verò antequam ad poſteriorem huius concluſ. partem tranſeamus, duas declarationes & limitationes aliquas ad hanc priorem partem afferamus. Prior declaratio ſumitur ex Capr.d.num.14. & Farinac.d num.63. eáque eſt, quòd iudex in notoriis regulariter ſupplere poteſt de facto iuuando intentionem deductam, cap. bonæ il 2.de elect. Cyn. & *Bal.* d.l.vn. C.vt quæ deſ. aduoc. gloſ. in Auth. iubemus C.de iudic.quomodo exponendos puto Confett. in ſummar. mater. priuileg. Mendic. tit.4. cap.3. & Apoſt. ad Spec.tit. de iud. deleg.§. vlt. ſub num.25. dum aſſerunt Conſeruatorem datum ſuper vio-
12 lentiis, & moleſtiis illatis alicui † Monaſterio, poſſe procede- *Inquiſitionis via quomodo vtatur Conſeruator.*
re per viam inquiſitionis, vel intelligendi ſunt, vt incidenter ad cauſam ciuilem inquirere poſſit, non autem principaliter ad publicam vindictam, vt colligitur ex prædictis, & docuimus etiam cap.præced.quæſt.4. concl. 1. circa medium. Alte-
13 ra, quòd ad menſuram libelli, & petitionis † declaranda eſt *Sententia quomodo declaranda.*
ſententia cap.2.de ord.cogn.cap.licèt Heli, de ſimon.d.Clem. ſæpe.§. verùm quia cum ſimil. vnde ſupplere non poterit circa libellum, & petitionem,id autem intellige quoad ſubſtantiam ipſius petititionis, & libelli; nam quoad accidentalia benè poterit ei non eſſe conformis ſententia, per ea,quæ in fortioribus termi

terminis de cauſa ſummaria tradidit Maſuer. in Addit. ad Papienſ. d. verbo, ſummariè, poſt Pariſ. conſ. 113. lib. 1. Grammat. deciſ. 19. Soc. conſ. 160. num. 21. lib. 2.

Prima verò limitatio eſt, vt in connexis, † petito, quod notorium ſit, poſſit ſine alia petitione ferri ſententia. ita Butr. d. art. 4. num. 7. & 8. ex traditis per Doct. in cap. ex tempore, de reſcript. Altera, quòd ſuper iure ſuperueniente pendente iudicio, quod notorium ſit iudici, poteſt is pronunciare abſque alia petitione. ita Butr. d. num. 7. ex not. per Dyn. & Bart. d. l. 4. §. hoc autem iudicium, ff. de dam. infect. potuit & allegare opt. text. (cuius mentionem is fecerat d. art 4. num. 5. in fi.) in l. ædiles, §. item ſciendum eſt, cum ſua gloſ. verbo, iniuncta, ff. de ædil. edict. Poſtrema limitatio erit, vt poſſit Conſeruator ante ſententiam ex officio interrogare, vt infr. concl. 6. in fi. breuiter oſtendemus. 14 *Petitio in connexis nõ requiritur.*

Venio nunc ad poſteriorem huius 3. concl partem, quæ vel ex eo probatur, quòd † in notoriis libellus ſolemnis non requiritur, ſed qualis qualis petitio ſufficit, vt ſatis probat Butr. d. art. 4. num. 19. & ſeq. Farinac. d. quæſt. 21. nu 64. poſt Capr. d. membr. 4. num. 31. & 34. ex not. in cap. 1. de libell. oblat. & d. Clem. ſæpe. nam nec in ſummariis, quæ tamen maiorem iuris ordinem requirunt, vt ſupra diximus, huiuſmodi ſolemnis libellus requiritur, vt patet ex d. Clem. ſæpe, in princ. ibi, libellum non exigat, & §. verùm quia, dum ibi dicitur, quòd petitio fieri poſſit ſiue in ſcriptis, ſiue verbo, cum tamen libellus debeat omnino fieri in ſcriptis, d. cap. 1. de libel. oblat. Capr. refert etiam, & ſequitur Farinac. d. num. 63. ex hoc verò deducitur, non eſſe neceſſariam concluſionem, quæ requiritur in libello formali, dum tamen ex facti narratione concluſio deprehendatur; quin immò & conuerſio ordinis in forma concluſionis poterit tolerari, vt ſi petatur cogi, & condemnari, vel ſimpliciter cogi; ita de cauſa ſummaria Papienſ. d. verbo, ſummariè, num. 4. & ibi Addit. litt. A. ſubdit autem Butr. d. art. 4. num. 21. & poſt eum Capr. d. num. 34. cum duob. ſeqq. quem etiam laudat Farinac. d. num. 63. hoc, quod dictum eſt de quali quali petitione in notoriis facienda, procedere in notorio facti, atque etiam iuris, ſiue præſumptionis, ſiue diſpoſitionis, ſiue fictionis, de quibus cap. præced. quæſt. 3. dummodo ſurgat à facto notorio, cum in eo idem ſit, quod in notorio facti ſecun 15 *Libellus ſolẽnis an requiratur in notoriis facti vel iuris:*

Digitized by Google

ſecundùm Butr.d.cap.veſtra, nóſque diximus d.quæſt.3. in fi. ſi verò non ſurgat à notorio facti, vel à probatione, vel ſit notorium probationis præter confeſſionem, & ſententiam; tunc
16 † in prima inſtantia, inquit, ſine dubio exigetur libellus; ſecus in alia, in qua ſummariè petatur ex iiſdem actis per not.in cap.fi. de probat.& cap.cauſam, quæ,il 1.de teſt.ſi autem notorium iuris deſcendat ex confeſſione,vel ſententia, tunc in prima inſtantia exigetur libellus, vt notatur ex d.cap. 1.de libel. oblat. & cap. dudum il 2. de elect. in alia verò inſtantia ſi agatur actione in factum, exigetur libellus,vt d.cap.1. & l.1.ff.de eden. Quòd ſi agatur iudicis officio ad executionem ſententiæ, vel confeſſionis, tunc cum talis via executiua ſummariè agatur, non exigetur libellus l.à Diuo Pio, §. ſi ſuper rebus, & l.ſi intra dies, & ibi Bart.ff. de re iudic. Ego verò, vt in hac re meum interponam iudicium, quoad vtramque partem prioris membri principalis conſentio, (vbi ſecundæ partis caſus dari poſſit in eodem iudicio,) tum per adducta à Capr. vbi ſupra, tum quòd notorium reſultans ex actis non eſt propriè notorium, niſi in alio iudicio, excepta confeſſione iudiciali, vbi ea plenè præiudicet, vt diximus quæſt.præced.concluſ.11.& concluſ.vlt.ad finem ſententia verò ipſa quoque debet tranſiiſſe in iudicatum, atque adeo in eo iudicio non facit notorium, ſed in eo, in quo petitur eius executio, vel in quo tamquam notorium allegatur, iuxta ea, quæ partim diximus d. quæſt. 3. concluſ.vlt. partim infr. hac ipſa quæſt.vbi de probando notorio ex ſententia loquemur. qua ratione placet quidem quod in priori parte ſecundi membri principalis dixit de ſententia, non quod de confeſſione, ſicut nec ſecunda pars quoad id de actione in factum; nam id procedet in aliis quàm notoriis,vel vbi confeſſio, aut ſententia non adhuc plenè præiudicet, quia reuocari poſſint, vel vbi tamquam notorium non allegentur, quod tamen neceſſe eſt, vt infra dicemus. Illud verò de executione verùm eſt in ſe, ſed nihil ad rem noſtram, cum quæramus de actione in factum, quomodo vt plurimum iudicium intentatur coram Conſeruatore; licèt etiam coram eo peti poſſit executio ſuæ ſententiæ, vt infr.hoc ipſo cap.propria quæſtione agemus.

Et quid in notorio probationis.

17 Quarta concluſio. Nec litis conteſtatio, † nec iuramentum calumniæ, vel malitiæ, aut ſimilia ordinatoria iudicij requiruntur

Litis cõteſt. & iuramẽtũ calũniæ, an requiratur coram Conſeruat.

quiruntur vbi coram Conſeruatore deputato vt ſupra, hoc eſt iuxta terminos d. cap. 1. & ſi de off. deleg. in 6. agendum ſit. Quoad litis conteſtationem, Probatur, quoniam ita in ſpecie in notoriis ſiue iudex procedere poſſit ex officio, ſiue non, atque adeo tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, tenuit Butr. d. art. 4. num. 25. & 26. Capr. d. membr. 4. num. 38. vſque ad 42. & Farinac d. quæſt. 21. num. 65. vbi etiam alios allegant; & probant, tum quòd neque requiritur litis conteſtatio in ſummariis cauſis, vt d. Clem. ſæpe, in princ. tum quòd talia ordinatoria iudicij ſunt inducta ad finem indagandi veritatem, vt 2. quæſt. 1. per totum; veritate autem notoria exiſtente fruſtra talis ordo adhibetur, arg. cap. quoniam, de fil. presbyt. cum ſim. id autem procedit ſiue agatur cõtra abſentem, ſiue contra præſentem, & in notorio facti continui, interpolati, & momentanei, latè Farinac. ſupr.

Quoad iuramentum calumniæ † probatur, tum quia id quoque in notoriis tradiderunt Butr. Capr. & Farinac. loc. cit. & alij, quos paulò poſt referemus; tum per rationem proximè allatam in litis conteſtatione; non autem propter illam, quam adieciſſe videntur præcitati Doct. quoniam hoc iuramentum non ſit neceſſarium in ſummariis; nam immò in iis neceſſarium eſſe, patet ex d. Clem. ſæpe, in princ. ibi, citationem verò, ac præſtationem iuramenti de calumnia, vel malitia, ſiue de veritate dicenda, ne veritas occultetur, per commiſſionem huiuſmodi intelligimus non excludi. 18 *Calũnia iuramentũ, &c.*

Neque obſtat quod ait Papienſ. d. verbo, ſummariè, num. 7. ideo in ſummariis iurari de calumnia, quia † licèt hoc iuramentum ſit introductum iure ciuili, tamen ſatis congruit naturali rationi, vt comprimatur malitia litigantium, arg. Inſt. de pœn. temer. litig. in princ. ius tamen naturale eſt immutabile, vt dictum eſt. nam aliud eſt aliquid eſſe de iure naturali, aliud congruere iuri naturali, vt patet ex l. ius ciuile, ff. de iuſt. & iur. cum ibi not. & Inſt. de iur. nat. gent. & ciu. atque alibi paſſim, & in ſpecie quod iuramentum calumniæ, licèt ſecundùm ſubſtantiam, ſeu genus poſſit dici de iure naturali, ſecundùm ſpeciem tamen, & formam eſt de iure poſitiuo, probat Ant. del Ré tract. de iuram. calum. cap. 3. num. 14. vſque ad 18. vnde ſi tacitè omittatur in aliquo proceſſu, non ideo eſt nullus, vel annullandus, cap. 1. §. propter omiſſum, qui eſt 1. de iuram. ca- 19 *Quo iure introductũ.*

lum. in 6. de quo etiam aliquid quæſt.ſeq. concluſ. 6. & in aliquibus caſibus non eſt neceſſarium,quos ponit poſt alios idem Ant.del Ré d.tract. de iuram. calum. cap. 19. & 20. ex quibus illum ponit d. cap. 20. num. 3. & 4. vt in notoriis præſtandum non ſit hoc iuramentum calumniæ, poſt Specul. tit. de iuram. calum. verſ. An in notoriis, & Bal. in l. 1. num. 1 verſic. à contrario ſenſu, C. de iureiur. propter calum. quibus adde Viu. in ſuis comm. verbo, notorium quamuis, poſt eundem Bal. in cap. cum inter vos, de conſuet. ad id allegantem text. in l. at qui natum, §. cum me abſente, iuncta gloſ. in verbo, committit, ff. de negot. geſt. Limitat autem prædictus auctor, d. num. 4. poſt Soc. in cap. litteras, de iuram. calum. num. 15. verſic. tertiò fallit, id intelligendum eſſe in notoriis, in quibus neceſſitas probationis non incumbit, hoc eſt, vbi notorium probandum non ſit; quod quando, & quomodo contingere poſſit, dicemus in aliqua ex ſeqq. concluſ. & hæc quidem procedunt quo ad notorium facti, ſiue continui, ſiue momentanei, ſiue interpolati, ſecundùm Farinac. d. num. 65. Capr. d. membr. 4. num. 41. Butr. d. num. 26. qui idem generaliter aſſerunt de ordinariis iudiciis; atque adeo † id ipſum ſtatuendum erit in iuramento malitiæ, quod & ipſum ad ſolemnitatem, & ordinatoria iudicij pertinet, vt patet ex text. in cap. 1. & 2. de iuram. calum. in 6. & d Clem. ſæpe, de verb. ſig. cum not. per Doct. ibi, & in rubr. & cap. litteras, quod eſt 2. de iuram. calum. Specul. tit. de hoc, licèt Ant. del Ré d. tract. de iuram. calum. cap. 1. nu. 32. contendat hoc iuramentum ſpectare ad confirmationem, & ſolemnitatem iudicij, ſed potiùs ad probationem, ſicut & iuramentum de veritate, de quo iuramento habetur in d. cap. 1. & 2. de iuram. calum. in 6. & d. Clem. ſæpe, & tractant prædicti Doct. loc. cit. Sed quicquid ſit, de vtroque iuramento dicendum puto, quod antea dictum eſt de iuramento calumniæ, nimirum tunc demum fore vtrumque neceſſarium, cùm ipſum notorium quoad factum, ſeu rei exiſtentiam, non autem ſolùm quoad qualitatem, hoc eſt, ipſam notorietatem probandum eſt, quod quidem quando contingat, infra hac ipſa quæſt. concl. 6. videbimus.

20 *Iuramẽtum malitiæ eſt de ſolẽnitate iudicij.*

Interim verò quoad hanc concluſionem pertinet, cum hucvſque non niſi quoad notorium facti, de quo intelleximus cum Farinac. Capr. & Butr. eam confirmauerimus, aliquid etiam quoad

Digitized by Google

quoad iuris notorium dicamus. De notoriis igitur iuris † Farinac.ſe remittit ad Capr.d.membr.4. num.42.43.& trib.ſeqq. qui ſanè d.num.43. poſt Io.Calder.d.cap. veſtra, de cohabitat. cler. & mul. quem etiam refert, & ſequitur Butr. d. num. 26. dicit, quòd in notorio diſpoſitionis, præſumptionis,ac fictionis ſurgente ex notorio facti idem dicendum eſt, quod de ipſo facti notorio; in quo nec ipſe diſſentio; dum autem Butr. dict. num.26. leuiter attingens, & Capr.d.membr.4.num.44.latiùs explicans, dicunt quòd ſi notorium diſpoſitionis ſurgat à notorio probationis, tunc idem, quod in notorio probationis dicendum eſt, vt nimirum in prima inſtantia, in qua tale notorium probationis ſurrexit, attendi debet natura ipſius cauſæ, cum ſecundùm naturam cauſæ talis ordo ſit neceſſarius, vel non iuxta not. in l.prolatam, C.de ſent.& interlocut. om. iud. cap.quoniam, §. 1. vt lit. non conteſt. cap. ſi. de re iudic. in 6. excipias tamen ab his confeſſionem iudicialem, quæ in aliquo caſu, ſicut plenè præiudicat in ipſa prima inſtantia, ita notorium iuris inducit iuxta latè tradita cap.præced. quæſt. 3. concluſ.11. ferè per totam, & concl. 12. ad finem, atque adeo acta ordinatoria, quæ remanerent poſt eam confeſſionem, omitti poſſunt,cum in confeſſum nullæ ſint partes iudicis niſi in condemnanda l.1.C. de confeſſ. l. qui ſententiam C de pœn. cum aliis plurimis quib. id fusè comprobat Farinac. de reo.confeſſ. & conuict.ſeu quæſt. criminal. libr.3. quæſt.82. cap. 1.num.3. 21 *Ordinatoria iudicij an ſit requiſita in notorijs iuris.*

Quoad ſententiam verò, & probationes, cum illa tranſiſſe debeat in iudicatum, vt notorium inde exurgat, & probationes non inducant certum, & inconuertibile notorium in eadem inſtantia, vt conſtat ex iis,quæ adduximus d.quæſt. 3.concluſ.10. & concl. 12. ad finem, atque etiam ex eo confirmatur, quòd communiter dicitur in ſecunda, vel vlteriori inſtantia non allegata allegabo, non probata probabo; nil mirum,ſi antea priuilegium notorij non habeant, vt in iis prædicta ordinatoria iudicij neceſſaria non ſint.

Denique ſubdunt Butr d. num.26. Capr. d.membr.4. num. 45. & ſeq. quòd ſi loquamur de alia inſtantia, in qua tale notorium probationis producitur; & tunc ſi petatur executio ipſius confeſſionis, vel ſententiæ latæ in prima inſtantia,cum talis cauſa ſit ſummaria, non requiritur talis ordo,ex not.in l.minor cum fideicommiſſi,ff.de minor. & l.ſi à te, ff. de except. rei

Digitized by Google

iudic. & l.à Diuo Pio, §.ſi ſuper rebus, & l. ſi intra dies, ff. de re iudic. ſi verò agatur actione in factum deſcendente ex ipſa ſententia, vel confeſſione, & tunc ſecundùm naturam cauſæ exigetur ordo, id eſt, in ſummariis ſummarius, in plenariis plenarius ex not. d.cap.ſi. de probat. cap. quoniam contra, §. 1. vt lit. non conteſt.& d.Clem.ſæpe,de verb.ſig. Quæ diſtinctio in omnibus nequit ſuſtineri; nam quod ad primum eius membrum attinet, licèt verum ſit, quòd, ſi petatur executio ſententiæ, vel confeſſionis cauſa ſit ſummaria, falſum tamen eſt non requiri in cauſis ſummariis ordinem iudiciarium, & ſignanter iuramentum calumniæ, ſed tantùm non ſolemnem, vt patet ex d. Clem. ſæpe, quæ licèt non loquatur nominatim de cauſa ſummaria, ſed de ea, quæ ſiue ex commiſſione, ſiue ex conſtitutione Clem. diſpendioſam, de iudic. ſiue aliàs cognoſcenda eſt ſimpliciter, de plano, & ſine ſtrepitu, & figura iudicij, vt in ea Clem. ſæpe, in princ.& fine videre eſt; tamen gloſ. & Doct. ibi communiter, Bart. & alij in extrauag. ad reprimendum, Papienſ.d. form.libel.in act.reali,verbo, ſummariè, Rebuff.tom.3. comment. tit.de expenſ. & alij quotquot de cauſis ſummariis ſeriò egerunt, pro eodem ſumunt cauſam ſummariam, & eam,quæ ſimpliciter, de plano ac ſine ſtrepitu, & figura iudicij cognoſcitur, immo & ipſe Capr. d. membr.4. Butr. d. art.4. paſſim, dum ad cauſam ſummariam allegant d. Clem.ſæpe.

Deinde regulariter non in alia inſtantia, ſed in alio iudicio petitur executio ſaltem ſententiæ, niſi ſimus in cauſis, in quibus vel nulla detur appellatio, vel quoad deuolutiuum effectum dumtaxat. Præterea quid hoc ad notorium? ſi enim aliquis ordo tunc omittitur, nō habet id cauſa ex rei notorietate, ſed ex eo, quòd ipſa cauſa eſt ſummaria, in qua tamen pleniorem ordinem requiri, quàm in notoriis, iam ſuprà non ſemel admonuimus.

Quoad alterum verò prædictæ diſtinctionis membrum, licèt id verum ſit, vbi in aliis, quàm notoriis verſemur,quomodo procedunt per Capr. & Butr. allegata; vel etiam in notoriis iuris ex confeſſione, vel ſententia, ſed impropriè notoriis, quia confeſſio, vel ſententia adhuc plenè non præiudicet, ex eo nimirum, quòd poſſint reuocari; vel denique vbi ſimus quidem in notoriis ex confeſſione, vel ſententia plenè præiudican-

dicantibus, & agatur actione in factum deſcendente ex ipſa confeſſione, vel ſententia, ſed illud non tamquam notorium allegetur, quæ tamen allegatio regulariter eſt neceſſaria, vt inſr. concluſ. 6. oſtendemus; non tamen poteſt habere locum in notorio iuris, quod & ipſum verè notorium eſt, vt cap. præced. quæſt. 3. concluſ. 12. in fi. docuimus; atque adeò nec etiam in notorio diſpoſitionis, præſumptionis, & fictionis reſultante ex tali iuris notorio, dum tamen hæc diſpoſitio, præſumptio, & fictio iuris certa ſit, & indubitata, vt ibidem admonuimus.

Quinta concluſio. Conſeruator etiam deputatus ad terminos d. cap. 1. & fi de offic. deleg. in 6. † non ſolùm poteſt, ſed etiam debet citare in actibus præiudicialibus; Prima pars probatur, tum ex eo, quod ſupra concluſ. 1. docuimus, poſſe Conſeruatorem ſolemnem iuris ordinem ſeruare ſaltem de conſenſu partium; tum ex eo, quod poſt Cald. d. cap. veſtra, de cohabit. cler. & mul. tradit Capr. d. tract. de notor. membr. 4. num. 16. tutius eſſe, quòd in notoriis citatio adhibeatur; tum ex iis, quæ pro poſterioris partis confirmatione adducemus; tum denique quia ita in terminis tradit Innoc. d. cap. 1. communiter receptus ſiue ibi, ſiue d. cap. fi. de offic. deleg. in 6. & Calder. d. cap. veſtra, de cohabit. cler. & mul. id confirmans, (prout eum refert Butr. d. tract. de notor. artic. 4. num. 13.) ex text. d. cap. 1. vbi delegatus Conſeruator nimirum, perpetuare poſſe debet iuriſdictionem ſuam, quam tamen nequit perpetuare ſine citatione, cap. gratum, de offic. deleg. cum ſimil. ex quibus ſimul habetur, delegatum poſſe citare. Sed hæc prior pars concluſionis expreſsè probatur d. cap. fi. §. vices quoque, vbi Bonifacius VIII. loquens de Conſeruatoribus, (omnino iuxta terminos eiuſdem canonis deputatis,) habet hæc verba; Vices quoque ſuas, (citationibus, & ſententiarum denunciationibus dumtaxat exceptis, quas per alios valeant exercere,) nulli committere poſſint, &c. 22 *Conſeruator in quibus actibus citare tenetur.*

Poſterior pars concluſionis probatur primò, quia ita in terminis tenet Innoc. communiter receptus d. cap. 1. num. 4. de offic. deleg. in 6. quoniam, inquit, non poteſt venire ad puniendum aliquos de notoriis manifeſtis, niſi eos citet, poteſt autem ad id allegare Clem. paſtoralis, de re iudic. vbi declaratur ſententia nulla in Robertum Regem Angliæ lata, licèt ei

Digitized by Google

opponerentur delicta notoria; & hunc text. ad id in noſtra ſpecie allegâ inter alios Anchar. d. cap. 1. num. 6. Probatur 2. nam regula eſt, quòd in vno quoque actu iudiciali pars eſt citanda Valg. l. de vno quoque, ff. de re iudic. cap. 1. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. & cap. cum olim, de teſt. cum ſuis concord. ibidem alleg. per gloſ. & Doct. & Gabr. commun. concluſ. libr. 2. tit. de citation. concluſ. 1. num. 1. cui regulæ ſtandum eſt, donec de exceptione doceatur, arg. cap. 2. de tranſlat. epiſc. & cap. dilectus, de temp. ord. cum ibi not. & in rubr. de reg. iur. Secundò
23 quia in ſpecie, quòd etiam in notoriis † citatio requiritur, tenuit gloſ. in cit. cap. ad noſtram, il 3. verbo, obſeruandus, il 1. de iureiur. & cap. cum dilectis, verbo, indicanda, de purgat. can. & cap. cum ſit Romana, §. fi. verbo, irrequiſitum, de appellat. & ibi Innoc. Io. And. Abb. Imol & Franc. Anchar. dict. cap. 1. num. 6. de offic. deleg. in 6. & alij, quos ad hoc referunt Gabr. d. concl. 1. num. 2. Farinac. d. quæſt. 21. num. 67. & ſequitur Capr. d. tract. de notor. membr. 4. num. 20. communem dicit Alex. in l. à Diuo Pio §. in venditione, ff. de re iudic. pro qua opinione eſt optimus text. d. Clem. paſtoralis, necnon in cap. Deus omnipotens, & cap. ſcelus, quod eſt fi. in fi. 2. quæſt. 1. quæ quidem multò magis procedit in ſententia, in qua nemo dubitat, teſte Alber. l. ea quidem, num. 14. C. de accuſat. & de communi Boſſ. tit. de denunciat. num. 9. de magis communi Aret. conſ. 163. num. 7. Clar. §. fi. quæſt. 9. num. 4. Conrad. in pract. tit. de not. crim. num. 2. vbi etiam alios concord. adducit, prout hos refert, ac ſequitur Farinac. d. quæſt. 21. num. 69. & licèt nonnulli alibi teneant, quos recenſet Butr. d. membr. 4. num. 11. vſque ad 14. aliter ipſe diſtinguens à d. num. 14. ad 17. Et plerique etiam indiſtinctè teneant in notoriis citationem non fore neceſſariam, quos recenſet, ac ſequitur Scacc. tract. de iudic. cap. 76. num. 8. refértque Farinac. d. quæſt. 21. num. 66. & Gabr. d. num. 2. pro quorum opinione videtur eſſe text. in cap. dudum, il 1. §. cum autem, de elect. vbi Innoc. 3. cum de patiente defectum notorium paulò antè locutus fuiſſet, ſubdit hæc verba, & non obſtante eius abſentia corporali, ſilentium imponentes, & cap. ſimile habetur in cap. cum olim, de re iudic. ſed melior text. d. cum ſit Romana, §. fi. de appell. ibi, niſi fortè manifeſtus raptor, vel fornicator exiſtat, ſicut ille, quem abſentem, & irrequiſitum Apoſtolus excommunicauit.

Citatio in notoriis an ſit neceſſaria.

Digitized by Google

cauit. facit etiam cap. de manifeſta, 2. quæſt. 1. & cap. ſtatuimus, iuxta gloſ. 11. quæſt. 1. quæ etiam ad id allegat l. defenſores, C. de defenſor. ciuit. facit præterea l. 2. §. quod de fundamentaria, vbi gloſ. & Bart. ff. de adminiſtr. rerum ad ciuit. pert. tamen omiſſa illa conciliatione, quam ex Capr. d. membr. 4. num. 21. Clar. d. num. 4. in fi. Boſſ. in pract. crim. tit. quom. proced. in crim. notor. num. 4. & aliis deſumit Farinac. d. quæſt. 21. num. 68. vt nimirum contra abſentem nequeat omitti citatio, quaſi aliud ſit vbi contra præſentem ſit per iudicem in notoriis procedendum; hæc enim conciliatio, ſeu diſtinctio confunduntur per text. d. cap. dudum, il 1. de elect. & d. cap. cum olim, de re iudic. & cap. cum ſit Romana, §. fi. de appellat. quæ loquuntur de abſente, & tamen citationem nequaquam requirere videntur; verior eſt, & communior illa diſtinctio, vt, ſi quidem certum ſit omnino ex actis, vel aliunde, notorium eſſe tale, vt nulla reo competere poſſit excuſatio, vel defenſio, tunc omitti poſſit citatio, aliàs ſecus; prout communem vocat, & vbi poſſit accidere, ſequi videtur ipſe Clar. loc. cit. ac tenet Butr. d. artic. 4. num. 15. Capr. d. membr. 4. num. 29. & communem etiam appellat Collegium Florent. inter conſ. Curt. ſent. conſ. 21. num. 15. communiorem, & veriorem Aret. d. conſ. 163. quam præterea ſequuntur relati pariter, & laudati à Gabr. d. concl. 1. num. 5. & Farinac. d. quæſt. 2. num. 70. & duobus ſeqq. ex qua diſtinctione infertur, † verum eſſe, quod poſt 24
Hoſt. ait Archid. d. cap. 1. num. 3. quòd citatio non requiritur vbi delictum notoriè commiſſum eſt coram iudice, vt quia Conſeruator occurrit deprædantibus loca, ſeu res illius cuius eſt Conſeruator Archid. ſequitur Butr. d. artic. 4. num. 16. & Capr. d membr. 4. num. 27. dummodo iudex incontinenti cum iudicet; addit Butr. dummodo præcedat ſaltem monitio loco citationis, quomodo autem hæc inter ſe differant, aliquid dicemus infr. hac ead concl. & illud quod ait Butr. d. art. 4. num. 15. & Capr. d. membr. 4. num 25. quòd ſi iudex ſe informauit 25
ſuper notorio parte præſente, tunc † non erit neceſſaria alia citatio illius, ex quo iam ceſſant eius defenſiones, & ex quo abeſt à iudicio, iam contumax eſt, & latitare videtur, iuxta cap. quoniam, § ſin autem, vt lit. non conteſtat. cap. fin. de eo, qui mitt. in poſſeſſ. cap. 1. qui matr. accuſ. poſſ. cum ibi not. & ſuis ſimil.

Citationes omittere an poſſit Conſeruator.

Informatus ſuper notorio Conſeru. præſēte parte, poteſt omittere citationem.

Limita

Limitatur autem primò hæc poſterior pars concluſionis, vt,
26 *Vel quando ex abũdanti probationes aſſumit:* † cùm ex abundanti aſſumit Conſeruator probationes in notorio, (quòd quando contingat patebit ex ſeq.concl.) tunc neceſſaria non ſit citatio; id enim procedit generaliter in iudice ſuper notorio procedente, vt ſatis colligitur ex d. cap. bonæ il 1.de elect.& per eum text. præter nonnullos Doct.ibi id adnotauit Butr.d.num.15. & Capr. d. membr.4. num.28. Limita 2.
27 *Vel dum ſit citatio, oriatur ſcandalum.* cùm, † ſi fiat citatio, ſcandalum oriri poſſit, & aliàs periculum ſit in mora; ita in notorio Butr.d.num.15.Capr.d.membr. 4. num.28. poſt Innoc.d.cap.bonæ, idem Innoc.in cap.tua, & ibi Hoſt.de cohabit.cler.& mul.Io.An.in cap.veſtra, eod.tit. & alij,quos ad id allegat Farinac.d.q.21.num.73.

Limitari etiam tertio loco poſſe videtur, vt Conſeruator
28 *Conſeruator an poſſit parte nõ citata ſe ſuper notorio informare.* † informare ſe poſſit ſuper notorio extraiudicialiter, & parte non citata;ita enim generaliter in iudice procedente ſuper notorio voluit Butr. d.art.4. num.14. & Capr. d. membr. 4. num. 22.& 63. & Innoc.d.cap. bonæ, ſuper verbo, teſtes, & verbo, notorius; quod etiam alij voluerunt, quos allegat Farinac. d. quæſt.21. num.96. & 100. & Maſcard de probat. concl. 1103. poſt num. 11. Verùm vel id procedit in notorio facti permanentis, vel vbi iam ſemel conſtitit de notorio,vt poſt alios adnotauit Farinac.d.quæſt.21. num. 102. & Maſcard. ſupr. num. 12. vel vbi ſolùm id fiat ad effectum procedendi, vt poſt eundem Maſcard. ibid. num.13. & alios pleroſque tradit idem Farinac. ſupr. num. 78. & apertè vult Innoc.d.cap. bonæ, verbo, notorius; dum ait, ſaluum eſſe reo probare, illud eſſe falſum. Id autem ego intelligo ad effectum, vt talis iudex in notoriis qui ſe taliter informauit, poſſit procedere, niſi reus probabiliter neget eſſe notorium, iuxta ea, quæ latiùs afferemus in ſeq.concluſ.

29 Interim verò limita quartò hanc eandem poſteriorem par-
Citatio vnica ſufficit etiã ad ſententiam. tem huius 5. concl. vt vbi requiritur citatio in notorio, † ſufficiat vnica etiam ad ſententiam; ita generaliter in iudice notorij tenet Butr.d.art. 4. num.17. Capr. d. membr. 4. num. 19. arg.d.Clem.ſæpe, de verb. ſig. vbi habetur quòd in ſummariis
30 *Citatio non requiritur ad validitatem cẽſuræ.* cauſis non requiritur ſolemne peremptorium, ſeu trina citatio, vel vnica ſufficit. at verò,vt iam non ſemel admonuimus, minor iuris ordo requiritur in notoriis, quàm in ſummariis.

Limita denique, quòd † vbi à Conſeruatore non alia ſententia,

Digitized by Google

tentia, quàm cenſura ferenda ſit, tunc omiſſio citationis non vitiat ſententiam. ita Innoc. d. cap. 1. num. 3. de offic. deleg. in 6. & in quolibet iudice notorij tenet Butr. d. num. 17. Capr. d. membr. 4. num. 20. & 30. arg. cap. ſacro, de ſent. excomm. cum ibi not. & cap. 1. eod. tit. in 6. cap. ab excommunicato, de reſcr. & cap. cum ſit Romana, & cap. reprehenſibilis, de appell. cap. ſtatuimus, cap. conſtitutionem, cap. Romana, & cap. ſtatutum, de ſent. excom. in 6. Ratio eſſe poteſt, quia ad ſententiam excommunicationis non requiritur citatio, ſed ſufficit monitio, vt d. cap. ſacro, de ſent. excom. & aliis nunc citat. iurib. de hac tamen limitat. videndum eſt quod infr. quæſt. 5. concluſ. 3. per totam, & concl. vlt. circa medium latiùs diſſeremus.

Quomodo autem differat citatio à monitione quoad hanc rem pertinet, † colligi poteſt ex Doct in eiſdem iuribus, nec non in rubr. & toto ferè tit. ff. & C. de in ius voc. ac de iud. ff. in ius voc. vt eant & cap. & ſi quis in ius voc. non ier. C. quom. & quand. iud. præſertim l. 1. & 2. cap. conſuluit, de off. deleg. cap. ſi capitulo, de conceſſ. præb. in 6. Clem. diſpendioſam, de iud. atque alibi ſæpe, aliquid ponit Mar. Soc. in rubr. de dilat. ſeu tract. de citat. art. 1. num 3. art. 5. num. 21. & duob. ſeqq. & art. 27. num. 53. cum duob. ſeqq. Lanfranc. de Orian. tract. de citat. ferè per totum. Quinct. Mandoſ. tract. de monitor. quæſt. 1. & ad reg. 34. Cancell. quæſt. 42. num. 4. Doct. in l. 2. C. quom. & quand. iud. Dec. cap. Eccleſia S. Mariæ, num. 21. de conſtitut. Sigiſm. Scacc. de iudic. cauſ. ciuil. crim. & hæretic. cap. 32. & multis ſeqq. ex quibus habes, quod ad rem noſtram attinet, monitionem eſſe cum alicui præſenti à iudice mandatur, vt compareat, vel aliquid aliud faciat, vel abſenti aliquid præcipitur citra comparitionem in iudicio, citationem verò cùm abſenti mandatur à iudice, vt in iudicium veniat.

31 *Citatio & monitio an differant.*

His ita explicatis haud difficile erit ſatisfacere iuribus non multò ante in contrarium allegatis, quibus probari videbatur, in notoriis nequaquam requiri citationem. nam d. cap. dudum, il 1. de elect. apertè loquitur † de abſente legitimè citato, qui venire contempſit, vt etiam gloſ. recepta ibi in verbo corporali adnotauit, quo caſu bene poteſt procedi contra eum vſque ad ſententiam à iudicibus appellationis, ſi de meritis cauſæ eis liqueat, & lis fuerit conteſtata coram iudicibus in prima inſtantia, vt habetur in cap. per tuas, de appellat. à quibus pariter

32 *Abſens legitimè citatus ſi venire cõtemnat an iterum citãdus.*

Digitized by Google

poterit etiam non lite coram eis conteſtata vſque ad ſententiam incluſiuè, ſi de cauſa liqueat, in certis caſibus procedi, vt in cap. quoniam frequenter, §. porrò, vt lit. non conteſtat. ſic etiam intelligendus eſt text. cap. cum olim, de re iud. prout exponit ibi gloſ. in verbo, abſenti; vel quia Papæ conſtitit ibi de ſubreptione, vt etiam ſoluit ibi gloſ. atque adeo certum erat, nullam abſenti competere defenſionem iuxta ſupradicta. Sic etiam ſoluitur quod habetur d. cap. cum Romana de abſente inquiſito; quem Apoſtolus excommunicauit, & ſumptum eſt ex 1. Corint. 5. nam aliàs fuerat requiſitus ille Corinthius, licèt non illa vice, qua eum Apoſtolus excommunicauit, vt ait ibi gloſ. verbo, irrequiſitum; vel non fuit requiſitus per edictum peremptorium ad iudicium; admonuit tamen eum ad pœnitentiam, vt ibid. ſoluit gloſ. atque adeo non fuit quidem requiſitus, hoc eſt citatus, fuit tamen monitus; quod ad excommunicationem ſufficit, vt paulò ante docuimus: atque eadem plane ratione ſatisfit textui d. cap. de manifeſta, 2. quæſt. 1. In d. autem cap. ſtatuimus, 11. quæſt. 1. illud, ante examinatum iudicium, non ſignificat temporis prioritatem, ſed præſentiam iudicis, ſeu iudicij, quaſi diceretur in præſentia iudicis examinantis, ſeu coram examinante, vt ibi gloſ. verbo, ante, & Vgo adnotauit adducens pro exemplo illud Pſalm. 44. Procidamus ante Deum, & quamuis gloſ. ibidem illam quoque expoſitionem afferat, vt loquatur text. vbi notorium eſt crimen; tamen neque text. ipſe hoc innuit, neque in l. defenſores, quam tamquam ſimilem gloſ. allegat; cum enim ſub eo tit. quatuor ſint leges, quibus huiuſmodi eſt initium, in nulla earum habetur; ſed potiùs contrarium colligitur ex l. defenſores in 3. vbi deprehenſi in crimine, & traditi defenſoribus ab his dirigi debent ad iudicium. Quod autem adducebatur ex d. l. 2. §. quod de frumentaria, ff. de adminiſtrat. rer. ad ciuit. pert. vbi habetur, quòd pronunciari poteſt contra abſentem etiam non contumacem in cauſa frumentaria, vt exponit ibi Bart. id quidem eſt ſpeciale, vt ait gloſ. & alij non tamen inde habetur, id eſſe ratione notorij; poteſt enim id eſſe fauore publico, vel potiùs ob publicam neceſſitatem, quæ legi non ſubiacet; Bart. verò indicat quidem, quòd id accidat propter notorium, non tamen ſimpliciter, ſed quia ex eo, quòd officialis reſtituit librum rationum Reip. in quo eſt introitus, & exitus, non requiritur alia cogni

cognitio, quàm comparatio rationis; atque adeo ſumus in caſu, quo notoriè conſtare poteſt, nullam reo competere defenſionem, vel excuſationem, ideóque nil mirum, ſi citatio non requiratur iuxta ſupradicta. Denique in cap. cum inſinuatione, de appellat. quod nonnulli in contrarium allegant, neque aliquid de notorio habetur; & in fine mandatur iudicibus, vt partibus conuocatis, cauſam audiant; ideóque potiùs ille text. fauet, quàm aduerſetur. Quòd ſi alia in contrarium allegari poſſint, aliquam ex ſuperius allatis reſponſionibus, ſeu expoſitionibus admittent.

Iam verò quoniam incidimus in materiam citationis, quatenus ad Conſeruatorem pertinet, priuſquam eam relinquentes ad alia tranſeamus, operæ pretium duxi, vt illud hoc loco, breuiter tamen, videamus, quod plerumque in vſum, & controuerſiam venire poteſt, an ſicut citare eum poſſe ſimpliciter docuimus, ita id verum ſit † quoad omnes actualis citationis 33
ſpecies, atque eam præcipuè, quæ fit per edictum; de reali *Citatio quotuplex, &*
enim quæ per capturam fit, inferiùs hoc eodem cap. aliquid ſaltem ſeorſim agemus. Et quidem, † vt eam omittamus, 34
quam ex iuris editione, ſeu ordinatione appellat Soc. d. rubr. *An iuris ordinatione facta competat Conſeruatori.*
de dilat. ſeu tract. de citat. art. 3. num. 2. & art. 4. num. 10. & de qua in cap. 1. & cap. cupientes, de elect. in 6. & cap. quamuis de offic. ord. in 6. cum nimirum ius ipſum ſtatuit aliquibus certum terminum ad comparendum; hæc enim cum à iure fiat, non poterit fieri niſi ab eo, qui poteſt legem generalem condere, vt poſt Laud. & Card. in Clem. 1. de iudic. & alios tradit idem Soc. d. num. 10. quod cum ſit meri imperij, vt tradunt Doct. in l. imperium, ff. de iuriſdict. om. iudic. l. omnes populi, ff. de iuſt. & iur. l. 1. ff. quod quiſque iur. Anchar. & alij, c. 1. de conſtit. in 6. Abb. cap. Eccleſia S. Mariæ, eod. tit. ſequitur vt id nequeat ſine ſpeciali facultate facere Conſeruator iuxta ea, quæ adduximus cap. præced. quæſt. 1. in princ. & concl. 1.

Quoad illam verò ſpeciem † citationis verbalis ſimplicis, 35
quæ fit verbo tantùm, de qua aliquid Scacc. d. cap. 32. num. 23. *Citatio verbalis quãdo & à quo fieri poſſit.*
latè cap. 33. per Marant. in ſpec. aud. par. 6. membr. 1. num. 44. vſque ad 81. vbi docet in arbitrio eſſe iudicis, an citet in ſcriptis, vel verbo, exceptis quibuſdam caſibus, in quibus citatio debet fieri per ſcripturam, quos ibi recenſet, & apud eum vide ſi lubet. iis verò circumſcriptis citatio hæc verbo tantùm fieri

Digitized by Google

poteſt vel per iudicem ipſum, de qua text.& ibi Doct.in l.ſancimus, C.de iudic. & per Soc.d.tract. de citat.art.8. num.2.vel per notorium, de qua per eundem ibi num.3. vel per aliquem nuncium, de qua idemmet ibidem, & latiùs artic. 9. vſque ad 14. & text. ibique Doct.in cap. cum dilecti, de dol.& contum. vel per ipſammet partem, de qua idem Soc.d. art.8. num.4. & 5. ad quam etiam ſpeciem reduci poteſt illa, quæ fit per campanam, de qua idemmet attic.4.num.14. Scacc.d.tract.de iud. cap.36. & illa, quæ fit per vocem præconis, de qua in l.fi.C.de fer. & Auth.qui ſemel,C. quomod.& quan iud. aliquid Scacc. eod.tract.cap.35. idem Soc. d. art. 4. num. 13. & latiùs art.25. per totum; quando nimirum abſque vlla ſcriptura,quæ à iudice, ſeu eius actuario prodierit; ipſius tamen iudicis mandato aliquem præco citat, ſeu monet; neque enim requirit affixionem, vt ex d.iurib.colligitur, & not.per Doct prædictos, ſicut requirit edictum, de quo nos paulò poſt; licèt ad maiorem cautelam ſoleat præco huiuſmodi ſcripturam præ manib. habere; ſed tunc verſamur in citatione, quæ fit non verbo tantùm, ſed litteris, de qua mox dicemus. Sub priori autem forma, hoc eſt voce tantùm, dicimus, quòd poterit Conſeruator citare per præconem, quoniam ſiue dicamus cum Laud. & Card. Clem. 1. de iudic. & Vgon. in cap. propoſuiſti, de foro compet. quòd ille dumtaxat poſſit taliter citare,qui poteſt per edicta, hoc eſt omnes iudices ordinarij, & delegati ſolùm à Principe, ſiue cum Soc.d. art. 4. num.13. quod quilibet iudex etiam inferior licèt pedaneus ſic poſſit citare per præconem, quoniam præco eſt quidam nuncius, ſeu epiſtola, quilibet autem iudex poteſt citare per nuncium, & epiſtolam, vt mox oſtendemus, certum eſt, quòd Conſeruator id poterit,cum & iudex ſit, & delegatus à Principe, vt docuimus cap. 1. quæſt.2. dum tamen id faciat in caſibus à iure præmiſſis,quos enumerat Marant.d.membr. 1. à num.98. ad 110. ego eos non recenſeo, ne nimis longum faciam; eum auctorem conſulas, cùm tibi caſus euenerit,maximè cum ferè iidem ſint,quos in materia citationis per edictum,quæ frequentior eſt, non multò poſt enumerabimus potiùs, quàm explicabimus. Illa verò citatio, quæ fit per campanam ferè non niſi extraiudicialibus actibus deſeruit, vt puta in conuocatione Capituli, vel Vniuerſitatis, quod & vſus docet, & conſtat ex præcitatis Doct. & præcipuè Marant.

Digitized by

Marant.d.membr.1. à num. 111. ad 114. quare illa prætermiſſa quoad aliàs citationes, quæ fiunt verbo tantùm, & ſuperius ſunt à nobis enumeratæ, certum eſſe debet, poſſe Conſeruatorem id facere; cum quilibet iudex etiam pedaneus poſſit citare per ſe, vt probat Soc. d. art.4. num. 15. atque item nuncium, vel notarium, vt idem oſtendit ibid. num.16. immò per ipſam partem, vt idemmet docet num.17. & latiùs art.8. num. 4.& 5. cum autem hæ citationes, quas verbo tantùm fieri diximus, omnes, excepta ea, quæ per campanam fit, (niſi fortè tunc ſtatim poſtquam ad ſonum campanæ populus conuenit ſcriptura legatur) fieri quoque poſſint mediante ſcriptura, quam ſanè adhiberi cautius eſt, ídque vſus vt plurimum, ac ferè vbique introduxit; idem dicas de iiſdem citationibus cùm in ſcriptis emanant, quod de iiſdem diximus cùm verbo tantùm, & viua voce, ſeu ſine ſcriptis fiunt; cum tunc magis conſulatur & parti quæ citanda eſt, & ipſi iudicio. ſicut etiam dubitari non poteſt, quin † valeat Conſeruator eam citationem 36
adhibere, qua regulariter iudices vti ſolent, & per epiſtolam, vel litteras, ſeu in ſcriptis vocatur, & in ſpecie tangitur per Marant.d.membr. 1. num.73. Soc.d.art.4. num.12. & latiùs artic. 24. ferè per totum, Scacc.d.tractat.de iudic.cap.32.num.22. & 23. latiùs cap.33. ferè per totum, maximè verò num.2. vbi ait, quòd citatio per litteras à citatione verbali, quæ fit in ſcriptis in eo differt, quòd illa mittitur authentica iudicis ſubſcriptione, vel ſigillo munita, hæc verò mittitur in parua ſchedula aſſignanda in manibus domeſticorum, vel aſſigenda in oſtio domus, iuxta Clem.2. vt lit.pend. cum aliis adductis per Scacc.d. num.23.

Citatio per litteras quid ſit & à quo decernatur.

Poteſt autem citatio hęc per litteras eſſe † vel ſpecialis, cùm 37
certa perſona ad certum actum citatur, vel generalis cum vel certa perſona ad totam cauſam, ſeu ſingulos eius actus citatur, de qua Doct.in d.cap.dilecti, de dol.& contum. & Soc.d.tract. de citat.art.20.quæſt.16. vel plures perſonæ in facto aliquo generali citantur, de qua idem Soc.d.tract.art.22. licet autem hæc poſtrema citatio generalis differat in multis à citatione per 38
edictum, conuenit tamen in aliquibus. nam vtraque † non debet fieri, neque arctat vbi perſona citanda ſit certa, prout de citatione generali ait Imol.& Innoc.in cap.in noſtra, de procurat. Doct.in cap.exhibita, de iudic.cap.fin.de elect.in 6. Soc.d.

Citatio per litteras quotuplex.

Citatio generalis & per edictum an conueniãt:

art.22.num.3. de edicto tradit Fel.in cap. cognoſcentes, quod eſt 2.num.8.de conſtit. Marant. dict. membr. 1. num.82. & 89. Scacc. d. cap. 34. num. 23. Bart.d. extrauag. ad reprimendum, verbo,per edictum, & alij ſæpe;quod tamen poſtremum intellige niſi ſimus in caſu, in quo aliàs de iure etiam perſona certa poſſit citari per edictum quos paulò poſt enumerabimus.

De hac porrò citatione per edictum agit text. & Doctor. in Clem. 1. de iudic. Fel.cap. quoniam frequenter, §.porrò,vt lit. non conteſt. Bart.in extrauag.ad reprimendum,verbo,per edictum, Marant.d.membr. 1. à num.82. ad 96. Soc.d.art.4.num. 11.& art.23.per totum.Scacc.d.tract.de iud.cap.34.ferè per to-
39 tùm. Qua in re dicendum puto Conſeruatorem † poſſe citare per edictum in caſib.in quib. ius huiuſmodi citationem permittit. Ratio eſt, quoniam licèt inferiores iudices nequeant, poſſunt tamen ordinarij etiam minores, & delegati à Principe citare per edicta, vt probat text.in Auth.qui ſemel,C.quomod. & quan.iud.& ex Vberto de Barrico,& Io.de Deo voluit Spec. tit.de citat.§.ſequitur, verſ.& not. ſecundùm Vbert. quem ſequitur ibi Io.An.in Addit.& cap.ſi quis contra clericum,de foro compet.& Soc.d.art.4.num.11.& poſt Bart.d.verbo,per edictum,& alios tradit Marant.d.membr.1.num.39.& 82. Scacc. d.cap.34. num.4.& Haill.lib.1.pract.obſeruat. obſeru. 57.num. 14. in fin. & in ſpecie, quòd Conſeruator citare poſſit per edictum, patet ex nonnullis formulis Conſeruatoriarum,in quib. id expreſsè ponitur, & præſertim in Conſeruatoriis conceſſis Societati IESV,quarum tenorem ſupr.cap.2.quæſt.2.inſeri curauimus, necnon iis, quos ad fauorem Fratrum Prædicatorum conceſſit Pius V.quarum tenorem habes apud Confett.in Collect.priuileg. ord.Mend. & eſt 3. inter conſtit.ſeu litt. Pij V. & quarum etiam ad id meminit idem Confett.in ſummar.mater. d.priuil. tit.4. cap.7. in princ. & verſ. aduertendum eſt tamen, vbi hoc ipſum expreſsè adnotauit, tradens quoque formam, quam ſeruare debet Conſeruator, antequam ad huiuſmodi citationem per edictum deueniat. qua de re nos paulò poſt ſentit etiam Rebuf.tom.3.commentar.ad conſtit.Gall.tit.de citat. in præfat. num. 93.& ſeq. dum ait delegatos à Principe poſſe citare per edictum,licèt dicat, Conſeruatores Apoſtolicos ſæpiùs hac citatione abuti, quam num.96.& ſeq. contendit non poſſe fieri,niſi in duob.caſib.d.Clem.1. de iudic. in hoc tamen poſtre

Citare per edictum an poſſit Conſeruator.

poſtremo contrarium verius eſſe apparebit ex iis, quę non multo poſt hac ipſa concl. 5. afferemus.

Ideo autem diximus, Conſeruatorem citare poſſe per edictum in caſibus à iure præmiſſis, quoniam hæc citatio † regulariter eſt prohibita, vt colligitur ex prædictis Doct. maximè verò ex Fel. d. cap. 2. num. 7. de conſtit. & exceptis caſibus in iure expreſſis ſolus Papa, ſeu Princeps, & iudices de eius ſpeciali mādato poteſt citare per edicta, vt poſt Vant. tract. de nullat. rubr. de nullit. & defect. cit. num. 25. & Grauat. in addit. ad Veſtr. in Prax. Rom. Cur. lib. vlt. cap. vlt. num. 34. tradit Scacc. d. cap. 34. num. 6. 40 *Citatio per edictum regulariter prohibita.*

Antequam verò veniamus ad caſus, in quibus de iure fieri poteſt citatio per edictum, illud neceſſariò eſt præmittendum, quòd hæc citatio per edictum inducta eſt à iure † in ſubſidium, videlicet quando citandus non poteſt perſonaliter citari vel ad domicilium, vt colligitur ex d. Clem. 1. de iud. Clem. vnic. de foro compet. cap. 1. § contrahentes, eod. tit. in 6. c. quoniam frequenter, §. porrò, vt lit. non conteſt. & ibid. per ſcribentes, ac de intimatione appellationis in cauſa electionis ex Clem. cauſam, de elect. aliàs ſi poſſit citari perſonaliter, vel domi, & citaretur per edictum, grauaretur, & poſſet appellare, vt poſt Bart. d. verbo, per edictum, & Marant. d. num. 82. docet Scacc. d. cap. 34. num. 7. & Soc. d. art. 23. num. 4. vbi etiam dicit, quòd licèt de iure ciuili talis citatio per edictum non ſolùm videatur præmiſſa in crimine læſæ maieſtatis, de quo cauetur in d. extrauag. ad reprimendum, ſed etiam in aliis quibuſcumque cauſis per Auth. qui ſemel, C. quom. & quan. iud. & in cap. vnde ſumitur; tamen ſecundùm Bart. d. verbo, per edictum, cum diſpoſitio d. Clem. 1. de iud. contineat æquitatem, † non modò iudices eccleſiaſtici, ſed etiam ſeculares in foro ſuo debent practicare ſecundùm illam Clementinam tam in crimine maieſtatis, quàm in aliis quibuſcumque caſibus; quoniam in his quę arbitrio iudicis committuntur iudex ſequi debet ęquitatem, vt habetur in cap. fi. de tranſact. & §. 1. Auth. iuſiurand. quod præſt. ab his. quod etiam ex eo confirmatur, quòd vbi aliquid non eſt certum de iure ciuili, quod certum eſt de iure Canonico, tunc etiam in foro ſeculari, & terris imperij, ſeruandum eſt ius Canonicum, vt poſt alios tradit Soc. d. num. 4. nec non Fel. Dec. & alij recentiores in c. Eccleſia S. Mariæ de conſt. Soc.

41 *In ſubſidiū à iure inducta eſt citatio per edictum.*

42 *Quomodo fiat.*

Soc.& Bart.in prędictis ſequitur idem Fel.d.cap.quoniam contra,§.porrò, num.24.

Dum autem hi Doct.ſupponere videntur,quòd de iure Canonico citatio per edictum fieri non permittatur, niſi in duob. caſibus expreſſis in d.Clem.nimirum cùm quis impedit,ne citatio ad eum perueniat; item vbi domicilia, vel loca citandorum tutè adiri nequeunt; vereor † ne falſum ſit, tum per illa verba quæ ſtatim ſubiicit Clemens V.d.Clem.1.porro ei,quod circa citationes abſentium tam diebus ſolemnibus, quàm aliis Eccleſia Romana diuerſis ex cauſis interdum facere conſueuit per præſentem conſtitutionem, ſeu moderationem in nullo volumus derogari; tum per id,quod Abb.& alij d.Clem.1.non improbabiliter dixerunt, moderationem de qua in d.Clem.1. reſtringendam eſſe ad ſtatutum, & modum citandi, de quo in extrauag.Bonif.VIII.quæ incipit,rem non nouam,& eſt vnic. de dol. & contum. in commun. ac ſummatim recenſetur in d. Clem.1. vt nimirum citationes auctoritate Apoſtolica.de perſonis quibuſcumque ipſo Papa ſpecialiter, & ex certa ſcientia id mandante factæ in Audientia publica Apoſtolicarum litterarum, vel in Papali Palatio, & affixæ ianuis maioris Eccleſiæ loci,in quo Romanus Pontifex cum ſua Curia reſidebit,ſic valeant, atque arctent citatos poſt lapſum terminum competentem in ipſis citationibus appoſitum, ac ſi ad eos perſonaliter deueniſſent. Id quod ſatis colligitur ex iis verbis d. Clem. 1. (idem ſtatutum,& præfatum modum citādi reſtringimus, &c.) nam dictio,idem, &, præfatum, reſtringitur ad antea dicta, & repetit eaſdem qualitates ibidem commemoratas, vt de ſe patet.Sed quicquid de hoc ſit,certè ex d.Clem.1.& aliis adductis per prædictos Doctores, quoad hanc rem attinet,non niſi illud effici poteſt, quod illis duob.tantùm caſib.expreſſis in d.Clem. 1. fieri poſſit citatio per edictum, vbi alia cauſa legitima non ſubſit. Vnde citationem hanc per edictum in aliis quoque caſibus vltra annotatos in d.Clem.poſſe fieri,nec ideo partem grauari à iudice ciuili, voluit Imol.in l.4.§.prætor ait, ff.de damn. infect. Sed idem indiſtinctè, atque adeo etiam à iudice Eccleſiaſtico fieri poſſe,apertè ſentiunt,dum longè plures huiuſmodi caſus enumerant, Marant. d. membr. 1. à num. 82.ad 95.& Scacc.d.cap.34.à num.9.ad 16.& num.30.Gaill.d.lib.1.obſeru. 57.à num.1.vſque ad 9.

43 *Citatio per edictum in plurib.caſib. fieri poteſt quā duobus.*

Primus

Digitized by Google

Primus igitur erit, † cùm quis facit, impedit, vel procurat 44
per ſe, vel per alios quoquo modo, ne ad eos poſſit citatio peruenire, qui ſanè caſus his planè verbis habetur d. Clem. 1. & ex eius diſpoſitione confirmant eum breuiùs recenſentes Bart. d. verbo, per edictum, Fel. d. num. 14. Soc. d. num. 4. Scacc. d. nu. 9. Gaill. d. num. 1. Marant. d. membr. 1. num. 84. vbi optimè monet, quòd licèt d. Clem. 1. diſponat, quòd iſtud edictum fiat in hoc caſu in Palatio Papali contra quoſcunque habitantes in partibus quantumcunque remotis, ideóque non poſſit fieri per iudices inferiores, niſi auctoritate Papæ, vt ibi dicitur; poterit tamen per eoſdem iudices inferiores fieri in dicto caſu etiam ſine Papæ auctoritate expreſſa, apponendo edictum in loco, vbi ſolitus eſt habitare, & conuerſari citandus, & non alibi arg. Clem. cauſam, §. verùm; de elect. vt in ſpecie tradit Marant. d. num. 84. ex Bald. in l. vt perfectiùs, col. 1. & 2. C. de annal. excep. facit etiam quod in ſimili caſu, (quem pro quarto pónit Marant. d. membr. 1. num. 86.) docet ibid. Maranta de eo, qui ſtat clauſus in domo ſua, ad hoc, ne citari poſſit, vt nimirum poſſit tunc affigi edictum citatorium in ianua domus illius, & perinde habeatur, ac ſi perſonaliter citatus fuiſſet, poſt Alex. in l. plerique, col. 2. ff. de in ius voc.

Edicto citãdus qui procurat ne citetur.

Secundus caſus eſt, vbi agitur † de citandis iis, quorum do- 45
micilia, ſiue loca non poſſunt tutè, liberéve adiri; tunc enim poterit fieri citatio per edictum. Ita diſponitur in dict. Clem. 1. quem text. præter Doct. ibi ad id ponderauit Soc. d. num. 4. Fel. d. num. 14. Gaill. d. obſeru. 57. num. 2. Marant. d. membr. 1. num. 85. Scacc. qui alios allegat d. cap. 34. num. 10. & in ſpecie Conſeruatorum hunc caſum ponit Confett. in ſummar. mater. priuileg. Ord. Mendic. tit. 4. cap. 7. in princ. & verſ. adnotandum eſt. Et quamuis Imol. d. Clem. 1. dubitet, an hic ſit caſus diuerſus à primo, ita, vt poſſit quis citari per edictum quandocunque domicilium, vel locus citandi tutus non ſit, quoniam ſic ſequeretur illud abſurdum, quòd citatio tam præiudicialis fieri poſſit etiam vbi perſona eſſet extra locum illum non tutum in loco, vbi tutè poſſet citari; vnde ipſe refert præfatam alternatiuam ad diuerſos caſus, qui nequaquam litteræ congruunt. Mihi magis placet expoſitio Soc. d. num. 4. quam innuit Marant. d. num. 85. & apertè ſequitur Fel. d. num. 14. vt dum text. dicit vel domicilia non poſſint tutè adiri, debeat intelligi,

Edicto citãdi quorũ loca tutè adiri nequeunt.

Digitized by Google

quòd, vbi etiam alius, quàm citandus, dederit hanc cauſam, quòd non poſſit tutè adiri, & ipſe eſſet in illò loco, haberet locum citatio per edictum; ſed ſi ipſe eſſet alibi,& ſui copiam faceret, licèt eius domicilium non poſſet tutè adiri,tamen citandus eſſet, vbi copiam ſui faceret, vt ſatis colligitur ex cap.cauſam quæ, & cap.venerabilis, de dol.& contum.Clem.vnic. de foro compet.cap. 1. §. contrahentes, eod.tit.in 6.cap.fin. de eo qui mitt. in poſſeſſ. cap. 1. qui matr.accuſ. poſſ. cap.quiſquis 4. quæſt. 5. l.ea quæ, & l.ab eo,ff.quom.& quand.iud. l. 1.§. item, ff.quæ ſent.ſine app.reſc.cum ſimil. ex quibus habetur,aliquem citandum eſſe perſonaliter, ſi inuenitur; quam etiam ob cauſam vt reor, ſignanter dicitur in d.Clem.1.domicilia,ſiue loca, quaſi requiratur, vt etiam loca,in quibus quis inuenitur extra domicilium, non ſint tuta; vnde à contrario ſenſu ſecus ſit,vbi ea loca tuta ſint; atque hac ratione conciliari poteſt opinio gl. d.Clem 1.verbo,vel quorum,quam ſequuntur magis communiter Doct.habens,quòd alternatiua illa(vel)demonſtrat,quòd ad citationem per edictum ſufficiat alterum iſtorum,nimirum, quòd vel quis impediat citationem ad ſe peruenire, vel domicilia ſiue loca citandorum non ſint tuta,cum ea opinione, quæ videtur habere,hoc poſtremum de ſe non ſufficere.

Debet autem hoc caſu, quo fit edictum ob non tutum ac-
46 ceſſum, † poni,ac legi in loco viciniori,ita,vt veriſimiliter ad notitiam citandi deuenire poſſit,vt ex text.d.Clem.cauſam, & aliis in ſpecie tradit inter cæteros Gaill.d.num.2. & Scacc.dict. tract.de iudic.cap.45. num.15.& 19. in quo cap.latè tradit formam exequendi huiuſmodi citationem per edictum, & alias omnes citationum ſpecies. ad quem auctorem recurri poterit, cùm hac de re caſus euenerit. Addit Marant.d.num.85. debere apponi edictum in loco, vbi ſolitus eſt habitare, & conuerſari citandus. Quod tamen non credo, cum ſupponatur non eſſe tutum acceſſum; vel poſſet habere locum, vbi quis reliquiſſet domicilium, & transtuliſſet ſe ad locum non tutum;

Citatio prædicta quomodo facienda.

47 nam tunc poſſet in priori domicilio per edictum citari. Quando autem dicatur † acceſſus non tutus, videndus eſt text. & ibi Doct.d. Clem. 1.de iudic. Clem. vnic. de foro compet.cap. ſtatutum,§.cum verò,de reſcript.in 6. & Scacc.d.cap.34. num. 11.& ſeq. Dec.conſ. 460. num.26. quem, & alia ad hanc ſpeciem Conſeruatoris allegat Confett. d. cap. 7. verſ. aduertendum

Acceſſus nõ tutus vt quis citetur per edictũ,quã do dicatur.

Digitized by Google

dum eſt, concludens, quòd ſummariè debet conſtare per teſtes, de non tuto acceſſu, nec ſufficiet iuramentum partis: quod idem docet de aliis impedimentis, quæ ex aduerſo per ipſam partem prætenduntur.

Tertius caſus eſt, cùm † quis ſemel perſonaliter eſt citatus, 84
& eſt contumax, vel quia receſſit nullo procuratore relicto. *Edicto citādus qui perſonaliter citatus eſt cōtumax vel abijt nullo procuratore conſtituto.*
tex. eſt in iure ciuili d. Auth qui ſemel, C. quom. & quand. iud. facit etiam l. item ait §. hæc autem, ff. ex quib. cauſ. mai. in iure Canonico eſt bonus text. cap. fin. de eo, qui mit. in poſſ. melior d. cap. venerabilis, quod eſt fin. de dol. & contum. & d. cap. cauſam, quæ, eod. tit. iuxta gloſ. & aliorum expoſitionem, & hunc caſum ponunt etiam Scacc. d. tract. de iud. cap. 27. num. 1. & d. cap. 34. num. 13. Marant. d. membr. 1. num. 87. poſt Bal. in l. mandatum, co. fin. C. mand. dicentem, iſta edicta debere poni in frequentiori loco ciuitatis.

Quartus caſus eſt, quando † perſona citanda eſt vagabunda. 49
Edicto citādus eſt vagabūdus, &
ita Bal. in l. ſi accuſatoribus col. fin. in princ. de accuſ. l. conſentaneum, 2. not. C. quom. & quand. iud. & l. vt perfectiùs, col. 1. & 2. C de ann. except. Bart. d. extrauag. ad reprimendum, verbo, per edictum, Marant. d. membr. 1. num. 83. Gaill. d. obſeru. 57. num 4. & 5. vbi allegat ad id text. in l. eius, qui la 2. §. ſi quis, ff. ad municip. & l. dies cautioni, quæ eſt 8. §. prætor ait; ff. de damn. infect. & alij tenent, quos refert, & ſequitur Scacc. d. cap. 34. num. 14. diſtinguens † quoad locum, vbi affigenda ſit ci- 50
Quibus in locis tunc affigendum.
tatio in hoc caſu, quòd aut agitur de aliqua re immobili, & citatio erit affigenda in loco illius rei l. 4. § prætor ait, & ibi gloſ. & Caſtr. num. 6. Papienſ. in form. reſponſ. rei communi, gloſ. 1. num. 11. Vant. tract. de nullit. rubr. de nullit. ex defect. cit. ſub num. 122. aut de re mobili, ſeu pecuniaria, & tunc citabitur per edictum in eo loco, vbi ſolitus eſt conuerſari, Bart. d. l perfectiùs, Papienſ. & Caſtr. ſupr. Innoc. in cap. quia propter, de elect. ſic intelligens, Marant. d num. 83. & Gaill. d. num. 5. qui indiſtinctè id aſſerunt. Quòd ſi ipſum cupias videre de citatione contra vagabundum, conſulere poteris Foller. in ſua pract. 51
Citatio per edictum factibilis, ſi cōtradictor ſit incertus, & quomodo.
crim. 1. part. 2. part. princ. verbo, vel eos verbaliter, & Tiraq. de retract. Lign. §. 9. gloſ. 2. num. 24.

Quintus caſus eſt, † quando contradictor eſt incertus; tunc enim citantur in genere omnes ſua quomodolibet intereſſe putantes; text. in cap. fi. de elect. in 6. & poſt Fel. d. cap. quo-

Digitized by Google

niam frequenter,§.porrò, vt lit. non conteſt. Abb. in cap. cum in tua,qui matr. accuſ. poſſ. Idem Abb. Dec. & alij in cap. gratum,de offic.deleg.Bart.& Bal. in l.ſi eo tempore, C.de remiſſ. pign. Afflict. deciſ. 24. ſub num. 6. & alios tradit Marant.dict. membr.. 1. num.89. Gaill.d.obſeru. 57. num.6. & trib. ſeqq. ad id allegans tex. d. l. ſi eo tempore, & l.ſed & ſi pupillus §. præſcribere,ff.de inſtit.act. Vant.d.rubr. ſub num.142. & Scacc.d. cap. 34. num. 16. qui vſque ad num. 29. plura hac in re ſcitu digna tradit. Alios etiam caſus ponunt Gail.d.obſeru.57.num. 9.Scacc.d.cap.34. num.15.30.& 31. Marant.d.membr. 1.num. 88. vſque ad 95. ſed vel dubij ſunt,vel ad prædictos ſatis reducuntur, vel in vſum apud Conſeruatorem vix venire poſſunt.

Illum autem vnum, & quidem generalem commemorabo, quem affert Marant. d. membr. 1. num. 95. & ſentit expreſsè poſt alios Scacc.d.tract. de iud.cap.35. num. 1. 2. & 5. vt nimi-
52 rum † in omnibus caſibus,in quibus ius permittit,citationem fieri per proclama,in illis etiam fieri poſſit citatio per edictum; cum citatio per edictum ſit reo fauorabilior, quàm per proclama, quoniam in illa requiritur affixio, quæ non requiritur in citatione per proclama, atque adeo illa faciliùs deuenire poteſt ad notitiam citandi; nam vox præconis paucis innoteſcit d.Auth.qui ſemel, C.quom. & quand.iud. & d. extrauag.rem non nouam, in princ.de dol. & contum. in commun. Quibus autem caſibus poſſit fieri citatio per proclama videre eſt,vt iam ſemel admonuimus, apud Marant. d.membr. 1. à num. 98. vſque ad 110. ex iis porrò nonnulli coincidunt cum caſibus citationis per edictum, vt apud eum auctorem legere licet; qui quoniam cuique peruius eſt, in iis caſibus recenſendis non immorabimur,ſed inſtitutum in hac quæſtione concluſ. ordinem proſequemur.

Citatio per edictum, & per proclama, in quo differant.

53 Sexta concluſio. Coram Conſeruatore, qui de notoria iniuria,& violentia debet cognoſcere, † non eſt neceſſariò facienda probatio talis notoriæ iniuriæ, ac violentiæ. Probatur primò,quia ita in ſpecie tenet expreſsè Innoc.d.cap.1.de offic.deleg.in 6. quem gloſ.& cæteri vel ibi,vel d.cap.fi.eod.tit. & libr. communiter ſequuntur. Secundò, quia † regulariter noto-
54 rium non eſt probandum, vt probat text.in cap.ſuper eo, quod eſt 3. de teſt. cōg.ibi, ſi factum eſt notorium, non eget teſtium depoſitionibus declarari, cum talia probationem,vel ordinem iudi

Iniuria notoria nō neceſſario corā Conſeruatore probāda.

Notoriū regulariter nō probandum.

iudiciarium non requirant; idque ibi adnotarunt Doct. communiter, & alibi ſæpè, quorum pleróſque refert Farinac. dict. quæſt.21. crimin. num. 81. Maſcard. tract. de probat. concluſ. 1103. & 1104. num.1. D.Polyd. Rip. tract. de noctur.temp.c. 68. num.14. D.Menoch.lib.1.præſumpt.67.num.5.& de communi teſtatur Alber.in l.ea quidem, num.18.C. de accuſat.Io. Crott.in l.1.§. hoc autem edictum,num.57.ff.de nou.op.nunc. Clar.§.fin.quæſt.9. num.5. ex quo fit, vt neque teſtium depoſitiones requirat, vt expreſsè dicitur d. cap.3. de teſt. cog. nec non in cap.tua, de cohabit.cler. & mul.& conſtat ex cap.bonæ, il 1. de elect. & aliis iuribus, quæ conſultò prætereo. Et quoniam contra hanc priorem partem concluſ. nonnulla vrgere videntur; quæ ponderat inter alios Farinac. d.quæſt.21. num. 84 & tribus ſeqq. Ideo vt ea diſſoluantur,aliquas limitationes ſubiiciemus.

Limita igitur primò, hanc concluſionem, vt, † ſi notorium ſit facti non permanentis, ſed tranſeuntis, de eo, vbi negetur vel notorium ſit populo, ſed non iudici, debeat iudici conſtare vt iudici ſic in ſpecie poſt gloſ.d. cap. ad noſtram, il 3. de iureiur.Salic.d.l.ea quidem,C.de accuſat.& alios docuerunt Maſcard.d.concluſ.1103. num.7. & Farinac.d.quæſt.21. num. 88. Scacc. tract. de iud. cap.76. num.8. quod idem de notorio facti interpolati tradiderunt Abb.in cap.veſtra,ad fin. de cohabit.cler.& mul. Innoc. d.cap. tua nos, num.3. eod. tit. Butr.d. tract. de notor. art. 4. num. 35. cum duobus ſeqq. & alij relati pariter, ac laudati per Maſcard. d. concluſ. 1103. num. 14. & Farinac.ſupr.num.89. ſic intelligens num.88. eos, quos ipſe d. num.84. recenſuerat abſolutè dicentes, notorium populo, & non iudici,debere iudici, vt iudici in actis conſtare, nec ſufficere quòd ſoli populo notorium ſit; id, quod etiam placuit gl. d.cap.ad noſtram, il 3.verbo, obſeruandus, il 1.de iureiur. & Gratian.§. quando verò, qui ſtatim præcedit cap. Deus omnipotens, per illum tex.2.quæſt.1. & de communi Clar.d. quæſt. 9.num.5. Ideo autem dictum eſt initio huius limitationis, (vbi negetur, vel notorium ſit populo, non iudici,) quoniam ſecus erit, vbi pars non negat, cum iam tunc habeamus partis confeſſionem, quæ per ſe inducit notorium, vt iam non ſemel admonuimus; idem vbi notorium ſit iudici, vt quia res geſta ſit iudice ſedente pro tribunali, vt eſt de mente Doct. quos ad fi-

55 *Notoriū iuris trāſeūtis vel interpolati an probandum.*

nem huius limit. allegauimus, vt expreſsè tenent ij quos initio eiuſdem limit. adduximus, præcipuè verò Scacc. d. num. 8. circa medium, qui idem dicit, ſi iudex tunc non ſedeat pro tribunali, ſed exiſtat in exercitio iuriſdictionis.

56 *Notoriũ iuris probandum eſt: &*

Limita 2. quòd notorium iuris † debeat probari; neque enim poteſt iudex ſe fundare in notorio reſultante ex probationibus, ſententia, vel confeſſione, niſi de ipſa confeſſione, vel ſententia, ſeu probationibus eidem conſtet, vt ſatis apertè tenet Butr. d. tract. de notor. art 4. num. 42. & 47. & apertiùs Capr. eod. tract. membr. 4. num. 68. per text in cap. ſicut, de ſent. & re iud. quem etiam ad id allegant Gregor. Tholoſ. Syntagm iuris vniuerſ. lib. 48. cap. 10. num. 7. & Amad. de Pont. in tract. de ſyndicat. num 62. verſ. notorium iuris, quos refert etiam, ac ſequitur D. Polyd. Rip. d. tract. de not. temp. cap. 68. num. 42. & ſeq. idem etiam tenet Farinac. d. quæſt. 21. num. 90. poſt Conrad. in pract. tit. de notor. crim. ſub num. 12. vbi poſt Abb. d. cap.
57 vestra, num. 19. de cohabit. cler. & mul. idem dicit † de notorio præſumptionis, de quo etiam loquitur Specul. tit. de notor. crim. §. iam de notorio, num. 1. & Butr. d. art. 4. num. 46. qui poſt alios, quos allegat, ſubdit, quòd probato facto, ex quo ius præſumit notorium, non eſt neceſſe probare iuris præſumptionem, quòd nimirum de iure ex illo facto inſurgat notorium, quoniam quæ iuris ſunt, notiſſima iudici reputantur, l. ornamentorum, ff. de aur. & arg. leg cum ſimil.

Quid de notorio præſumptionis.

58 *Notoriũ extra locũ iudicij an probari debeat.*

Limita 3. in eo, † quod notorium eſt tantùm extra locum iudicij; tunc enim ſiue notorium ſit facti tranſeuntis, & momentanei, ſiue etiam permanentis, & continui probandum erit ab eo, qui ſe fundat in huiuſmodi notorio, vt per text. in cap. pudenda, 24. quæſt. 1. cap. eorum 2. quæſt. 3. & cap præſentium, 17. quæſt. 4. tradit Nouel in pract. crim. in princ. ſub rubr. iudicia, quæ præcedere debent &c. num. 13. & reg. 113. in 1. fallen. quem refert, ac ſequitur Farinac. d. quæſt. 21. nu. 91. qui etiam ad id allegat Salic. d. l. ea quidem, num. 79. C. de accuſat. Specul. d. tit de crim. notor. in rubr. num. 10. Vulpel. reſponſ. 116. num. 3. lib. 1. & Maſcard. d. concluſ. 1103. num. 27. quod idem etiam voluit gloſ. d. cap. ad noſtram, il 3. verbo, obſeruandus, il 1. de iureiur. quem refert quoque, ac ſequitur Tholoſ. d. cap. 10. num. 9.

59 *Notorium dubiũ corã Conſeruatore probãdũ.*

Limita 4. generaliter † in notorio dubio, ſeu quod probabiliter

Digitized by Google

biliter negetur eſſe notorium; tunc enim quia in re ambigua capienda eſt tutior pars l.in obſcuris, ff. de reg.iur. cum ſimil. ideo in dubio iudicandum potiùs eſt non eſſe notorium,quàm eſſe,vt poſt Marſ.in rubr.C.de probat.tradit Nouel.d.num. 13. verſ. fallit etiam, quando dubium eſt, & d.reg. 113.in 4.fallen. & iſto caſu, quando notorium negatur, fore neceſſe, quòd illud probetur, poſt Mil.in Repert. verſ. notorium quotieſcumque negatur, & Maſcard.d.concl. 1103. num.8. docet Farinac. d.quæſt. 21. num. 93. ſic intelligendi ſunt quotquot dixerunt, notorium eſſe probandum, quando negatur, eò, quòd negatione res fiat dubia, l.3.C.quib.ad li.proclam.non lit. cum ſuis concord. vt plerique tradiderunt in cap.tua, & cap. veſtra, de cohabit.cler.& mul. d.cap.ad noſtram, il 2.de iureiur.& in aliis iurib.de notorio loquentibus, & in ſpecie Conſeruatorum, gloſ. Innoc.Hoſt.Io.An. Gemin.Anchar. Franc. & alij d.cap.1. de off. deleg. in 6. nec non Roſell. in ſumma excommun. 28. Ang.Silueſt.Tabien.& alij Summiſtæ, cum alibi,tum præcipuè verbo, Conſeruator, Abb.conſ.100. num.3. vol.1. & conſ.62. num. 6. vol.2. quem refert etiam, ac ſequitur Illuſtriſſimus Card.Tuſc. in ſuis concl.iur.verbo, Conſeruatores, num.4.qui deinde num.7. poſt Abb.d.conſ.100. num.3.& 4.dicit, † non ſufficere, Conſeruatorem pronunciare, delictum eſſe notorium,quando vel nullum eſſet delictum,cum qualitas nequeat eſſe ſine ſubiecto, cap.quod verò, 32. quæſt. 2. cum ſimil. vel quando talis declaratio eſſet ſuſpenſa per appellationem, quia licèt in notoriis, aut à ſententia iuris non detur appellatio, datur tamen à declaratione hominis. Præterea id accipiendum eſt, vbi negetur probabiliter, prout d. regulam intellexerunt Doct.magis communiter tum d.l.3.l.poſt rem,ff. de tranſact.& l.1,C. de procur. tum in cap. ſi clericus laicum, de foro comp. & alibi ſæpe, atque in ſpecie notorij poſt Cald.d.cap.veſtra, & alios tradit Butr. d. tract. de notor. art. 2. num.5.& 6.& in terminis Conſeruatoris Anchar. & alij d. cap. 1. Probabiliter autem † dicetur quis in propoſito negare factum eſſe notorium, ſi non ſit notorium in loco iudicij, vt in præced.limit.vel ſi dubium ſit,an facto interfuerit maior pars populi,vel viciniæ;confeſſio ſit reuocabilis, an probationes, vel ſententia tranſierint in iudicatum,aut aliam ſimilem ob cauſam.

60 *An ſatis ſit Conſer. pronũciare delictum eſſe notoriũ vbi non conſtet de delicto.*

61 *Negare probabiliter facti notorietatẽ quãdo quis dicatur.*

62 *Notorium probandum contra abſentẽ agẽti.*

Limita nunc quintò, ſi † agatur contra abſentem; tunc enim

enim notorium eſt probandum, & niſi de notorio conſtet, proceſſus non valet; ita poſt Boſſ. in pract. crim. tit. quomod. proced. in crim. notor. num. 9. & 10. & Capr. d. tract. de notor. membr. 4. num. 72. docet Farinac. d. quæſt. 21. num. 94. & ante hos Butr. d. art. 4. num. 40. Et ratio huius limitationis eſt, quoniam ſi is præſens eſſet, aliqua fortè poſſet afferre, quibus aut à ſe ipſo maleficium, aut à maleficio notorietatem excluderet: quod idem eadem ferè ratione ſenſit Clar. d §. fin. quæſt. 9. nu. 4. in fin.

Limita 6. vt, licèt aliquando non ſit probandum factum no-
63 *Notorietatis qualitas ſemper eſt probanda.* torium, tamen † qualitas ipſa notorietatis ſemper probanda ſit; nam tunc conſequenter ipſum factum probatum remanet; ita Cyn. Bal & Salic. d. l. ea quidem, Butr. d. art. 4. num. 40. 43. & ſeq. Capr. d. membr. 4. num. 73. & trib. ſeqq. & membr. 6. num. 13. cum ſeq. & alij, quos refert Farinac. d. quæſt. 21. num. 107. Eandem opinionem ſequitur eam communem dicens Clar. d. quæſt. 9. num. 5. circa med. & D. Polyd. Rip. d. tract. de noctur. temp. num. 46. vbi vſque ad num. 51. acutiſſimè reiicit opinionem Farinac. qui d. quæſt. 2. num. 108. poſt Maſcard. d. concl. 1103. cum ſeq. ac nonnullos alios contendit, non modò ipſam qualitatem notorietatis, ſed etiam ipſum factum probandum eſſe ex eo, quòd qualitas nequeat eſſe ſine ſubiecto; nam, vt ipſe D. Rip. optimè ait, & ante eum Capr. & Butr. loc. cit. aliàs ſequeretur, nullum eſſe quoad probationem diſcrimen inter occultum crimen, & notorium; quod tamen, vt ſupra initio huius concluſ. & iuribus, & communiter ab omnibus recepta ſententia oſtendimus, probatione non indiget. Quod autem dicitur de qualitate, quæ nequit eſſe ſine ſubiecto, potiùs retorquetur; nam eo ipſo, quòd probatur qualitas notorietatis, probatum remanet ipſum factum notorium, & probata apparentia probatur exiſtentia, vt latiùs explicat ibid. D. Polyd. nu. 50. & ſeq. vbi cum num. ſeq. concludit, opinionem Farinac. poſſe procedere quoad condemnandum, non autem quoad procedendum, prout etiam ipſe Farinac. tandem fatetur d. nu. 108. in fin. poſt Maſcard. d. concl. 1103. num. 25. quod etiam ſa-
64 tis apertè ſentit Clar. d. num. 5.

Qualitas notorietatis quando non probanda. Quod autem diximus de qualitate notorietatis probanda, fallit primò, † vbi delictum fiat coram populo, ac ſimul iudice ſedente pro tribunali, vt innuunt Doct. citati initio huius concluſ.

Digitized by Google

concluſ. limit. 1. & apertè Capr. d. membr. 4. num. 55. Butr. d. art. 4. num. 35. necnon Scacc. d. cap. 76. num. 8. circa medium, qui optimè dicit, ad hoc ſufficere, vt iudex ſtet in actu exercendi iuriſdictionem, licèt non ſedeat pro tribunali, poſt Boſſ. in pract. crim tit. de denuntiat. num. 5. quod etiam ex eo confirmatur, quod præced. concl paulò antè limit. 1. diximus poſt Archid. Hoſt. & alios, quòd ſi Conſeruator obuiet deprædantib. eos, quorum eſt Conſeruator, poterit deprædantes abſque alia citatione punire.

Fallit 2. vbi † reus confiteatur quidem delictum, ſed neget, illud eſſe notorium; nam eo ipſo, quòd illud confitetur coram Conſeruatore, notorium ſimul fit iuris notorietate, quæ ex confeſſione iudiciali reſultat, vt in ſpecie non ſemel adnotauit Innoc. d. cap. 1. de offic. deleg. in 6. quem non modò ibi Io. An. & in gloſ. & in Nouel. ac ceteri communiter ſunt ſecuti, verùm etiam Silueſt & Angel. in ſum. verbo, Conſeruator, & Eman. Roder. quæſt. regular. tom. 1. quæſt. 65. art. 11. verſ. aduertendum inſuper. 65 *Reo cōfitenti delictum an notorietatis qualitas probanda.*

Cæterum, ſecluſa huiuſmodi violentia, ſeu iniuria illata, vel eius confeſſione facta coram ipſo Conſeruatore, vnde notorietatis qualitas per ſe probata remanet, coram eodem † eſt probanda qualitas tanquam neceſſaria ad fundandam iuriſdictionē Conſeruatoris deputati iuxta terminos d. c. 1. & fi. prout in terminis ſentiunt Innoc. & alij mox citati Doct. & expreſsè tradunt Capr. d. membr. 4. num. 56. & duob. ſeq. Butr. d. art. 4. num. 36. Silueſt. ſupr. num. 3. Gutier. lib. 3. quæſt. pract. quæſt. 9. num. 14. ante hos Abb. d. conſ. 100. num. 3. & conſ. 62. num. 6. ac poſt eum Card. Tuſc. d. verbo, Conſeruatores, num. 4. Mil. in Repert. verſ. notorium facti geſti; idque ob eam rationem, quoniam quando notorium tribuit iuriſdictionem, debet priùs de ipſa qualitat e iuriſdictionem tribuente iudex cognoſcere, vt plerique tenent, quos refert Farinac. d. quæſt. 21. num. 86. & Maſcard. d. concluſ. 1103. num. 32. & generaliter qualitas tribuens iuriſdictionem † ſemper in primis probanda eſt, l. 2. §. ſed ſi dubitatur, & l. ſi quis ex aliena, ff. de iudic. cap. ſuper litteris, de reſcript. Abb. & Doct. in cap. ſi clericus laicum, de foro compet. Carrer. in pract. tract. de homicid. §. circa tertium, num. 18. Ferret. conſ. 31. num. 5. Farinac. d quæſt. 21. num. 87. nec ſufficit, iudicem habere iuriſdictionem, niſi ſciat ſe habe- 66 *Notorietas delicti corā Conſer. probāda ad fūdandā eius iuriſdictionem.* 67 *Qualitas tribuens iuriſdictionem prius eſt probanda.*

Digitized by Google

re,l.multum, ff de cond. & demonſtr. & not. in cap. prudentiam, de off.deleg. Quòd ſi qualitas hæc notorietatis ex informationibus non probetur; coram Conſeruatore, non poterit
68 is † procedere, vt tradunt Innoc.gloſ. & alij d.cap.1. nec non Alber. verbo, Conſeruator, Ang. & Siluest d.verbo, Conſeruator, Butr.d.art 4. num.4. Capr.d membr.4. num.9. Io.Bapt. Confett. in ſummar. mater. priuileg. ord. Mendicant. titul. 4. cap. 3.

Conſeruator quando non poſſit procedere.

69 Sufficit autem ad effectum procedendi † extraiudicialis, vel ſummaria informatio, ſuper iſta qualitate, vt in hac ſpecie poſt gloſ.d.cap. 1. tradit Butr.d.num.36. & Capr.d.membr. 4. num.58. Abb. & Tuſc.ſupr. Eman,Roder.d.quæſt.65.regul. art. 11. verſ. ſed contraria, & generaliter in notorio ad hunc effectum procedendi tradiderunt poſt alios Maſcard. d. concl. 1103. num.13. & Farinac.d. quæſt. 21.num.98. ſic intelligens Bal. in l.1. C.vt quæ deſ. aduoc. Viu. in commun. opin. verſic. notorium quamuis,& alij quotquot abſolutè dixerunt, ad probandam huiuſmodi qualitatem notorietatis ſufficere ſummariam, ſeu extraiudicialem informationem, quorum nonnullos refert Farinac. ſupr. num.96. Quo etiam diſtinctionis fœdere puto conciliandos Doct. qui dixerunt, notorium, ſi negetur, probandum eſſe iuris ordine ſeruato, vt Imol.Gem.& Franc.d. cap.1. de offic.deleg.in 6. aliique quos recenſet Farin.d. quæſt. 21. num. 99. cum Innoc. d. cap. bonæ il 1. de elect. Archid. & Hoſt.d.cap.1.& aliis,quos allegat Maſcard.d.concl.1103.num. 12. Farin.ſupr. num.100. licèt hi duo Doct.aliter hanc vtramque opinionem conciliandam putent.

Informatio extraiudicialis Cōſer. ad procedēdum ſufficit.

70 In eo autem omnes conueniunt, † tam qualitatem notorietatis, quàm etiam ipſum factum notorium, vbi probandum ſit, duobus teſtibus poſſe probari, vt poſt Specul. tit. de notorio,§.iam de notorio, ad finem, gloſ. in cap. Deus omnipotens, § quando autem, verbo, iudicis, & alij, quos referunt, & ſequuntur Vicc.d.verbo, notorium quamuis, Maſcard.concluſ. 1101. num.1. Farinac.d. quæſt.21. num. 109. D. Polyd.d.cap.
71 68. num.44. de communi Salyc.d.l.ea quidem, num.88. C. de accuſat.Clar.d.quæſt.9.num.6.Capr.d.membr.6.num.7.& hæc de hac limit. 6.

Notorietas & notorium duob. teſtib. probantur.

Limita nunc 7.hanc eandem concl. vt, † ſi coram Conſeruatore ſicut ſuprà deputato allegentur aliquæ circumſtantiæ excu

Circūſtātiæ excuſantes delatū probandæ corā Conſeruat.

excuſantes, vt puta, quod fecit vtens iure ſuo, eæ coram eodem & poſſint, & debeant probari, ita in ſpecie Innoc. communiter receptus d.c.1. de off. deleg. in 6. & ex eo confirmatur, quod generatim de iudice ſuper notorio tradiderunt Cald. Io. An. & alij Doct. communiter d.cap. verba, de cohabit. cler. & mul. Capr. d. membr. 4. num. 59. & Butr. d. tract. de notor. art. 2. num. 8. & 9. & d. art. 4. num. 36. Mil. in Repert. verbo, notorium, contra quod allegantur aliquæ circunſtantiæ. pro quo faciunt etiam ea, quæ adduximus cap. præced. quæſt. 3. concl. 9. dum oſtendimus notorium aliquid eſſe poſſe, licèt notoriæ non ſint eius circunſtantiæ, & multò magis facit quod ex communi tradit Clar. d. quæſt. 9. dum poſt Boſſ. in pract. crim. tit. de denunc. num. 6. in fi. docet, quòd ſi reus in notoriis proponit aliquam defenſionem ad excuſandum delictum, danda eſt ei defenſio, ſecus ſi fateatur, ſe nullam defenſionem habere; tunc enim danda non erit: quod etiam approbant plerique alij, quos refert, ac ſequitur Farinac. d. quæſt. 21. num. 78. idem aſſerentes, vbi aliàs etiam, quàm per confeſſionem reo conſtaret iudici, nullam eidem reo competere defenſionem.

Limita denique, vt, † licèt notorium ipſum regulariter non ſit probandum, eſt tamen ſemper allegandum, quia etſi notorium releuat ab onere probandi, non tamen releuat ab onere proponendi ita gloſ. in Clem. appellanti, de re iud. quam præter Doct. ibid. communiter, approbarunt etiam Capr. dict. membr. 4. num. 77. Fel. in cap. cum ordinem, col. 8. de reſcript. & alij, quos referunt, & ſequuntur Viu. d. verſ. notorium quamuis, D. Menoc. de recuper. poſſeſſ. remed. 1. num. 165. & de præſumpt. lib. 1. quæſt. 67. num. 5. Maſcard. concl. 1104. num. 1. Farinac. d. quæſt. 21. num. 110. Scacc. d. cap. 76. num. 8. poſt medium, D. Polyd. Rip. d. cap. 68. num. 14. de communi teſtantur Crot. l. §. hoc autem edictum, num. 57. ff. de nou. op. nunc. & Iaſ. in l. ſi verò, § qui pro rei qualitate, num. 11. & ſeq. ff. qui ſatiſd. cog. & quamuis Innoc. & alij Canoniſtæ in cap. ex inſinuatione, de appell. quos refert Viu. d. verſ. notorium quamuis. Fel. d. cap. cum ordinem, num. 11. de reſcript. & Iaſ. in l. ait prætor, §. ſi damnetur, ff. de iureiur. dixerunt, quòd notorium reſultans ex actis non egeat quoque allegatione; tamen † idem Iaſ. d. num. 57. Bald. Auth. qui ſemel, C. quom. & quand. iud. Cyn. & Bald. d. l. ea quidem, C. de accuſat. Ang. l. 1. C. qui, &

72 Notoriũ licet non probandũ, tamẽ allegandũ.

73 Notoriũ iuris etiã allegandum.

aduerſ. quos, dicunt, quòd vbi ex actis conſtet, aliquid eſſe notorium, debet nihilominus id iudici conſtare; quare contraria opinio erit accipienda, vel de præſumptione aliqua iuris, quia iudex præſumatur habere notitiam actorum, vel tunc demum, cùm iudici acta fuerint exhibita, vel cùm aliunde conſtare poſſit, quòd pars vti velit priuilegio notorij, vt ſatis colligitur ex Fel. d.num. 11. qui etiam ferè ad finem illius cap. ponit ſeptem declarationes ad prædictam regulam, quòd notorium debeat allegari; quam etiam habes cum pluribus ampliationibus, & limitationibus apud Bern. Diaz reg. 406. & Maſcard. d.concl. 1104. per totam.

74 *In interrogatione partiũ quomodo procedat Cõſeruator.*

Iam ad poſtremam huius quæſt. concluſ. veniamus, ſi priùs illud admonuerimus, † poſſe Conſeruatorem in notoriis procedentem interrogare ſiue ad inſtantiam partis, ſiue etiam ex officio ipſas partes, vbicunque hoc æquitas ſuadebit, vt in cauſis ſummariis diſponitur d.Clem. ſæpe, verſ. interrogabit etiam, de verb. ſig. & licèt gloſ. ibid. verbo, interrogabit, vix inueniat ſpeciale in cauſis ſummariis, cum id videatur generale in cauſis etiam ordinariis, cap. iudicantem, 30. quæſt. 5. c. cum Ioannes, de fid. inſtrum. l. vbicumque, ff. de interrog. act. cum ibi notat. & ſuis ſimil. tamen illud ſpeciale aſſignat, quòd poſt concluſionem in cauſa poterit ad inſtantiam partis interrogare, cum alias nequeat, niſi ante concluſionem ad inſtantiam partis id facere, vt in iurib. allegatis per gloſ. d.cap. cum Ioannes, verbo, poſtquam. Adde autem cum Georg. Natt. d.Clem. ſæpe, ad d. gloſ. interrogabit, num. 2. quòd etiam poterit in ſummariis ſiue ex officio, ſiue ad inſtantiam partis interrogare non ſolùm ad ſui informationem, ſed etiam ad intentionem partis fundandam, poſt Butr. cap. 1. col. 5. de iud. quin immò poterit etiam ante litem conteſtatam interrogare, vt per eundem Natt. ſupr. num. 3. poſt Rom. conſ. 373. Quod autem diximus de iudice in cauſis ſummariis, dicendum quoque erit in notoriis, in quibus, vt iam non ſemel docuimus, non tantus iuris ordo requiritur, quantus in ſummariis.

75 *Cõſer. poteſt ferre ſententiam ſuper notoria iniuria.*

Septima, & poſtrema concluſio. Conſeruator † poteſt, & debet ferre aliquam ſententiam ſuper notoria iniuria, ſatis id colligitur ex Innoc. & aliis d.cap. 1. & fi. de offic. deleg. in 6. & ſupponi videtur d.cap. fi. verſ. ſeu §. vices quoque, ibi, citationibus, & ſententiarum denunciationibus dumtaxat exceptis, quas

quas per alios valeant exercere. Verùm id manifeſtè ex eo confirmatur, quòd in notoriis † ſententia requiritur, vt probari videtur in cap. porrò, de diuort. & cap. cum ſit Romana, in fi. de appellat. & meliùs in cap. cum dilectus, §. his igitur, de purgat.canon. ibi, cum nimirum, ſi crimen notorium exiſtebat, non erat illi indicenda purgatio, ſed in eum condemnationis ſententia promulganda; & ibi gloſ.verbo,indicenda, aliíque Doct.adnotarunt, eadem gloſ.in cap.ab excommunicato, de reſcript.d.cap.ſuper eo,de teſtib. cog.cap.ad noſtram, il 3 de iureiur. & cap.euidentia, de accuſat. alia gloſ.in c. quæ Lotharius 2. quæſt. 1. Bart.in l.emptorem, in princ. ff. de act. empt.Bal.l. 1.C. ne ex delict.defunct.& alij plerique quos allegat Couar. in cap. alma mater 1.part. §. 2. num.9. de ſent.excomm. in 6. & Farinac. d. quæſt. 21. num. 114. vbi etiam de communi teſtantes refert Capr. d. membr. 4. num.84. iuncto num.præced. & Conrad. in pract.tit.de notor.crim.nu. 4. prope fi. & quamuis aliqui vt Innoc. in c. ex parte, il 1.de verbor. ſig. Dec,in cap.at ſi clerici, num. 142. de iud. Nouel. d.regul. 113. in 1. fall. & alij, quos refert Couar.d. num.9. & Farinac. d.quæſt.21.num. 112. contrarium ſimpliciter tenuerint;tamen omiſſa diſtinctione, quam affert Capr.d.membr. 4.à num. 81. vſque ad 84. & paulò aliter explicat Butr. d. art. 4. num. 50. & duob.ſeqq. verior, & clarior illa mihi videtur, quæ colligitur ex Capr. d. num. 84. & ſeq. & apertè ponitur tamquam communis à Farinac.d. quæſt 21. num. 115. ex Archid.d.cap.quæ Lotharius, nec non in cap.felicis,de pœn. in 6.Io.An.d.cap.ex parte, & in Addit.ad Specul.tit.de notor. crim. Calder.d.cap. veſtra, & Capr. qui alios citat, d.num. 84. & ſeq. vt nimirum † affirmatiua opinio intelligatur,veráque ſit quoad aliqualem ſententiam, ac declarationem; negatiua quoad ſolemnem,de qua C.de ſent. ex breuit. recit. per totum, & cap.fi. de re iud. in 6. hæc enim in notoriis non requiritur, vt per Archid. & alios precitatos Doct.quorum opinio communis eſt teſte Butr. d.artic.4. num.51. nec diſtinguo † de notorio facti, vel iuris, prout diſtinxiſſe videtur Farinac. d. num.115. & expreſsè volunt Capr.d.membr.4. num.88. & duob.ſeq. Butr. d. num.11. & ſeq. dummodo verè notorium ſit, vt puta reſultans ex confeſſione, & probationibus, quæ præiudicant,& ſententia,quæ tranſierit in iudicatum, iuxta ea,quæ adduximus cap.præced.

76 *Sententia in notoriis requiritur.*

77 *Sententia in notoriis qualis eſſe debeat.*

78 *Et quid in notorio iuris hic dicendū.*

quæſt.3. concluſ.10. & duab.ſeqq. & tamquam notorium allegetur, quia velit pars vti priuilegio notorij, iuxta id, quod paulò ante diximus.

79 *Declaratio ſuper notorio an ſit neceſſaria.* Quòd ſi quæras, an, † ſi reus neget notorium, debeat iudex, cum de eo ſibi conſtiterit, pronunciare, quod eſt notorium, & ſic deſuper ferre ſententiam declaratoriam, ita, vt aliter iuris ordine non ſeruato ad condemnationem minimè valeat procedere, non leuis eſt difficultas; nam, quòd non requiratur, aliqui voluerunt, quos refert Farinac. d. quæſt. 21. num. 116. & in fortioribus tenet Fel. & alij, quos allegat Couar. d. num. 9. in princ. volentes non requiri prorſus vllam declaratoriam principalem ſuper notorio; Verior autem eſt communior opinio, quòd in prædicta ſpecie requiratur declaratoria, vt teſtantur eam ſequentes Hier. Laurent. in deciſ. Auenion. 15. num. 11. & Farinac. d. num. 116. & plures tenuerunt, quos videre eſt apud eum ibi, & Maſcard. concluſ. 1101. num. 1. quamuis dum Farin. & Clar. d quæſt. 9. verſ. præterea quæro, ſeu num. 8. in princ. dicit, Couar. d. num. 9. teſtari opinionem hanc eſſe praxi receptam, ni fallor, non rectè percepit ad quod Clar. allegauit Couar. neque enim allegauit eum, quaſi intellexerit Couar. de illa interlocutoria pronunciatione ſuper notorio, antequam ad principalem declarationem, ſeu ſententiam ſuper facto, quæ ſit loco definitiuæ, deueniatur, ſed de ipſa principali declaratione & ſententia, prout verè loquitur; & in ſpecie in materia, de qua agimus, debere Conſeruatorem pronunciare ſuper notorio, aliàs ſententiam fore nullam, poſt Abb. d. conſ. 100. num. 3. vol. 1. tenet Illuſtriſſimus Card. Tuſc. d. verbo, Conſeruatores, num. 5. Rectè autem duo monet Farinac. d num. 116. in fi. Alterum eſt, ea, quæ pro contraria opinione addùcuntur, debere intelligi; vel quando eſt notorium facti permanentis, quod nulla poſſit tergiuerſatione celari, quia quotidie, & ſemper oculis hominum ſubiicitur; vel quando per reum non negatur notorium. Alterum, quòd vtroque caſu ad cautelam, & bene eſſe iudex pronunciet ſuper notorio, vt per Nouell. in pract. crim. verbo, item quòd eſt notorius delin-

80 quens, num. 14.

Iudiciũ ſuper notorio an inchoetur à præcepto. Porrò ex eo, quod diximus, ſententiam requiri etiam in iudicio, quod de notorio agitatur, ſequitur, † non poſſe huiuſmodi iudicium regulariter inchoari à præcepto; quod tunc ſolùm

ſolùm fieri poteſt, cùm non requiritur ſententia, vt patet ex text.& ibi Bart. & cæteris in l. 1. C. de execut. rei iudic. Alex. conſ.42. num.3. vol.4. & aliis, quibus id probant Rebuf. dict. tract. de litt. oblig. in præfat. num. 19. & Carpan. ad cap. 42. Stat. Mediol. vol. 1. initio illud ſimul tradentes, exorbitare id à iure communi,ex cuius diſpoſitione non conceditur præceptum executiuum, niſi præcedente ſententia; cui regulæ ideo ſtandum erit, cum non reperiatur in iure exceptus caſus notorij, iuxta cap.2. de coniug. Leproſ. cum aliis per Doct. in rubr.de reg. iur. & Euerar.in loc.ab except. ad regul. num.12. Cum hoc tamen ſtat, quòd † poſſit, poſtquam præceſſit debita cauſæ cognitio, loco ſententiæ iubere rem diſtrahi, & ſic facere præceptum executiuum, prout de iudice in cauſis ſummariis dicemus quæſt.ſeq. concl. 16. cum, vt mox dicebamus, non ita exactus ordo iuris requiratur in notoriis, ſicut in ſummariis. Erit tamen diſcrimen, quòd, cum hoc præceptum vim habeat definitiuæ,ab eo licebit appellare; vt ibidem dicemus, non item in notoriis, in quibus regulariter non admittitur appellatio, vt infra cap. ſeq. propria quæſt.propoſita latiùs oſtendemus. 81 *Præceptum loco ſententia.*

Interim verò quod ſupr.in hac concluſ.paulò ante diximus, ſententiam hanc principalem non debere neceſſariò eſſe ſolemnem, confirmari, ſimúlque explicari poteſt ex Clem.ſæpe, verſ.ſententiam verò, de verb.ſig. vbi de cauſis ſummariis, ſeu quæ committuntur ſimpliciter de plano, de iure, & ſine ſtrepitu, & figura iudicij, dicitur, † quòd iudex in huiuſmodi cauſa ſententiam proferat concluſione non facta, ſi ei videbitur, & ſtans, vel ſedens, prout ibi placuerit.nam quod licet in ſummariis, multò magis licebit in notoriis, in quib.vt iam non ſemel admonuimus, minor ordo iuris requiritur, quàm in ſummariis. quatenus verò d.§.ſententiam verò, iuncta gloſ.verbo, in ſcriptis, dicitur, quòd in ſummariis iudex per ſe ipſum proferre debet ſententiam, & in ſcriptis, illud quidem, quòd iudex per ſe ipſum eam proferat, puto † non fore neceſſarium in notoriis, vt aliquod diſcrimen ſit inter cauſas ſummarias, & eas, quæ circa notoria verſantur; quamuis probabile quoque ſit etiam in ſummariis iudicem non debere neceſſariò ſententiam per ſe ipſum proferre, vt ſeq. quæſt. ſuo loco videbimus; ratio verò, cur ſaltem in notoriis id verum ſit,ea præcipuè eſſe poteſt, 82 *Sententia quomodo proferatur.* 83 *Per aliũ fieri poteſt ſẽtentia: ſed*

Digitized by Google

poteſt, quoniam ſi in his proferat iudex per alium ſententiam ſuam, non inducitur ex eo aliquod graue periculum, aut præiudicium partis; quale timeri poſſet, † vbi ſententia hæc etiam in notoriis non ferretur in ſcriptis: ſi enim ſcriptura, quæ aliàs regulariter in ſententiis requiritur, cap. quoniam contra, de probat. d. cap. fi. de ſent. & re iudic. in 6. l. 1. & tot. ferè tit. C. de ſent. ex breuit. recit. cum ſimil. prætermitteretur per id contingeret occultari veritatem propalatam, & in iudicio definitam, & per conſequens victorem ridiculosè, & fruſtra in tali proceſſus iudicio laboraſſe, vt ait gloſ. d. verbo, in ſcriptis, in fi. quæ licèt idem abſurdum deducat vbi iudex per ſe non profert ſententiam; tamen verè non ſequitur; vnde plerumque remittitur hæc ſolemnitas à iure, vt puta ob dignitatem perſonæ, aut aliam ſimilem ob cauſam, d. cap. fi. de re iud. in 6. cum ibi notat. per gloſ. & Doct.

84 *Non ſine ſcriptis.*

Quòd ſi aliquæ aliæ ſolemnitates tam in ſententiis, quàm in aliis partib. iudicij requiruntur, quæ remittuntur in cauſis ſummariis, eædem † remiſſæ quoque cenſentur in notoriis, vbi tamen non ſequatur graue aliquod præiudicium parti, iuxta ſupra dicta. De his autem ſummariis cauſis agemus in ea, quam mox ſubiiciemus, quæſt. ſi priùs illud admoneamus, quod ad ſententiam in notoriis pertinet, vt, ſi quis ſcire voluerit, an, & quando † notorium repugnans ſententiam eam inficiat, reddátque nullam, is conſulat Capr. d. membr. 4. num. 92. cum ſeq. & Butr. d. art. 4. num. 49. necnon in d. cap. ab excommunicato, de reſcript. & inter Monaſterium, de re iudic. cum quib. tranſeo, præterquam dum dicunt, notorium probationis, vel confeſſionis, ſeu præſumptionis, diſpoſitionis, vel fictionis inde conſurgens non vitiare ſententiam, cum tale notorium facilè poſſit in dubium reuocari; nam, vt patet ex iis, quæ cap. præced. quæſt. 3. concluſ. 10. & duab. ſeqq. donec huiuſmodi notorium poteſt in dubium reuocari, non dicitur ita propriè notorium. Atque ex his finis ſit huic primæ quæſtioni, iam ad 2. veniamus.

85 *Solẽnitates ſententiæ remiſſæ in cauſis ſũmariys an remittãtur in notoriys.*

86 *Notoriũ repugnãs ſentẽtiæ quando eam inualidet.*

QVÆRO *ſecundò in hoc Cap. Quem iuris ordinem ſeruare debeat Conſeruator in iis cauſis, quæ illi committuntur ſummariè, ſimpliciter, de plano, & ſine ſtrepitu, ac figura iudicij, aut aliàs ſummariys.*

Suppono, quòd, licèt Conſeruator, ſi deputetur iuxta terminos d. cap. 1. & fi. de offic. deleg. in 6. nequeat de aliis, quàm

mani

manifeſtis, ſeu notoriis iniuriis, & violentiis ſe intromittere, vt expreſsè in d. iuribus cauetur; & in iis non niſi eum ordinem, qui in notoriis ſolet adhiberi, ſeruare poſſit citra partium conſenſum, vt in præced. quæſt. latiùs docuimus; quia tàmen † omnes iam ferè Conſeruatoriæ ampliores ſunt, ita, vt illa deciſio cap. 1. hodie ferè inutilis maneat, vt Io. An. & Archid. aſſerunt d. cap. 1. & alij, quos referunt, & ſequuntur Gem. d. cap. fi. Rebuf. l. qui neque, aliàs eſt l. ſolutum, in fi. ff. de verb. ſig. & Eman. Roderic. quæſt. regul. tom. 1. quæſt. 65. art. 11. verſ. nec his refragatur, & colligitur etiam ex illa formula Conſeruatoriarum, quam habemus in extrauag. vnic. de iudic. in comm. & earum nonnullis, quas poſuit Philip. Prob. in addit. ad Io. Monach. d. cap. 1. quod noſtris quoque temporibus ſeruari videmus in Conſeruatoriis, quæ tam locis Religioſis, quàm ſingularibus perſonis, vel Vniuerſitatibus conceduntur, vt videre eſt in aliquib. Ex iis formulis, quas inſeri curauimus ſupra cap. 2. quæſt. 2. habéntque inter cæteros † clauſulam illam, quòd in iniuriis, moleſtationibus, grauaminibus illatis, vel inferendis, quæ iudicialem requirunt indaginem, ſummariè, ſimpliciter, de plano, & ſine ſtrepitu, & figura iudicij exhibeant iuſtitiæ complementum; operæ pretium eſſe duximus, quo & ipſi debitum exhibeamus huic tractatui complementum, breuiter ea hoc loco adnotare, quæ magis vtilia, & neceſſaria in hac re fore videbuntur, quam ieiuni pertranſire noluerunt, qui de Conſeruatoribus Regularium aliquid non ſine methodo tradiderunt, nimirum Io. Bapt. Confett. in ſæpius allegato ſummar. mater. priuileg. Ord. Mendic. tit. 4. cap. 8. & I. Eman. Roderic. d. quæſt. 65. art. 18. Quamuis incautè vterque dixerit, Conſeruatorem Regularium poſſe procedere in cauſis eorum ſola facti veritate inſpecta, prout in eorumdem priuilegiis continetur, neque enim reperio, quòd in d. priuilegiis huiuſmodi clauſula apponatur, atque adeo neque iuxta eam procedere poterit Regularium Conſeruator; quæ quidem clauſula, ſola facti veritate inſpecta, † eſt maximæ virtutis, cum importet, quòd omittantur ſolemnitates, & ſubtilitates negotij veritatem non tangentes, quæ vocantur apices iuris, vt poſt Bart. in l. fideiuſſor, § quædam, ff. mand. tradit idem Roderic. d. num. 18. in fi. immo per hanc remittitur iuramentum calumniæ, vt probat inter alios Natt. Clem. ſæpe, ad §. non ſic

87 *Deciſio c. 1. de off. del. in 6. hodie an vtilis ſit.*

88 *Clauſula, ſummariè ſimpliciter &c. in quib. apponenda.*

89 *Clauſula, ſola facti veritate inſpecta, vis.*

tamen, verſic. viſis, num. 35. & ſeq. de verb. ſig. & procedi poteſt nulla iuris poſitiui ſolemnitate ſeruata, vt idem oſtendit ibi num. 36. & Maran. in ſpec. aur. part. 4. diſt. 9. num. 32. quorum tamen neutrum habet locum in cauſis ſummariis, ſeu quæ ſimpliciter, de plano, & ſine ſtrepitu, ac figura iudicij tractantur, vt liquet manifeſtè ex d. Clem. ſæpe. item poteſt ferri ſententia non conformis libello, vt poſt alios docet Maran. d. diſt. 9. num. 33. quod non licet in ſimplici ſummario, vt patet ex d. Clem. ſæpe, & habet vim arbitrij, liberæque voluntatis, ac licentiæ, vt poſt Fel. in cap. olim, col. fi. de accuſat. & alios docet Io. Bapt. Aſin. in Prax. iudic. part. 1. cap. 3. §. 3. num. 13.

Pariter verum non eſt, quod abſolutè ait Roderic. vbi ſupr.
90 in princ. † poſſe huiuſmodi Conſeruatorem Regularium procedere poſthabitis articulis, omiſſis citationibus in iuramento, quod examinandis teſtibus datur, & omni appellatione remota, quoniam, inquit, vbi de cauſis Regularium agitur apud eorum Prælatos, aut eorum Conſeruatores, nequaquam ſeruanda eſt illa ſubtilis, & anguſta iuris forma, quæ in aliis cauſis ſeruanda deſcribitur iuxta ea, quæ notantur in cap. qualiter & quando il 2. de accuſat. quod etiam (ſubdit Roderic.) propriis cuiuſcumque Religionis conſtitutionib. caueri ſolet, prout tradunt Spec. tit. de inquiſit. §. vlt. num. 5. Præpoſit. in cap. cum Paſtoris, 2. quæſt. 7. Foller. in pract. tit. de mod. proced. contra Monach. num. 10. Etenim, vt etiam hoc poſtremum admittamus, tam id, quàm quod notatur d. cap. qualiter, intelligendum eſt, ac procedit in terminis in quibus vtrumque dicitur, nimirum cum à Prælatis Religionum contra aliquem ſubditum pro crimine criminaliter eſt procedendum; at verò nos loquimur in cauſis ciuilibus, & vt plurimum non vnius Regularis, ſed totius Religionis, in quib. nihil ſpeciale cautum reperitur, quoad hoc, vt in iis de iure ſummariè ſit agendum, ſed & in cauſis ſummariis ſeu quæ ſimpliciter, de plano, & ſine ſtrepitu, & figura iudicij ſunt tractandæ, omitti regulariter non poſſunt articuli, ſed nec citatio ad iuramentum tertium, vt paulò poſt ſuo loco dicemus.

Regularii Conſeruator an valeat procedere poſthabitis articulis.

Vt autem in re propoſita dilucidiùs, & aliqua cum methodo procedamus, ordinem non tam d. Clem. conſtitutionis, quàm iudicij ſequemur, ſuáſque, vbi opus fuerit, concluſiones ſtatuemus: ſi tamen tria præmittamus. Primum eſt, quòd

† dictio

† dictio hæc, ſummariè, eſt æquiuoca. aliquando idem eſt, ac breuiter, ita tamen, vt ſubſtantia comprehendatur, vt in l. 1. ff. de re iudic. & l. in ſumma, ff. de cond. indeb. aliquando idem, ac prima facie, ſeu prima fronte, quia nimirum merita cauſæ non plenè diſcutiantur, vt l. in lege Aquilia; ff. ad l. Aquil. l. fi. C. de edict. d. Adr. toll. l. 3. C. de carb. edic. vbi licèt per illud iudicium aliquod præiudicium reo pararetur, eſt tamen reparabile per illud iudicium, vel vbi proceditur contra abſentem. aliquando denique idem eſt, ac omiſſo ſaltem in aliquib. ordine iuris, ſeu iudicij, ita tamen, vt probationes, ac defenſiones admittantur, d. l. ſubmerſis, C. de naufrag. lib. 11. & hoc præcipuè locum habet, vbi cauſa committitur ſummariè; ita, vt iudicium illud pariat plenum præiudicium, hoc eſt irreparabile per aliud iudicium; quæ omnia docet, fuſiùs diſtinguendo ac pluribus comprobat Bart. in extrauag. ad reprimendum, verbo, ſummariè, ferè per totum; ex cuius etiam dictis ibid. colligitur, † aliud eſſe cauſam ſummariè committi, quin immò cauſam eſſe ſummariam, aliud eam committi ſimpliciter, de plano, & ſine ſtrepitu, ac figura iudicij, quam etiam in hoc ſecutus eſt Georg. Natt. d. Clem. ſæpe, §. & quia ad gloſ. verbo, peremptoriè, poſt Rom. l. ſi finita, §. Iulianus, ff. de damn. infect. Papienſ. in form. libell. in act. reali, verbo, ſummariè, num. 13. & poſt alios Sigiſm. Scacc. tract. de iudic. cauſ. ciuil. crim. & hæretical. cap. 53. num. 14. qui poſt eundem Bart. d. verbo, ſummariè, num. 33. ait, idem eſſe, ſi cauſa committatur, ſummariè, ac ſi committatur, ſimpliciter; quo caſu † idem Bart. d. verbo, ſummariè, num. 2. dicit, dandum eſſe libellum, conteſtandam litem, & ferendam ſententiam definitiuam, ſicut in plenariis, ſeu ordinariis iudiciis, à quibus non differt, niſi in dilationum breuitate. Bart. ſequitur Papienſ. d. num. 13. & Scacc. d. num. 14. & 45. qui & alios ad id refert, concludens, † tunc, cùm cauſa committitur tantùm cum hoc verbo, ſummariè, ſeu, cum cauſa eſt ſimpliciter ſummaria, non eſſe propriè cauſam ſummariam; quod mirum videtur, & prima facie ridiculum. nam ſi nomina debent rebus congruere, & conſonare, ac nominibus res ipſæ ſignificantur, §. eſt & aliud, Inſt. de donat. cum ibi not. & ſuis ſim. quando, dicet aliquis, cauſa erit verè, ac propriè ſummaria, niſi cùm ſummariè committitur, & eſt ſimpliciter cauſa ſummaria? quia tamen hæc doctrina ex Bart. dedu-

91 *Summariè, dictio eſt æquiuoca.*

92 *Summariè cauſam cõmitti, & ſimpliciter, de plano, &c. an ſit differentia.*

93 *Simpliciter cõmitti cauſã quid importet.*

94 *Cauſa ſummariè commiſſa an ſit ſummaria.*

citur, & ſatis ſuſtineri poteſt, ſi eam ciuiliter intelligamus; dicendum erit, hos Doctores voluiſſe, cauſam, quæ tantum ſummariè committitur, eſſe in vltimo gradu cauſarum ſummariarum, ſumpto nomine ſummarij, quatenus per illud aliquid detrahitur de ſolemni ordine iudiciorum, prout communiter ſumitur à Doct. d.Clem.ſæpe, & Clem.diſpendioſam,de iudic. Marant.d.diſt.9. Bart.d.extrauag. ad reprimendum, Papienſ. d. verbo, ſummariè, ipſo Scacc. d. cap. 33. num. 11. & multis ſeqq. maximè num. 13. & aliis quotquot de ſummariis cauſis aliquid tradiderunt, atque ita erit ſummaria huiuſmodi cauſa, id eſt, in aliquibus, vnde ſic vocatur; abſolutè autem, ac propriè non erit, quia nimirum licèt habeat de remiſſione ſolemnis ordinis iudiciarij,hoc eſt breuiores dilationes,vt paulò ante diximus,non tamen quantum commiſſa cum aliis prædictis clauſulis. Etſi, vt verum fatear, magis mihi placet tamquam propria, & naturalis locutio, ſi dicatur,cauſam ſummariè ſolùm commiſſam, & ſimpliciter ſummariam verè eſſe ſummariam. ſed, vt ambiguitas tollatur, cum in poſterum cauſæ ſummariæ mentionem faciemus, ſumemus, ſicut etiam ante hanc quæſtionem ſumpſimus, pro ea cauſa,quæ committitur cum illis quatuor clauſulis, ſimpliciter, de plano, & ſine ſtrepitu,ac figura iudicij,iuxta terminos d.Clem.ſæpe,& extrauag.ad reprimendum,aut etiam cum illa ſola, ſine figura iudicij iuxta ea,quæ nunc dicemus.

Alterum, quod concluſionibus præmittendum putauimus, illud eſt, quòd nihil nobis hoc loco agendum erit de verbis illis, ſimpliciter, de plano, & ſine ſtrepitu, quæ in litteris præcipuè Conſeruatoriis, vt initio huius quæſtionis admonuimus, apponi ſolent ſimul cum illis, ſummariè, & ſine figura iudicij, ſiue quia de his ſufficienter egerint gloſ.& Doct.d.Clem. ſæpe, Bart.d.extrauag ad reprimendum, in horum verborum explicatione, Papienſ.d.verbo,ſummariè, & Doct. tum ab iis, tum præcipuè ab eorum Apoſtillat. allegati; nec non Scacc. d. cap.
95 53. num. 15. & ſeq. ſiue potiùs, quia † prædicta verba, (ſine figura iudicij,) idem ſignificant,& important,quod ſimul omnia præcedentia, vt ſentit gloſ.d.Clem.ſæpe, verbo, figura, & apertiùs in verbo, non exigas, & verbo, defenſiones legitimæ, & ibid. Lanfranc. verbo,figura,& verbo,libellus,Paul.Sephan. Io.de Lign. Card. Abb. Anchar. & Natt. in d.ſolemni repet.d. Clem.

Clauſulæ, ſine figura iudicij, vis.

Digitized by Google

Clem.ſæpe, in princ. ſuper gloſ.in verbo, figura, Bart.d.extrauag.ad reprimendum, verbo, & figura, Papienſ.d.verbo,ſummariè, Marant. d. diſt. 9. num. 11. vt meritò hanc ſententiam communem eam ſequens appellet Scacc.d.cap. 53. num. 17. & duob ſeqq. vbi optimè ſoluit quod obiici poterat de ſuperfluitate verborum præcedentium, ob quam rationem contrarium voluit Rebuf. tom. 1. commentar. in conſtit. Gall. tit. de ſent. executor. art. 9. gloſ. 2. num. 2. & 30. quæ enim ponuntur ad maiorem declarationem, & expreſſionem, qualis eſt verborum inculcatio, non ſunt ſuperflua;cuiuſmodi pleraque exempla in iure habemus, & per gloſ. ſingularem,in cap.vnico,verbo, Filio, de ſum. Trinit. & fide Cathol. in 6. tradit Decius in l.de quæſtione, num.9.C.de pact. & apertè monet ipſe Vlpianus I C. in l.item apud Labeonem, §.ait Prætor il 2.vbi Bart. & alij id adnotarunt, ff. de iniur. Denique præmittimus, quicquid in ſeqq. concl.dicturi ſumus de cauſis ſummariis ex commiſſione, intelligenda quoque eſſe de ſummariis ex conſtitutione Clem.diſpendioſam, de iudic. hæ enim omnino æquiparantur in d. Clem. ſæpe, aut aliàs ſummariis, vt ibidem etiam dicitur. Iam ad concluſiones veniamus.

Prima concluſio. Vbi † cauſæ committuntur Conſeruatori cum prædictis clauſulis ſimpliciter, de plano, & ſine ſtrepitu, & figura iudicij, aut etiam cum illa ſola (ſine figura iudicij) iuxta ea,quæ mox adduximus, poterit Conſeruator omittere omnia ſubſtantialia ordinis iudiciarij, ſeu ſubſtantialia iudicij inducta à iure ciuili. Patebit hoc ex iis, quæ de iudice in ſummariis nunc dicemus. Ideo autem dixi, ſubſtantialia ordinis iudiciarij, non autem iudicij; neque etiam, iudicij abſolutè, vt loquitur gloſ. d. verbo, figura, ſed inducta à iure ciuili cum Bart.d.extrauag. ad reprimendum, verbo, & figura, Papienſ.d.verbo,ſummariè, num 2. Menoch.de arbitr. iudic.lib. 1. q.9. nu.2.& quæſt.13.num.4. Scacc.d.cap 53. num.20. quoniam ſubſtantialia iudicij non remittuntur, ſed ſunt ſeruanda in quolibet iudicio etiam ſummario, vt poſt Rot. deciſ. 445. num.6. part.1.in nouiſſ. diuerſ. & Franc. Pegn in comment.ad Director. Inquiſ. part. 3. comment. 103. §. eſt autem, docet Scacc. d. num. 20. vel certè remiſſa non ſunt ſubſtantialia iudicij inducta à iure naturali, vel gentium, ſed tantùm à iure ciuili; illa enim quoniam reſpiciunt naturalem defenſionem,

96 *Subſtãtialia iudicij quãdo poſſit omittere Cõſeruator.*

Digitized by Google

tolli non poſſunt, vt Bart. Papienſ. Menoch. & Scacc. loc. cit. dixerunt, ac præterea Rebuf. d. num. 30. Marant. d. diſt. 9. num. 11. poſt Lanfranc. d. Clem. ſæpe, Card. d. Clem. diſpendioſam, de iudic. Oldr. conſ. 115. & com. conſ. 54. col. 2. vol. 2.

97 *Citare tenetur in ſummarijs Conſeruator, nõ* Secunda concluſio. Conſeruator † debet citare in hiſce cauſis ſummariis. Probatur primò ex iis, quibus ſupr. queſt. præced. concluſ. 5. docuimus, debere etiam in notoriis fieri citationem ad actus præiudiciales; nam maior, & exactior iuris ordo in ſummariis requiritur, quàm in notoriis, vt iam ſæpiùs admonuimus. Secundò probatur, quoniam ita in ſpecie in ſummariis cauſis deducitur d. Clem. ſæpe, §. non ſic, verſ. citationem verò, & ibi omnes, maximè Natt. ad §. & quia, ſuper gloſ. in verbo, peremptoriè, & §. quæ omnia, verſ. circa quintam, num. 2. Rebuf. d. gloſ. 2. num. 31. Bart. d. extrauag. ad reprimendum, verbo, & figura, Papienſ. d. verbo, ſummariè, nu. 3. qui omnes eam rationem afferunt, quoniam citatio eſt iuris naturalis, quatenus ſapit defenſionem, allegantes ad id inter cætera Clem. paſtoralis, de re iudic. l. vt vim, ff. de iuſt. & iur. & gloſ. in l. fi. C. de leg.

98 *Solum in principio cauſæ:* In ſpecie verò † de ea citatione, à qua incipere debet iudicium, text. Inſtit. de pœn. tem. litig. in fi. cap. quoniam contra, §. porrò, vt lit. non conteſt. id apertè in ſummariis ſenſit gloſ. d. Clem. ſæpe, §. non ſic tamen, verbo, citationem, Natt. d. §. non ſic tamen, num. 4. & d. verſ. circa quintam, num. 2. ſufficiet autem in hoc caſu vnica citatio, vt notauit gloſ. d. verbo, citationem, quam ibi Doct. communiter ſequuntur, præcipuè Natt qui alios allegat, num. 1.

99 *Sed etiã in reliquo proceſſu, & quid ſi citatus fuerit contumax.* Similiter requiritur citatio † ad alios actus iudicij, vbi ſemel citatus fuerit contumax in non comparendo, niſi à principio citatus fuiſſet ad totam cauſam cum comminatione, quòd procederet ad vlteriora, vt ſatis probat inter alios Natt. ad gloſ. d. verbo, citationem, num. 2. quòd ſi in hoc eodem caſu comminatus fuiſſet, quòd etiam procederet ad ſententiam, tunc ferre poſſet etiam ſententiam abſque vlla citatione, vt poſt alios docet Natt. d. gloſ. in verbo, citationem, num. 3. & ſuper gloſ. verbo, ad id, num. 2. & 3.

100 *Citatio ad ſententiã in ſummarijs non ſufficit generalis.* Cæterùm citatus ſic generaliter ſi comparuit ad aliquos actus, in aliis debet citari præcipuè ad ſententiam, latè Natt. d. verbo, citationem, num. 4. & d. verbo, ad id, num. 3. de qua citatione ad ſententiam idem Natt. d. verbo, ad id, à num. 1. vſque ad 5. docet non ſufficere, ſi fiat † in genere, putà,

puta, ad audiendam iudicis voluntatem, quod etiam patet ex text. d. Clem. ſæpe, §. interrogabit, verſ. ſententiam verò, ibi, citatis ad id, vbi hoc ipſum gloſ. & Doct. commmuniter adnotarunt; dum autem ibi ſubdit text. licèt non peremptoriè, patet, quòd † hæc citatio ad ſententiam non neceſſariò debet eſſe peremptoria, hoc eſt, vel trina, vel cum expreſſione, quòd ſit peremptoriè, l. ad peremptorium, & trib. ſeqq. ff. de iudic. iuncta l. tres denunciationes, C. quom. & quand. iud. & ibi ſcribentes, gloſ. d. verbo, citationem, & ibi Doct. gloſ. & alij in c. de illicita, 24. quæſt. 3. & in cap. conſuluit, de offic. deleg. Spec. tit. de citat. §. viſo de tempore, verſ. aliàs autem, & verſic. quid ſi lata. Poterit tamen † huiuſmodi iudex ferre ſententiam pro abſente non citato, qui poterit, eam ratificare ita in ſpecie Anchar. Lign. & Imol. d. Clem. ſæpe, & ibi Nat. §. quæ omnia, q. 5. princip. verſic. vigeſimò quæritur, Marant. d. diſt. 9. num 27. & Scacc. d cap. 53. num. 23. poſt Bart. d. verbo, & figura, in fine, & alios.

101 *Non debet eſſe peremptoria.*

102 *Nec requiritur in eo pro quo ferēda eſt ſententia.*

Pariter requiritur partis citatio † in moderatione dilationis Bal. l. 1. conſ. fin. C. quom. & quand. iud. per l. 1. & l. à procedente, iuncta gloſ. 1. C. de dilat. opt. text. in l. properandum, §. & ſi quidem, C de iud. & in l. conſentaneum, C. quomod. & quand. iud. latè Natt. d. Clem. ſæpe, in princ. verſ. circa quartum principalem articulum, num. 3. & 6. vbi id intelligit de dilatione probatoria; ſecus in expectatoria per text. in l. ſed ſi interpellatur, §. ſi arbiter, & l. diem proferre, ff. de arbitr.

103 *Citatio eſt neceſſaria in ſummarijs cū moderāda eſt dilatio.*

Denique citatio, vel præſentia partis requiritur † ad videndum iurare teſtes ne aliter aduerſario copia ſe defendendi tollatur, quod eſſet contra ius naturale, vt dictum eſt; ita poſt Bart. d. extrauag. ad reprimendum, verbo, & figura, num. 13. tenet Papienſ. d. verbo, ſummariè, num. 8. Scacc. d. cap. 53. num. 23. verſ. ſed quid dicendum, Rebuf. d. gloſ. 2. num. 38. ſeu verſ. ſextò teſtes non citati. in quo verſ. monet, † in his ſummariis cauſis teſtes non citatos admitti, dummodo requiſiti fuerint per partem, ſecus ſi ſe offerrent; tunc enim eſſent ſuſpecti, per text. in l. quæ omnia, §. ſed & ſi, ſeu c. cum ſeq. ff. de procurat. & Doctor. in l. cum ab initio, ff. quemad. teſt. aperian. reprobata gloſ. ibi.

104 *Citatio requiritur ad videndū iurare teſtes.*

105 *Teſtes nō citati admittūtur, ſi fuerint requiſiti.*

Tertia concluſio. In cauſis, quas Conſeruator ſummariè cognoſcit, † requiritur legitimatio perſonæ fundata ſuper iure

106 *Legitimatio perſona requiritur in cauſis ſummariè à Cōſeruatore cognoſcendis.*

iure naturali, vt pote, an procurator habeat mandatum,& aliæ huius generis. Probatur; nam id generaliter verum eſt in cauſis ſummariis, ſeu quæ tractantur ſine figura iudicij, & in iis quoque legitimanda ſit perſona procuratoris, ne factum non habentis mandatum aliis præiudicet, quod iuri naturali repugnat,l.ſi quis in ſuo, C.de inoff.teſtam.l.factum alterius, ff. de reg. iur.cap. non debet, eod.tit.in 6. atque ita in hac ſpecie tenet Bart.d. verbo, & figura, num.7. Rebuf. d. gloſ. 2. num.32. Petr.Anchar. Io. de Lign. & Imol.d. Clem. ſæpe, per text.ibi, procuratorum contentiones, & Natt.d.Clem.ſæpe, §.quæ omnia, verſ.circa quintam, num.4. & ſeq. Secus verò dicendum

107 erit † in ea legitimatione perſonæ, quæ non eſt fundata ſuper iure naturali; ſed ſuper ſolemnitate iuris ciuilis, vt eſt, quòd filiusfamilias non agat ſine conſenſu patris; ita Rebuf.d. num. 32. Natt.d.verſic.circa quintam, num. 6. eam afferentes rationem, quoniam huiuſmodi legitimatio perſonæ non eſt neceſſaria quando extra ordinem agitur, gloſ. l. 1. C. qui admitti: ſicut etiam, vbi agitur de beneficio, alióve iure ſpirituali patris conſenſus non requiritur, cap.fin.de iudic.in 6. quem text. ad id adnotauit Rebuf.d. num.32. & Natt.d. num.6. ſubdens nu.

Sed fūdata eſſe debet in iure naturali.

108 7. & quidem optimè, quòd, † ſi talis conſenſus patris requiritur propter eius intereſſe, tunc etiam in ipſis iudiciis ſine figura debet adhiberi conſenſus patris pro legitimatione perſonæ filij agere volentis. & confirmari poteſt ex iuribus,quæ initio huius concl. adduximus; ſícque exponi poſſunt ea,quæ allegat Natt.d.verſic. circa quintam, num.4.& 5. & probare abſolutè videntur in cauſis ſummariis neceſſariam fore perſonæ legitimationem,& ſignanter patris conſenſum.

An hic requiratur patris conſenſus.

109 Quarta concluſio. Coram Conſeruatore procedente ſummariè, † licèt non ſit neceſſarius ſolemnis libellus, debet tamen fieri aliqua petitio. Probatur,quoniam hoc vtrumque generatim locum habet in cauſis ſummariis, & quæ committuntur,ſimpliciter, de plano, & ſine ſtrepitu,& figura iudicij,qualis eſt facti ſpecies, de qua in hac,& cæteris huius quæſt. concl. agimus. Horum autem primum patet per text. d. Clem. ſæpe,

Libellus ſolēnis an exigēdus à Cōſeru. sūmariè procedēte an vero petitio aliqua.

110 in princ. ibi, neceſſariò libellum non exigat, ſecundum ex eadem Clem.§.verùm quia, ibi,pro parte agentis, & etiam rei, ſi quid petere voluerit, eſt in ipſo litis exordio petitio facienda. Differt autem † petitio, de qua hic agitur à ſolemni libello,

Libellus ſolēnis & petitio in quo diſcrepent.

vt

vt ait inter alios Natt.d. Clem.ſæpe, in princ.ad gloſ. in verbo, neceſſariò,num.30. & ſeq. quòd libellus debet continere quædam, quæ reſpiciunt eius formam, & quædam reſpicientia intentionem; eſt enim ſcriptura, in qua continetur res,quæ petitur, cauſa petendi, & nomen actoris; & rei, & coram quo petitur, cap.1.& tot.tit.de lib. oblat.l.1. ff.de eden. Auth. offeratur, C.de lit. conteſt. cap.quoniam contra, de probat.item debet iudici offerri, & eius copia reo dari, vt deliberare poſſit, cap.induciæ, §. offeratur, 3.quæſt.3.d. Auth. offeratur, & dict. cap.quoniam contra; & quidem initio litis, vt habetur in dict. Auth.offeratur. At verò prædicta aliqualis petitio quamuis initio litis fieri debeat, vt d. §. verum quia, ibi, eſt in ipſo litis exordio petitio facienda;tamen poteſt fieri verbo, licèt continuò debeat actis inſeri, vt dicitur d. §. verum quia, nec debet aduerſario eius copia dari, Rebuf.d.gl.2. num.33. poſt Lanfranc. d.Clem.ſæpe, Paul.& Card.ibid. qui duo, & Natt. d. num. 31. ſubiiciunt, quòd in alio etiam differunt, quia in petitione maior fit acceleratio, & abbreuiatio litis, quia reus per dilationes reſpicientes ea, quæ ſunt de forma libelli, non poteſt litem protrahere. Item quod petitioni non debet reus neceſſariò reſpondere, libello autem ſic. Addit idem Natt.d.Clem.ſæpe, §. quæ omnia, verſic. circa quintam, num.8.& 9. Papienſ. d.verbo,ſummariè, num.4. & Rebuf.d. num. 33. poſt Lanfr. Orian. d.Clem.ſæpe, in hac petitione nõ requiri concluſionem,quam tamen requiri in cauſis plenariis, patet ex d.Auth.offeratur, & aliis præcitatis iuribus, Natt.d. num.8. atque ibi Doct. & Practici omnes ſuis locis adnotarunt, præcipuè Specul. tit. de libel. concept. §. quid libellus, & Papienſ. d. forma libel. in act. real. verbo, quare petit, & ibi Add.ſimiliter conuerſio ordinis in tali petitione non vitiat, vt ſi petat actor reum cogi, & condemnari, vel ſimpliciter cogi, Natt.d num.9. Papienſ.d.num. 8. Rebuf.d.num.33. ſubdens poſt Signorol. de Homod. conſil. 11. nu. 7. talem porrigi debere petitionem, ac declarationem, ſuper qua poſſit certa fundari ſententia; & hoc innuit text. d. §.verum quia, dum ſtatuit, vt petitio in his cauſis ſummariis fiat, quia iuxta petitionis formam pronunciatio ſequi debet;illúdque eſt quod ait Natt.d num.31. quòd petitio non requirit aptitudinem, niſi reſpectu intentionis,vt concludat in neceſſariis, omiſſis his,quæ reſpiciunt formam.

Denique adnotandum eſt, quod aduertit Natt. d. §. quæ
111 omnia, verſic. circa quintam, num. 11. quòd, † ſi in ſumma-
riis, & vbi agitur ſine figura iudicij, prout in facti ſpecie, de qua
agimus, producetur libellus ſolemnis, cautela eſt, vt produ-
cens proteſtetur, quòd non in modum ſolemnis libelli, ſed
qualis qualis petitoris producit, aliàs videretur renuntiare iu-
dicio ſummario, & velle, quod ordinariè procedatur, iuxta
notata per gloſ. d. Clem. ſæpe, §. ſi. & ibi poſt alios Natt. in d. gl.
explicatione. Quoniam verò ante litis conteſtationem, de qua
in ſequ. concluſ. dantur reo in plenariis induciæ deliberato-
riæ, vt deliberet, an cedat, vel contendat, an in iudicem con-
ſentiat, vel diſſentiat, vt d. cap. induciæ, §. offeratur, & d. Auth.
offeratur, fitque à reo, ſi voluerit reconuentio, vt patet ex or-
dine rubr. decretal. tit. enim de mut. petit. ponitur inter tit. de
lib. obl. & tit. de lit. conteſt. & in ſpecie poſt Alan. Tancred.
Gofr. Hoſt. & Io. Mon. adnotauit gl. d. Clem. ſæpe, verbo, exor-
dio. ideo antequam ad ſeq. concl. tranſeamus, breuiter in hac,
ad quam pertinet, de vtroque breuiter tamen, dicendum erit.

Oblato ſolẽni libello quæ proteſtatio faciẽda.

112 Et quidem quoad primum, an nimirum † in hiſce cauſis
dandæ ſint deliberatoriæ, gloſ. d. Clem. ſæpe, in princ. verbo, li-
tis conteſtationem, poſtquam pro vtraque parte arguit, con-
cludit dandas eſſe, ſaltem vt deliberet, an in iudicem conſen-
tiat, vel diſſentiat, quoniam, inquit, per hanc formam ſumma-
riè commiſſionis non tollitur iudicis recuſatio, cum exceptio-
nes, & defenſiones legitimæ reſeruentur in d. Clem. ſæpe, §.
non ſic tamen; & abſurdius eſſet hunc iudicem, ſi ſuſpectus
eſt, recuſari non poſſe, quàm eum, qui procedit in figura iu-
dicij, cum iſte plus lædere poſſit; ſaltem igitur (concludit glo.)
ſuper hoc deliberare permittitur, nec arctetur tam præcipiti
feſtinatione iudicium ſuſcipere, l. tutor, qui repertorium, §. 1.
in fin. ff. de adminiſtr. tutor. & l. edicto, §. hoc autem, ff. de iur.
fiſc. præſertim cum naturali iuri, ac rationi conſentaneum ſit,
vt reus, qui imparatus venit, competentem terminum habeat
ad deliberandum, an cedat, vel contendat, iudicémve ſuſpe-
ctum habeat, propter quæ & alia huius generis prædictæ deli-
beratoriæ induciæ in d. cap. induciæ, & Auth. offeratur, reo
conceduntur. prædictam gloſ. opinionem amplectitur Steph.
Imol. Paulus, & Card. quos refert, & ſequitur Natt. d. Clem.
ſæpe, in princ. ad gloſ. in verbo, litis conteſtationem; ſecundum
quos

Induciæ deliberatoriæ an dẽtur in ſummarijs.

quos non obſtat text. in l.quædam, §.fin.ff.de eden. quem ſibi obiecit gloſ. ſed non ſoluit, quatenus inde probare videtur, quòd in iſtis requirentibus ſummariam cognitionem ſimul petitur, & iuratur, quia ille text. non loquitur de iuramento calumniæ præſtando in tota cauſa, ſed de iuramento, quòd quis calumnioſè non petat editionem, vt ibi notat gloſ. Credo tamen cum Imol.d.Clem.ſæpe, quòd in iſtis ſummariis non illa 20. dierum, de qua in dd.iuribus neceſſariò danda ſit, ſed breuior dilatio ad deliberandum dari poterit, quàm in plenariis, quod etiam innuit ibidem text. in princip. iis verbis, amputet dilationum materiam, & litem quantum poterit faciat breuiorem.

Quoad ſecundùm verò, dubium non eſt, quin † in cauſis ſummariis poſſit reconuentio à reo fieri, eáque ſit facienda in litis exordio, vt expreſsè diſponit text.d.Clem.ſæpe, § verum quia, ibi, pro parte actoris & etiam rei; ſi quid petere voluerit, eſt in ipſo litis exordio facienda, veriſſima quoque mihi videtur illa diſtinctio gloſ.d.Clem.ſæpe, verbo, exordio, quam ibi ſequuntur Paul. Steph. & alij, quòd ad effectum prorogandi iuriſdictionem, poſſit reus actorem conuenire quandocunque eodem pendente iudicio, cap.diſpendia, §.reus quoque, de reſcript. in 6. cum ſimil. ad effectum verò vt vim reconuentionis habeat, ſimúlque tractetur, & finiatur, iuxta cap. 1. de mut. petit. & cap. 2. de ord.cog. debeat fieri initio litis, hoc eſt vel ante, vel ſtatim poſt litis conteſtationem. 113 *Reconuẽtio an fiat in cauſis ſummariys & quomodo.*

Dubium aliquod remanet, an poſſit reus coram huiuſmodi iudice in cauſa ſummaria reconuenire actorem in alia cauſa, quæ non ſit ſummaria. Qua in re, licèt gloſ.d.Clem ſæpe, verbo, voluerit, & alii Doct. poſt eam referunt varias opiniones, nonnulláſque diſtinctiones afferant; mihi tamen verior opinio videtur, vt poſſit, & tunc cauſa illa fiet. & ipſa ſummaria; pro qua eſt optimus text. in cap. 2. de mut.petit. vbi, ſi cauſa committatur appellatione remota, ea quoque recenſetur remota in reconuentione. Facit etiam text. in l.ſed & hæ, §.non ſolùm, ff.de proc. vbi, ſi per procuratorem actoris petitur cautio damni infecti, quæ tamen celeritatem deſiderat l. 1. & 4. § pen. ff. de damn. inf. l. 2. ff. de fer. & reus velit dominum in aliqua actione reconuenire, procurator tenetur illum defendere, & hunc intellectum approbant gloſ. & Petr. ibi, aliíque quos refert

Digitized by Google

gloſ.d.verbo, voluerit, quæ non aſſignat congruam reſponſionem ad d.§. non ſolùm, ſicut neque ad d.cap.2. de mut. petit. Facit etiam l.vlt. C.de fruct.& lit.expenſ.quam gloſ.d verbo, voluerit, ad hoc allegat, quòd ſi Papa committit cauſam ſine figura iudicij cognoſcendam ad inſtantiam partis, videatur remiſſa plena cognitio etiam in reconuentione,quo in caſu cum verſetur noſtra facti ſpecies, iam videtur nulla eſſe difficultas, quin ſi coram Conſeruatore,cui cauſa committitur ſine figura iudicij terminanda, reus actorem conueniat etiam in cauſa aliàs plenaria, poterit hæc quoque ſummariè cognoſci, ac definiri. Ad alias nunc huius quæſtionis concluſiones tranſeamus.

114 *Litis cõteſt. an requiratur in cauſis à Conſer. ſine fig. iudicij terminãdis.*

115 *Litis cõteſt. quando fiat.*

Quinta concluſio. In hiſce cauſis, quæ Conſeruatori ſine figura iudicij committuntur terminandæ, † non eſt neceſſaria litis conteſtatio. Patet, quia in cauſis ſummariis ea neceſſario non requiritur, vt expreſsè cauetur d. Clem.ſæpe,in princ. ibi, litis conteſtationem non poſtulet:ex quo fit,vt neceſſe non ſit fieri à reo formalem reſponſionem poſt narrationem, ſeu petitionem, per quas † fieri litis conteſtationem, conſtat ex l.2. in princ.C.de iureiur. propt.calum. & l. vnic. C.de lit.conteſt. nec non ex cap.vnic. extr. eod tit.& cap. dudum il 2. §.licèt autem, de elect. in quibus habetur, conteſtationem litis fieri per petitionem in iure propoſitam,& reſponſionem ſecutam; quamuis ex l.rem non nouam, § patroni cauſarum,C de iud. colligi videatur, requiri contradictionem per quam l. & alia iura nonnullis placuit conteſtationem litis non fieri per petitionem & reſponſionem affirmatiuam, ſed ſolum negatiuam, vt videre eſt apud gloſ. & Doct.in cit. iur. nec non dict. Clem.ſæpe, in princ. præcipuè verò Natt.ad gloſ.in verbo,litis conteſtationem. quidquid autem hac de re ſit,quod ad propoſitam concluſionem attinet, illud admonendi ſumus, quòd cum in ſummariis litis conteſtatio prætermittitur, actus ille, qui immediatè ſolet ſequi in cauſis ordinariis poſt litis conteſtationem, in huiuſmodi ſummariis habet vim conteſtationis litis, vt poſt gloſ.in cap.1. de elect. in 6. Innoc. in cap.1. de dilat. Paul.d. Clem.ſæpe, qui & Bal.l.properandum,C.de iudic. tradit Abb.in cap.venerabilis, num.22.extr.eod.tit.& ibi Add. poſt Rom. conſ. 174. & Alex. conſ.50. libr. 2. latè Marant. in ſpec.aur. par. 5. nu.4. atque adeo iſte primus actus præcluſiuus

eſt

Digitized by Google

eſt exceptionum dilatoriarum, & aliorum actuum, qui non poſſunt fieri poſt litis conteſtationem; ita poſt Bart.d.verbo,& figura, num.10. Bal.in l.nulla, & l. nihil, C. de procurat. Fel. in cap.olim, de accuſat. & alios tradit Marant. dict. diſtinct.9. num.20.

Sexta concluſio. In huiuſmodi cauſis Conſeruatori commiſſis ſine figura iudicij † iurandum eſt de calumnia,& malitia, ac de veritate dicenda. Probatur, quoniam in cauſis, quæ committuntur, aut de iure cognoſci ſic debent, huiuſmodi iuramenta requiruntur, vt apertè cauetur in d.Clem.ſæpe, §. citationem verò, ibi, præſtationem iuramenti de calumnia, vel malitia, ſiue de veritate dicenda, ne veritas occultetur, per commiſſionem huiuſmodi intelligimus non excludi. Differunt autem hæc iuramenta inter ſe, † quoniam iuramentum malitiæ præſtatur ante, & poſt litem conteſtatam generaliter, & particulariter ſuper quolibet articulo, & emergenti,vt probat Ant. del Ré in tract. de iuram.calum. cap.1. num. 19. iuramentum calumniæ tantum poſt litem conteſtatam;quod idem Auctor oſtendit num. 30. cum ſeq. & cap.10. per totum, qui etiam d.cap.1. num.8.& 20.29.ac 30.docet,hoc præſtari,dumtaxat generaliter, & ſuper tota cauſa, ac denique num. 21. & 30. iuramentum veritatis, ſeu de veritate dicenda ſimiliter præſtari tantùm ſuper emergenti, ſeu particulari articulo, non autem generaliter, & tunc ſolùm poſt litem conteſtatam,non ante; quod tamen poſtremum temperandum erit, vt non procedat in caſibus, quibus teſtes ante litem conteſtatam examinari poſſunt, de quibus in cap.quoniam frequenter, & ibi glo. ac Doct. vt lit.non conteſt. licèt contrarium eius,quod de hoc iuramento veritatis diximus, nimirum quod etiam generaliter præſtari poſſit, apertè colligi videatur ex cap. præſentium, de teſt.in 6. hîc non diſputo. Quod autem ſpectat ad iuramentum calumniæ,quot capitula in eo continentur tradit inter cæteros Ant. del Ré d. tract. de iuram. calum. cap.2. & Soc. cap. cum in cauſa, extr.eod. tit. vbi ex mente Doct. ponit ea de re hos quatuor verſus,quib.quinque capitula comprehenduntur.

116 *Iurandũ de calũnia &c. in cauſis Cõſer. ſũmariè tractandis.*

117 *In quo diſcrepẽt prædicta iuramenta.*

Illud iuretur, quòd lis ſibi iuſta videtur:
Et ſi quæretur, verum non inficietur.
Nil promittetur, vel falſa probatio detur:
Vt lis tardetur, dilatio nulla petetur.

Si tamen ſimpliciter deferatur iuramentum calumniæ, & ſimpliciter iuretur, implicitè videntur iuncta omnia prædicta capitula, vt poſt Soc.ſupr.num.8. optimè adnotauit Ant. del Ré d. cap.2. num.14. & ſeq. qui etiam cap. 5. 15. & 19. varias formulas huiuſmodi iuramenti calumniæ etiam apud Iudæos, &
118 *Iuramẽtum calũniæ an ſit de iure diuino, vel naturali, & an poſſit remitti.*
Turcas recenſet; quod quidem † expreſsè remitti per partem nequit, vt expreſsè dicitur in l.1.§. ſed quia veremur, C.de iureiur. propt. calum. non quidem quia inductum ſit de iure naturali, & diuino ex cap. 22. Exod. vt voluiſſe videtur Bart. d. verbo, & figura, num. 11. voluítque Io. Bapt. Peruſ. tract. de arbitr. cap. 10. num. 10. quem allegat, ac ſequitur Nic. Ant. Grauat. in addit.ad Veſtr. in Prax. Rom.Cur.lib. 5. cap.2.num. 12. Menoch. tract. de arbitrar. iud. lib.4. quæſt. 20. num. 2. & 4. & alij, quos refert Ant.del Ré d.tract.de iuram. calum.cap. 3. num. 10. nam quod non ſit de iure naturali primæuo ſatis conſtat ex Inſtit. de iure gentium nat. & ciu. cum ibi notat. illud verò Exod.vt admittamus intelligi poſſe de iuramento calumniæ, cum ſit præceptum iudiciale, nullam vim præcepti habet in lege Euangelica, per ea, quæ adduximus in noſtro tract.de Decim. cap.7. num.15. & ſeq.in 2.illius operis editione; & vbi etiam de iure naturali, & diuino eſſet, ſi inductum foret principaliter ob fauorem priuatum, ei poſſet quis renunciare, vt patet in promiſſione etiam iurata ad alicuius fauorem, quam non obſtante iuramento conſtat poſſe ab eo remitti, de quo etiam aliquid egimus quæſt.præced.concl.4.circa initium. Sed ob eam rationem, quòd propter publicam vtilitatem inductum ſit, vt diſertis verbis dicitur in d.§. ſed quia veremur, pacto autem priuatorum iuri publico nequit derogari, l.ius publicum, ff.de pact. & cap.ſi diligenti, de foro compet. cum ſimil. licèt autem expreſsè nequeat remitti iuramentum calumniæ ex prædictis; quod etiam de iure Canonico procedit, vt ſatis colligitur ex cap.1.§. propter omiſſum, de iuram. calum. in 6. & apertè docet gloſ.ibid.verbo, tacitè, quæ communiter à Canoniſtis approbatur; tamen tacitè omitti poterit, neque tamen ideo proceſſus nullus erit, aut etiam annullandus, vt
119 *Conſeru. tẽpore feriato an poſſit procedere.*
totidem ferè verbis decernitur in d.§.propter omiſſum,& priùs adnotauerat ſatis id confirmans gloſ.legalis in d.§ ſed quia veremur,nulla d.canonis facta mentione.

Septima concluſio. Conſeruator † in hiſce cauſis ei commiſſis

miſſis ſine figura iudicij poteſt procedere tempore feriato ob neceſſitatem hominum, non autem in honorem Dei, vel Sanctorum, aut etiam in feriis repentinis. Prima pars huius concluſionis, quæ eſt de feriis ob neceſſitatem hominum, patet, quoniam in hiſce cauſis ſummariis poteſt iudex procedere, non obſtantibus huiuſmodi feriis ob neceſſitatem hominum inductis, vt diſertè cauetur in d. Clem.ſæpe, in princip. ibi, in tempore etiam feriarum ob neceſſitates hominum indultarum à iure procedere valeat. hæ autem ſunt meſſium tempore æſtiuo, & vindemiarum tempore autumnali, cap.fin.de fer.l. 1. & l præſides, ff. eod. l.2. & l. omnes dies, C. eod. tit. ſunt autem à præſidibus prouinciarum ſtatuendi huiuſmodi dies iuxta cōſuetudinem regionis, vt expreſsè habetur in d.l.præſides. Poſterior pars concluſionis quoad ferias introductas in honorem Dei, & Sanctorum, quæ ſunt enumeratæ in cap.fin. de fer. ac prætereа, vt ibidem dicitur, cæteræ ſolemnitates, quas ſinguli Epiſcopi in ſuis diœceſibus cum clero, & populo duxerint venerandas; probatur à contrario ſenſu, quod argumentum in iure fortiſſimum eſt; vt pluribus comprobat Euerard. in Top. iuris, loco à contrar.ſenſ.dum enim Pontifex d.Clem.ſæpe, ait, poſſe iudicem in ſummariis procedere in feriis inductis ob neceſſitatem hominum (etiam inuitis partibus, in quo differt ſummaria cauſa à plenaria, vt tradit gloſ.communiter recepta d. Clem. verbo, neceſſitates) à contrario colligitur, quòd vbi inductæ non ſint ob neceſſitatem hominum, non poterit procedere, atque ex hac ratione ita in ſpecie docet gloſ.d.verbo, neceſſitates, quam ſequitur Bart. d. verbo, & figura, num. 9. Papienſ. ſupr.num.9. Anchar. Lign. Imol. Paul. Card. Natt.d. Clem. ſæpe, qui hanc ſententiam contra Stephan. veriorem, ac magis communem aſſerunt, omnino verò communem, pluribus pro ea relatis pariter, ac laudatis, Sigiſm.Scacc.pract. de iudic. part.1.cap 53.num.23. In iis tamen cauſis ſummariis in quibus verſatur pietas, vel neceſſitas procedi poterit etiam diebus feriatis in honorem Dei, ac Sanctorum, vt cauetur d. cap.fin.de fer. ibi, niſi neceſſitas vrgeat, vel pietas ſuadeat; hæ autem à gloſ.& Doct.ibi comprehenduntur his verſibus,

Hæc faciunt cauſas feſtis tractare diebus,
Pax, ſcelus admiſſum, manumiſſio, res peritura,
Terminus expirans, mora teſtis abeſſe volentis,

Cumq;

Cumq́; poteſtatis patriæ ius filius exit.

Cęterum ſicut feriis introductis ob neceſſitates hominum partes poſſunt renunciare, ita nequeunt introductis in honorem Dei, vel Sanctorum, & proceſſus habitus, ſententiáque promulgata hiſce diebus, etiam conſentientibus partibus, non tenet, vt d. cap. fin. in fine decernitur.

Quoad ferias verò repentinas, quæ repentè indicuntur propter Principis coronationem, vel diem natalium, victoriam, vel ſimilem cauſam, de quibus in l. ſed & ſi per Prætorem, §. ſi feriæ, ff. ex quibus cauſ. mal. l. ſiue pars, C. de dilat. l. 1. & fin. C. de fer. quod in iis nequeat etiam iudex cauſæ ſummariæ procedere, colligitur quoque ex d. Clem. ſæpe, ſumpto argumento à contrario ſenſu, vt paulò ante deduximus in feriis ob honorem Dei; & in ſpecie tenet gloſ. d. verbo, neceſſitates, cuius opinionem ſequitur ibid. inter alios Paul. Imol. & Natt. ad id plura afferens, & allegans Abb. d. cap. fin. col. 7. de fer. Papienſ. d. for. libel. in act. real. verbo, ſummariè, num. 9.

120 *Dilationes quas debeat dare Conſeruator.*

Octaua concluſio. Conſeruator † in quibus cauſis eſt deputatus cum prædicta clauſula, ſimpliciter, de plano, & ſine ſtrepitu, ac figura iudicij, aut etiam cum ea ſola, ſine figura iudicij, (iuxta ea, quæ initio huius quæſtionis ſecundo loco præmiſimus) licèt parcior eſſe debeat in dilationum conceſſione, quàm in plenariis cauſis, tamen in ipſis ſummariis concedere poteſt, & debet aliquas dilationes. Prior pars concluſionis probatur, quoniam in huiuſmodi cauſis ſummariis debet iudex amputare dilationum materiam, vt in d. Clem. ſæpe, in princip. ſeu verſ. nos autem; vbi etiam ſtatim ſubditur, litem quantò poterit faciat breuiorem, exceptiones, appellationes dilatorias, & fruſtratorias repellendo, partium, aduocatorum, & procuratorum contentiones, & iurgia, teſtiúmque multitudinem refrænando. Et quamuis hæc omnia communia etiam eſſe videantur cauſis plenariis, vt colligitur ex l. properandum C. de iudic. l. 1. C de dilat. cap. finem litibus, de dol. & contum. cap. in loco, quod eſt fin. 5. quæſt. 4. l. quiſquis, C. de poſtul. l. 1. C. de conſor. eiuſd. lit. cap. 1. de off. iud. cap. cum appellationibus friuolis, de appell. in 6. cap. ſignificauerunt, cum ſeq. de teſt. & l, 1. in fin. ff. eod. cum ſimil. tamen inquit gloſ. communiter approbata d. Clem. ſæpe, verbo, amputet, quod fortiùs hæc poterit iudex in ſummariis cauſis, quàm in aliis, quam glo.

ita

ita ipſe intelligo, non ſolùm vt maiori iure id in ſummariis facere poſſit, quàm in plenariis, vt eam intellexiſſe videtur Natta, ſed vt ampliùs, & magis id facere poſſit, prout ſe ipſam explicat eadem gloſ. pariter recepta ibid. in verbo, multitudinem, dum ait, poſſe per hanc litteram in hiſce cauſis amplius refrænare multitudinem teſtium, quàm in aliis, quod tamen ex iis erat, quæ ipſa gloſ. d. verbo, amputet, dixerat fortiùs in ſummariis iudicem poſſe, quàm in aliis. Sed & hoc ipſum ex eo confirmatur, quòd cum Pontifex d. Clem ſæpe, illud maximè ſtatuere curet, vt ſummariæ cauſæ faciliùs, ac breuiùs, quàm plenariæ tractentur, ſic prædicta verba ſuum operentur effectum, nec ſuperflua videbuntur, cap. relatum, de cler. non reſid. l. 1. §. hoc autem, ff quod quiſq. iur. & intelliguntur ſecundùm intentionem proferentis, cap. ſecundò requiris, de appel. nec non iuxta ſubiectam materiam, l. inſulam, ff de præſcript. verb. cum aliis adductis per Curt. ſen. conſ. 40. num. 13. Alex. conſ. 129. num 4. lib. 2. & Caſſan. conſ. 11. num. 57. cum ſeq. & Euerar. in Top. iur. loc. à ſubiect. mater. per tot. Atque ita in ſpecie illum text. in d. Clem. ſæpe, vt nimirum in ſummariis breuiores dilationes dare, eáſque amputare poſſit iudex, inter cæteros intellexit Marant. d. diſt. 9. num. 21. Poſterior pars concluſionis patet, tum quòd, ſi amputari debent dilationes, iam aliquæ dari debent, non entis enim nullæ ſunt qualitates, cap. ad diſſoluendum, de deſponſ. impub. cum ſimil. tum quòd ita ſupponunt gloſ. & Doct. omnes d. Clem. ſæpe, Papienſ. d. num. 9. Marant. d. num 21. & expreſsè tenet inter alios Bart. d. verbo, & figura, num. 12. & ex eo probat, quod habetur in dict. Clem. ſæpe, verſic. non ſic tamen, vbi decernitur, quòd iudex cauſæ ſummariæ non ſic debet litem abbreuiare, quin probationes neceſſariæ, & defenſiones legitimæ admittantur; cùm enim probationes ſint faciendæ, oportet quòd fiant in termino, vnde dilationem debet certam ſtatuere; quod & liti breuiandæ inſeruit. Probaríque etiam id ipſum ex eo poteſt, quod in d. Clem. ſæpe, cauetur, vt iudex cauſæ ſummariæ, (niſi aliud de partium voluntate procedat) terminum ſtatuat ad dandum ſimul poſitiones, & articulos; ac poſt dationem articulorum diem certam aſſignet ad exhibendum omnia acta, & monimenta, quib. partes vti volunt; ſaluo, quòd vbi fiat remiſſio in partib. pro teſtibus producendis, (de qua in cap. præſentium,

Digitized by Google

de teſtib. in 6.) poſſint etiam inſtrumenta produci, aſſignatione huiuſmodi non obſtante.

121 Nona concluſio. Conſeruator, vt ſupra, deputatus † defenſiones legitimas, probationéſque neceſſarias debet admittere. Patet, quoniam iudex ſimiliter deputatus non ſic debet litem abbreuiare, quin probationes neceſſarias, & defenſiones legitimas admittat, vt diſertis verbis ſtatuit Pontifex d. Clem. ſæpe, verſic. non ſic tamen.

Defenſiones legitimæ admittẽdæ sũt à Conſeru. vide nu. ſeq.

122 Ex his autem infertur primò † talem Conſeruatorem, ac iudicem non debere omnino denegare audientiam aduocatorum; nam & hæc non exigua pars defenſionis eſt, l. aduocati, C. de aduoc. diuerſ. iudic. defenſio autem de iure naturali eſt, quam neque Princeps tollit l. vt vim, ff. de iuſt. & iur. & Clem. paſtoralis, de re iud. cum vtrobique notat. vnde etiam in dict. Clem. ſæpe, in princ. non excludit Pontifex ad hoc iudicio aduocatos, ſed ſolùm dicit, quòd in eo iudex illorum contentiones, & iurgia refrænet; atque ita in ſpecie, quicquid voluerit Bart d. extrauag. ad reprimendum, verbo, ſine ſtrepitu, tenent poſt Iaſ. l. fi. num. 5. de fer. & Fel. in cap. 1. vt lit. non conteſt. Add ad Bart. d. verb. ſine ſtrepitu, & Maſc. deciſ. 1. Pedemont. num. 12. & ſeq.

Aduocati an debeant admitti in ſummarijs.

Infertur 2. admittendas fore per iudicem in cauſa ſummaria probationes per acta, inſtrumenta, & teſtes; ſunt enim hæ probationes neceſſariæ, ac defenſiones legitimæ, vt quoad inſtrumenta, & teſtes patet ex cap. 2. de probat. & tot. ferè tit. de fide inſtrum. necnon ex eo, quòd notorium dicitur, quod reſultat ex actis, l. properandum, §. ſin autem ex geſtis, C. de iudic. cap. penult. in princip. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. cum ſimil.

123 Infertur 3. † requiri in cauſa ſummaria plenam probationem, nec ſufficere ſemiplenam cum iuramento in ſupplementum, niſi vbi in plenariis admittitur, quos caſus habes in l. admonendi, vbi Doct. ff. de iureiur. ita in hac ſpecie tradidit, & pluribus comprobat inter alios Vant. in tract. de nullitat. rubr. de nullit. ex defec. proceſſ. quem ad id refert, & ſequitur Sigiſm. Scacc. d tract. de iudic. ciuil. crimin. & hæretical. cap. 55. num. 23. quoniam regulariter probatio plena neceſſaria eſt, & hæc eſt legitima defenſio, vt in prædictis iuribus, & ſuis concordant.

Probatio plena requiritur in ſũmarijs.

Infer

Infertur 4. † hoc per huiuſmodi iudicem, & Conſeruatorem admittendas exceptiones recuſationis iudicis, ſurreptionis, vel nullitatis contra reſcriptum, exceptionem dilatoriam ſolutionis, & his ſimiles; ita gloſ. nullum habens contradictorem d. Clem. ſæpe, in princ. verbo, dilatorias, aliàs, dilationes, ponderans litteram, quæ non dicit, exceptiones dilatorias, ſed exceptiones, appellationes dilatorias, & fruſtratorias repellendo, vel vt Natt. & alij legunt, exceptiones, appellationes, vel dilationes fruſtratorias repellendo, &c. idem de exceptione litis finitæ, & rei iudicatæ tradit Bart. d. verbo, & figura, nu. 9. Papienſ. ſupr. num. 5. & poſt alios Natt. d. Clem. ſæpe, § quæ omnia, quæſt. 5. princ. verſ. quintò quæritur, ideo tradentes, in d. Clem. ſæpe, ſolùm excludi exceptiones fruſtratorias ad differendum iudicis proceſſum malitioſè oppoſitas. Quæ autem in ſpecie ſint iſtæ exceptiones, & appellationes, quas iudex, cui commiſſa eſt cauſa, ſine figura iudicij, poſſit reiicere, cum tamen iudex ordinariè procedens teneatur admittere. gl. d. verbo, dilatorias in fine, cupit edoceri. Mihi ſanè videtur recipienda vel opinio Imol. d. Clem. ſæpe, col. 15. quam aliis reiectis ſequitur Natt. ad d. gloſ. dilatorias, ſub num. 3. vt illæ exceptiones excludantur, quæ magis fruſtrantur, & differunt iudicium, quàm concernant veritatem, exemplum vterque ponit in exceptione, non potes eſſe procurator, quia miles, vel femina; cui ſimilis eſſe poteſt illa recuſationis iudicis, ob id, quòd pars ei in aurem loquatur, de qua Specul. & alij relati per Natt. d. Clem. ſæpe, ad text. in verbo, ſine ſtrepitu, vbi in ſpecie docet, hanc exceptionem, quamuis aliàs rationabilem in cauſis plenariis, non fore admittendam in ſummariis, quoniam in his cauſis debet iudex ſe facilem præbere parti etiam ſecretò ſe alloqui volenti; iuxta Bart. doctrinam à pleriſque receptam d. extrauag. ad reprimendum, verbo, ſine ſtrepitu, nu. 2. Vel recipienda videtur alia opinio eiuſdem Imol. d. col. 15. quam non reiicit Natt. vbi ſupr. vt excluſæ cenſeantur omnes omnino exceptiones, ſi iudex ſuſpicetur de malitia retardandi proceſſum, etiam ſi ſit oblata probatio, niſi veritas probetur; ſecus in plenariis, cap. interpoſita, cum ibi notat. de appel. cui expoſitioni fauet, quòd illud verbum, exceptiones, poſitum in d. Clem. ſæpe, per ſe ſtare videtur, niſi contextui vim facere velimus, atque adeo excludi ſimpliciter exceptiones, li-

124 *Exceptiones quanã admittãtur in ſummarijs.*

cèt fruſtratoriæ non ſint, cum verbum illud, fruſtratorias, ſicut illud, dilatorias, ſolùm ad appellationes, quibus adiunctum eſt, referri poſſe videatur. Vel denique ſumenda eſt illa interpretatio, quam affert Bart. probatus, ſed perperam relatus à Natt. d. gloſ. dilatorias, ſub d. num. 306. in fi. benè verò relatus, & laudatus ab Oſaſc. qui & alios refert d. deciſ. 1. num. 1. Bart. inquam in d. extrauag. ad reprimendum, verbo, ſummariè, num. 4. vt per dictum verbum, exceptiones excludantur à cauſa ſummaria exceptiones requirentes altiorem indaginem, quæ tamen poſſunt in alio iudicio reſeruari, & examinari per l. ille, à quo §. ſi de teſtamento, ff. ad Trebell. & l. 3. §. ibidem, ff. ad exhib. ſecus ſi non poſſent in alio iudicio examinari, tunc enim in iſto ſummario examinabuntur, d. §. ibidem, & ibi gloſ. aliàs auferetur ius parti, quod eſt contra ius naturale. faciunt not. in cap. veniens, il 2. de teſt. cap. ſollicitè, de reſt. ſpoliat. & in cap. quoniam, §. quod ſi ſuper, iuncta gloſ. in verbo, ſummatim, vt lit. non conteſt. illæ autem exceptiones non dicuntur requirere altiorem indaginem, quæ poſſunt examinari intra tantum tempus, intra quantũ principalis proceſſus expediretur, etiam ſi talis exceptio non opponeretur, vt ibid. docet Bart. per text. in l. ſi is, à quo, in princ. ff. vt in poſſ. legat.

Iuxta hanc verò poſtremam interpretationem dici poſſet,
125 † in iudicio ſummario appellationem illam fore recipiendam tamquam dilatoriam, ac fruſtratoriam, quæ interpoſita fuerit ab interlocutoria non habente vim definitiuæ, & cuius grauamen ſit reparabile per appellationem ab ipſa definitiua, cum alioqui in plenariis cauſis ſaltem de iure canonico antiquo à quolibet grauamine daretur appellatio, cap. de appellationibus, & cap. ſuper eo, il 1. & il 2. de appellat. ſecus enim eſt de iure nouo ex diſpoſitione Trid. Concil. ſeſſ. 24. cap. 20. de reform. quoad primam inſtantiam, & reg. 36. Cancell. etiam quo ad cæteras.

Appellatio quæ reijciẽda in ſummarijs.

126 Decima concluſio. Conſeruator, vt ſupra, deputatus † in hoc iudicio ſummario citra partis conſenſum, non debet admittere teſtes, niſi iuratos; & quidem parte præſente, vel citata. Primum ſeruandum eſſe docet in huiuſmodi iudicio, Bart. d. verbo, & figura, num. 13. Papienſ. d. verbo, ſummariè, num. 7. & 8. Scacc. d. tract. de iudic. cap. 53. num. 23. verſic. ſed quid dicendum, & poſt Fel. in cap. conſtitutus, num. 16. de reſcript. &

Teſtes in ſũmario iudicio quomodo admittantur.

Digitized by Google

& Natt.d.Clem.ſæpe, §.quæ omnia, quæſt.5. princip.verſ.nonò quæritur, tradit Oſaſc.d. deciſ.1. Pedemont. num.17. Dixi autem, citra partis conſenſum, quoniam etiam in plenariis cauſis poteſt iuramentum à parte remitti, vt poſt gloſ.in l.iuſiurandi,C.de teſt. tenet Papienſ. d.nu.8. & ibi Add.poſt Rom. conſ.20. Iaſ.l.1.ff.de fer. Miſing. cent.2.obſeru.3. Abb.& alios in cap. tuis quæſtionibus, de iureiur. Secunda pars concluſionis quòd nimirum debeant teſtes iurare parte præſente, vel citata, tenet Bart.d.num.13.dicens, quòd aliàs ei auferuntur defenſiones, quod repugnat naturali æquitati: ſequitur Papienſ. d.num.8. ſubdens etiam cum Bart.d verbo, & figura,num.14. & ſeq. † in hoc quoque iudicio debere eſſe tale dictum teſtis, 127 vt rectè concludat: & examinationem teſtium ſecretò faciendam, exemplo Danielis, vt in cap. cum cauſa, de teſt. & not. per gloſ.in l.ſi quando,in fi.C.de teſti.quæ duo etiam poſt alios tradit Natt. d. quæſt. 5. princip. verſic. decimò quæritur, cum ſeq. qui etiam verſ.ſtatim præced. ſatis docuerat, † teſtes in 128 cauſa ſummaria non debere neceſſariò citari, modò à parte fuerint requiſiti,& producti; quòd ſi ſponte ſe obtulerint, fore in his quoque cauſis eorum teſtimonium ſuſpectum.

Debẽt rectè cõcludere & ſecretè examinari.

An ſint neceſſariò citandi.

Vndecima concluſio.In hoc iudicio ſummario coram Con- 129 ſeruatore, vt ſupra, deputato † debet fieri publicatio proceſſus; nec poſtea poterunt teſtes ſuper iiſdem articulis examinari, ſicut etiam in plenariis. Prima pars probatur,quia,cum examen ſecretum eſſe debeat in hoc iudicio ſummario, vt paulò ante docuimus, ſi non fieret publicatio, tolleretur parti de- 130 fenſio; ſi enim non publicarentur, non poſſent impugnari teſtes,& eorum dicta,per quam rationem ita in ſpecie tenet Bart. d.verbo, & figura, num.15. quem ſequitur Papienſ. d. num.8. & ibi Add. ad id allegantes Capic.deciſ.56. Orian.d.Clem.ſæpe, verbo,libellus, num.16. & Rebuf. tom.3.tit.de ſenten.execut. art.9. gloſ.2. num.38. atque etiam Marant. d. diſt.9. num. 131 22. poſt Fel. in cap.cum I.& A.col.2.de re iudic. quoad hoc,vt † poſſit appellare pars tamquam grauata, vbi non fiat publicatio, non autem quoad hoc,vt ea omiſſa nullus ſit proceſſus; quam etiam diſtinctionem ſequitur Scacc.d.tract. de iud.c.53. verſ.in actibus tamen & pluribus comprobat Natt.d.q.5.princ. verſ.duodecimò quæritur.

Proceſſus publicandus corã Conſer. in cauſis sũmarijs: aliàs

Pars poterat appellare: nõ tamen nullus erit proceſſus.

Publicato proceſſu etiã in sũmarijs an poſſint examinari teſtes ſuper iiſdẽ vel cõtrarijs articulis.

Secunda pars concluſionis † probatur; nam quòd poſt di-

dicita teſtificata teſtes ſuper iiſdem articulis, vel contrariis produci nequeant, eſt inductum ex quadam naturali æquitate, ne alter alteri inſidietur, propter timorem nimirum ſubornationis, & dolum præſumptum, § qui verò, Auth. de teſt. cum ſimil. per quod fundamentum ita in ſpecie tenet Bart. d. verbo, & figura, num. 16. quem ſequuntur Papienſ. d. num. 8. & ibi Add. poſt Rebuf. d. num. 38. necnon Anch. Imol. & Io. Lign. d. Clem. ſæpe, §. quæ omnia, relati pariter, & probati à Natt. ibid. d. quæſt. 5. princ. verſ. tertiodecimò quæritur.

Duodecima concluſio. Conſeruator, vt ſupra, deputatus
132 † in huiuſmodi cauſa ſummaria non poteſt cogere reum, vt actori petenti edat ſua inſtrumenta. Probatur nam in hoc iudicio ſummario reus non tenetur edere inſtrumenta actori petenti. ita Bart. d. verbo, & figura, num. 17. quem ſequuntur Papienſ. d. num. 8. Anchar. Imol. & Lign. d. Clem. ſæpe, & ibi inter cæteros etiam Natt. d. quæſt. 5. princ. verſic. quartodecimò quæritur; quia hoc non ſolùm prohibetur à iure poſitiuo, cap. 1. de prob. & l. qui accuſare, C. de eden. cum ſimil. ſed etiam naturali ratione, vt ſatis colligitur ex l. nimis graue, C. de teſt. & l. qui accuſare. Quòd ſi dicas, immò æquitatem ſuadere contrarium, nimirum, vt veritas appareat, & ne reus locupletetur cum aliena iactura, iuxta l. nam hoc à natura, ff. de condict. indeb. remittit Natt. pro ſolutione ad tradita per Doct. l. 2. C. de eden. reſponderi autem poteſt ex traditis tum ibi, tum alibi per gloſ. & Doct. reo maximè fauendum eſſe, præcipuè ne cogatur ſibi damnum inferre, dum incertum eſt, an veritatem occultet, vel locupletetur cum aliena iactura, interim verò inſtrumentum, quod ſuum eſt, alteri dare præſertim aduerſario, qui contra edentem eo vti vult; quòd ſi commune documentum ſit, vt rationes, tenetur regulariter reus ea edere actori, l. non eſt nouum, cum ſeq. C. de eden. vel etiam inſtrumenta, ſi reus iis vſurus ſit, l. 1. §. edenda, ff. eod. tit. aut aliàs vbi ſubſit iuſta cauſa, cùm nimirum vehementes coniecturæ ſunt contra reum, quòd veritatem occultare velit, & cum aliena iactura locupletari, l. 1. & fin. cum ibi not. per gloſ. & Doct. C. eod.

Inſtrumẽta edere nõ cogitur reus in ſũmarijs.

133 *Concluſio in cauſa nõ requiritur in ſummario iudicio.*

Decima tertia concluſio. In iudicio ſummario, † quod agitatur coram Conſeruatore ſic, vt ſupra, deputato, non requiritur neceſſariò concluſio in cauſa. Patet, quoniam regulare id eſt in huiuſmodi cauſa iudici commiſſa ſine figura iudicij, vt expreſ

expreſsè cauetur in d. Clem. ſæpe, verſic. ſententiam verò, ibi, etiam (ſi ei videbitur) concluſione non facta, vbi gloſ. & Doct. omnes adnotarunt, præcipuè Natt. d. §. quæ omnia, verſ. quintodecimò quæritur, poſt Bart. d. verbo, & figura, num. 18. ob eam rationem, inquiunt, quia hæc ſolemnitas eſt merè ciuilis; ſtatim enim cùm liquet iudici de cauſa, ſine aliqua alia concluſione poteſt ſententiare, vt patet in illa ſententia lata per Salomonem, de qua 3. Reg. 3. & cap. afferte, de præſumpt. quo etiam exemplo ſecundùm Bart. ſupr. num. 19. & Nat. ſupr. poſt Anchar. Lign. & Imol. † non erit neceſſarius ante ſententiam terminus ad allegandum. Sed quoniam inquit Pontifex, (ſi ei videbitur,) poteſt quoque † exigere iudex, ſi voluerit concluſionem in cauſa; quæ ſanè quomodo fiat, † colligi poteſt ex text. cum ibi notat. in cap. auditis, de procurat. cap. cum dilectus, & cap. cum Ioannes, de fide inſtrum. cap. quoniam contra, de probat. cap. paſtoralis, de cauſ. poſſ. & propr. & Clem. cauſa, eod. tit. Specul. tit. de renunt. & concl. in princ. Andr. Gail. lib. 1. obſeru. 117. & aliis Pract. in ſuis locis, vbi de hoc, præſertim Marant. in ſpec. aur. par. 6 in 15. actu, qui etiam d. par. 4. diſt. 9. num. 24. poſt Corn. conſ. 135. col. 3. vol. 3. docet quòd, † vbi in ſummariis non fit concluſio in cauſa, primus actus, qui ad eam ſolet in plenariis eam ſequi, habebit in ſummariis vim concluſionis.

134 Terminus ad allegãdũ ante ſenten. non requiritur.

135 Concluſionẽ in cauſa poteſt exigere Cõſeruator.

136 Quomodo fiat.

137 Quis actus habet vim concluſionis vbi ea non fiat.

Decima quarta concluſio. Conſeruator in huiuſmodi cauſis ſibi commiſſis, ſine figura iudicij, † poterit interrogare partes ſiue ad earum inſtantiam, ſiue ex officio vbicumque hoc æquitas ſuadebit. Patet, quia id totidem verbis generatim de iudice ſine figura iudicij, cauetur in d. Clem. ſæpe, verſ. interrogabit etiam. In hoc autem † ſtat ſpecialitas cauſæ ſummariæ vltra plenarias, quòd in plenariis vel non poteſt iudex interrogare poſt concluſionem in cauſa, vel non niſi ex officio; in ſummariis verò etiam poſt concluſionem in cauſa, & ad petitionem partis, vt ſatis voluit gloſ. communiter approbata præſertim per Natt. d. Clem ſæpe, ad gloſ. verbo, interrogabit, expreſsè verò id latè tradens Scacc. num. 23. & Marant. d. diſt. 9. num. 28. & duob. ſeqq. vbi † idem docent non ſolùm de interrogatione partium, verùm etiam teſtium; cum autem text. d. Clem. ſæpe, dicat, vbicumque, ſatis confirmatur id, quod poſt Rom. conſ. 373. incipit in caſu propoſito id latè comprobans

138 Interrogare partes an queat Cõſeru. in ſummarijs: &

139 An plus, quã in plenarijs: &

140 Quid in teſtibus.

bans docet Natt.d.gloſ.interrogabit, iudicem etiam parte petente poſſe interrogare partem non modò poſt, verum ante litem quoque conteſtatam.

Decima quinta concluſio. Poterit Conſeruator,vt ſupra de-
141 *Pronūciare poteſt Cōſer. in ſūmarijs ſimul ſuper emergenti.*
putatus, † pronunciare ſimul ſuper emergenti, & principali, nec non condemnare in ſententia dominum, quamuis cauſa ſit agitata cum procuratore. Primum probatur, quoniam ita generaliter in iudicio, cui cauſa eſt commiſſa, ſine figura iudicij, poſt Bal. in l.ait Prætor,§. promittitur, verſ.item nota,ff. de minor. tradit Marant. d. diſt.9. num.16. & Scacc.d.cap.53.
142 *Poteſt condēnari Dominus in ſūmaria cōtra eius procuratorē agitata.*
num.23. Secundum † pariter in huiuſmodi iudice tenet Bart. d.verbo,& figura, num.22. quem ſequuntur Anchar. Lign. & Imol.d.Clem.ſæpe, relati, & probati per Natt. d.§. quæ omnia, verſ.19. quæritur Marant. d.diſt. 9. num. 25.& Scacc. d. num. 23. & ratio vtriuſque quam citati Doct. afferunt,eſt quoniam, vt ſupra diximus, in hiſce cauſis ſummariis remiſſa eſt ſolemnitas omnis iuris ciuilis, non autem iuriſgentium, vel naturalis; licèt autem actio, & obligatio ciuilis abſenti non acquiratur,acquiritur tamen naturalis, l.ſtipulatio iſta, §. alteri, ff. de verb.oblig.cum ibi not.& ſuis concord.

Decima ſexta concluſio. Licèt Conſeruator,vt ſupra deputatus † poſſit, & debeat ferre aliquam ſententiam definiti-
143 *Sētētia diffinitiua ferēda à Conſeruatore in ſummaria.*
uam; tamen, ſi præceſſit cauſæ cognitio, poteſt omiſſa condemnatione iubere res capi, & diſtrahi pro debito. Primum patet ex text. d.Clem.ſæpe, verſ ſententiam verò, in iis verbis, ſententiam definitiuam in ſcriptis proferat. Secundum † tenet expreſsè Bart.d verbo, & figura, in fine, quem ſequuntur
144 *Si cauſa præceſſit cognitio loco cōdēnatoriæ poſſunt res capi pro debito.*
Anchar. Lign. & Imol.d.Clem,ſæpe,allegati pariter,& probati à Natt.d.§.quæ omnia,verſ.vigeſimo primò quæritur. Mouentur autem tum exemplo Salomonis, qui, vt habetur 3.Reg.3. & refertur in cap.afferte, de præſumpt. cuius illa verba,afferte mihi gladium, pronuntiationis ſimul, ſeu ſententiæ,& executionis verba ſunt; tum quia ante legem ciuilem talia expediebantur manu regia, & ſic via executiua, vt habetur in l.2.ff.de origin. iur. vnde cum cauſa, quæ agitatur ſine figura iudicij, non ſubiaceat regulis, & ſolemnitatibus iuris ciuilis, vt iam non ſemel admonuimus, ſequitur tali modo poſſe iudicem procedere.

Quamuis autem regulariter non ſit admittenda appella-

tio

tio † ab executione, l.ab executore,ff.de app.& l.executorem, 145
C. de execut. rei iud. cum ſimil. in hoc tamen caſu erit admittenda, ſiue quòd ſuccedit loco definitiuæ ſententiæ condemnatoriæ, iuxta latè tradita per Marant. in ſpec. aur. 3. partic.6. par.princ. num.28. à qua definitiua regulariter datur prima, & ſecunda appellatio, C. vt nō lic.teſt.prouoc.per tot.& in ſpecie cauſæ ſummariæ ſatis colligitur ex d. Clem. ſæpe, à contrario ſenſu, dum tantùm fruſtratorias, & dilatorias appellationes ab hoc iudicio excludit; ſiue etiam quia talis iuſſus habet omnino vim, & naturam prouinciæ de exequendo, at verò † in 146
plenariis quoque cauſis datur appellatio à prouincia de exequendo, vt tradunt plerique Doct.l.ab executore, & pluribus relatis ex communi reſoluit Ant.Gabr.commun.concluſ.lib.2. tit. de appellat. concluſ. 4. pro qua eſt text. in l. in minorib. C. de appell.

Appellari quãdo poſſit in ſũmarijs ab executione.

Appellatur à prouincia de exequendo.

Decima ſeptima concluſio. Conſeruator, vt ſupra deputatus † debet ipſe proferre ſententiam in ſcriptis; non tamen 147
neceſſariò debet ſedere. Probatur, quoniam id ipſum generaliter de iudice, cui cauſa ſit commiſſa, ſine figura iudicij,cauetur in d.Clem.ſæpe, §. ſententiam verò, ibi, ſententiam verò definitiuam in ſcriptis, & prout magis ſibi placuerit, ſtans, vel ſedens proferat. Ratio, cur debeat proferri in ſcriptis, eſt ſecundùm Natt.d §. quæ omnia, verſic. 18. quæritur,quia debet ſententia eſſe deliberata,& non ſubita, per l.2.C.de ſent.ex peric. (aliàs ex breuic.) recit. & not.in cap.fin. de re iud. in 6.ſecundùm gloſ.in d.Clem.ſæpe, verbo, in ſcriptis,ne per id contingeret occultari veritatem propalatam, & in iudicio definitam, & per conſequens victorem fruſtra in tali proceſſus iudicio laboraſſe. Quæ ſanè ratio,quicquid innuat ibid.gloſ.non concludit debere ab ipſo iudice proferri ſententiam, cùm maximè vſus id obtinuerit etiam in plenariis cauſis, vt per alium proferat. quod etiam teſtatur Marant. pars 6.num.56.& Doct. adnotarunt in d.l.2.C. de ſent. ex peric. (aliàs ex breuic.) recit. & d. cap. fin. de ſent. & re iud. in 6. in quibus iuribus habetur, poſſe etiam de iure Epiſcopos, & alias perſonas illuſtres ſententiam alterius miniſterio proferre. Ratio verò, cur non neceſſariò debeat ſedere iudex in ſententia cauſæ ſummariæ, eſt ſecundùm Imol.Lign.Anchar. & alios Doct.d. Clem. ſæpe, & ibi Natt.d §.quæ omnia,verſic.17. quæritur, quoniam hæc eſt

Sententia in ſcriptis proferenda à Conſeru.

Digitized by Google

mera ſolemnitas iuris ciuilis, d. l. 2. & cap.fin. nullúmque ius deperit parti, ſiue iudex ſtans, ſiue ſedens ſententiam ferat.

Decima octaua & vltima concluſio. Conſeruator, vt ſupra,
148 deputatus, † ſicut poteſt in hiſce ſummariis cauſis de conſenſu partium tacito, vel expreſſo adhibere iuris ordinem, qui in plenariis adhiberi debet; ita de huiuſmodi conſenſu nequit in plenariis eo vti, qui ſummariarum proprius eſt. Primum patet ex eo, quod de iudice in ſummariis cauetur, d.Clem.ſæpe, in fine, ibi, ſi quis tamen in præmiſſis caſibus ſolemnis ordo iudiciarius in toto, vel in parte non contradicentib.partib. obſeruetur, non erit proceſſus propter hoc irritus, nec etiam irritandus, & ita tenendum ad gloſ. & Doct. ibi communiter, quicquid poſt alios diſtinguat Oſaſc. d. deciſ. 1. num. 19. nam tex. ibi indiſtinctè loquitur de omnibus caſibus, in quibus proceditur ſine figura iudicij.

Ordo iuris cauſæ plenariæ proprius quomodo adhibendus in ſũmarijs.

Admittenda verò eſt illa diſtinctio, quam facit ibidem gloſ.
149 magis communiter approbata in verbo, partibus, vt † ſi quidem partes initio expreſsè conſenſerunt, vt cauſa ſummaria plenariè tractetur, non poſſit eas poſtmodum pœnitere, ſed tota plenariè tractari debeat; quòd ſi tacitè tantum, poterunt poſtmodum contradicere, & in ſequentibus actibus tenebitur iudex ſeruare iuris ordinem minùs ſolemnem, ſeu quæ ſummariæ cauſæ proprius eſt. Secundum † autem tenet expreſsè gl.fi. quam plerique probarunt, d.Clem.ſæpe, præcipuè Laud.
150 Imol. & Card. quos refert, ac ſequitur alios quoque allegans Natt.d.§. quæ omnia, num. 14. idem tenet Specul.tit. de probat. ſent. §.iuxta, verſic. quid ſi de partium, Bart.in l ſi ſocietatem, §.arbitrum, ff.pro ſoc.in 2. quæſt. & poſt eos Papienſ.dict. verbo, ſummariè; faciunt not.per gloſ. & Doct.in cap.in princ. 2 quæſt. 1. & cap. de cauſis, de offic. deleg. Ratio diuerſitatis inter vtrumque caſum eſt, quòd in hoc fit contra ius commune, in priori verò res redit ad ius commune, & ad ſuam naturam, quod facilè fit, cap.ab exordio, 35.diſt.& l.ſi vnus, §.quod
151 ſi non vt totum, ff.de pact. hanc rationem in id affert d.gloſ.fi.à cæteris probata.

An poſſit pœnitere partes, quæ conſenſerũt, vt cauſa ſũmaria plenariè tractaretur.

Ordo iuris ſummariæ proprius adhiberi nequit de partium cõſenſu in plenaria.

Porro poſterior pars huius poſtremæ concl. duas recipit limitationes. Altera eſt, quòd procedat tunc demum, † ſi partes velint, vt, qui cauſam terminare debet, procedat, vt iudex; ſecus ſi, vt arbitrator. ita gl.in cap.fin.de re iudic. in 6. nec non prædicta

Si iudex vt arbitrator procedat ordo prædictus adhibetur: &

prædicta gloſ. fin. d. Clem. ſæpe, & ibi poſt alios, quos recenſet, Natt. d. num. 14. qui etiam ex Card. eadem Clem. ſæpe, col. 7. & ibid. Laudun. & Imol. necnon Gemin. d. cap. fin. alteram limitationem affert, quæ eſt, vt, licèt nequeant partes conſentire, vt iudex in plenaria cauſa ſummariè omnino, hoc eſt, quo ad omnes actus procedat, poſſunt tamen, † vt ſic procedat 152
quoad aliquos, puta in productione inſtrumentorum, poſitionibus, & aliis ſimilibus, quibus etiam certum eſt eos poſſe renunciare.

Quoad aliquos actus.

Poſſet etiam hoc loco quæri, An inſtantia † locum habeat 153
in ſummariis, ſicut in plenariis. Qua de re, quoniam eſt de rarò contingentibus, præſertim quoad Conſeruatorem, videas, ſi lubet, Natt. & alios d. Clem. ſæpe, in fine, Abb. Fel. & ceteros in cap. venerabilis, de iudic. Marant. in ſpec. aur. part. 5. nu. 4. Aſin. in Prax. iudic. in princ. cap. 3. num. 35. vſque ad 45. & Afflict. deciſ. Neapol. 346. Atque ex his finis iam tandem huic quæſtioni imponitur, cuius longitudinem, ſicut & præcedentis, haud prorſus inutilem, ne dicam neceſſariam aliquot ſequentium breuitate compenſabimus.

Inſtãtia an locũ habeat in sũmariis cauſis.

QVÆRO *tertiò, An Conſeruator poſſit recipere, & examinare teſtes in cauſis, quarum eſt iudex competens.*

Quæſtio eſſe poteſt vel de Conſeruatore deputato iuxta terminos d. cap. 1. & fin. de offic. deleg. iuxta quos non poteſt, niſi de manifeſtis, hoc eſt, notoriis iniuriis cognoſcere, vt in prædictis iuribus cauetur; vel vt habet ampliorem poteſtatem per reſcriptum; & tunc aut habet plenam iudicis poteſtatem in cauſis ſaltem ciuilibus, & eo caſu † dubitari nequit, quin 154
poſſit teſtes accipere, & examinare; cum certiſſimi iuris ſit, id poſſe quotquot iudices ſunt in cauſis plenariis, vt patet ex cap. 2. de probat. cap. ſuper eo, de teſt. cog. & tot. tit. de teſt. Aut ei commiſſa eſt cauſa, ſimpliciter, de plano, & ſine ſtrepitu, ac figura iudicij, ſeu cum hac etiam dumtaxat poſtrema clauſula; & eo caſu, ſi accedat conſenſus partium tacitus, vel expreſſus, vt iudex in hiſce cauſis ſolemnem iuris ordinem ſeruet, quod fieri poteſt, vt quæſt. præced. ex d. Clem. ſæpe, de verb. ſignific. in fine docuimus; idem dicendum omnino eſt, vt nimirum poſſit Conſeruator teſtes recipere, & examinare, cum ad ſolemnem iuris ordinem id maximè pertineat ex mox citatis iuribus; ſi verò huiuſmodi conſenſus partium deſit, licèt tenea-

Teſtes examinare poteſt Conſeruator.

Digitized by Google

tur ſine figura iudicij procedere ſeruata forma d. Clem. ſæpe, quam præced.quæſt. ſatis explicauimus; tamen adhuc poterit teſtes recipere, & examinare, tum quòd hoc ipſum ibid.Doct. paſſim ſupponunt, præcipuè verò dum tradunt, iudice ſine figura iudicij procedente, adhuc debere teſtes regulariter iurare, faciendam teſtium examinationem ſecretò, poſtmodum eorum publicationem, qua facta, ſeu didicitis teſtificatis non poſſe ſuper iiſdem articulis, vel contrariis denuò teſtes examinari; quæ omnia ex dictis Doctorum in præced.quæſt.oſtendimus; tum etiam quòd apertè hoc ipſum conſtat ex ipſo text. in d.Clem. ſæpe, §. & quia, cum ibi dicitur, huiuſmodi iudicem cauſæ ſummariæ poſſe ſimul terminum ad dandum poſitiones, & articulos partibus aſſignare; & adhuc apertiùs, dum ſubditur, quòd, vbi remiſſionem fieri contingeret pro teſtibus producendis, poſſint etiam inſtrumenta produci. Et de hoc nemo, vt reor, dubitabit. Difficultas aliqua eſſe poſſe videtur quoad primum ex memoratis caſibus, vbi nimirum Conſeruator deputatus eſt iuxta terminos d. cap. 1. & fin. an tunc poſſit teſtes recipere, & examinare.

155 *Conſeru. deputatus iuxta terminos iuris comm. poteſt teſtes recipere & examinare.*

Reſpondendum autem ad hanc quæſtionem exiſtimo † affirmatiuè; Tum quia id ſatis conſtat ex text.d. cap.fin.§. circa munera, vbi Bonif. VIII. ſummus Pontifex illius canonis conditor, mandat, quòd circa perſonas teſtimonij cauſa coram Conſeruatore vocandas per omnia obſeruentur quæ in delegatis iudicibus conſtitutio ab ipſo ſuper hoc edita obſeruanda decreuit. hæc autem conſtitutio ex omnium ibidem ſententia eſt in cap.ſtatutum, de reſcript.in 6. vbi in §. pro ferendo, qui eſt fin.quòd ad hanc rem pertinet, ſtatuitur, quòd pro ferendo teſtimonio delegatus ſedis Apoſtolicæ nullum vllatenus conuocet, niſi quando conditio, & ſtatus cauſæ requirent; ſed nec tunc, niſi à producente competentes expenſas miniſtrari faciat vocato per veniendo, ſtando, & redeundo. Tum etiam ex eo, quod in ſpecie tradidit Innoc. d. cap. 1. de offic. deleg. in 6. num. 5. & 6. quem Io. An. & alij ſecuti ſunt ſiue ibi, ſiue d.cap. fin. eod.tit. & ibid. necnon Silu. verbo, Conſeruator, num. 3. & ibid. Angel. ac Confett. in ſummar. mater. priuil. Ord. Mend. tit. 4. cap. 3. ſi negetur factum, quod dicitur notorium, poſſe Conſeruatorem procedere, vt probetur qualitas notorietatis etiã per teſtes; per hos enim probatur notorietas, ſeu quòd aliquid

Digitized by Google

quid ſit notorium præcipuè facti momentanei, ſeu tranſeuntis, vt pluribus relatis tradit Farinac. quæſt. 21. crimin. à num. 98. vſque ad 109. quem ſecuti ſumus, alios quoque Doct. ad id allegantes ſupr. hoc eod. cap. quæſt. 1. concluſ. 6. Verùm hæc ipſa principalis concluſio huius quæſt. non mediocriter confirmatur, tum ex eo, quòd inter cæteras probationes à iure approbatas probatio per teſtes maximè legitima eſt, cap. 2. de probat. cap. ſuper eo, de teſt. cog. & toto ferè tit. de teſt. tum quòd in notoriis habet Conſeruator iuriſdictionem; vnde & ei conceſſa cenſentur, ſine quibus iuriſdictio nequit explicari, l. 2. ff. de iuriſdict. omn. iud. & cap. præterea, de off. deleg. cum ſim. tum per id, quod ſatis oſtendimus cap. præced. quæſt. 3. concl. 9. notorium aliquid dici, quamuis circumſtantiæ ipſæ, ſeu qualitates facti notoriæ non ſint; vnde neceſſe erit illas coram Conſeruatore, qui iudex eſt notoriæ iniuriæ, probari, ne ipſe iniuria reũ, actorémve afficiat; & in ſpecie Conſeruatoris tradit Innoc. magis communiter receptus d. num. 6. tum quòd iudex cognoſcere poteſt qualitatem, quæ ſibi tribuit iuriſdictionem, vt ſupr. hoc eod. cap. quæſt. 1. concluſ. 6. ſatis oſtendimus, latè quoque tradentes, quandonam, & quomodo notorium coram iudice, aut etiam Conſeruatore probari poſſit, & debeat. Neque huic concluſ. obſtat quod dicitur in cap. ſuper eo, de teſt. cog. quòd, ſi factum eſt notorium, non eget tertium depoſitionibus declarari, cum talia probationem, vel ordinem iudiciarium non requirant; tum quia immo, dum dicitur, notorium non egere teſtibus, ſupponitur, poſſe tamen illud teſtium depoſitionibus declarari; tum quod intelligendum eſt de notorio facti permanentis, non autem tranſeuntis, aut ſaltem momentanei, aut de probatione non notorietatis, ſed ipſius facti notorij, quæ regulariter neceſſaria non eſt, vt patet ex traditis in dd. concl. 6. & 9. in quibus cum multa contineantur, quæ maximè pertinent ad huius quæſtionis explicationem, vbi controuerſia hac de re inciderit, eæ conſulendæ erunt; hic ea non repeto; ſed immo ad alias quæſtiones, quæ maiorem vel difficultatem, vel vtilitatem habent tranſeundum puto.

QVÆRO *igitur quartò, An Conſeruator poſſit inhibere Ordinario etiam legato, aut alteri delegato, vel Conſeruatori.*

Hæc quæſtio, vt vides, Candide lector, tres habet difficul-

Digitized by Google

lares, quod eſt 2. de foro compet. in 6. & cap. licèt, de except. eod. libr. per quæ, & alia id latè comprobat Mandoſ. tract. de inhibit. quæſt. 10. & quatuor ſeqq. & Lancell. d. cap. 20. num. 40. cum ſeq. & à nu. 79. vſque ad 94. tract. de attent. hoc enim ius inhibendi licèt Conſeruatori quoque conueniat; tamen ei tamquam iudici Eccleſiaſtico, non vti Conſeruator eſt, competit. Loquemur ergo de inhibitione, quæ ab eo, tamquam Conſeruatore, alteri iudici Eccleſiaſtico poſſit emanare.

Prima concluſio. Conſeruator à ſede Apoſtolica deputatus, † inhibere poteſt alteri iudici Eccleſiaſtico, qui ordinarius ſit. 161

Inhibere poteſt Conſer. Apoſt. alteri iudici Eccl. qui ſit Ordinarius.

Probatur; nam vbi aliàs iuſta cauſa inhibendi ſubſit, poteſt delegatus Principis inhibere Ordinario, quod ſatis ex eo patet, quoniam delegatus Papæ poteſt Ordinario etiam Epiſcopo præcipere, eúmque cogere, vt conſtat ex cap. 2. de off. deleg. in 6. vbi mandatur delegatis ſedis Apoſtolicæ, & in ſpecie Conſeruatoribus, vt in coactionibus, & pœnis deferant Pontificali dignitati, certam in iis formam obſeruantes, quam latiùs in ſeq. quæſt. examinabimus: contrariorum enim ex vulgato tam Philoſophorum, quàm Iuriſconſultorum axiomate eadem eſt ratio, ac diſciplina. Et ex eo maximè confirmatur, quòd † delegatus Principis, cum eius vices gerat, eſt maior quocunque Ordinario, cap. ſanè, il 2. de off. deleg. & cap. paſtoralis, § præterea, de off. ordin. per quæ iura, & alia Mandoſ. d. tract. de inhibit. quæſt. 5. & duab. ſeqq. in ſpecie tradit delegatum Principis tamquam maiorem quocunque Ordinario, ei poſſe inhibere; Conſeruatorem verò eſſe delegatum Principis nemini dubium eſſe poteſt, & ſatis colligitur ex d. cap. 1. & fin. de off. deleg. in 6. cum ibi notat. & latiùs per nos adductis ſupr. hoc eod. tract. cap. 1. quæſt. 2. & cap. præced. quæſt. 1. concluſ. 2. & in ſpecie Conſeruatorem poſſe inhibere Ordinario, ſatis patet ex Trid. Concil. ſeſſ. 7. cap. 14. de reform. in fin. ſentítque Gutier. lib. 3. pract. quæſt. cap. 10. 162

Delegatus Principis eſt maior quocunque Ordinario.

Secunda concluſio. Poteſt Conſeruator Apoſtolicus † inhibere legato ſedis Apoſtolicæ. Probatur, tum quia, quòd poſſit Conſeruator præcipere legato in cauſa ſibi commiſſa, ſentit in ſpecie Anchar. conſ. 132. num. 2. & duob. ſeqq. dum ait, poſſe Conſeruatores, aut Subconſeruatores procedere contra legatos etiam de latere, atque eos mulctare, ſi ſuam iuriſdictionem impedire velint cognoſcendo de cauſis ad ipſos Conſeruatores 163

Conſeruator Apoſt. delegato ſedis Apoſt. poteſt inhibere.

cap. paſtoralis, in princ. & cap. ex litteris, de offic. deleg. cum ſimil.

Neque huic concluſioni obſtare poteſt, quòd † par in parem non habeat imperium, l. nam magiſtratus, ff. de arbitr. l. ille, à quo, §. tempeſtiuum, ff. ad Trebell. cap. inferior, 21. diſt. & cap. innotuit, de elect. cum ſuis concord. nam ratione delegationis (hoc eſt, in cauſa ſibi commiſſa,) maior quis fit eo, cui eſt par, aut etiam inferior, vt ex d. cap. ſanè, il 2. de offic. deleg. & cap. paſtoralis, §. præterea, de off. ord. ſatis conſtat, & in ſpecie adnotauit gloſ. quam alij ſequuntur, d. cap. innotuit, verbo, in parem. Quin immò in terminis, quòd Conſeruator ſit maior quocunque delegato, apertè ſentit Ludouic. Gomeſ. in repet. cap. ſtatutum, num. 88. de reſcript. in 6. dum ait, quòd plus eſt eſſe Conſeruatorem, quàm delegatum. 168 *Par in parem an habeat imperium.*

Quarta, & poſtrema concluſio. Poteſt etiam aliquando Cõſeruator † alteri Conſeruatori inhibere. Probatur iiſdem planè fundamentis, quibus præcedens concluſio, quoniam nimirum poteſt delegatus Apoſtolicus quoſcunque ſuam iuriſdictionem impedientes coërcere, cùm in cauſis ſibi commiſſis maior ſit altero delegato in alia cauſa. Ex quo ſumpto argumento à contrario ſenſu, quod in iure fortiſſimum eſt, vt pluribus comprobat inter alios Euerard. in loc. à contrar. ſenſ. apertè colligitur ſecus dicendum eſſe quoad has duas poſtremas præſentis quæſt. concl. 51. in eadem cauſa alter ſit delegatus, aut Conſeruator, cum ſit omnino par, qui regulariter pari inhibere nequit, vt in ſpecie pluribus comprobat Mandoſ. dict. tract. de inhibit. quæſt. 4. num. 4. & quæſt. 8. per totam. Quod limita cum eod. ibi niſi vbi de hoc ſit ſtatutum, vel conſuetudo, vel in cauſa illa minor eſſet aliqua ratione, vel niſi quatenus in caſu illo iniuſtè impediret iuriſdictionem inhibentis, puta † quia inhibens præueniſſet inhibitum, vbi haberet locum præuentio, quia plures eſſent deputati in ſolidum, iuxta text. in cap. cum plures, de off. deleg. in 6. quo caſu, præuenientem poſſe præuento inhibere, oſtendemus in fine huius quæſt. vel inhibens eſſet ob aliquam aliam rationem de iure præferendus inhibito in illius cauſæ cognitione, vt puta, ſi inhibens Conſeruator ſit generalis alicuius Religionis, vel ab eius ſuperiore generali electus; inhibitus verò ſit peculiaris Conſeruator alicuius Monaſterij, aut Commendæ, vel electus ab huius 169 *Inhibere quãdo poſſit Conſer. alteri Conſeruatori.* 170 *Præuentio, ſiue prælatio quando habeat locũ inter Conſeruatores.*

Commendæ, vel Monaſterij ſuperiore, ſeu adminiſtratore, vel ceteris paribus alter altero poſteriùs fuerit deputatus, vel ab huiuſmodi facultatem habentibus, ſit electus, & aſſumptus, iuxta ea, quæ admonuimus ſupr. cap. 6. quæſt. vlt. verſic. quoad ſecundum dubium; Vel ſi inhibitus ſit Conſeruator rei, inhibens verò ſit Conſeruator actoris, iuxta latè per nos tradita cap. præced. quæſt. 6. Exemplum etiam afferri poteſt, ſi cauſa ſimpliciter ſit commiſſa duobus, & in noſtro propoſito ſi duo Conſeruatores ſimpliciter ſint deputati, vel electi pro aliqua Religione, vel perſona, & vnus velit ſine alio procedere contra text. in cap. cauſam matrimonij, cap. cum cauſa, & cap. vno delegatorum, quod eſt penult. de offic. deleg. vt in ſpecie delegatorum poſt Staphil. de litt. grat. & iuſt. tradit Mandoſ. de inhib. q. 6. num. 2. & Lancell. d. cap. 20. num. 50. ídque ſi verum eſt etiam duos ſimpliciter delegatos ad vniuerſitatem cauſarum cenſeri datos, ſimul, & non in ſolidum, de quo ſupr. cap. 7. quæſt. 1. concluſ. 3. illat. 1. vel etiam tres ſint deputati cum clauſula, quòd ſi non omnes, & duo velint procedere, antequam conſtet de impotentia, aut voluntate teſtis contra d. c. cum cauſa, cap. inſinuante, & cap. prudentiam, eod. tit. Item in caſu, quo mandatur alicui, vt cum altero cognoſcat, vel exequatur, iuxta cap. quoniam. Apoſtolica, quod eſt fin. §. idem, vel primo caſu cap. coram dilecto, de offic. deleg. vbi per poſteriores litteras datus eſſet adiunctus primo delegato; aut in altero caſu eiuſdem cap. quando nimirum duo eſſent deputati cum clauſula, ſi ambo intereſſe non poſſent, & cap. vbi ſubdegatus ab eo, qui intereſſe non poteſt, vellet procedere ſimul cum collega ſui ſubdelegantis. Item ſi vnus Conſeruator alteri ſuccederet in officio, vel in aliqua cauſa; quo caſu delegatum delegato inhibere poſſe, ſatis probat Mandoſ. d. tract. de inhibit. quæſt. 4. num. 11. & ſeq. Idem dicendum ſi quis Conſeruator alteri, vel Conſeruatori, vel delegato Apoſtolico foret præferendus aliqua alia iuſta de cauſa; cuiuſmodi cauſas, vt initio huius quæſt. dicebamus, colligere licet inter alios ex Lancell. d. cap. 20. Mandoſ. d. tract. de inhibit. nec non ex pleriſque iuribus tit. de off. deleg. & ibi Doct. extr. & in 6. & Spec. tit. de citat. §. fin. quas conſultò prætermittimus, ne nimis longum abſque neceſſitate faciamus. Iam enim ad ceteras, & quidem grauiores quæſtiones tranſeundum nobis eſt; ſi illud præ-

monea

moneamus, quod ad omnes ferè huius tractatus quæſtiones pertinet, & aliàs quoque me admonuiſſe memini, quæcumque dicuntur tam in iure, quàm à Doct. de delegato Apoſtolico, dicta quoque cenſeri de Conſeruatore Apoſtolico præter differentias inter vtrumque allatas per gloſ. communiter receptam d.cap.fin. de off.deleg.in 6. eo modo, quo à ſpecie ad genus argumentum ſumi poteſt, iuxta ea quæ poſt Vigel. & Euerar. illum in Dialect. hunc in Top.iur. loco à genere ad ſpeciem nos quoque cap.præced. quæſt.8. tertio loco ſuppoſuimus.

Quoniam verò in hac poſtrema concluſ. prçuentionis mentionem fecimus, quæ ſatis ad hanc quæſtionem pertinere videtur, ne tamen à propoſita Conſeruatorum materia longiùs abſque neceſſitate diſgrediamur, cum præſertim † hac de re 171
ex propoſito præter Doct. in l.ſi quis poſtea, l.qui prior, & l.vbi cœptum, ff.de iud. necnon in cap.propoſuiſti, de fòr. compet. vbi inter cæteros Soc. egerunt, Martha tract. de præuent. tribun.vrb. & Farinac. quæſt. crimin.lib.1. quæſt.7. à num.82. vſque ad finem, ad hos Doctores Candidum lectorem remiſiſſe ſufficiat. Nos verò ad alia tranſeamus; ſi illud non omittatur, poſſe Conſeruatorem inhibere alteri Conſeruatori, qui eſſet omnino par, & haberet iuriſdictionem in ſolidum, ſed præuentus fuiſſet ab inhibente; poteſt enim iudex præueniens præuento inhibere, vt poſt Alex. conſ.9. lib.4 tradit Bero.conſil. 117. num.4 lib.3. quem refert, ac ſequitur Lancell.d.cap.20. in præfat. num. 100. cætera, quæ de inhibitione dici poſſent, præter adducta ſupr.cap.6 quæſt.vlt. in 2. dub. & infr.cap.ſeq. quæſt.3. petere licèt ex citatis Doct. præſertim Mandoſ.d.tract. de inhib. & Lancel.d.cap.20.

Prauẽtionis & inhibibitionis materia, remiſſiuè.

QVÆRO [illegible], *quomodo procedere debeat Conſeruator in ferendis cenſuris Eccleſiaſticis, alijſq́; pœnis inferendis.*

Quòd poſſit Conſeruator Apoſtolicus cenſuras Eccleſiaſticas ferre, aliáſque pœnas inferre, ad priuatam tamen vtilitatem, non autem ad publicam vindictam, ex alibi per nos traditis ſupponimus hîc tamquam certum; nam de cenſuris Eccleſiaſticis ſatis id docuimus cap.præced. quæſt.4. concl. 3. per totam, de aliis autem pœnis ead.quæſt. 4. concluſ.1. initio, & in fine. 172

Supponimus etiam tamquam certum, † Conſeruatorem non poſſe ferre cenſuras in eos, qui habent à ſede Apoſtolica

Inquiſitores eorumq́; miniſtri, cẽſuris aliáſve nequeũt puniri à Conſeruatore.

priuilegium, ne poſſint excommunicari, ſuſpendi, vel interdici; de cuius interpretatione plura diximus cap. præced. q. 4. concl. 1. illat. 1. ad fin. & concl. 2. limit. 2. circa medium. Huiuſmodi verò priuilegium quaſi in iure ſcriptum habent Inquiſitores hæreticæ prauitatis, & aliqui eorum miniſtri quoad executorem, & quemlibet ſedis Apoſtolicæ delegatum, etiam Conſeruatorem, vt conſtat ex quadam extrau. Vrbani IV. cuius meminerunt Campeg. in addit. ad Zanchin. de hæret. cap. 31. Eymeric. 3. part. Director. Inquiſit q. 21. & ibi Penna Schol. 87. eius verò tenor, qui habetur 2. part. eiuſdem Director. fol. mihi, 84. eſt huiuſmodi,

Vrbanus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, &c. Ne inquiſitionis negotium contra damnatam hæreſim prudentiæ veſtræ commiſſum impediri, (quod abſit,) propter aliquam aſtutiam, vel etiam retardari contingat, vobis auctoritate præſentium indulgemus, vt nullus ſedis Apoſtolicæ delegatus, vel ſubdelegatus ab eo, Conſeruator, aut etiam executor à ſede Apoſtolica deputatus in vos, vel quatuor Notarios, ſiue ſcriptores veſtros ſuper his vobis fideliter obſequentes, quamdiu in proſecutione huiuſmodi negotij vos, & ipſi fueritis, poſſit excommunicationis, vel ſuſpenſionis, aut interdicti ſententiam promulgare abſque ſpeciali mandato prædictæ ſedis facientis plenam, & expreſſam de hac indulgentia mentionem: decernentes irritum, & inane, ſi ſecus fuerit attentatum. Nulli ergo hominum liceat, &c.

Conſiderandum autem, Apoſtillator ait, quòd licèt hæc priuilegia Inquiſitorib. Aragonen. concedantur; per alias tamen litteras Apoſt. Inquiſitorib. quibuſcunque conceduntur. Idem verò Penna d. Schol. 87. optimè monet, inſigne hoc priuilegium fauore fidei eſſe conceſſum, ne cauſæ Religionis propter excommunicationem Inquiſitorum, aut aliorum officij miniſtrorum deſerantur, aut impediantur, & interim impeditis iudicibus hæretici impunè graſſentur; móxque quod ibi de quatuor notariis dicitur, de plurib. etiam intelligit, ſi plures conſtituerentur; quatuor enim exprimuntur, quia tunc ij ſufficiebant: & ſatis probabiliter ad Aduocatos, Conſultores, Promotorem fiſcalem, carcerum cuſtodes, alióſque ſimiles Inquiſitorum miniſtros extendit; tum quòd fauores ampliari debent, cap. odia, de regul. iur. in 6. tum quòd eadem eſt ratio in hiſce miniſtris, vnde idem ſtatuendum, l. illud, ff. ad legem Aquil.

Deni

Denique iure notandum ait quod in dicti Vrbani reſcripto continetur, (quamdiu in proſecutione huiuſmodi negotij vos, & ipſi fueritis,) vt intelligantur, non tribui hoc priuilegium Inquiſitorib. amotis ab officio; ceſſante enim cauſa priuilegij ceſſat & priuilegium, l.adigere, §.quamuis, ff. de iure patron. cum ſimil. Ego verò illud adiicio, quòd cum ratio vnica, & expreſſa huius priuilegij ſit, ne Inquiſitionis negotium impediatur, aut retardetur, Conſeruator, aliúſve delegatus Apoſtolicus in Inquiſitorem, eiúſve miniſtros durante officio non modò cenſuras, ſed nec reliquas pœnas poterit exercere; cum alioqui priuilegium, ne quis excommunicari, ſuſpendi, aut interdici poſſit, ad ceteras pœnas non extendatur, vt conſtat ex iis, quæ nos ſupr. d. concl. 1. illat. 1. adduximus; lex enim extenditur ad limites rationis in ea expreſſæ, l.regula, §.fin.ff. de iur. & fac.ignor. latè Euerar. in loc.à rat.leg.larg. num. 1.

His ergo ſuppoſitis præſens quæſtio erit de modo, & forma, quibus vti debet Conſeruator in vtriſque præſertim verò cenſuris infligendis; quam aliquot propoſitis concluſionibus Deo dante diſſoluemus. *Forma ſeruanda in cenſuris.*

Prima concluſio. Conſeruator Apoſtolicus † antequam ad cenſuram Eccleſiaſticam deueniat, ſeruare debet formã quam omnibus iudicibus Eccleſiaſticis tradidit Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 3. de reform. in hæc planè verba. In cauſis iudicialibus mandatur omnibus iudicibus Eccleſiaſticis, cuiuſcumque dignitatis exiſtant, vt quandocunque executio realis, vel perſonalis in qualibet parte iudicij propria auctoritate ab ipſis fieri poterit, abſtineant ſe tam in procedendo, quàm definiendo à cenſuris Eccleſiaſticis, ſeu interdicto: ſed liceat eis, ſi expedire videbitur, in cauſis ciuilib. ad forum Eccleſiaſticum quomodolibet pertinentibus contra quoſcumque etiam laicos per mulctas pecuniarias, quæ locis piis ibi exiſtentibus eo ipſo, quòd exactæ fuerint aſſignentur, ſeu per captionem pignorum, perſonarúmque diſtrictionem per ſuos proprios, aut alienos executores faciendam, ſiue etiam per priuationem beneficiorum, aliáque iuris remedia procedere, & cauſas definire. Quòd ſi executio realis, vel perſonalis aduerſus reos hac ratione fieri non poterit, ſitque erga iudicem contumacia; tunc eos etiam anathematis mucrone arbitrio ſuo præter alias pœnas, ferire poterit. Et hæc ſanè diſpoſitio procedit, prout loquitur, quoad 173 *Cenſura à Cõſeruatore ferenda ſeruata forma Conc. Trid.*

cauſas ciuiles, quas dumtaxat regulariter cognoſci poſſe à Conſeruatore oſtendimus cap. præced. quæſt. 4. concl. 1. vbi tamen etiam docuimus, poſſe quoque criminales, & mixtas ab eo cognoſci, vbi id ſpecialiter habeant ex reſcripto: quare pro huiuſmodi caſu quoad formam ab eodem in hiſce cauſis ſeruandam attendere debet verba, quæ ibidem ſtatim ſubiicit Concilium, hæc nimirum. In cauſis quoque criminalibus, vbi executio realis, vel perſonalis, vt ſupra, fieri poterit, erit à cenſuris abſtinendum; ſed ſi dictæ executioni facilè locus eſſe non poſſit, licebit iudici hoc ſpirituali gladio in delinquentes vti, ſi tamen delicti qualitas præcedente bina ſaltem monitione, etiam per edictum, id poſtulet. Hæc Concilium; quod quidem, dum vtitur illis verbis generalibus, ac geminatis, (omnibus iudicibus Eccleſiaſticis, cuiuſcunque dignitatis exiſtant,) nemini dubium eſſe debet, quin etiam Conſeruatores Apoſtolicos voluerit comprehendere, cum certum ſit, huiuſmodi Conſeruatorem iudicis nomine contineri, vt latiùs probauimus ſupr. cap. 1. quæſt. 2. præſertim ex ipſo Trid. Concil. eos iudices non ſemel appellante, ſeſſ. 14. cap. 5. de reform. quod etiam licèt ſubobſcurè fecerat ſeſſ. 7. cap. 14. de reform. eundem verò eſſe iudicem Eccleſiaſticum, nemo queat iure inficiari; ídque præſertim, cum verba geminata, & vniuerſalia comprehendant omnia etiam quæ impropriè veniunt, quæque aliàs illa diſpoſitio non comprehenderet, per ea, quæ de vniuerſalibus poſt Tiraq. de retract. Lignag. §. 1. gloſ. 7. num. 20. cum aliquot ſeqq. & alios tradidimus in tract. de diſtrib. quotid. part. 3. quæſt. 5. num. 11. & de geminatis, ac prægnantibus tradunt Doct. in l. baliſta, ff. ad Trebel. Gomeſ. in procem. reg. Cancell. quæſt. 4. verſ. quantum verò ad Cardinales, & quæſt. 5. in fin. & Euerar. in loc. à vi geminat. Quare in terminis, quòd Conſeruator Apoſtolicus teneatur in cauſis ſibi commiſſis ſeruare prædictum Trid. Concilij decretum eius tenore inſerto adnotauit inter ceteros Io. Bapt. Confett. in ſuperiùs allegato ſummar. mater. priuileg. Mendicant. tit. 4. cap. 7. verſic. in exercendo verò. De eadem porro Concilij diſpoſitione quo ad hoc, vt iudex ante cenſuras ad alias pœnas venire debeat, aliquid ponit Vgol de cenſur. tab. 1. cap. 27. in princ. & Suar. diſp. 4. ſect. 4. num. 4. & Segur. Daual. in direct. for. Eccleſ.

Secunda concluſio. Conſeruator Apoſtolicus in ferendis cenſu

Digitized by Google

cenſuris † excommunicationis,ſuſpenſionis,aut interdicti debet quoque ſeruare formam traditam ab Innoc. 4. in Concilio Lugdunenſi, quam habemus in cap. cum medicinalis, quod eſt primum, de ſent.excomm.in 6. vt quicunque iudex Eccleſiaſticus excommunicat,ſuſpendit, aut interdicit, hanc cenſuram in ſcriptis proferat, & eius cauſam expreſsè cõſcribat,propter quam talis cenſura proferatur; & exemplum huiuſmodi ſcripturæ teneatur intra menſem ei tradere, in quem lata eſt cenſura, ſi tamen ab eo fuerit requiſitus, per publicum inſtrumentum,vel litteras teſtimoniales ſigillo authentico conſignatas; ſi quis autem iudicum temerè contra fecerit per menſem vnum ab ingreſſu Eccleſiæ, ac diuinis officiis eſt ſuſpenſus, ac ſuperior, ad quem recurritur, cenſuram ſine difficultate relaxans, latorem excommunicato ad expenſas, & omne intereſſe condemnare debet, & aliàs condignè punire. Probatur autem hæc concluſio eodem ferè fundamento,quo ſuperior,quoniam vtitur in eo canone Pontifex verbis illis vniuerſalibus quiſquis,&, iudex Eccleſiaſticus,aptis comprehendere etiam Conſeruatorem Apoſtolicum per prædicta. Quę verò ad hanc concluſ. ſiue ampliandam, ſiue declarandam pertinent, cum peti poſſint præter Doct.d. cap. 1. ex Vgol. de cenſur. tab. 1. c. 21. & Menoch. de arbitrar. iud. caſ. 541. ea libens omitto. 174

Forma c. 1. de ſent. exc. in 6. ſeruãda in cẽſuris ferendis.

Tertia concluſio. Debet etiam Conſeruator Apoſtolicus † in cenſura excommunicationis obſeruare formam, quæ ab Innoc. 3. traditur in Concilio generali Lateranenſi, & habetur in cap. ſacro, de ſent. excomm. in princ. nimirum ne quis in aliquem excommunicationis ſententiam, niſi competenti admonitione præmiſſa, & coram perſonis idoneis, per quas, ſi neceſſe fuerit, poſſit probari monitio, promulget; quòd ſi contra præſumpſerit, etiam ſi iuſta fuerit excommunicatio, ingreſſum Eccleſię per vnum menſem ſibi nouerit interdictum, idem ferè diſponitur in cap. cum ſpeciali, de appel. & cap. Romana, in princ. eod. tit. in 6. & ſub nomine canonicæ monitionis cauetur in cap. reprehenſibilis, de appellat. cap. ſtatuimus, c. conſtitutionem, & cap. ſtatutum, de ſent. excomm. in 6. quod idem eſſe conſtat ex iiſdem iurib. cum ibi not. 175

Forma c. ſacro, de ſent. exc. ſeruare debet Cõſer. in cenſura excom.

176

Monitio cõpetens præmittẽda excommunicationi qualis eſſe debeat:

Hæc porrò competens ſeu canonica monitio, quæ excommunicationi præmitti debet, † ex diſpoſitione quidem Gregorij X. in generali Concilio Lugdunenſi, quam habemus d. c. conſti

conſtitutionem, §. ſtatuimus, de ſent. excomm. in 6. & antiquiorum canonum præcipuè cap. omnes decimæ, 16. quæſt.7. cap.de presbyterorum, 17. quæſt.4.& cap.de illicita,24.quæſt. 3. trina eſſe debet, vel vna pro tribus: atque vt d. §. ſtatuimus cauetur, ita eſt accipienda, vt inter monitiones ipſas, ſiue iudices tribus monitionibus vtantur, ſiue vna pro tribus, obſeruent aliquorum dierum interualla, niſi neceſſitas aliud ſuadeat; prout adnotarunt gloſ. & Doct. in mox citatis iurib. nec non in cap.contingit, il 2. de ſent.excomm.& d.cap.ſtatuimus, eod. tit. in 6. Hæc tamen iſtorum canonum diſpoſitio extendenda eſt, vt procedat etiam in Conſeruatore deputato iuxta terminos d.cap.1. & fin. hoc eſt, in eo, qui cognoſcere tantum poteſt de notoria iniuria, & violentia; nam etiam in notoriis requiritur monitio ad excommunicationem ferendam, vt hoc eodem cap.ſacro, in princip.adnotauit Innoc.communiter receptus, & latè probat inter ceteros Vgol.d.tab.1.cap.18. in pr. num.1.poſt medium, facitque, quòd in notoriis citatio requiritur, vt ſupr. quæſt. 1. concl. 5. fusè demonſtrauimus. Eſt autem temperanda in caſu, quem concl.1. huius quæſt.ex decreto Trid.Concil.d.cap.3. retulimus, vt ſufficere poſſit bina monitio præcedens, cùm propter delictum criminaliter procedens ipſius delicti qualitate id exigente iudex ſpirituali gladio vult aliquem ferire. Porrò de materia huius concluſ. vide Vgol. d. cap.18. Mar.Soc. & alios d.cap.ſacro, Suar.de cenſur. diſput.3. ſect.8.vſque ad 12. & Sayr. lib.1. cap.12. ac Menoch. de arbitr. caſ.541. & quatuor ſeqq.

Quarta, & poſtrema concluſio. Conſeruator à ſede Apo-
177 ſtolica deputatus, † cùm eidem contra Pontificali dignitate præditos ad coactiones aliquas, ſiue pœnas fuerit procedendum, gradum, & modeſtiam in huiuſmodi proceſſu ita ſeruare debet, vt ingreſſus primò ipſius Eccleſiæ, vel ſacerdotale interdicatur miniſterium, ac deinde ab officio ſuſpendantur, & ſubſequenter contra eos aggrauetur Eccleſiaſtica cenſura; niſi fortè aliter fieri ſuaſerit nimia contumaciæ proteruitas ſiue culpa. ita in ſpecie de Conſeruatoribus Apoſtolicis cauetur ab Alex.4 in c.quia Pontificali, quod eſt 2.de off.deleg. in 6.huic ſimile eſt, quod de iudice delegato Apoſtolico ſtatuerat priùs Alex.3 in cap.ſanè, il 2.de off.deleg. quòd ſi Epiſcopus in cauſa alicui à ſede Apoſtolica delegata rebellis, aut contumax fuerit,

Cēſura quo ordine à Conſeru. inferenda Epiſcopis.

Digitized by

fuerit, ſecundùm qualitatem facti poterit vel interdicti, vel ſuſpenſionis ſententia à iudice delegato compelli; ita tamē, quòd iudex temperatè procedens Epiſcopo vel ingreſſum Eccleſiæ, vel ſacerdotale officium interdicat, aut etiam terram illius, quæ ad iuriſdictionem ſuam pertinet, ſpecialiter interdicto ſupponat; & adhuc magis generatim decreuerat Innoc. 3. in cap. paſtoralis, in princ. eod. tit. quòd delegatus Apoſtolicus debet ſollicitè prouidere, vt ſi perſonis ſuperioribus exigente neceſſitate negotium duxerit delegandum, in coactionibus inferendis dignitati differat, & perſonæ. Ratio verò huius concluſionis duplex eſt; altera generalis, quæ inſinuatur d. cap. paſtoralis, quoniam in pœnis inferendis dignitati perſonæ deferendum eſt, cui concordat text. in l. capitalium, & ibi Bart. ff. de pœn. quódque tradunt Doct. tum ibi, tum l. 1. ff. eod. & alibi ſæpe; altera ſpecialis, quam affert ſummus Pontifex d. cap. 2. quia Pontificali dignitate prænditis ob reuerentiam ſacri officij, quod exercent, plurimum deferri conuenit, & eos plus aliis honorari decet; cui ſatis conſonat c. abſit, 11. q. 3. & c. quia periculoſum, de ſen. exc. in 6. cum aliis ad id adductis per Doct. ibid. & Mandoſ. d. tract. de inhib. q. 7. poſt nu. 4. & Reuerendiſ. D. Anaſtaſ. Germon. tract. de ſacr. immun. ſæpe, præcipuè verò lib. 3. cap. 8. ferè per tot. Huius concl. meminit quoque Vgol. tract. de cenſur. tab. 1. c. 27. in pr. nu. 3. & Sayr. lib. 1. c. 14. nu. 3. ſed malè eam confundunt cum illa doctrina, quàm vterque ibid. & Suarez diſp. 4. ſect. 4. num. 5. ſatis confirmant; nimirum quòd etiam in inferioribus clericis, & laicis à leuioribus cenſuris ſit inchoandum; ita, vt laicus ante excommunicationem priùs interdicatur, & clericus ſuſpendatur, niſi iudex prudenter arbitretur, vtilius fore inchoare à maiori cenſura.

Iam verò antequam ad aliam queſt. tranſeamus, illud in vniuerſum quoad omnes huius quæſt. concluſiones eſt omnino adnotandum, † formam, quam ibidem diximus fore in cenſuris, ac pœnis infligendis à Conſeruatoribus Apoſtolicis obſeruandum, non ita eorum proceſſum afficere, vt ſi omittatur, ſententia alicuiúſve actus ob id nullus ſit; vt quoad primam concl. ſatis colligitur ex d. canone Concil. Trid. tum quòd nullum ibi decretum irritans appoſitum eſt, quod in aliis ſolet apponere; tum ex iis verbis, quæ ad finem prædicti canonis. nefas autem ſit ſeculari cuilibet Magiſtratui prohibere Eccleſiaſtico

178 *Forma in infligendis cenſuris ex Trid. Conc. &c. ſi omittatur an vitiet proceſſum.*

iudici, ne quem excommunicet, aut mandare, vt latam excommunicationem reuocet ſub prætextu, quòd contenta in præſenti decreto non ſint obſeruata, cum non ad ſeculares, ſed ad Eccleſiaſticos hæc cognitio pertineat; clarum enim eſt excommunicationis reuocationem eiuſdem validitatem ſupponere. Sed id ipſum in ſpecie cenſuit ſacra Congregatio Cardinalium Trid. Concilij interpretum, dum ad d. cap. 3. verſic. in cauſis verò iudicialibus, declarauit, excommunicationem latam à iudice Eccleſiaſtico priuſquam legitimè conſtet de impedimento, vel perturbationibus, propter quas non poteſt deuenire propria auctoritate ad executionem realem, vel perſonalem, eſſe validam, &c, qui tali excommunicatione ligatus exiſtit, abſolutione indigere.

179 Quoad ſecundam verò concluſionem, quòd † proceſſus contra formam ibi expreſſam agitatus ob id nullus nequaquam ſit, ſatis colligitur ex ipſo text. d. cap. 1. de ſent. excomm. in 6. vbi mandatur ſuperiori, ad quem recurritur ratione grauaminis, vt ſententiã omiſſa ea forma latam ſine difficultate relaxet: relaxare enim excommunicationem, vel aliam cenſuram ſupponit, eam eſſe validam; atque hoc ipſum inibi gloſ. & Doct. ſatis apertè tradiderunt.

De omiſſione formæ c. 1. de ſenten. in 6.

Similiter forma illa, quam ex d. cap. ſacro, & aliis iuribus ſup. concl. 3. à Conſeruatore Apoſtolico docuimus obſeruandam,

180 † non ita iudicem arctat, vt proceſſus ea forma omiſſa agitatus, vel etiam cenſura lata ſine ea ob id nulla ſint, vt ſatis conſtat ex d. cap. ſacro, ibi, quòd ſi contra præſumpſerit, etiamſi iuſta fuerit excommunicationis ſententia, &c. idque adnotauit gloſ. communiter recepta ibid. verbo, iuſta fuerit, cap. reprehenſibilis, de appel. & cap. Romana. verbo, iniuſtas, eodem tit. in 6. item alia gloſ. in ſumm. 2. quæſt. 1. necnon 11. quæſt. 3. in ſumm. & cap. 1. de exceſſ. prælat. communémque pluribus relatis hanc eſſe ſententiam teſtantur inter ceteros Vgol. tract. de cenſur tab. 1. cap. 18. in princ. num. 4. Suarez eod. tract. diſp. 3. ſect. 12. num. 1. & 2. Sayr. in ſimili tract. ſeu Theſ. caſ. conſc. libr. 1. cap. 12. num. 26. quibus locis hi tres Doct. nonnullos caſus excipiunt, in quibus nulla eſt cenſura, ſi canonica, ſeu competens monitio non præmittatur. Non leuis autem difficultas eſt, an nulla quoque ſit, ſi omnis omnino etiam vnica, eáque ſimplex monitio prætermittatur. Et quidem Vgol. loco

Omiſſio formæ c. ſacro &c.

cit.

cit.& citan. Abb.in cap.illud, num.9. de cler.excomm.miniſtr. ſatis apertè pro negatiua ſtare videntur; cui apertiùs adhæret Innoc.d.cap.illud, gloſ.d. cap.Romana, verbo, iniuſtas, idem Abb.d. cap.ſacro, num.9. & alij, dum abſolutè tenent, cenſuram, & in ſpecie excommunicationem non præmiſſa monitione valere: apertiſſimè verò eandem negatiuam tuentur Ant. Cordub.lib.2. quæſt.27. verſ.reſpondeo ad primum, & Coſm. Philiarc.de off.ſacerd. to.1.lib.3.c.3.verſ.aliquando autem, vbi etiam hanc ſententiam non dubitauit appellare communem, Abb.nimirum d.cap.reprehenſibilis,& cap.ſacro.Silueſt.& Iab. excommunicatio 2. Caiet. 2.2.quæſt. 69. art. 2.& Couar. qui multos etiam alios citat, in cap.alma mater, 1.par.§.9. num.7. de ſent.excomm.in 6.

Contrariam verò ſententiam, vt regulariter nulla ſit cenſura, & præſertim excommunicatio, ſi nulla omnino præceſſit monitio, ſatis apertè tenuit Ioan. Gutier. lib. 2. canon. quæſt. cap.16. num.2. licèt aliter eum explicet. Menoch. de arbitrar. iud. caſ. 542. num. 19. ſed apertiſſimè illam ſequitur Soc.in 4. ſent.diſt. 22.quæſt.1. art.2. concluſ.4. Victor.in ſumm.tract.de excommun. num.6. Card.Tolet.lib.1.Inſtruct.ſacerd. cap.10. verſ.ſi verò deſit, Suarez d.ſect.12.num.3. Valent.tom.4.diſp. 7.gener. quæſt.17.punc. 6. verſ. conditiones autem, Eman. Sà in ſumm. verbo, excommunicatio, num. 9. & nouiſſimè Sanchez de matrim. lib.9. diſput.32. num.13. poſt Henriq.lib.13. de excomm. cap.27.num.3. ſed debuit allegare cap.21.num.1.

Mouentur autem hi ferè omnes ea ratione, quoniam cenſura non fertur niſi propter contumaciam, ſeu formalem inobedientiam, vt ſatis colligitur ex illo loco Matth.18. ſi Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus, & Publicanus, Amen dico vobis,quæcunque alligaueritis, &c. vbi dari Eccleſiæ poteſtatem exercendi cenſuras ex communi SS. Patrum, & interpretum ſententia docuimus cap. 5. quæſt.1. concluſ.vlt.per illa verò verba, ſi Eccleſiam non audierit, apertè ſignificatur, contumaciam, & formalem inobedientiam neceſſariam eſſe ad ferendam cenſuram;atque adeo id tradiderunt Doct. communiter, vt teſtantur inter ceteros plurimis relatis Sayr.d. lib. 1. cap.9. num.25. & 28. Couar. d.§.9. num. 4. cum.ſeqq. & §. 10. à num.1.ad 5. Vgol.d. tab. 1. cap.9. §.5. cap.17. §.7. & cap. 18. §3. Valent.ſupr.pun.5. & Suar. d. diſp.4. ſect. 5. vbi etiam

Digitized by Google

oſtendit, ſi aliter feratur, cenſuram fore nullam. at verò contumacia etiam præſumpta, (quæ in foro ſaltem exteriori ſufficit ad cenſuræ validitatem, vt ſatis probat Vgol. d. §. 3. & 7.) non inducitur, niſi per citationem, ſeu monitionem, & præceptum, vt patet ex toto ferè tit. de dol. & contum. cum traditis per Doct. ibi, & in rubr. eod. tit. Vgol. d. § 7. & d. cap. 18. in pr. & Sayr. d. cap. 12. num. 5. Huius rationis vim euitare, vt reor, volens Vgol. d. §. 7. admittit quidem, nullam fore excommunicationem, aut aliam cenſuram, ſi notorium ſit, latam eam fuiſſe in non contumacem, quoniam intolerabilem errorem contineret, quo caſu nullam fore cenſuram, conſtat ex cap. per tuas, de ſent. excomm. & cap. ſolet, & cap. venerabilibus, §. pen. & fin. eod. tit. in 6. de quo etiam latè gloſ. & Doct. ibi, & d. cap. ſacro, Vgol. d. tab. 1. cap. 13. §. 18. num. 21. & Sayr. d. lib. 1. cap. 16. num. 31. & quatuor ſeqq. quòd ſi notorium non ſit, eum non eſſe contumacem, ſentit poſſe validè excommunicari; quod tamen non probat. Denique pro hac opinione facit tum quòd ſententia etiam cenſuræ lata ſine cognitione cauſæ nulla eſt, cap. ad audientiam, de appell. tum quòd ignorantia probabilis excuſat ab incurſu cenſuræ, cap. vt animarum, de conſtit. in 6. & cap. Apoſtolicæ, de cler. excom. min. cum ſimil. latè Sanchez de matrim. lib. 9. diſput. 32. ferè per totam.

Ex prædictis igitur valde probabilis redditur hæc poſterior opinio, quam etiam puto communiorem, pro qua ſtant octo ſaltem Doct. pro oppoſita verò vix quatuor, Caiet. Cordub. Vgol. & Philiarc. reliqui enim commodè poſſunt exponi de canonica, ſeu competenti monitione, hoc eſt, trina, vel vna pro omnibus iuxta cap. ſacro, & alia iura, quæ pro ea ſolent allegari, & nos retulimus ſupr. concluſ. 3. præſcribentia monitionis formam cenſuris præmittendam. Et de hoc ſatis.

Tandem quoad poſtremam huius quæſt. concluſ. quòd
181 † omiſſio formæ traditæ in d. cap. 2. de offic. deleg. in 6. non inducat proceſſus, & cenſuræ nullitatem, expreſsè voluit ibi gl. fin. verbo, aliter, à Doct. communiter approbata; quod etiam Io. An. & alij tradiderunt d. cap. ſanè, il 2. de off. deleg. vbi ſimilis caſus habetur; & ex eo confirmatur, quòd, cum ſacri canones volunt, aliquam formam fore ſubſtantialem, ſolent apponere decretum irritans, vt patet inter pleraque alia ex cap. ſtatutum, §. fi. de reſcript. in 6. & d. cap. fi. de off. deleg. eod. lib.

Forma d. c. 1. de off. del. in 6. omiſſio.

De

De circunſtantiis loci, & temporis ferendi cenſuras, videas, ſi lubet, Vgol. d.tab.1.cap.27. & Sayr.d.lib.1.cap.14.

De aliis circumſtantiis eundem Sayr.d.lib.1. cap.13.Suar.d. diſput.3. paſſim,& Vgol. d.tab.1. cap.20. cum ſeqq. & alibi ſæpe. Nos verò iam ad alias huius cap.quæſtiones tranſeamus.

QVÆRO *igitur ſextò, quomodo à Conſeruatore facienda ſit ciuilis æſtimatio iniuriæ, ac damnorum, & intereſſe ex iniuria prouenientium.*

Multa de iniuria, quatenus materia quædam eſt,circa quam verſatur Conſeruatoris iuriſdictio, egimus cap. præced. quæſt. 3.concluſ. 1. & 2. ac præcipuè quæ dicatur iniuria, à qua ſibi commiſſos debet defendere Conſeruator; necnon quæſt. 4. concluſ.vlt. quib. caſibus quis actione iniuriarum ciuili teneatur; nam criminalem earum actionem ad Conſeruatoris cognitionem regulariter non pertinere ead. quæſt.4. ferè per totam docuimus. Reliquum nunc eſt, quod huic loco tamquam proprio ibidem reſeruauimus, vt videamus,ea tamen,qua fieri breuitate, ac perſpicuitate poterit, quanam ratione coram Conſeruatore facienda ſit huiuſmodi ciuilis æſtimatio iniuriæ, necnon damnorum,& intereſſe ratione talis iniurię.diſtinctam enim fore † actionem ciuilem iniuriæ ab actione ad damna, 182 & intereſſe, ſatis probant Couar.lib.2. var.reſol. cap.10. num. 7. verſ.quartò eodem iure, verſic. tenetur item 15. verſ. hæc omnia, & verſ. ſic iniuriam paſſus, & Petr. à Plach. epit. delictor. lib.1. cap.6. tit.de iniur. num. 9. quos refert, ac ſequi videtur Farinac. quæſt.105. crimin.inſpect. 2. num. 79. & duob. ſeqq.ſatíſque conſtat ex cap.olim, de iniur. ibi, propter iniuriam banni, & expenſas, & damna tali occaſione ſecuta, taxatione iuramento præmiſſa, in mille libris vſualis Monetæ prædicto Epiſcopo ſententialiter commune Florentinum duximus condemnandum. necnon ex cap.ſi canonici,ibi, de damnis, & iniuriis ſatisfacere tenebuntur, de off. ord. in 6. damna 183 † verò, & expenſas inter ſe differre, conſtat ex cap. in noſtra, de iniuriis; quomodo verò inter ſe differant, tradunt ibi gloſ. 184 & Doct.& iurib.ibidem per eos alleg.non immoror.

Actio ciuilis iniuriæ in quo differat ab actione ad dãna & intereſſe.

Damnorum & expẽſarũ differentia.

Æſtimatio iniuriæ dãnorũ & intereſſe pertinet ad Cõſeruatorem.

Iam verò, ſuppoſito, † ad Conſeruatorem, tamquam iudicem competentem, ſpectare æſtimationem huiuſmodi ſiue iniuriæ, ſiue damnorum, & expenſarum, vt poſt Innoc.d.cap. 1.de off. deleg. in 6. ſupponunt Doct.ferè omnes ſiue ibi, ſiue

d.cap.fin. eod.tit.& lib. & S. Anton.3.part. ſum. tit. de excom. cap.37.ad fin.

185 *Æſtimatio iniuriæ facienda eſt iuxta tẽpus illationis.* Prima Concluſio. Æſtimatio iniuriæ † facienda eſt ſecundùm tempus illatæ iniuriæ,non autem ſecundùm tempus æſtimationis. text. eſt ad litteram in l. iniuriarum æſtimatio , ff.de iniur.per quem aliis relatis id adnotauit inter ceteros Ant.Gomez.de delict.cap.6.rubr.de iniur. num.7.verſ. ciuiliter autem, & Farinac.d.inſpect.2.num.37.

186 *Quomodo taxetur pretio iuramẽto.* Secunda concluſio. Iniuriæ æſtimatio , prout à damnis , & intereſſe diſtinguitur , † fit ad certam quantitatem iuratam ab ipſo actore affectionis iuramento , ſalua ſemper ipſius iudicis taxatione , ex qua quantitatis iuratæ moderatio fit. Ita ex text. in l.videamus, §.1.ff.de in lit. iuran. gloſ. communiter recepta, in princ. Inſtit.de action. & cap.ſi canonici,vbi Franc.in ſpecie tradit Couar.d.verſ.ſic iniuriam paſſus,& alij,de off.ord. in 6. ſic exponendi ſunt allegati per Farinac. d. inſpect.2. num. 38. volentes, æſtimationem iniuriæ in primis medio iuramento faciendam eſſe per partem , quæ debet exprimere quantitatem , ad quam prætendit iniuriantem condemnari pro iniuria ſibi illata, ídque , vt latè probat Farin. ibid. & nu.ſeq. ſiue agatur

187 *Actio merè ciuilis & prætoria quæ ſint.* actione merè ciuili † deſcendente ex l.Cornelia,cùm quis dicit,ſe pulſatum (hoc eſt,ſine dolore percuſſum,)verberatum, (id eſt, cum dolore,) vel domum ſuam vi introitam,vt habetur in l. lex Cornelia , in princ. ff. de iniur. ſiue actione prætoria, quæ ex Prætoris edicto in aliis caſibus omnibus , exceptis illis tribus, datur, vt per gloſ.communiter approbatam §.ſed & lex Cornelia , verbo , introduxit , Inſtit. de iniur. & colligitur ex d.l.lex Cornelia , §.hac lege, cum ſeq.reiecta diſtinctione gloſ. 1.d.l.lex Cornelia, & l.iniuriarum æſtimatio,ff.eod.vt in actione iniuriarum prætoria iniuriam paſſus medio iuramento æſtimet , in ciuili verò , quæ deſcendit ex lege Cornelia ſolus iudex taxet ; prout eam diſtinctionem reiicit Rot. Rom. deciſ. 4. de iniur. aliàs 486. in nou. & alij plerique relati à Farinac. d. num. 39. ſic etiam exponendi ſunt quotquot eam praxim hac in re dant , vt dicat iniuriatus , quòd potiùs voluiſſet tantum de ſuo amiſiſſe , quàm illatam ſibi iniuriam paſſum eſſe , quod eſt referre ſe quodammodo ad damnum , inter quos eſt gloſ. recepta, d.cap ſi canonici , verbo , damnis , & iniuriis , aliique plures ad id allegati per Farinac.d.inſpect.2.num.42.& ſeq qui

tamen

tamen num.44. ex aliis multis, atque etiam ex communi,teſte Gomez.de delict. d.cap.6. rubr. iniur. num.7. verſ. ſed dubium eſt, ait, poſſe ſe referre ad lucrum,dicendo nimirum,quòd pro tanto noluiſſet talem iniuriam ſuſtinere; quamquam neceſſe non ſit,vt ſe ad lucrum referat,aut damnum,ſed ſufficiat,quòd abſque alia relatione æſtimet iniuriam ad certam quantitatem, in illámque petat iniuriantem condemnari, vt idem Farinac. ſupr.num.41. ex Doctorib.pleriſque tradit.

Tertia concluſio. Si iudex videt hanc æſtimationem iniuriæ à parte factam fore exceſſiuam, † poteſt,ac debet eam moderari: ita gloſ.recepta d.cap.ſi canonici, verbo, damnis, & iniuriis, in fine Couar. d.verſ ſic iniuriam paſſus, & alij quamplurimi relati per Farinac.d.inſpect 2. num.45. & Gomez.d.num. 7.verſic.vnum tamen eſt,vbi teſtatur de communi,& vera Doctorum opinione. 188 *Æſtimatione iniuriæ exceſſiuã moderari debet iudex.*

Quarta concluſio. Hæc æſtimatio iniuriæ † debet fieri à parte cum iuramento. Probatur id ex text.in d.cap.olim,de iniur.& gloſ.ac Doct. ibid. & in cap.ſi canonici, de off. ord. in 6. tenéntque omnes Doctores mox allegandi pro duab. opinionib.inter ſe diſſidentibus; in hoc enim conueniunt,quòd iuramentum requiratur in iniuriæ æſtimatione, quod & in ſpecie ex communi reſoluit Io. Fab. d. §. ſed & lex Cornelia num. 3. Inſtit.de iniur. An verò † iuramentum hoc præcedere debeat, vel ſequi iudicis taxationem non leuis eſt difficultas. licèt autem ſatis ſuſtineri poſſit, poſſe iuramentum hoc præcedere taxationem iudicis, cum ſit iuramentum affectionis,non veritatis, vt ſupr.concl. 1. ex Couar. & aliis dicebamus, quod etiam tenuerunt plurimi Doct. relati per Maſcar. de probat. concluſ. 903. num.9. & Farinac.d.inſpect.2.num.48. Tamen quoniam plerique etiam tenuerunt, quòd hoc iuramentum ſequi debeat iudicis taxationem, quos refert Farinac. ibid. num.49. & Clar.§. iniuria, num.7. dicens eſſe Theoricam, quam tradunt Doct.in hac materia, in qua etiam ſententia fuit Rot. Rom. d. deciſ.4. necnon 1. de iniur. non mediocriter quoque roborata ex text. d.cap. olim, dum ibi fit condemnatio in certa ſumma propter iniuriam banni,damna,& intereſſe taxatione iuramento præmiſſa; maximè cum æſtimatio iniuriæ,ſeu condemnatio propter iniuriam eadem ratione in eo textu fiat, ſicut damnorum, & expenſarum, reſpectu quorum debet omnino præcedere

189 *Æſtimatio iniuriæ à parte faciẽda medio iuramento.*

190 *Iuramẽtum partis in æſtimatione iniuriæ an præcedat vel ſequatur iudicis taxationẽ.*

dere taxatio iudicis, vt paulò poſt concl. 6. dicemus, necnon ex Auth nouo iure poſt iuſiurandum, aliàs incipit, poſt iuſiurandum, C de iud. vbi generatim dicitur, poſt iuſiurandum delatum, & præſtitum non licet iudici ampliùs taxare. Ideo tutiùs erit in praxi hanc poſteriorem opinionem ſequi, quæ caret difficultate. Niſi conciliando vtramque opinionem dicamus, quòd iuramentum affectionis præcedere, veritatis verò ſequi debeat taxationem.

191 *Æſtimatio damni ratione iniuria quomodo faciẽda.*

Quinta concluſio. Æſtimatio iniuriæ † quoad damnum, ſeu expenſas, & intereſſe, ſi poteſt fieri per teſtes, aliáſve probationes legitimas, non debet recurri ad iuramentum. Probari id videtur ex l. ſi quando, C. vnde vi, ibi, ſi non poſuerit qui vim ſuſtinuit, quæ perdidit, ſingula comprobare, taxatione à iudice facta pro perſonarum atque negotij qualitate ſacramento æſtimationem rerum, quas perdidit, manifeſtet, nec ei liceat vltra taxationem à iudice factam iurare, &, quod huiuſmodi iureiurando dato fuerit declaratum, iudicem condemnare oportet. ſed id expreſsè docet gloſ. communiter recepta in cap. in primis, §. Glorioſus autem Corniculus, verbo, expẽdiſſe, verſic. item iudex priùs taxabit, ſentit etiam Rot. d. deciſ. 1. & 4. de iniur. quæ tamen vnáque indicat non poſſe hæc probari per teſtes, quod etiam colligitur ex cap. vlt. de his, quæ vi, metúſve cau. fi. ibi, poſtquam de violentia per teſtes, & de omiſſis rebus per ipſius conſtiterit ſacramentum, potuit iudex taxatione ab ipſo facta pro perſonarum, ac negoti j qualitate vos in æſtimatione rerum amiſſarum iuramento aduerſarij declarata rationabiliter condemnare, atque ibi gloſ. in verbo, per teſtes, communiter à Doctorib. recepta adnotauit. vnde indiſtinctè, quòd hæc iuramento probentur, habemus in d. cap. vlt. c. olim, de iniur. & cap. in primis, d. §. Glorioſus autem, 2. q. 1.

192 *Æſtimatio dãni expenſarũ & intereſſe an poſſit fieri per iuramẽtum.*

Sexta concluſio. In æſtimatione damnorum, expenſarum, & intereſſe ex iniuria prouenientium, † iudex priùs debet inſpecta negotij, ac perſonarũ qualitate taxare, huiuſmodi damna, expenſas, & intereſſe ad certam quantitatem, circa quam iuret paſſus iniuriam. Ita apertè colligitur ex omnibus iuribus citatis in præced. concluſ. tenéntque gloſ. & Doct. ibi Couar. d. verſic. ſic iniuriam paſſus, ita quoque aſſerens notare omnes in l. properandum, C de iud. eámque rationem afferens, quòd hic agitur de iuramento non affectionis, ſed veritatis, & ideo conuenit,

Digitized by Google

uenit, vt ſi qua moderatio à iudice adhibenda eſt, præmittatur ipſi iuratæ aſſertioni. ſic etiam exponi poſſunt Clar. d. num. 7. Marant. in ſpec. aur. part. 4. num. 10. & alij relati à Farinac. d. num. 49. aſſerentes iniuriæ æſtimationem vt plurimum à parte abſque iuramento factam in libello, fore à iudice taxandam, & moderandam arbitrio ſuo attentis circumſtantiis ad certam quantitatem, vt pars in illa, vel infra illam, non autem vltra iuret, ſeu iuramento declaret; in qua ſic declarata debet poſtea iudex iniuriantem condemnare.

Septima concluſio. Regulariter debet iudex † poſt delatum à ſe iuramentum veritatis pro æſtimatione iniuriæ, aut etiam damnorum, expenſarum, & intereſſe ratione iniuriæ, in quantitate per partem iurata condemnare. Colligitur id apertè ex d. cap. vlt. cap. olim, & cap. in primis, & apertiùs adhuc ex d. l. ſi quando, C. vnde vi, in fine, cuius verba retulimus ſupr. concluſ. 5. apertiſſimè ex d. Auth. nouo iure poſt iuſiurandum, C. de iud. ibi, nec habeat licentiam iudex minus, quàm iuratum fuerit, condemnare; quamuis hæc Auth. exponi poſſit, prout loqui videtur, quando priùs iudex taxauit quantitatem, hoc eſt adhibita plena cauſæ cognitione determinauit certam quãtitatem; vel, vt exponit gloſ. d. l. videamus, §. item videndum, verbo, magna cauſa, ff. de in lit. iur. loquitur de expenſis litis; at verò d. §. item videndum, loquitur de iuramento in litem, in quo ex magna cauſa, & poſtea repertis probationibus, vt ibid. dicitur, poteſt iudex in minus, quàm iuratum eſt, condemnare, vel etiam prorſus abſoluere.

193 *Cõdemnare debet iudex in quãtitate delato veritatis à ſe iuramento.*

Octaua, & poſtrema concluſio. Si plures fuerint alicui illatæ iniuriæ, † vt aliquæ verbo, aliquæ facto, aliáve ratione, poterit actor omnes iniurias aut vnica æſtimatione comprehendere, aut ſingulas ſingulariter æſtimare. ita poſt Cyn. in l ſi non conuicij, num. 19. C. de iniur. & ibi Alber. num. 15. Salic. in l. 4. nu. 4. C. eod. & Io. An. in addit. ad Specul. tit. de iniur. §. 1. nu. 7. tradit Farinac. d. inſpect. 2. num. 51.

194 *Æſtimari an poſſint ſimul plures iniuriæ.*

Quòd ſi quis † plura ſcire cupiat de æſtimatione iniuriæ, etiam quòd pertinet ad damna, expenſas, & intereſſe, præter Doct. ſupr. hac quæſt. citatos, & quos ipſi allegant, videndi ſunt etiam Canoniſtæ, atque inter alios Innoc. in cap. ſacro, §. caueat etiam diligenter, ad verbum, intereſſe, de ſent. excom. Specul. tit. de expenſ. & tit. de fruct. & intereſſe.

195 *Æſtimatio iniuriæ quo ad damna, expenſas, & intereſſe vnde ſumenda.*

Quoniam verò æſtimatio iniuriæ, atque etiam damnorum, expenſarum, & intereſſe inde conſequentium pendet ex iniuriæ qualitatibus, ac circumſtantiis, vt putà perſonæ, rei, ac ſimilibus, vt patet ex d. cap. vlt. de his, quæ vi metúſve cau. fi. necnon ex l. item apud Labeonem, §. quod ait Prætor, aliàs §. hæc autem, ff. de iniur. & l. Prætor edixit, §. atrocem, ff. eod. l. actorem, C. eod. & §. atrox, Inſtit. eod. tit. cum ſimil. non abs re erit aliquas ſaltem generales regulas tradere, vnde leuis iniuria, vel grauis, ſeu atrox dignoſcatur.

196 Prima igitur Regula eſſe poteſt, quòd † leuitas, ſeu grauitas iniuriæ ſumitur ex qualitate rei: conſtat id ex iuribus mox allegatis.

Iniuria grauitas vel leuitas vnde ſumatur.

Secunda. Sumitur quoque † ex qualitate perſonæ, ſiue quæ iniuriam intulit, ſiue quæ accepit, vt patet ex iiſdem iuribus

197 atque etiam colligitur ex d. cap. cum illorum, §. quod ſi clauſtrales, de ſent. excomm. necnon ex l. ſed ſi vnius, §. quędam, vbi Bart. Ang. Alber. & alij, ff. de iniur. gl. per illum text. in l. fi. verbo, ex perſona, ff. eod.

An ex qualitate perſonæ inferētis vel paſſæ iniuriam, an

Tertia Regula eſt, grauitas aut leuitas iniuriæ † ſumi etiam

198 poteſt ex tempore; ita gloſ. & alij d. l. atrocem. C. de iniur. text. eſt in d. l. prætor edixit, §. atrocem, qui eſt fi. ff. eod. exemplum afferens, ſi in ludis, & in conſpectu prætoris, aut in ſolitudine;

ex tempore,

199 quæ tamen potiùs ſpectare videtur ad locum, vnde † conſtitui poteſt quarta Regula, de qua in l. ſed eſt quæſtionis, ff. eod. & ibi gloſ. recepta, & d. l. atrocem, cum aliis relatis pariter, & probatis per Farinac. d. quæſt. 105. inſpect. 4. num. 176. & 186. vſque ad 194.

ex loco.

Quinta Regula generalis eſt, quòd ea dicitur atrox iniuria,

200 † propter quam aut donatio reuocatur, iuxta l. fi. C. de reuoc. don. aut filius exhæredatur, iuxta §. cauſas, Auth. vt cum de appel. cognat. ídque adnotauit Farinac. d. inſpect. 4. num. 178. poſt Alber. d. l. prætor edixit, §. fi. ff. de iniur. & Carer. in pract. tract. de homicid. & aſſaſſin. §. ſequitur, ex quibus cauſis excuſetur mandatarius num. 3. vbi propterea infert, quòd quælibet leuis

Atrox iniuria quæ dicatur.

201 iniuria habens admixtam ingratitudinem grauis reputatur.

Sexta eſt, † iniuriam leuem, aut grauem, vel atrocem reputari ſecundùm communem opinionem loci, in quo illata fuit; ita Farin. ſup. num. 179. & Ang. in l. non ſolùm, §. ſi mandato, nu. 5. ff. de iniur. inferens nu. 180. ex eod. Ang. ibid. Florentiæ pugnum

Iniuria leuis, grauis, & atrox quæ reputetur.

gnum reputari leuem iniuriam, & alibi atrociſſimam eſſe incendere alicui barbam.

Septima Regula eſt, grauior cæteris paribus † eſt iniuria, 202
quæ fit perſonæ, ſeu corpori, quàm quæ verbis, aut in rem; ita poſt alios Farinac. ſupr. num. 181. & probat per text. l. prætor edixit, §. fi. ff. de iniur. quo tamen melior meo iudicio eſt d. l. ſed eſt quæſtionis, in prin. eo. idem verò Farin. nu. 183. optimè docet, † perſonalem iniuriam dici, licèt non corpori ipſi, ſed ve- 203
ſtimentis corpori adiacentibus fiat; & nu. 184. iure monet poſt alios, grauiorem quidem iniuriam eſſe ceteris paribus quæ corpori, quàm quæ verbis infertur, illam tamen non ſemper atrocē eſſe: id quod etiam probatur ex d. l. ſed eſt quæſtionib. §. ſed & ſi in Theatro. Dixi autem, cæteris paribus, quoniam negari non poteſt, quin poſſit quoque eſſe grauior aliqua iniuria, quæ rei infertur, verbíſve fit, quàm quæ corpori, vel perſonæ, vt de ſe patet, & ex eo ſatis conuincitur, quod mox ex d. §. ſed & ſi in theatro docuimus, non omnem iniuriam, quæ corpori fit eſſe atrocem; dicit enim ibi Vlpianus. Sed & ſi in theatro, vel in foro cædit vel vulnerat, quamquam non atrociter, atrocem iniuriam facit. Quoad cætera, quæ de iniuriæ leuitate, vel grauitate, ſeu atrocitate præcipuè in ſpecie, & ſigillatim dici poſſunt, ne nimis longum abſque neceſſitate faciam, remitto lectorem ad iura & Doct. quos in hiſce regulis allegauimus, ac præterea Ant. Gomez. de delict. cap. 6. rubr. de iniur. Menoch. de arbitrar. iud. caſ. 263. & Iacob. Graf. lib. 2. deciſ. caſ. conſc. part. 2 cap. 17. Iámque ad alias quæſt. veniamus.

Iniuria corpori facta, grauior, quā facta verbis aut in rem.

Perſona quando dicatur fieri iniuria, & an ſit ſemper atrox.

QVÆRO *ſeptimò, Quomodo Conſeruator procedere debeat in prolatione ſententiæ.*

Quod Conſeruator regulariter proferre debeat aliquam definitiuam ſententiam, ſi ſit deputatus cum plena iudicis poteſtate, nulli dubium eſſe poteſt, cum id paſſim conſtet ex iurib. præcipuè verò ex tot. tit. de ſent. & re iudic. necnon de ſent. & interlocut. omn. iud quòd autem idem debeat facere in cauſis ei commiſſis, ſimpliciter, de plano, & ſine ſtrepitu, ac figura iudicij, & Clem. ſæpe, de verb. ſig. & aliis docuimus ſup. hoc ipſo cap. quæſt. 2. concluſ. 16. quin immò, quòd aliquam etiam licèt non ita ſolemnem ferre debeat Conſeruator deputatus iuxta terminos d. cap. 1. & fin. de offic. deleg. in 6. hoc eſt, quatenus nequit cognoſcere niſi de notoriis iniuriis, & violentiis,

Digitized by Google

ſatis oſtendimus hoc eodem cap. quæſt. 1. concluſ. vltim.

Reliquum nunc eſſet, vt quatuor hoc in loco circa modum ferendæ ſententiæ, ſeu in ea procedendi tractaremus; quorum primum eſt, An Conſeruator debeat per ſe ipſum proferre ſententiam: ſecundum, an in ſcriptis; & hoc vtrumque ſiue Conſeruator deputatus ſit ad terminos d. cap. 1. & ſi ſiue cum clau-

204 ſula, ſine figura iudicij. Tertium, an † poſſit habere terminum pro ſeruato, hoc eſt, vt eo die, in quem cadit citatio ad eam ferendam emanata, ſententiam ipſam non proferat, ſed tantùm iubeat tunc notario, vt pro eo die rogatus ſit de ſententia, quam poſtmodum ei tradet intra certum terminum, puta decem dierum, vt fit Mediolani coram iudicibus Eccleſiaſticis Ordinariis; vel alium incertum, vt in ſacro Rotæ Romanæ auditorio iuxta ea, quæ tradit inter ceteros Octau. Veſtr. in Prax. Rom. Cur. lib. 7. cap. 1. num. 12. & ſeq. aut alium ſimilem breuem terminum, iuxta cuiuſque fori conſuetudinem, aut etiam conſtitutionem. Quartum an poſſit pronuntiare, vt in cedula,

Habere terminum pro ſeruato quid ſit.

205 hoc eſt, † non quidem legere ipſe per ſe, vel alium, & ſtatim ſententiam ipſam à ſe ſubſcriptam notario conſignare; ſed poſtquam ſic pronuntiauit, verbaliter pronuntio, vt in cedula, viſis actis ſententiam ſcriptam ponderare, emendare, ac formare, ac tandem maturè conſideratam manu propria ſubſcribere, & notario in actis cuſtodiendam tradere, qui ad eius tergum diem, qua lata, non autem, qua tradita ſibi fuit à iudice, adnotare ſolet, prout de ſtylo ſacri Auditorij Rot. Rom. teſtatur Veſtr. d. lib. 7. c. 1. nu. 11. & duob. ſeqq. Quintum denique quo in loco ſpeciali debeat ſententiam proferre, ſicut alios actus ſui proceſſus facere. nam de loco generali ciuitatis, vel diœceſis, in qua eſt deputatus, ſatis egimus cap. præced. quæſt. 1. circa initium, & quæſt. 7. ferè per totam. præſertim verò præmiſſ. 3. & concluſ. 1. vbi etiam aliquid de prorogatione quoad locum ex partium conſenſu diximus, quod deinde latiùs executi ſumus quæſt. 8. eiuſdem præced. cap. concluſ. 7. iunctis adductis ibid. concluſ. 3. Verum, cum duo priora, licèt incidenter, breuitérque, ſufficienter tamen tractauerimus, quoad Conſeruatorem quidem de notoriis tantùm cognoſcentem d. quæſt. 1. concluſ. vlt.

Pronũtiare vt in cedula quid ſit.

Quoad eundem verò ſummariè procedentem d. q. 2. concl. 17. ne actum agamus, tria poſtrema dumtaxat ſingulis concluſionibus

ſionibus propoſitis hîc diſputabimus; omiſſa etiam illa diſputatione, an † poſſit ſtando ferre ſententiam Conſeruator, qui 206
cognoſcit tantùm de notoriis, per ea, quæ in ſummariis cauſis indulgentur d.Clem.ſæpe,§.ſententiam verò;quoniam probabiliter dici poteſt, idem etiam ſtatuendum de iudice in notoriis, in quibùs minùs ſolemnis ordo iuris exigitur, quàm in ſummariis cauſis, vt iam ſæpè admonuimus,& ſatis colligi poteſt ex iis,quæ de ordine iuris ſeruando in notoriis tradidimus ſupra hoc eod cap.quæſt. 1.& de eo, qui ſeruari debet in cauſis ſine figura iudicij commiſſis, latè docuimus eod.cap.q.2. ferè per totam; iiſque præſertim iuribus allegatis d.q.1. concluſ.1. in quibus habetur, in notoriis vel nullum, vel ferè nullum iuris ordinem ſeruandum. Quod idem eadem planè ratione dicendum erit de illo articulo, an † poſſit Conſeruator ſententiam ferre die feriato; cum enim in ſummariis poſſit procedere, atque adeo ſententiam ferre ſaltem diebus feriatis ob neceſſitatem hominum, vt d.q.2. concluſ. 7. hoc ipſum ſtatuendum erit in Conſeruatore de notoriis iniuriis, & violentiis dumtaxat cognoſcente & generaliter Conſeruator ſic deputatus poterit omittere iuris ordinem in iis, in quibus quoad cauſas ſine figura iudicij commiſſas d. quæſt. 2. ferè per totam remiſſum eum eſſe demonſtrauimus. Iam verò ad concluſiones veniamus.

Stãdo ferre ſententiam poteſt Cõſeruator: &

207 *An diebus feriatis ob neceſſitatem hominum.*

Prima concluſio. Debet Conſeruator † ſiue plenariè, ſiue 208
ſummariè procedens, ſiue etiam de notoriis tantùm iniuriis,& violentiis cognoſcens in termino citationis poſtremò emanatæ ad ſententiam, ipſam ſententiam re ipſa ferre, nec poteſt habere terminum pro ſeruato. Probatur, quia regulare eſt,debere iudicem ſententiam ferre in termino peremptorij, ſeu poſtremæ citationis ad ipſam ſententiam audiendam,vt ſatis conſtat ex l.ad edictum, ff.de iud. cap.cum olim, in fi.de teſt.& d. Clem.ſæpe, §.ſententiam verò,de verb.ſig.& Doct.ibid.& alibi ſæpe adnotarunt. optimus etiam text. Secundùm vnum intellectum à nonnullis probatum in l.cum non eo die, C.quan. prouoc. non eſt neceſ. & Bart.id adnotauit ibi, & in l. aut qui aliter, & in l.ſi vitem, §.vlt.ff.quod vi,aut clam,ac Doct.communiter in cap.conſuluit, de off.deleg. & inter Practicos Specul.tit.de ſent.§.qualiter autem, in princ. & colligitur quoque ex l.2.C.de ſent.ex peric. (aliàs ex breuic.) recit.ibi,poſt nego-

Habere non poteſt quiuis Conſer. terminum pro ſeruato.

Digitized by Google

tium ſententias ponderatas ſibi ante formatas, & emendatas ſtatim in libello conferrent, ſcriptáſque ex libello partibus legerent. vnde cum non reperiamus Conſeruatorem, aliúmve iudicem de notoriis cognoſcentem, aut etiam ſummariè procedentem ab hac regula exceptum, ei ſtandùm quoad illos quoque erit, iuxta text. in cap. 2. de coniug. Leproſ. cum aliis ad id allegatis per gloſ. & Doct. cum ibi, tum in rubr. de regul. iur. necnon Euerar. in loc. ab except. ad reg. num. 12. Verùm
209 quod attinet ad Prouinciam Mediolanenſem, † in ſpecie quòd Conſeruator, aut alius iudex à ſede Apoſtolica delegatus nequeat in ſententiis ſaltem definitiuis habere terminum pro ſeruato, fuit expreſsè cautum, ac definitum à fel. rec. Gregor. XIII. ſub die 4. Iunij 1580. in conſtit. quæ incipit, Romanum decet Pontificem, ad id, & alia pleraque, quorum ſuis locis mentionem faciemus, à S. Carolo Card. S. Praxedis tunc Archiepiſcopo Mediol. impetrata, quam Conſeruatores, aliique iudices à ſede Apoſtolica in vniuerſa Mediolanenſi prouincia etiam ad fauorem Regularium deputati omnino teneantur obſeruare: eius verò tenorem infra ante finem huius cap. inſeri curabimus.

Terminus pro ſeruato non habetur in prouincia Mediolan.

210 Quamuis autem, vt dictum eſt, † alicubi contra iuris diſpoſitionem, ſtylus inductus ſit vt Ordinarii, aliíve iudices poſſint in ſententiis quoque definitiuis habere terminum pro ſeruato, qui ſanè, cum non ſit contra ius naturale, aut diuinum, admitti poteſt vbi alioqui ſit rationabilis, ſi fuerit legitimè præſcriptus, hoc eſt, ſpatio 40. annorum, iuxta text. in cap. fin. de conſuet. cum maximè ſtylus cuiuſque fori in ordinariis iudicij ſit attendendus licèt contra ius poſitiuum ſit, vt tradit Soc. & alij communiter in cap. quod clericis, de foro compet. quin etiam non videatur hic ſtylus habendi terminum pro ſeruato omnino contra prædicta, & ſimilia iura; quoniam ſententia, licèt poſtea lata, ponitur ſub die termini, in quem cadebat ſententia, tamen negari nequit quin re ipſa in termino non feratur ſententia, vnde nec dicitur tunc terminus ſeruari, ſed haberi pro ſeruato. Quare obſeruanda erit huiuſmodi conſuetudo ſolùm in locis, & iudicibus, in quibus ea legitimè ſit inducta, tum quòd ex vulgata iuris regula, quæ à iure exorbitant, non ſunt in conſequentiam trahenda; tum quòd in ſpecie, conſuetudinem, quæ contra ius ſit, non extendi de loco ad locum, de perſona ad perſonam, neque de caſu ad caſum,

Valet contrarius ſtylus legitimè inductus.

conſtat

conſtat ex l. quod non ratione, ff. de leg. cap. quod tranſlationem, de offic. leg. & cap. fi. de offic. Archid. cum aliis quibus id latè comprobat Roch. Curt. in repet. d. c. fi. de conſuet. ſect. 4. num. 1. vſque ad 10.

Secunda concluſio. Non poteſt Conſeruator regulariter † pronuntiare, prout in cedula, ſed debet ſtatim ex ſcripto ſuam ſententiam recitare, publicare, notarióque conſignare. Ita in ſpecie quoad Conſeruatores etiam Regularium in Mediolanenſi prouincia deputatos cauetur in præfata Gregoriana conſtitutione. Sed quod idem regulariter ab omnibus Conſeruatoribus circumſcripta conſuetudine ſpeciali ſufficienter inducta ſit ſeruandum, conſtat ex eo, quod generatim hac in re de iudicibus decernitur d. cap. fi. de ſent. & re iudic. in 6. dum ibi dicitur, ſententiam definitiuam, poſtquam ſcripta fuerit, debere à iudice de ſcripti recitatione proferri, aliàs nec nomen ſententiæ meretur habere, nec ab ea eſt appellare neceſſe; quod idem decernitur in l. 1. 2. & 3. C. de ſent. ex breuit. recit. d. verò l. 2. præterea cauetur, quòd ſtatim eas in libellum conferant, hoc eſt, inter acta tabellionis ponant, vt ibidem gloſ. in verbo, libello, communiter recepta adnotauit. 211 *Pronũciare vt in cedula an poſſit Cõſeruator.*

Tertia, & poſtrema concluſio. Conſeruator † non poteſt habere vllum tribunal erectum, ſicut Ordinarij, in quo ferant ſententias, & alios actus iudiciales faciant; ſed illud eligere poteſt, ac debet vel in loco, in quo erectum fuit ab Ordinario, vel etiam in ſuo cubiculo, aut alio honeſto loco. Probatur hæc concluſio quoad primam partem ex Trid. Conc. ſeſſ. 14. c. 5. de reform. non longè ante finem, in hæc planè verba. Non liceat quoque Conſeruatoribus iudicibus vllum habere tribunal erectum. Sed quoniam à toto illo canone ipſum etiã Trid. Concil. ibid. in fine eximit vniuerſitates generales, ac Collegia Doctorum, ſeu Scholarium, & Regularia loca, necnon Hoſpitalia actu hoſpitalitatem ſeruantia, ac Vniuerſitatum, Collegiorum, locorum, & Hoſpitalium huiuſmodi perſonæ; vt in his quoque locum habere priorem noſtræ huius concluſ. partem oſtendamus, ad alia fundamenta nobis eſt confugiendum. Id ipſum ergo generatim ex eo poteſt perſuaderi, quòd habere tribunal erectum eſt proprium iudicis Ordinarij; eſt enim tribunal locus in quo ſolet ius per Ordinarios reddi, vt apertè colligitur ex l. 1. ff. de iudic. l. 2. ff. de re iudic. & l. pen. ff. de iuſt. & iur. 212 *Tribunal erectũ habere nequit Conſeruator.*

Digitized by Google

& iur. per quem text.tradit hoc inter cæteros Hier. Cagnol. d. l. 1. num.25. & 39. vbi etiam in ſpecie poſt Bal.docet, iudicem delegatum non habere proprium tribunal; quod & ſentiunt gloſ.Bart.Caſtr. & alij d. l. 1. & poſt eundem Bal.in l.cum ſententiam, C. de ſent. & d.l.pen. expreſsè docet Marant in ſpec. aur.3.partic.6.part.princ. nu.72. & Alber. in ſuo Dictionario, verbo, tribunal.

213 *Tribunal vbi eligere debeat Conſer.* Poſterior pars † patet; ex eo enim quòd non poteſt habere proprium tribunal, debet illud eligere in aliquo alio honeſto loco; atque ita poſt Bal. vbi ſupr. tenet Marant. d. num. 72. & ſeq. & facit text.in l.ſi locus, ff.de iudic. iuncta l.ſi cum dies,§. ſi arbiter, ff.de arbitr. Quamuis autem † teneatur iudex in eo loco, ad quem ſemel partem citauit, reliquos actus facere, ac ſententiam ferre, atque adeo nequeat regulariter tribunal mutare, vt de cæteris iudicibus ſatis colligitur.ex l.ſi, vt proponis la 2.C.quomod. & quand. iud. quod ibi Bart. Caſtr. & alij adnotarunt, & Marant. ſupr.74. Tamen exiſtimo, de conſenſu partium, vel ex iuſta cauſa poſſe mutare; vt de iuſta cauſa ſatis probat Marant. ibid. num. 83. & ſeq.pro quo eſt bonus tex. in cap.ſtatuimus, de off.deleg.in 6.& Clem.1.de foro compet. quoad partium conſenſum tradit Marant ſupr.num.79.poſt gl. l.cum non eo die, C.quando prouoc. non eſt neceſ. Bart. d. l. pen.circa fi.de iuſt. & iur. Abb.in cap.pen.col.5. de offic.deleg. Hoc tamen ita accipiendum eſt, dummodo Conſeruator non egrediatur fines diœceſis, vel ciuitatis, in qua eſt deputatus: ita enim prohibetur ei extra huiuſmodi fines contra quoſcunque procedere, vt neque partium conſenſus eum iuuare poſſit ad actus nullitatem vitandam,vt ex text.d.cap. fi. §. Conſeruatores,iuncto §.fi.de off.deleg.in 6. ſupr.c.præced. q. 8. concl.7. ſatis oſtendimus.

214 *An ſemel electum mutare poſſit.*

QVÆRO *nunc octauò in hoc cap. An Conſeruatores, eorúmue Aſſeſſores,vel Notarij munera,expenſas,vel ſalaria accipiant.*

Quoniam quæſtio hæc, vt vides, plura continet capita,ſingula diſtinctè ſingulis concluſ. propoſitis explicabimus.

215 *Munera à parte oblata nō accipiēda à Conſeru. Apoſtolicæ.* Prima concluſio. Conſeruator à ſede Apoſtolica deputatus, † nullum munus, vel quicquid aliud poteſt à partibus accipere, niſi aliquid eſculentum, vel poculentum mera liberalitate oblatum, quod paucis diebus conſumi poſſit. Ita ſanè de delegato ſedis Apoſtolicæ cauetur d.cap.ſtatutum, §.inſuper,de reſcript.

Digitized by Google

ſcript.in 6. quam conſtitutionem mandat ſummus Pontifex d.
cap.fin.§.circa munera in huiuſmodi Conſeruatoribus per om-
nia quoad hoc, & aliqua alia, de quib.in ſeqq. concluſ. obſer-
uari. Ea porrò ratio huius concluſ. ab ipſo canonis conditore
adiicitur, vt gratis, & cum omni puritate iudicium coram eiuſ-
modi iudice procedat; etenim iudicium ſiue iuſtum, ſiue iniu-
ſtum non licet vendere cap. qui rectè, & cap. non licèt, 11.
quæſt.3. cap. non ſanè, §.ille tamen, 14. quæſt.5. & cap. cum
ab omni, de vit. & honeſt. cleric. & munera excæcant pruden-
tes, Exod.23. & oculos ſapientum, Deuteron.16. & Eccleſia-
ſtici 20.

Quatenus autem dicitur in d.§.inſuper, quòd nullum mu-
nus accipiat, concordat diuinæ ſcripturæ; nam Iſa.33.dicitur,
qui excutit manus ſuas ab omni munere, iſte in excelſis habi-
tabit; & alia multa ex plurib. Doctor. quos ibi allegat, affert
Proſp.Farinac. quæſt.crimin.111. art.10.num.235.& Menoch.
de arbitrar. iud. caſ. 517. num. 9. & ſeq. excluduntúrque tres
illæ ſpecies munerum, à manu, à lingua, & ab obſequio, de qui-
bus in cap.ſunt nonnulli, 1. quæſt. 1. vt in ſpecie iudicis ſenſit
gloſ.fi.recepta, d.cap.qui rectè, & in hac ſpecie delegati Apo-
ſtolici, atque adeo etiam Conſeruatoris gloſ.Archid.& alij d.§.
inſuper. Vbi dum dicitur, quòd † poteſt delegatus huiuſmo- 216
di recipere à partibus aliquid eſculētum, vel poculentum, quod *Eſculēta & poculēta accipere poteſt Cōſeruator.*
paucis diebus conſumi poſſit, conſonat, l.plebiſcito, ff.de off.
præſid. vbi Modeſtinus ait, plebiſcito contineri, ne quis præſi-
dum munus, donúmve capiat, niſi eſculentum, & poculen-
tum, quod intra dies proximos prodigatur; huiuſmodi enim
eſculentum, & poculentum moderatum † per iuris interpre- 217
tationem potiùs exennium, ſeu xenium appellatur, Eccli. 20. *Xenia muneris nomine propriè nō veniunt.*
1.Mach. 11. & extrauag. vnica verſ. item de xeniis, de decim.
inter commun. & vocatur etiam eulogium, cap. de euologiis,
18. diſt. quàm munus; & iudicibus permittitur, teſte Vlpiano
in l.ſolent, §. non verò in totum, cum ſeq. ff. de off. proconſ.
vbi ex epiſtola Seueri, & Antonini refert hac in re verba illa;
Quantum ad exennia pertinet, audi, quid ſentimus; vetus pro-
uerbium eſt, οὔτι πάντα, οὔτε πάντοτε, οὔτε παρὰ πάντων, (hoc eſt,
nec omnia, nec paſſim, nec ab omnibus,) nam valde inhumanum
eſt à nemine accipere, ſed paſſim viliſſimum, & per omnia aua-
riſſimum; & quod mandatis continetur, nec donum, vel mu-

Digitized by Google

nus ipſe procõſul, vel qui in alieno officio eſt, accipiat, ad exennia non pertinet.

Porrò quod dicit Iuriſconſultus d. l. plebiſcito indefinitè, 218 *Quot ſint hi dies.* † intra dies proximos, idem eſſe puto, quod dicit ſummus Pontifex d. §. inſuper, paucis diebus, nimirum ſaltem duobus, cum iuxta vulgatam iuris regulam, pluralis locutio duobus ſit contenta; probabile autem puto cum Farinac. ſupr. num. 260. poſſe extendi ad tres prout quoad prouinciam Mediolanenſem, quaſi hunc canonem interpretando extendit Gregor. XIII. in allegata conſtitutione iuris, munera, vel xenia, vbi latè forſan ſumpto muneris nomine prohibet Conſeruatoribus, & aliis iudicibus à ſede Apoſtolica deputatis à partibus accipere munera, & xenia etiam ſeu eſculenta, & poculenta, niſi quæ triduo conſumi poſſunt; pro quo etiam eſt text. l. vbi numerus, ff. de teſt.

Illud autem certius exiſtimo, quòd circumſcripta d. conſtitutione, cum d. §. inſuper certus numerus dierum, non adiiciatur, relictum id eſt arbitrio boni viri conſiderata qualitate dantis, & iudicis recipientis, & conſuetarum expenſarum, vt præter gloſ. communiter receptam, d. §. inſuper, verbo, paucis, ſentit Specul. tit. de ſalar. iudic. num. 5. arg. text. in cap. & ſi quæſtiones, de ſimon. facit etiam text. in cap. de cauſis, de off. deleg. cum ibi not. & ſuis ſimil. Ex quo illud etiam colligi videtur, 219 *An in cõputatione ſumptus famuli Conſeruatoris numerẽtur.* † vt admittendi quoque ſint in hac computatione ſumptus famuli neceſſarij Conſeruatoris, non ipſe ſolus Conſeruator; ſic enim rectè conſideratur eius qualitas; id quod etiam perſuaderi poteſt ex l. 1. & 2. C. de epiſc. & cler. l. pen. C. de fabricenſ. lib. 11. cap. fi. de off. Archid. & cap. licèt, de priuil. in 6. & aliis iuribus, ex quibus dicitur etiam priuilegia alicui perſonæ conceſſa, quæ ſtrictè ſunt interpretanda, ipſa iuris interpretatione ad eiuſdem perſonæ familiam extendi; ídque in terminis reperio tenuiſſe poſt alios Farinac. d. art. 10. num. 258.

Cum autem tam d. canon, quàm præfata conſtitutio vtatur plurali nomine litigantium, ſeu partium, ſatis probabiliter dici poteſt, 220 *An ab vtroq; litigãte poſſint eſculenta recipi.* † poſſe Conſeruatorem, ſicut & quemlibet delegatum Apoſtolicum huiuſmodi moderata eſculenta, & poculenta recipere non ab vna dumtaxat partium, ſed etiam ab earum vnaquaque, per ea, quæ in ſimili tradit gloſ. communiter approbata eod. cap. ſtatutum, §. in nullo, & Clem. ſæpe. §. & quia, verbo,

verbo, partium, & §.ſi.verbo,partibus, de verb.ſig. facit quod commune negotium vtriuſque partis gerit, vt in d. §. inſuper, quoad caſum expenſarum dicitur.

Denique circa hanc concl. illud adnotandum eſt, † quòd, 221
ſi Conſeruator aliquid præter huiuſmodi eſculentum,& poculentum, & moderatas expenſas in caſu concluſ.3.receperit, ad integram illius reſtitutionem tenetur, nulla eorum,quibus reſtitutio facienda fuerit, remiſſione vllatenus eidem profutura, vt expreſsè decernitur de delegato ſedis Apoſtolicæ d.cap. ſtatutum, §.ſi quid autem, quam conſtitutionem quoad munera ſeruandam quoque in Conſeruatoribus ſtatuit Pontifex d.cap. fi.§.circa munera. quomodo autem accipiendum ſit decretum hoc, quo remiſſio excluditur, latè nos explicauimus in tract. de diſtribut.quotid.par.3.q.5.& 6.

Pœna plus accipientib. quæ ſit.

De pœna verò corrumpentis iudicem per pecuniam; item eius, qui in hoc crimine participauerit, vel ipſius iudicis corrupti, † videndi inter alios Menoch.caſ.342. Caroc.de loc.& 222
conduct.part.1. quæſt.7. & Farinac.d.quæſt. crim.111. artic.1. vſque ad 9.art. verò 10. de munerib. de quibus etiam latè Menoch.caſ.517. & Segur. Daual.in Director.iud.Eccleſ.for.part. 1.cap.14.

Pœna corrũpentis iudicem, vel ipſius iudicis.

Secunda concluſio. Aſſeſſores, ac Notarij Conſeruatorum † non prohibentur accipere à litigantibus non ſolùm xenia 223
prædicta, verùm etiam munera. De xeniis nulla eſt difficultas; ſi enim iudicibus ipſis licet illa recipere, multò magis aſſeſſoribus, & notariis, à quibus vel prorſus non pendet iudicium, ac ſententia, vel certè non ita, ſicut à iudicibus. Quoad munera quoque idem dicendum videtur, tum quòd leges, & canones ſupra allegati id iudicibus, non autem aſſeſſoribus, ac notariis prohibent, quibus ſi prohibere hoc voluiſſent, facilè dicere potuiſſent, arg.text.in cap. ad audientiam, de decim.cap.inter corporalia, verſic. vnde ſi circa, de tranſlat. prælat. l. præcipimus, C.de appell l.vnica, §.ſi verò, C.de caduc.toll. cum ſim. quo argumento in materia Conſeruatorum vtitur gloſ.recepta d.cap.fin.verbo, præſumant, tum quòd ſalaria aſſeſſoribus, & notariis Conſeruatorum de iure conceduntur,quæ tamen ipſis Conſeruatoribus prohibentur, vt videbimus infra hac eadem quæſt. concluſ.5. & 6. Tum denique quoniam, vt paulò ante dicebamus à notariis non pendet iudicium, & ſententia, cum

Aſſeſſores, ac Notarij Conſer. munera poſſunt accipere à litigantib.

ad eos ſolùm ſpectet acta recipere; & facilè à iudice in officio contineri poſſunt pœna remotionis ab eo munere in illa cauſa, iuxta cap. quoniam contra, de probat. cum ibi not. & ſuis concordant.

224 *Aſſeſſorum iudicium an iudex ſequi teneatur.* Aſſeſſorum quoque iudicium, ſeu conſilium † regulariter non tenentur iudices ſequi, vt colligitur ex l. 1. ff. & C. de aſſeſſor. Auth. ad hæc, C. de iudic. tradúntque Doct. cum ibi, tum paſſim in eo tit. & d. cap. ſtatutum, §. aſſeſſorem autem, de reſcript. in 6. Abb. & alij in cap. decernimus, de iudic. Menoch. de arbitrar. iudic. caſ. 253. Pariſ. de Put. tract. de ſyndic. verbo, aſſeſſor, num. 22. & Franc. Marc. deciſ. Delphin. 295. num. 3. Fateor tamen quòd, ſi quando tenetur iudex, ſeu Conſeruator ſequi conſilium aſſeſſoris, vt cùm id in ſpecie mandatur in reſcripto, iuxta tradita per aliquos ex prædictis Doct. præcipuè Abb. d. cap. decernimus, num. 13. aut propter iudicis imperitiam, ad notata per alios Doct. vbi ſupra, & ea, quæ nos cap. ſeq. quæſt. 2. adducemus; tunc idem de Aſſeſſore, ac de Conſeruatore ſtatuendum erit. Fateor etiam quòd in prouincia Mediolanenſi, vt ſeruetur hac in re d. conſtitutio non poterit aſſeſſor Conſeruatoris etiam pro voto deciſiuo aliquid, aut quid minimum accipere vt in ea conſtit. verſic. Aſſeſſores, arbitrive, ſatis expreſsè cauetur; niſi eum verſic. ad ſalarium, non ad munera pertinere dicamus.

225 *Expēſas victus accipere poteſt Cōſeru. relinquens ſuum domicilium.* Tertia concluſio. Poteſt Conſeruator, † cùm ipſum propter cauſæ ſibi commiſſæ vtilitatem, vel neceſſitatem contigerit extra ſuum domicilium proficiſci, moderatas expenſas à partibus recipere, ita, vt non plus ab vna parte, quàm ab alia, exigat; & vbi notabiliter fuerint pauperes litigantes, etiam pro expenſis nihil prorſus exigat ab iiſdem. Ita de ſimplici delegato ſedis Apoſtolicæ cauetur d. cap. cum ab omni, de vit. & hon. cleric. & iiſdem ferè verbis decernitur d. cap. ſtatutum, §. inſuper, de reſcript. in 6.

226 *An ab impēſis prædictis ſit aliquid deducendum.* Porrò ex huiuſmodi impenſis † non debent deduci eę, quas domi eſſet facturus, ſed integras habebit, vt ait gloſ. recepta d. §. inſuper, verbo, moderatas; tum vt differat ab Ordinario, qui eas deducit, §. illud tamen, Auth. de mand. princip. tum quòd in procurationibus hæ non deducuntur, vt ſatis colligitur ex iurib. omnib. quæ de iis diſponunt, præcipuè verò ex cap. felicis, quod eſt 3. de cenſ. in 6. ſicut neque in expenſis teſtium, qui

Digitized by Google

qui integrè eas percipiunt, cap. venturis, 4. quæſt. 3. & d. cap. ſtatutum, §. pen. tum quòd aliàs ſequeretur quòd interdum nihil pro victu haberet iudex, ſeu Conſeruator, cum aliquando tantumdem, & forſan plus expenderet in domo propria. Sed & ſi haberet aliàs iudex ſufficientia beneficia, † adhuc poſſet expenſas huiuſmodi recipere, prout contra Hoſt. tenent Doctor. magis communiter d. cap. cum ab omni, & d. §. inſuper, poſt gloſ. ibid. verbo, moderatas, necnon Specul. tit. de ſalar. iud. in princ. ſub tit. ſeu rubr. gener. de ſalar. ſimiliter procedit hic text. & noſtra concluſio, † vbi iudex confert ſe extra domicilium ſuum ad teſtem ex cauſa in iure probata examinandum; nam tunc & expenſas recipere poterit, & non æqualiter habebit ab vtraque parte, ſed à procurante, vt notabiliter tradit gloſ. ab aliis approbata d. §. inſuper, verbo, ab alia. Dum autem dicitur ibi, moderatas, duo nobis inſinuantur; alterum, iudicis, ſeu boni viri arbitrio id relinqui, cum à iure non ſit definitum, vt in xeniis ſupr. concluſ. 1. docuimus; alterum, expenſas haſce non debere eſſe ſumptuoſas, ſeu delicatas, ſed mediocres, prout de procurationibus dicitur in cap. cum Apoſtolus, & cap. procurationes, de cenſ. & de aliis ſimilib. in cap. cum veniſſent, de cauſ. poſſ. & propr. cap. 1. de ſequeſt. poſſ. & fruct. cap. finem litib. cum ſeq. de dol. & contum. & l. ſi ſeruos, in fi. ff. de pignor. act.

227 *Quid ſi beneficia habeat ſufficiẽtia.*

228 *Expenſæ Conſeruatoris transferentis ſe ad teſtem.*

Duo quoque hac in re ſunt expedita; alterum † expenſarum huiuſmodi moderatarum nomine contineri etiam impenſam in neceſſariis equis, vecturis, & ſimilibus, vt tradit gl. communiter approbata, d. §. inſuper, verbo, moderatas, & colligitur ex d. cap. cum Apoſtolus, & cap. procurationes, de cenſ. Alterum, quòd ſi iudex ſeu Conſeruator vult minores expenſas, quàm moderatas, poteſt eas habere, vt per text. in l. ſi quis alicui, §. impendia, ff. mand. & arg. l. cum plures, § cum tutor, ff. de adminiſtr. tutor. adnotauit gl. d. verbo, moderatas, quam ibi inter alios Gem. Franc. Anchar. & Font. ſequuti ſunt. dum verò d. §. inſuper, & in noſtra concluſ. dicitur, † quòd de expenſis non plus ab vna parte, quàm ab alia exigat; & vbi litigantes fuerint notabiliter pauperes, ab eiſdem nihil exigat; id intelligendum eſt, ſi vterque litigantium pauper fuerit; quòd ſi alter eorum pauper non ſit, tunc ab eo ſolo exigere poterit integras expenſas; ita ſentit gloſ. à nemine reprobata d. §. inſu-

229 *Expenſæ equorum, vecturarũ & ſimilium.*

230 *Quomodo expenſas nõ plus ab vna parte quàm ab alia recipit, & paucioribus remittit Conſeruator.*

Digitized by Google

per, verbo, quàm ab alia, arg text.ibid. dum ait in plurali, litigantes; necnon cap. cupientes, §. ſi verò, & §. denique, de elect.in 6. vbi quid ſimile habetur de expenſis nimirum à parte diuite ſubminiſtrandis. Denique cum aliud ſint damna, aliud expenſæ, nec vnum alterius veniat appellatione cap.in noſtra,

231 *Damnũ abſentis Conſeruatoris an reſarcire teneãtur litigantes.*

de iniur. † non tenebuntur partes ſi quod damnum occaſione huius itineris extra ſuum domicilium paſſus eſt iudex, illud ei reſarcire, vt per hunc text. necnon in l. inter cauſas, §. non omnia, ff.mandat. iuncto d.§. inſuper, adnotauit Io.An.in addit.ad Specul.d.§. dicturi litt. b. licèt ibidem fateatur, quòd ſi iudex propter infirmitatem plus temporis, quàm cauſæ vtilitas, aut neceſſitas poſtulet, morari extra domicilium iudicem contingat, & plus expendere quàm domi facturus eſſet, hunc exceſſum moderatè tamen poterit recipere. pro quo facit c. cum pro cauſa, de procur. l. 1.§. ex incendio, ff. de incend. ruin. & naufrag. l. ex parte, in princ. ff. fam. erciſc. & l.ſi communes, ff.de negot. geſt. Quid autem ſtatuendum ſit quoad prouinciam Mediolanenſem propter diſpoſitionem d.Conſtitutionis Gregorianæ dicemus in ſi ſeq.concluſ.

232 *Aſſeſſor & Notarius quos cũ Cõſeru. extra domicilium trãsferri cõtingit, an habeant à partib. expenſas.*

Quarta concluſio. Aſſeſſor, † & notarius Conſeruatoris, quos cum eo transferri extra domicilium ob cauſæ vtilitatem, aut neceſſitatem contingat, non habent à partib.expenſas. Probatur, quoniam, ſi voluiſſet Pontifex, aſſeſſorem, ac notarium huiuſmodi expenſas recipere, de iis dicere facilè potuiſſet in §.inſuper, aut duob.ſeqq. vbi de iis agit, ſicut de iudicibus dixit in d.§. inſuper, arg.cap.ad audientiam, de decim. & cap.2. de tranſlat.prælat. cum ſuis concord. maximè cum idem Pontifex ſalarium competens illis mandet à partibus prouideri, vt latiùs infra dicemus concl.vlt. Quare videntur à iudice ſubminiſtrandæ ex iis expenſis, quas ipſe habet. Niſi fortè dicamus, has expenſas inter iudicis expenſas computari; atque adeo in conſequentiam à partibus ſubminiſtrari. Quod verò ad hanc,

233 *Expenſæ Conſeru. & Notario pro viatico ſoluendæ in prouincia Mediol.*

& præced. concl. attinet, † quid ſeruandum ſit in prouincia Mediolanenſi quoad expenſas Conſeruatoris, eiúſque notarij, (de Aſſeſſore enim nihil ibi hac de re dicitur,) ſumendum eſt ex iam pluries memorata conſtitutione Gregoriana, vbi in verſic. pro viatico Iudicis, habetur, quòd iudex pro viatico in ciuitate nihil, ſi extra ciuitatem vltra miliare, ſcuta duo pro prima die; &, ſi vltra, ſcutum vnum auri pro qualibet die, vltra

expen

expenſas honeſtas cibarias, & equorum vecturam, Notariúſque capiat pro medietate.

Quinta concluſio. Conſeruator † de iure nequit accipere ſalarium. Probatur id ex text. d. cap. cum ab omni, de vit. & honeſt. cleric. vbi Apoſtolicis delegatis prohibetur, ne ſuper decima litis vel parte alia, præter expenſas victualium, ſalarium à litigantibus exigant, ſed gratis vigorem iudiciarium ipſis ſtudeant impertiri. idem etiam ſatis conſtat ex d. cap. ſtatutum, §. inſuper, de reſcript. in 6. vbi iudicibus à ſede Apoſtolica delegatis mandatur, ne vllum munus, vel quicquid aliud, niſi eſculentum, vel poculentum quod paucis diebus conſumi poſſit, & moderatas expenſas, vbi pro vtilitate vel neceſſitate cauſæ commiſſæ eos abeſſe contigerit, recipere à partibus præſumant; nam vniuerſalis negatiua adiecta exceptioni omnino totum præter excepta excludit, l. hoc genus, vbi gloſ. & Doct. ff. de condit. & demonſtr. quin immò ipſa exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis, vulg. l. nam quod liquidè, §. fin. ff. de pen. leg. l. quæſitum, §. denique, & ibi Bart ff. de fund. inſtr. cap. 2. de coniug. Leproſ. cum aliis adductis per Euerar. in loc. ab except. ad regul. num. 1. & ferè per totum; vnde ſalarium prohibetur talib. delegatis vel ex illis verbis, (nullum munus,) vel ſaltem ex illis, (quicquid áliud) iuncta maximè tali verborum geminatione, cuius maxima vis eſt l. promittendo, in princ. iuncta gloſ. ff. de iur. dot. cum aliis de quib. Euerard. loc. à vi geminat. num. 4. & ſeqq. Sed alia præterea ratione ex eod. cap. colligitur id, quod diximus de Apoſtolico delegato, vt recipere nequeat ſalarium; quoniam cum Pontifex in eo c. ſtatutum, dixiſſet, ſalarium prouidendum eſſe, aſſeſſori quidem in § aſſeſſorem, in fi. & notario in §. notarium verò, in hoc §. in fi. prohibet tali delegato, ne cum notario, aut aſſeſſore lucrum participet vllo modo. Cum igitur ſalarium huiuſmodi delegato ſatis in hac conſtitutione prohibeatur, apertè ſequitur, etiam Conſeruatori Apoſtolico cenſeri prohibitum, in quo prædictam conſtitutionem quoad munera per omnia obſeruari voluit vtriuſque canonis conditor Bonif. VIII. in d. c. fi. §. circa munera, de off. deleg. in 6. quamuis ad id conueniendum ſufficeret, quòd in delegato Apoſtolico id generatim cautum reperiatur d. cap. cum ab omni, propter vim argumentationis à genere ad ſpeciem, de qua latè Euerar. in loc. à gener. ad

234 Salariũ de iure nequit accipere Cõſeruator.

Digitized by Google

ad Specul. & nos ſuprà cap.præced. quæſt.8. ſuppoſ.3.

235 *Sportulas moderatas recipere poteſt Conſer. ſi adſit conſuetudo:* Poterit tamen Conſeruator, † ſi adſit conſuetudo, recipere moderatas ſportulas, ſeu ſalaria. ita Veſtr. in Prax. Roman. Cur. lib. 7. cap. 1. num. 13. Card.Clem.ſtatutum, de elect. & magis communiter Doctor. dict.cap. ſtatutum, de reſcript. in 6. & cap. cum ab omnia, de vit.& honeſt. cler. prout ex magis communi tradit Iaſ. in §.tripli,num.46. Inſtit.de action. & poſt Rol. à Vall. conſ. 87. num.2. cum ſeqq. & alios Viu. in comm. opin.verbo, ſportulæ, ſeu opin.740. num.6. & Caroc.tract.de locat. & cond. part. 1. quæſt. 7. num. 41. qui num. 42. probat,

236 *Nō in cauſis ſum. aut miſerabiliū perſonarum ratione paupertatis.* † ex generali hac conſuetudine non poſſe exigi in cauſis ſummariis, & num. 56. cum ſeq. in cauſis breuioribus num.49. & 50. à pauperib, etiam ſponte offerentibus; quod tamen non procedit quoad cauſas viduarum, & pupillorum, & aliarum perſonarum aliunde miſerabilium, quàm ratione paupertatis, vt optimè probat num. 63. cum duob.ſeqq. Cæterum, † circumſcripta etiam prædicta conſuetudine, poteſt Conſeruator

237 *De ſalario Conſer. Mediolanenſis.* Apoſtolicus in prouincia Mediolanenſi recipere ſalarium vſque ad certam quandam ſummam iuxta taxam deſcriptam in prædicta Gregoriana conſtitutione, cuius, vt admonuimus, tenorem ante finem huius 8.cap.hoc eſt,in fin.præſentis quæſt. inſeri curabimus; vnde eam taxam, quanta ſit, recenſere hoc loco prætermittentes,ad poſtremam huius q.concl.veniemus.

Sexta & poſtrema concluſio. Aſſeſſores,& Notarij Conſer-

238 *Aſſeſſores Conſer. recipere poſſunt ſalarium ab ipſis Conſeruatorib. moderandum.* uatorum Apoſtolicorum † de iure communi poſſunt recipere ſalarium moderandum,& taxandum ab ipſis Conſeruatoribus. Quoad aſſeſſorem,vbi eo indigeat Conſeruator, patet ex text. d. cap. ſtatutum, §.aſſeſſorem, vbi dicitur, quòd, ſi delegatus Apoſtolicus aſſeſſore indigeat, ipſum neutri parti ſuſpectum aſſumens, ei de competenti ſalario prouidè moderando ab eo, faciat communiter à partib. prouideri;ſi verò aſſeſſore non indigeat delegatus, de ſuo proprio illi prouidere teneatur. Concordat etiam quoad hoc, vt aſſeſſor habeat ſalarium, text. d. cum ab omni, l. diem functo, ff. de offic. aſſeſſor.& l. 1. C.de

239 aſſeſſor.

Quid in eo mod ratione Conſeruatori attendendum. Debet autem † in huiuſmodi competenti ſalario moderando attendi qualitas cauſæ, partium conditio, & præſtantia aſſeſſoris in doctrina, ac demum loci conſuetudo, vt adnotauit gloſ.recepta, in d.§.aſſeſſorem,verbo,moderando,arg.eius, quod

Digitized by Google

quod de aduocato dicitur in l. 1. §. in honorariis, ff. de var. & extraord. cogn. Dum autem d. §. aſſeſſorem, habetur, † de hoc ſalario prouidendum eſſe Aſſeſſori communiter à partibus, ratio eſt ſecundùm gloſ. ibi, verbo, communiter, quia commune gerit negotium, vt in ſimili de expenſis dixerat Pontifex §. inſuper. Si tamen alter litigantium pauper ſit, puto ei remittendum eſſe ſalarium, iuxta ea, quæ de expenſis diximus ſupr. concluſ. 3. circa medium. Quoad notarium verò, vel notarios (plures enim in vna cauſa habere poteſt iudex, vt colligitur ex cap. quoniam contrà, de probat. & melius quoad iudicem à ſede Apoſtolica, atque adeo etiam Conſeruatorem ex d. c. ſtatutum, §. notarium verò, vbi gloſ. communiter approbata, verbo, notarios, id adnotauit) quòd † poſſint huiuſmodi notarij Conſeruatorum recipere ſalarium moderatum taxandum patet ex d. §. notarium verò, dum ibi mandat Pontifex delegato Apoſtolico vt notarium, vel notarios in cauſa ſibi commiſſa ſcribentes, qui vt plurimum in exigendo ſalario metas rationis excedunt, vt ad ipſius ſpectat officium, prudenter refrænet. Ideo autem dixit Pontifex, (vt ad ipſius ſpectat officium,) quoniam † non indiſtinctè delegatus taxat ſalarium ſui notarij, ſed ſolùm actorum, ſeu ſcripturarum iudicialium, non autem extraiudicialium, vt puta, inſtrumentorum, & ſimilium, quorum taxatio ſpectat ad Ordinarium, vt poſt Specul. d. tit. de ſalar. §. 2. in fine, probat gloſ. quam alij ſequuntur d. §. notarium verò, verbo, officium. Porrò ideo ego dixi in concluſ. (de iure communi) quoniam de iure ſpeciali; hoc eſt, præfatæ Gregorij XIII. conſtitutionis, quæ vti totam, ſic ſolam Mediolanenſem prouinciam deuincit, Notarij ſalarium ſuum præcipuè ratione ſententiæ ibidem taxatum habent ad ſummam in foro cuiuſlibet Ordinarij præſcriptã. Aſſeſſores verò nihil, aut quid minimum accipere poſſunt etiam pro voto deciſiuo, vt ibidem legitur verſ. Aſſeſſores, arbitrive.

240 *Cur ſalariũ cõmuniter à partib. recipitur.*

241 *Notarij Cõſeruatorum poſſunt recipere ſalariũ moderatum.*

242 *Moderatio illa fit quo ad acta ſolùm, nõ quo ad inſtrumenta.*

Quòd ſi quis plura cupit † de ſalariis tam iudicum, quàm aſſeſſorum, & notariorum, præter Doct. d. cap. cum ab omni, & cap. ſtatutum, necnon in l. fin. C. ad leg. Iul. repetund. auth. offeratur, C. de iudic. cap. vendentes, 1. quæſt. 3. conſulere poterit Specul. d. tit. de ſalar. §. 1. & 2. necnon tit. de Aſſeſſor. §. ſalarium, Viu. d. verbo, ſportulæ, Caroc. d. quæſt. 7. à num. 40. Nic. Ant. Grauat. in addit. ad Veſtr. d. cap. 1. num. 31. & ſeq. Neuiz.

243 *Salariorum Iudicũ, Aſſeſſorum, & Notariorũ, materia.*

in Silu.Nupt.tit.quomod.iudic. poſt num.96. Maſcard.de probat. concl.164.num.16.Menoch.de arbitrar.iud.caſ.342.num. 40. nouiſſimè Segur. Daual. in Direct.iud. Eccleſ. for. part. 1. cap.14. & alios ab his citatos. Nos verò ad reliquas huius cap. quæſt. tranſeamus; ſi priùs,vt polliciti ſumus, memoratæ conſtitutionis Gregorianæ tenorem inſeramus, quæ præcipuè ad hanc, & præced.quæſt.pertinet, continétque taxas,& alia nonnulla tam à Conſeruatoribus Regularium, & quorumcunque exemptorum, quàm ceteris Iudicibus à ſede Apoſtilca deputatis, præſertim Synodalibus, eorúmque Aſſeſſoribus, ac Notariis obſeruanda in vniuerſa prouincia Mediolanen. Prædictus autem tenor eſt huiuſmodi:

Tenor Conſtit. Gregorij XIII. de taxis & alijs ſeruandis à Conſeruatorib. in prouincia Mediolanenſi.

GREGORIVS PAPA XIII. *Ad perpetuam rei memoriam. Romanum decet Pontificem prouidentiæ ſuæ partes impendere efficaces, vt illa, quæ pro bono publico,& plurimorũ indemnitate prudẽter facta,& circumſpectè diſpoſita eſſe noſcuntur,perpetuò firma,& illibata ſubſiſtant, & ab omnibus,quos cõcernunt, etiam inconcuſſè obſeruentur. Cum itaque, ſicut accepimus,dilectus filius noſter Carolus tituli ſanctæ Praxedis Presbyter Cardinalis,Borromæus nuncupatus,ex diſpenſatione Apoſtolica Archiepiſcopus Mediolanenſ. quaſdam ordinationes, & taxas in tota Prouincia ſua obſeruandas per iudices in Synodis diæceſanis deputatos pro cauſis cõmiſſarijs; necnon per Conſeruatores Regularium,& exemptorum quorumcunque in cauſis coram eis quouis modo pendentibus, ac eorumdem Notarijs, non tamen vbi ex aliquo ſtatuto,aut conſuetudine laudabili nihil, vel minor taxa exigeretur,ediderit: Statuens ſiquidem,& Ordinans, quòd iudices præfati non pronuntient, prout in cedula,neque habeant terminum pro ſeruato,ſed ſententias ſuas liberè proferant, & de ſcripto,in die termini; vt ſtatim publicent, eaſq; recitent,vel recitari iubeant, propinas non accipiant, ſi ſalarium ordinarium aliquod habent, aliàs moderatas accipiant iuxta taxam inferiùs deſcriptam, & eo caſu per manus Notarij cauſæ, ſententia tamen priùs nedum ſubſcripta, ſed etiam Notario conſignata,& publicata; quæ ſportulæ apud Notarium cauſæ poſt ſubſcriptionem,& Notario traditam ſententiam,& non antea deponantur; Notariuſq; huiuſmodi depoſitionem in actis notare, & ſpecificare teneatur. Pro interlocutorijs,aut alijs decretis vim definitiuæ non habentibus ante definitiuam, & pro videndis ſcripturis, informationibus, aut proceſſibus nihil prorſus accipiant: munera, vel xenia à litigantibus non accipiant,nec quidem eſculenta,& poculenta,niſi quæ triduo conſumi*

poſſint

Digitized by Google

poſſint: Aduocatos, Procuratores, aut ſollicitatores, quorum opera ad patrocinandum coram ipſis cupiant quenquam vti, neque verbis nominent, neque vllo modo ſignificent; aduocantes, procurantes, aut ſollicitantes in cauſis coram eis pendentibus domi non retineant, neque etiam Notarium cauſæ: Notarios aſſumant ab Ordinarijs locorum approbatos, qui non ſolùm cauere debeant de ſcripturis fideliter cuſtodiendis, ſed etiam finitis cauſis, de eiſdem conſignandis in Archiuijs Ordinariorum, abſque tamen præiudicio Notariorum eorumdem habitis ab eorum Notarijs quietantijs, ne morte cuiuſquã deperdantur: Aſſeſſores, Arbitríve, qui in cauſa ſuſpicionis iudicibus ordinarijs, vel alijs etiam delegatis adiunguntur, nihil, aut quid minimũ pro videndis ſcripturis, & proceſſibus, nec etiam pro voto deciſiuo accipiant: cum in vna, & eadem cauſa contra diuerſos vnica citatione agitur, plures non dentur expeditiones, niſi ipſimet petierint, ſed vnica tantùm, & pro ea vnica merces ſoluatur: quòd ſi ex neceſſitate duplicata occurrant, Notario tantùm pro labore ſcripturæ ſoluatur: idemq́; ſeruetur in ſententijs quibuſcunque etiam abſolutorijs, ſi id commodè præſtari poterit attenta qualitate, & diuerſitate cauſarum, vt ſcilicet omnes reos in vna cauſa vnica comprehendat ſententia, & pro vnica tantùm ſoluatur: In cauſis criminalibus, in quibus de iure Fiſcus citari debet, non procedatur, nec ſententia feratur, niſi ipſo legitimè citato: Pro ſigillo tam in ciuilibus, quàm in criminalibus ad ſummum capiant realem vnum, & in mandatis de excarcerando in capitalibus, & pro relaxatione teſtium nihil, & in expeditionibus etiam, quæ fiunt in ciuitate cum clauſula, ſi quis, nihil: Pro viatico iudicis in ciuitate nihil: ſi extra ciuitatem vltra miliare, ſcuta duo pro prima die; &, ſi vltra, ſcutum vnum auri pro qualibet die, vltra expenſas honeſtas cibarias, & equorum vecturam: Notariusq́; capiat pro medietate: Notarij omnes prædictorum iudicum obſeruent taxas Notarijs fori cuiuſlibet Ordinarij præſcriptas, ac ſecundùm illas exigant, præterquam in caſibus in præſenti ordinatione expreſſis, in quibus eis liceat capere quod hîc determinatum eſt: niſi Ordinariorum taxæ minores, & moderatiores his ſint: quo caſu illas in totum etiam quoad expreſſa in præſenti reformatione ſequi debeant: Notarij nullum quantumuis leuem terminum per ſe ipſos etiam in forma, vt dicunt, ſine iudicis decreto ſeruent: vbicunque procuratorem aliquem ad lites conſtitutum à principali ſuo lite pendente reuocari contingat, tunc Notarij nullo modo reuocationes huiuſmodi recipere poſſint, aut de illis rogari, niſi ſimul alter procurator, qui munus illud procurationis ſuſcipiat, ab eodem legitimè conſtituatur, & de alterius conſtitutione, eiusq́; ſuſceptione apud acta doceatur: Notarius, cùm iudici acta, ſeu alias ſcripturas detulerit, nihil omnino vltra duos ſo-

lidos, etiam à ſponte dantibus, ſub prætextu bibaliorum, ſeu regaliorum recipiat: Notarij, eorumq́; ſubſtituti, vel ſcribæ non poßint eſſe procuratores in Curia, ſeu tribunali, in quo Notarij ſunt, & officium ſubſtituti exercent, vel ſcribunt: Iudices non ſint participes aliquo modo emolumentorum, quæ Notarij ex ſuis laboribus in cauſis coram eis pendentibus percipiunt: Ac inſuper propinas à præfatis iudicibus obſeruandas limitauerit in hunc modum, videlicet, quòd in cauſis, vbi de ſumma vigintiquinque ſcutorum agitur, ſupra decem reales nihil percipi debeat; A vigintiquinque autem ſcutis vſque ad centum ſcuta, tria ſcuta percipiantur, ſeu percipi poßint; A centum vſque ad ducenta, ſcuta ſex; A ducentis vſque ad quamcunque ſummam, non vltra ſcuta decem: Pro ſententia declaratoria ob non paritionem monitorij in contumaciam, non vltra realia ſeptem cum dimidio: Pro declaratoria in vim litterarum, aut aliàs habente vim definitiuæ, ſi ſumma ſit certa, accipiant, vt ſupra taxatum fuit, vbi autem non eſt certa, ſed agitur ad ipſarum litterarum executionem, accipiant ſecundùm cauſæ, & perſonæ qualitatem, dummodo non vltra quinque aureos: In beneficialibus verò, ſi reditus annuus, de quo agitur, non excedat ſummam centum ducatorum, capiant ſcuta ſex: A centum verò vſque ad mille, ſcuta duodecim; ab inde ſupra, non vltra ſcuta viginti accipere valeant: Quòd ſi cauſæ æſtimationem facilè non recipiant, moderatæ ſportulæ pro rerum, & perſonarum qualitate iuxta taxas prædictas recipi poßint: In cauſis criminalibus, in quibus pœna à deportatione ſupra veniret imponenda, non vltra decem aureos accipere poßint: A deportatione autem infra, non vltra quinque: In cauſis autem capitalibus, in quibus fit traditio Curiæ ſeculari, vel alia pœna corporalis imponitur, etiamſi in illa indemnitati partis conſulatur, & in illius fauorem, niſi fuerit diues, à qua vſque ad vigintiquinque aureos poßit accipi, etiam pronuntietur, non vltra quinque ſcuta accipiant. Caueant autem iudices, ne pro extorquendis ſportulis aliquem nolentem quouis modo abſolui ad petendam ſententiam huiuſmodi per cauſarum expeditionis dilationem, vel rei in carceribus detentionẽ, vel per cautionis de ſe repræſentando, vel non diſcedendo, vbi aliàs illis de iure locus non ſit, præſtationem, aut aliàs quoquo modo inducant. Quæ omnia decreta, ſeu taxas iudicibus ſynodalibus, & Conſeruatoribus ſic præſcriptas ſeruent etiam iudices ordinarij in omnibus cauſis delegatis, niſi vbi de conſuetudine, decretis, vel conſtitutionibus epiſcopalibus minor taxa ipſis ſeruanda propoſita eſſet, quam ſeruare teneantur; poßintq́; locorum Ordinarij dictæ prouinciæ Mediolanen. tamquam ſedis Apoſtolicæ delegati prædictorum omnium contemptores, ac ipſis quoquo modo contrauenientes admonere, & ſi ſe emendare neglexerint, informationem

tionem de exceſsibus huiuſmodi ſumant, ac ad Romanum Pontificem pro tempore exiſtentem, ſeu Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Auditorem tranſmittant, vt ea ad vnguem non obſeruantes iuxta exceſſuum exigentiam corrigi, & puniri poſsint, niſi ipſi iudices magis ab Ordinarijs iudicari conſenſerint: ac aliàs, prout in inſtrumento, vel inſtrumentis publico, ſeu publicis, aut alio, vel alijs documento, ſeu documentis, aut ſcriptura, vel ſcripturis deſuper confectis plenius dicitur contineri. Cumq́; ſicut etiam accepimus, idem Carolus Cardinalis, & Archiepiſcopus, ſeu Præſul ordinationes, & taxas prædictas per eum ſic, vt præmittitur, pro bono publico ſuæ prouinciæ factas à nobis, & dicta ſede Apoſtolica confirmari, & approbari deſideret: Nos in præmiſsis opportunè etiam prouidere volentes, motu proprio, non ad ipſius Caroli Cardinalis, & Archiepiſcopi, ſeu Præſulis, vel alicuius pro eo nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex mera voluntate, & deliberatione, ac ex certa ſcientia noſtra, & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine omnes, & ſingulas ordinationes, & taxas huiuſmodi per ipſum Carolum Cardinalem, & Archiepiſcopum, ſeu Præſulem ſic, vt præmittitur, factas prædicta Apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuò confirmamus, & approbamus, ac etiam innouamus, & etiam de nouo perpetuò facimus, necnon illis plenariæ, inuiolabilis, & perpetuæ firmitatis Apoſtolicæ robur adijcimus: omneſq́;, & ſingulos tam iuris, quàm facti defectus, ſi qui interuenerint in eiſdem, ſupplemus, illaſq́; validas, & efficaces perpetuò exiſtere, & fore, ac ſuos plenarios effectus ſortiri, & obtinere, necnon à iudicibus ſynodalibus, & Conſeruatoribus, ac etiam Ordinarijs, & delegatis, ac Notarijs, ceteriſq́; ſupradictis, ac alijs omnibus, & ſingulis dictæ prouinciæ, ad quos ſpectat & ſpectabit, quoſq́; præmiſſa concernunt, & concernent pro tempore quomodolibet in futurum, inuiolabiliter perpetuò obſeruari: ſicq́; in præmiſsis ab omnibus cenſeri, ac ita, & non aliter per præfatos, & quoſcunque iudices, & commiſſarios etiam quauis auctoritate fungentes, etiam noſtri ſacri Palatij cauſarum Auditores, ſanctæq́; Romanæ Eccleſiæ Cardinales etiam Legatos de latere & ſedis prædictæ Nuntios etiam cum facultate Legati de latere, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, in quauis cauſa, & inſtantia iudidicari, ſententiari, & definiri debere: necnon quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum & inane decernimus, & declaramus: ſicq́; etiam volumus, & perpetuò ſtatuimus, mandamus, præcipimus, taxamus, & ordinamus, necnon etiam perpetuum deſuper ſilentium imponimus. Quocirca Venerabili fratri Epiſcopo Alexandrin. ac dilectis filijs cauſarum Curiæ Cameræ Apoſto-

licæ generali Auditori,& Archipresbytero Eccleſiæ Mediolanen. per Apoſtolica ſcripta mandamus,quatenus ipſi,vel duo,aut vnus eorum per ſe, vel alium,ſeu alios præſentes litteras, & in eis contenta quæcunq; vbi,& quando opus fuerit, ac quoties pro parte dicti Caroli Cardinalis Archiepiſcopi,ſeu Præſulis,vel cuiuſcunque , aut quorumcumque aliorum, quorum intereſt, intererit, vel intereſſe poterit pro tempore quomodolibet in futurum,ſolemniter publicantes,eiſq; in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra omnes , & ſingulas ordinationes & taxas prædictas,ac præſentes noſtras litteras,& in eis contenta huiuſmodi à iudicibus ſynodalibus, & Conſeruatoribus, ac etiam Ordinarijs , & Delegatis,ac Notarijs, ceteriſq; ſupradictis in dicta prouincia, omnibuſq; alijs,& ſingulis,ad quos ſpectat,& ſpectabit, quaſque præmiſſa cõcernunt, & tangunt,ac concernent, & tangent pro tempore quomodolibet in futurum,inuiolabiliter perpetuò obſeruari,ac Carolum Cardinalem,& Archiepiſcopum, ſeu Præſulem , Ordinarioſq; omnes dictæ prouinciæ Mediolan. præſentes,ac pro tempore exiſtentes, alioſq; prædictos,quorum, vt præfertur,intereſt,& intererit,ac quemlibet ipſorum illis pacificè,& quietè frui, & gaudere,non permittentes eos per iudices ſynodales, & Conſeruatores, ac Ordinarios,& delegatos,ac Notarios, ceteroſq; prædictos,aut quoſcunq; alios deſuper quomodolibet moleſtari, inquietari,impediri,vel perturbari: contradictores quoſlibet,& rebelles per Eccleſiaſticas ſententias, cenſuras, & etiam pecuniarias pœnas, aliaq; opportuna iuris, & facti remedia auctoritate noſtra,appellatione poſtpoſita compeſcendo,ac legitimis ſuper his habendis ſeruatis proceſſibus,ſententias,cenſuras, & pœnas prædictas incidiſſe, & incurriſſe declarando , illaſq; etiam iteratis vicibus aggrauando,excommunicando,interdicendo , & interdictum Eccleſiaſticum apponendo,inuocato etiam ad hoc,ſi opus fuerit,auxilio brachij ſecularis. Non obſtantibus fel.rec. Bonifacij Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri de vna,& in Concilio generali edita de duabus dietis, dummodo vltra tres dietas quis auctoritate præſentium extra ſuam ciuitatem , & diœceſim ad iudicium non trahatur,alijſq; Apoſtolicis,necnon etiam in alijs vniuerſalibus, prouincialibuſq; , & ſynodalibus Concilijs editis,& edendis ſpecialibus , vel generalibus conſtitutionibus , & ordinationibus, necnon etiam ciuitatis, diœceſis,& prouinciæ Mediolanen.ac quarumcumq; aliarum ciuitatum, diœceſ.& locorum , necnon etiam Eccleſiarum , Monaſteriorum,& Ordinum etiam iuramento,confirmatione Apoſtolica,vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis , & conſuetudinibus , decretis , & præſcriptionibus etiam immemorabilibus,ac legibus etiam Pontificijs,Imperialibus,Regijs, Ducalibus,& municipalibus,priuilegijs quoque,indultis,& litteris Apo-

ſtolicis

ſtolicis, etiam ciuitatibus, diœceſibus, prouinciæ, & locis, ac etiam Eccleſijs, Monaſterijs, & ordinibus prædictis, illorumq; ſuperioribus, Magiſtratibus, ciuibus, & incolis, ac Præſulibus, Capitulis, Abbatibus, Conuentibus, & ſuperioribus, necnon iudicibus ſynodalibus, Conſeruatoribus, Ordinarijs, Delegatis, & Notarijs, ceteriſq; ſupradictis, & quibuſuis alijs perſonis in genere, vel in ſpecie ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijſq; efficacioribus, & inſolitis, irritantibuſq; & alijs etiam vim contractus, & ſtatuti etiam perpetui, atque legis inducentibus decretis, ac etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, & etiam conſiſtorialiter, ac aliàs etiam pluries, & iteratis vicibus in contrarium quomodolibet conceſſis, confirmatis, approbatis, & innouatis, in poſterumq; etiam concedendis, confirmandis, approbandis, & innouandis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione aliàs de illis, eorumq; totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, indiuidua, & expreſſa, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quæuis alia expreſſio ad hoc habenda, aut quæuis aliàs exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum inſerti forent, præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis & inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſè derogamus, ac ſufficienter derogatum eſſe, & fore decernimus, ceteriſq; contrarijs quibuſcunque: Aut ſi iudicibus ſynodalibus, Conſeruatoribus, Ordinarijs, & delegatis, ac Notarijs, ceteriſq; ſupradictis, vel quibuſuis alijs communiter, vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum, quòd interdici, ſuſpendi vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Dat. Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris. Die IV. Iunij, M. D. LXXX. Pontificatus noſtri Anno nono.

CÆS. GLORIERIVS.

Pro huius porrò Pontificiæ Conſtitutionis executione præfatus Carolus Cardinalis tunc Archiepiſcopus Mediolanenſis, nuper verò ſumma omnium approbatione Sanctorum numero à S.D.N. Paulo V. adſcriptus eandem imprimi, & publicari, eiúſque copiam publicis locis ciuitatis affigi decreuit, ac mandauit, & tam huiuſmodi decreti, quàm Conſtitutionis exemplum ſingulis comprouincialibus Epiſcopis tranſmitti iuſſit. Io. autem Fontana tunc Eccleſiæ Mediolanenſis Archipresbyter,

ter, & vnus ex tribus executoribus in iiſdem Apoſtolicis litteris in ſolidum deputatis proceſſum executorialem in forma, vt aiunt, fulminauit, propoſita ſuſpenſionis à diuinis pœna eo ipſo ab illis ſubeunda, qui earum tranſgreſſor aliqua ratione fuerit; cuius vtriuſque rei publicum documentum extat in actis Cancellariæ Archiepiſcopalis Mediolani, vt facilè quiſque videre poterit. Nos verò iam inchoatum huius cap. quæſt. ordinem proſequamur.

QVÆRO *nonò, An, & quando Conſeruator exequatur ſuam ſententiam.*

Quatuor in hac quæſtione diſtinctis concluſionibus breuiter explicabuntur. Primò, An Conſeruator poſſit per ſe exequi ſententiam ſuam. Secundò, an per alium, vt puta, Ordinarium. Tertiò, intra quantum temporis debeat id facere. Quartò, & poſtremò, an teneatur Ordinarius ei parere, vel etiam poſſit reſiſtere, vbi ſententia appareat iniuſta.

244 *Sententiam exequi per ſe poteſt Cõſeruator.*

Prima concluſio. Poteſt Conſeruator † per ſe ipſum exequi ſententiam ſuam. Sentit hoc in terminis ſatis apertè Innoc. Archid. & alij d.c. 1. in fin. de off. deleg. in 6. dum quod ad ſententiæ executionem, vel reuocationem à Conſeruatoribus faciendam pertinet, ſe remittunt ad cap. quærenti, de off. deleg. vbi expreſsè quoad delegatum ſaltem à Principe, ſeu ſede Apoſtolica, habetur, quòd poſſit exequi ſuam ſententiam; id quod etiam conſtat ex cap. ſignificaſti, cap. ſi quando, & cap. in litteris, de off. deleg. at verò Conſeruatorem eſſe delegatum Apoſtolicum, ſupr. cap. 1. quæſt. 2. & cap. 2. quæſt. 1. concluſ. 2. oſtendimus; & valere argumentum à genere ad ſpeciem, & in terminis à delegato Apoſtolico ad Cõſeruatorem, præterquam in caſib. enumeratis à gloſ. & Doct. d. cap fin. de off. deleg. inter quos non eſt hic, docuimus cap. præced. quæſt. 8, ſuppoſ. 2. in fi. & ſuppoſ. 3. ferè per totam. Sed, etiam vbi dicamus, Conſeruatorem tamquam delegatum ad vniuerſitatem cauſarum æquiparari ſaltem in aliquib. Ordinario, iuxta latè per nos tradita d. quæſt. 1. concl. 3. adhuc poterit per ſe Conſeruator exequi ſententiam ſuam, cum certiſſimi iuris ſit, poſſe Ordinarios per ſe ipſos ſuam ſententiam exequi, l. à Diuo Pio, ff. de re iudic. l. properandum, C. de iudic. cap. quod ad conſultationem, de re iud. cum vulgar.

Secunda concluſio. Poteſt Conſeruator exequi ſententiam ſuam

Digitized by Google

ſuam † per alium, præſertim Ordinarium, ſeu mandare Ordinario, vt ſuam ſententiam exequatur. Probatur; quoniam id permiſſum eſt iudici à ſede Apoſtolica delegato, vt patet ex text. in cap cum contingat, de reſcript. necnon d.cap. ſignificaſti, cap.in litteris, & cap.paſtoralis, §, quia verò, de off. deleg. vnde ſumpto argumento à delegato Apoſtolico ad Conſeruatorem, vt ſumi poteſt ex dictis in præced.concl. ſatis inde concluditur, id ipſum poſſe quoque Conſeruatorem, de quo in ſpecie eſt text. ſatis apertus in Clem.vnic. verſic. proceſſus, de exceſſ. præl. ibi enim ponitur tamquam grauamen prælatorum, etiam Epiſcoporum, ac ſuperiorum illorum, quòd proceſſus iuſtè factos, & ſententias iuſtè latas à Conſeruatoribus pro exemptis publicari, ſeu executioni mandari à ſuis ſubditis non permittebant. quare vlteriùs in hac concluſ. confirmanda non immoror. 245

Exequi ſẽtentiam per aliũ, præſertim Ordinariũ poteſt Cõſeruator.

Quædam tamen circa eam ſunt hoc loco omnino adnotanda, quorum primum eſt, † quòd Ordinarius quoad hoc tenetur parere delegato, vt habetur in d.§. quia verò, & d.c.cum contingat, & poteſt ad id ab eo compelli, vt tradit gloſ. nullum habens contradictorem d.cap. ſignificaſti, verbo, non vult, per text. in ca q. ſanè, il 2. & cap. paſtoralis, in princ. de off. deleg. 246

Ordinarius tenetur parere delegato, immo ab eo cõpelli poteſt.

Alterum quòd, vt habetur d.cap, cum contingat, † ſi poſt executionem ab Ordinario ex mandato vnius delegati factam, ab alio delegato mandatur contrarium; vel ſi ante executionem innotuerit Ordinario, inter delegatum, qui mandauit, & alium contentionem eſſe de iuriſdictione, faciat ſibi vtrarúmque litterarum copiam exhiberi, non vt iuriſdictionaliter cognoſcat, ſed vt ſe informet, an per ſecundas reuocentur primæ; & ſi primæ euidenter reuocentur, exequatur ſecundum mandatum; ſi autem non reuocentur idque ei manifeſtè conſtet, ſecundum mandatum non exequatur. quòd ſi dubitet, pariter non exequatur ſecundum, donec inter delegatos concertatio ſuper iuriſdictione per arbitros iuris terminetur, iuxta c. paſtoralis, in princ. eod. tit. de reſcript. 247

Quid ſi poſt mandatũ vnius delegati, alter mãdet contrarium.

Tertiò adnotandum, † Legatum quoque ſedis Apoſtolicæ, (qui Ordinarius eſt, cap. 2. de off. leg. in 6.) ſaltem vbi ſimul Epiſcopus loc. cit. poſſe à Conſeruatore compelli ad executionem ſuæ ſententiæ, vt poſt Viu. Fatetur Io. An. & alij in cap. ſtuduiſti, quod eſt 2. extr. de off. leg. Quòd ſi merè Legatus ſit in ca 248

Quid ſi Ordinarius ſit legatus ſedis Apoſtolicæ.

prouincia, licèt gloſ. Hoſt. & plerique Doct. ibi tenere videantur, non poſſe compelli ad executionem, quam ſententiam æquiorem dicit ibid. Abb. nu.vlt. contrariam tamen cum eod. Abb. ibi veriorem de iure puto, cum iura initio concl. citata non diſtinguant de Ordinario, & d. cap. ſtuduiſti indiſtinctè inſinuet, ibíque expreſsè tradat gloſ. recepta, delegatum ſpecialem in cauſa ſibi commiſſa maiorem eſſe legato. erit tamen omnino deferendum eius dignitati quoad modum coactionis iuxta latiùs per nos adducta ſupra hoc eodem cap. quæſt. 5.

249 *Legatus ſedis Apoſt. an poſſit cõfirmare ſententiã Conſeruatoris.*

Si denique petas, † an ſaltem poſſit Legatus iure legationis confirmare ſententiam Conſeruatoris? Reſpondeo probabilius mihi eſſe, non poſſe confirmatione auctoriſabili, ſeu iuris, ſed tantum approbationis, ſeu facti, vt in delegato Papæ, ſatis apertè tenet gloſ. d. cap. ſtuduiſti, omnino verò poſt Hoſt. tenet ibi Abb. num. 4. & 5. ſic exponentes eum text. dum abſolutè dicit, poſſe legatum confirmare ſententiam delegati Papæ.

250 *Intra quod tẽpus poſſit exequi ſuã ſententiam Cõſeruator.*

Tertia concluſio. Poteſt Conſeruator † intra annum, & non vltra regulariter loquendo exequi ſententiam ſuam. Ita ſentit in terminis Innoc. quem Archid. & alij ſequuntur d. cap. 1. de off. deleg. in 6. dum in Conſeruatoribus quoad propriæ ſententiæ executionem, ſeu reuocationem allegant text. d. c. quærenti, vbi expreſsè decernitur, quòd delegatus Apoſtolicus vſque ad integrum annum iuriſdictionem ſibi commiſſam ad exequendam ſententiam valeat exercere, atque adeo iuxta conſultationem ibi propoſitam

251 *Item quoad abſolutionẽ à ſe excommunicati: &*

† poterit Conſeruator intra dictum tempus abſoluere à ſe excommunicatum, ſi ſit paratus ſatisfacere, & parere ſententiæ; & ad hoc in terminis ab Innoc. Archid. & aliis allegatur text. d. cap. quærenti, in ſpecie Conſeruatoris. Quin immò,

252 *Quoad defenſionem miſſi à ſe in poſſeſſionem.*

† ſi miſſus in poſſeſſionem à Conſeruatore intra annum à ſententia turbetur in poſſeſſione, poterit eum intra dictum tempus tueri excommunicando, & contradictores compellendo, non autem vlteriùs adhibendo cauſæ cognitionem, vt ſatis de Apoſtolico delegato probat gloſ. recepta d. cap. quærenti, verbo, integrum annum, & hoc ſolùm

253 *Intellectus c. quærenti, c. in litteris. & c. ſignificaſti, de off. del.*

† conuincit text. d. cap quærenti, dum ibi dicitur, quòd huiuſmodi delegatus valet exercere iuriſdictionem ſibi commiſſam ad exequendum ſententiam; iuxta quod exponendum eſt, quod dicitur d. cap. in litteris, iudicis delegati auctoritatem, & iuriſdictionem ceſſare, ex quo per ſe, vel alium ſententiam

Digitized by Google

tiam executioni mandauit, vel mandari præcepit, ſicut & hoc, quod dicit de præcepto executionis, eſt explicandum ex text. d.cap.ſignificaſti, vbi habetur, quòd ſi Ordinarius ad mandatum iudicis à ſede Apoſtolica delegati non vult, aut non poteſt (aliis reſiſtentibus) ſententiam ab eo latam exequi, poteſt nihilominus delegatus Apoſtolica authoritate eam executioni mandare.

Denique quod de anno diximus, † locum non habet in eo 254
Conſeruatore, qui omnino in locum Ordinarij, vt habent quædam Conſeruatoriæ litteræ, ſubrogatus eſt; tunc enim poterit etiam poſt annum ad inſtar Ordinariorum exequi ſuam ſententiam, iuxta l. 1. ff. ne vis fiat ei, qui in poſſeſ. mitt. cum ſim. ídque propter vim ſubrogationis, de qua in l. ſi eum, §. qui iniuriarum, vbi gloſ. & Doct. ff. ſi quis caution. cum aliis adductis per Ant. Gabr commun. concluſ. libr. 6. tit. de reg. iur. concl. 2. & Nicol. Euerar. in loc. à vi ſubrogat. ferè per totum.

An poſſit poſt annum ſuã exequi ſententiam Cõſeruator.

Quin etiam non improbabiliter dici poſſet, quòd Conſeruator indiſtinctè etiam poſt annum quandocunque poteſt Ordinarius, exequi & ipſe poterit ſuam ſententiam, quod in ſpecie voluit Neuizan. conſ. 35. num 7. poſt Abb. in cap pro illorum, cor. pen. verſic. & ex hoc infero, ſeu num. 11. vbi id ſatis apertè ſentit, de præbend. ſi non quia æquipararetur Ordinario tamquam delegatus ad vniuerſitatem cauſarum iuxta tradita cap. præced. quæſt. 1. concluſ. 3. cum in hoc non reperiatur in iure, aut à Doct. quos viderim, facta æquiparatio; ſaltem, quoniam litteræ Conſeruatoriæ in pleriſque eximunt à iuriſdictione Ordinarij, vt iam ſæpè admonuimus, præcipuè cap. 3. quæſt. vlt. ad fi. cap. 4. quæſt. 5. circa initium, & cap. 7. quæſt. 6. concl. 1. Probabilius autem adhuc eſt, id poſſe admitti in quibuſcumque Conſeruatoribus habentium priuilegium eximens eos ab omni poteſtate, & iuriſdictione Ordinarij locorum, quales ſunt Regulares; nam præterquam quòd tunc plura vincula concurrunt, quæ magis ligant, iur. vulgar. cum tunc taliter priuilegiati non cogantur regulariter adire loci Ordinarium, & habeant proprium iudicem loco Ordinarij, id eſt, Conſeruatorem, debent ab eo poſſe petere executionem ſententiarum, quas obtinuerunt, quáſque ſaltem tulit ipſe Conſeruator, & is in iudicatum quouis modo compererit tranſiiſſe.

Quarta concluſio. Si Conſeruator exequatur etiam iniu-
255 ſtam ſententiam, † Ordinarius non poteſt ei violenter reſiſte-
Ordinarius nequit violenter reſiſtere Conſer. re, ſed ſolùm apud eum inſtare, vt differat, donec Papa con-
ſulatur. Similiter, ſi Conſeruator ſuæ iniuſtæ ſententiæ execu-
tionem Ordinario mandet, eam exequi nihilominus tenetur,
niſi apud eum efficere poſſit, vt ab hoc onere ipſum abſoluat.
Ita ſanè de iudice delegato à ſede Apoſtolica quoad priorem
concluſ. partem totidem ferè verbis cauetur in cap. ſi quando,
de off.deleg. quoad poſteriorem in d.cap.paſtoralis,§.quia ve-
rò, eod. tit. à quo cum optimè liceat argumentari ad Conſer-
uatorem, iuxta ea, quæ ſupr.concl. 1. diximus, de eo quoque
dicta cenſentur, vnde in eius rei confirmatione vlteriùs non
256 inſiſtemus. Quid autem dicendum ſit † de iudice ſeculari,cui
Exequi quando iudex teneatur alterius ſententiam quã iniuſtã prætendit. mandat delegatus, vt ſuam exequatur ſententiam, patebit ex
quæſt. ſeq. concl. 1. Videnda autem ſunt hac in re, quæ latiùs
tradit Farinac. quæſt.97. crimin. caſ.3. ſeu à num. 67.ad 80. &
Marant. diſp.1. per totum, vbi latè quoque tractant de iudice
executore ſententiæ alterius iudicis,quæ iniuſta ſit,quando eã
exequi poſſit,ac teneatur; quódque nos diximus concl.2.in fi.
vbi de nullitate dubitatur. Denique an Ordinarius poſſit ali-
quando reſiſtere Conſeruatori aliquid ei mandanti, aut per ſe
facienti, videndus text & ibi Doct.in cap.4.de priuil.in 6. cu-
ius, & aliorum mentionem ad id faciemus cap. ſeq. quæſt. 3.
concl. 2. Cætera verò, quæ ad executionem ſententiæ perti-
nent, ſed quia omnibus iudicibus communia ſunt, conſultò à
nobis omittuntur, habere quis poterit ex Doct. paſſim ſub tit.
de re iud.extr. & ff. necnon C. de execut. rei iudic. Marant.in
ſpec.aur. part.6. verſic. tertius, & vltimus caſus, Specul.tit. de
execution.ſentent. & Veſtr.in Prax.Rom. Cur.lib.8.cap.vlt. &
vtrobique Add.

QVÆRO *decimò,& vltimò in hoc cap.8. An Conſeruator inuocare poſſit brachium ſeculare,præcipuè ad executionem ſuæ ſententiæ.*

257 Ad duos præcipuè effectus † inuocari poteſt brachium ſe-
Brachiũ ſeculare ad duos effectus præcipuè ab Eccl. iudice inuocari poteſt. culare à iudice Eccleſiaſtico, vel vt ipſe iudex ſecularis exe-
quatur ſententiam iudicis Eccleſiaſtici, quomodo intelligitur
text.in cap.nec licuit, 17. diſt.cap.eos, qui, 32. diſt. cap. peti-
mus, & cap.iſtud eſt, 11.quæſt.1.cap.prodeſt, cap.Principes ſe-
culi, cap.de liguribus, & cap. quali, 23. quæſt.5. & ſecundùm
aliquos, cap.cum non ab homine, &c. at ſi clerici, de iudic. c.
ad

Digitized by Google

ad falſariorum, de falſar. omnino verò cap. 2. ſeu fin. de maled.
& l. epiſcopale, C. de epiſc. aud. & inter conſtitutiones ſum-
morum Pontificum Conſtitutio 5. Pij V. quæ incipit, cùm pri-
mum, verſic. ſi quis crimen nefandum, & Conſtit. 70. incipit,
horrendum, verſ. itaque. Vel, vt auxilium Eccleſiaſtico imper-
tiatur, quo ipſe Eccleſiaſticus exequi poſſit ſuam ſententiam,
quomodo intelligo text. in cap. ſi quis pecunia, 79. diſt. cap. 1.
& cap. quoniam, de off. ord. cap. tanta, quod eſt fin. de exceſſ.
prælat. cap. dilecto, de ſent. excommun. in 6. cap. præſidentes,
& cap. vt officium §. compeſcendi, de hæret. ac præterea in cap.
periculoſo, quod eſt vnicum, §. fin. de ſtat. regular. eodem lib.
Concil. Trid. ſeſſ. 24. cap. 8. de reform. & ſeſſ. 25. cap. 5. de regu-
lar. circa initium, & in fin. necnon cap. 3. de reform. & iuxta
hunc caſum, & effectum magis propriè, quàm in primo, dici-
tur ab Eccleſiaſtico iudice inuocari auxilium brachij ſecularis;
inuocatur enim in auxilium, vt faciliùs inuocans ſuam exequi
ſententiam, vel quid ſimile facere poſſit. Iuxta vtrumque ve-
rò ex prædictis caſibus aliquot in hac quæſt. difficultates ex-
plicandæ, quas ſingulis propoſitis concluſionibus abſoluemus.

Prima concluſio. Poteſt Conſeruator Apoſtolicus † inuo- 258
care brachium ſeculare à laico magiſtratu, in hunc ſenſum, vt *Brachiũ ſeculare poteſt inuocari à Conſeru. vt Magiſtratus laicus eius ſententiã exequatur.*
ipſe Magiſtratus Conſeruatoris ſententiam exequatur. Quod
brachium ſeculare etiam abſque ſpeciali facultate inuocare
poſſit. Probatur primò, quia ſiue dicamus, Conſeruatorem
tamquam delegatum ad vniuerſitatem cauſarum æquiparari
Ordinario, prout docuimus cap. præcedenti. quæſt. 1. concl. 3.
id poterit, cum certiſſimi iuris ſit † poſſe Ordinarium ſecu-
lare brachium implorare, vt conſtat ex omnib. ferè mox cita-
tis iurib. præcipuè verò cap. 1. & cap. quoniam, de off. ord ſiue 259 *Ordinarius poteſt ſeculare brachiũ inuocare:*
dicamus cum aliis, eſſe merè delegatum Apoſtolicum, adhuc
poterit, cum † id ipſum generatim delegato Apoſtolico ſit
conceſſum, vt ſatis colligitur ex d. cap. vt officium, §. compre-
hendi, de hæret. in 6. & d. cap. tanta, ſeu fin. de exceſſ. prælat. & 260
expreſſim tradiderunt Gemin. & Franc. d. §. compeſcendi, In- *Immo & delegatus Apoſt. abſque ſpeciali facultate.*
noc. Io. An. & Doct. communiter in cap. ſignificaſti, de off. de-
leg. vbi Card. Abb. Dec. & Bero. communem eſſe fatentur,
quod & facit Lup in cap. per veſtras, notab. 2. §. ſed eſt pulchra
dubitatio, num. 17. de donat. inter vir. & vxor. quem etiam ad
id refert, ac ſequitur Couar. pract. quæſt. cap. 10. num. 1. com-

munem quoque aſſerit plures tum Doct. tum rationes pro illa afferens, Philipp. Prob. in addit. ad Io. Monach. cap. periculo, num. 16. & ſeqq. de ſtat. regul in 6. Ignat. Lopez. in addit. ad pract. crimin can. Diaz. cap. 153. num. 8. iuxta nouam impreſſionem, Proſp. Farinac. quæſt. 97. crimin. caſ. 4. num. 86. & nuper Iacob. Ant. Mart. tract. de iuriſdict. per, & int. iud. Eccleſ. & ſecul. exerc. part. 1. cap. 50. num. 27. & Franc. Molinus tract. de brach. ſecul. lib. 1. cap. 6. & Lud. Rodolfin. tract. de brach. ſecul. & Eccleſ. num. 33. quos tres non niſi poſt hæc ſcripta vidimus. Probatur 2. quoniam in ſpecie, quòd Conſeruator inuocare poſſit brachium ſeculare, tenuit Io. Bapt. Confett in ſummar. mater. priuil. Ord. Mendicant. tit. 4. cap. 3. & ante eum Bern. quem allegat, & probat gloſ. d. cap. 1. verbo, Conſeruatores, & verbo, defendere, approbata ibid. ab aliis ſcribentibus, Philip. Probo, d. cap. periculoſo, num. 19. Silueſtr. verbo, Conſeruator, num. 3. ad finem, ac pleriſque alij Summiſtis eod. verbo, Conſeruator, & nouiſſimè à Iacob. Ant. Marth. d. cap. 50. num. 27.

Quòd autem poſſit ad id implorare brachium ſeculare à iudice laico, vt ipſe laicus exequatur ſententiam Conſeruatoris, ſatis colligi videtur ex d. cap. ſignificaſti, de off. deleg. vbi indiſtinctè dicitur, quòd delegatus Apoſtolicus poteſt per Ordinarium exequi ſuam ſententiam, & d. cap. in litteris, eod. titul. vbi adhuc magis generaliter habetur, poſſe exequi per ſe, vel per alium, aliiſque iuribus initio quæſt. primo loco alleg & ex paſſim traditis per Doct. cit. præſertim verò per Couar. d. num. 1. & Farinac. d. quæſt. 97. num. 81. 82. 86. 87. cum aliquot ſeq. ex quibus conſtat, poſſe iudicem Eccleſiaſticum exequi ſuam ſententiam medio iudicis laici, à quo id requirit. An verò poſ-
261 ſit † iudex ſecularis cognoſcere de nullitate, aut iniuſtitia ſententiæ Conſeruatoris, ad effectum, vt denegare queat executionem, videndi Molin. d. lib. 1. cap. 7. vſque ad 13. Viu. in commun. opin. verbo, iudex laicus clericum, ſeu opin. 396. Prob. ſupr. num. 26. Nic. Ant. Granat. in addit. ad Veſtr. in Prax. Rom. Cur. lib. 8. cap. vlt. num. 40. & 41. & Ignat. Lopez. in addit. ad Pract. crim. Diaz cap. 141. aliàs 153. iuxta poſtremam impreſſionem. ex quorum etiam trium Doctorum, & ab eis allegatorum, necnon Menoch. de arbitrar. iud. caſ. 452. Molin. d. lib. 1. cap. 14. & Segur. Daual. in Direct. iud. Eccleſ. for. part. 2. cap.

Iudex laicus an poſſit cognoſcere de nullitate vel iniuſtitia Conſeru.

Digitized by Google

2.cap.13. num.33. dictis cum illud colligatur, † poſſe iudicem Eccleſiaſticum per cenſuras compellere ad brachium huiuſmodi præſtandum ſeculares Magiſtratus, excepto fortaſſe ſupremo, ſicut & Principe, qui monendi tantùm ſunt; & requirendi, vt inter cæteros tradunt Daual. d. cap. 13. num. 50. Lopez.d.cap.153. num.9. quod etiam obſeruaſſe videtur Concil. Trid.ſeſſ.25. cap.5. & 22. de regul. & de ſtylo Romanæ Curiæ à cenſuris excipiente Imperatorem in brachij inuocatione teſtatur Veſtr. d.cap.vlt. num. 20. quamuis contrarium in hoc de iure verius eſſe latè contendat Farinac. vbi ſupra num. 82. ſatis etiam inde deducitur, non poſſe cognoſcere de huiuſmodi nullitate, vel iniuſtitia ſententiæ iudicis Eccleſiaſtici, vt rectè deducit Daual.d.num.33. Farinac.ſupra num.87. & in multis caſib.admittit Lopez d.cap.153. num.11. & ſeqq. & Rodolfin.d. tract. de brach. ſecul. & Eccleſ. num. 36. vſque ad 40. id quod ex eo quoque ſatis conuincitur, quoniam etiam Ordinarius Eccleſiaſticus, quem tamen magis decet eſſe cultorem iuſtitiæ, compellente Apoſtolico delegato exequi debet eius ſententiam, quamuis ſciat eam eſſe iniuſtam, vt quæſt. præced. concl.vlt. docuimus. licèt Roder. quæſt.regular. tom. 1. quæſt. 8. art. 14. poſt quendam Rodin. in tract. de Maieſt. Princip. verſic. ſed & per legitimos tramites, num.85. ex traditis per Doct. d.cap. i. de off.ordin. concedat huiuſmodi cognitionem in cauſis mixti fori, non item in Eccleſiaſticis, in quibus ſentit cum Aualos, & aliis citat. verùm non poteſt ſatis congrua diſcriminis ratio, cum & illud pręcipuum fundamentum ab ipſo allatũ, quòd alias locũ habere non poſſet cõmunis opinio, cuius mox meminimus, vt poſſit ſecularis iudex compelli ad exhibendum brachium ſuum, æquè militet etiam in cauſis mixti fori; tum quòd hæ quoque facta præuentione à iudice Eccleſiaſtico ſtatim fiunt cauſæ Eccleſiaſticæ. de quo tamen articulo præter mox cit. Doct. latè tradit Marth. d. part. 2. cap. 51. per totum, & Lud. Rodolf. ſup. num. 33. & ſeq. 252

Magiſtratus laicus an poſſit per cẽſuras cõpelli ad præſtãdũ brachiũ ſeculare.

Secunda concluſio. Poteſt Conſeruator † implorare brachium ſeculare ad effectum, vt ſecularis Magiſtratus ſibi præſtet auxilium, quo faciliùs ipſe Conſeruator ſuam exequi poſſit ſententiam. Probatur primò ex eo, quod ſupra præced. concluſ. ad id in ſpecie retulimus ex gloſ. d. cap. 1. recepta de offic. deleg. in 6. & Prob. d. num. 19. dum enim Berta. quem gloſa refert, 253

Brachiũ ſeculare poteſt inuocare Cõſer. vt ſuã ſententiã faciliùs exequatur.

fert, allegat text. in cap. 1. & cap. quoniam, de off. ord. in quibus duob. iuribus, vt ante 1. concluſ. admonuimus, agitur de inuocando brachio ſeculari ad hunc effectum, ſatis colligitur eos ſentire poſſe à Conſeruatore ad hunc eundem effectum d. brachium inuocari. Probatur 2. ex eo, quod ead. præced. concluſ. generatim docuimus, delegatum Apoſtolicum poſſe brachium ſeculare à laico Magiſtratu implorare; id quod in ſpecie ad effectum prædictum multò magis locum debet obtinere; tum quia text. d. cap. tanta, de exceſſ. prælat. & cap. vt officium, §. compeſcendi, de hæret. in 6. de Apoſtolico delegato loquentes, loquũtur potiſſimùm quoad memoratum effectum; ſicut etiam Conc. Trid d. cap. ſeſſ 25. cap. 3. de reformat. in quo tamen ſatis comprehendi non modò delegatum ſedis Apoſtolicæ, verùm etiam ipſum Conſeruatorem Apoſtolicum oſtendimus ſupr. hoc eod. cap. quæſt. 5. concl. 1. tum quòd conceſſa iuriſdictione cenſentur etiam ea conceſſa, ſine quib. iuriſdictio nequit expleri, & iuriſdictio in omnibus, quæ ad cauſam ipſam pertinere noſcuntur, l. 2. ff. de iuriſdict. omn. iud. l. quidam, ff. de re iud. l. vlt. C. vbi, & apud quos, cap. præterea, & cap. ſuſpicionis, de off. deleg. cum ſimil. ibid. per gloſ. & Doct. allegat. vnde cum delegato Apoſtolico, atque adeo etiam Conſeruatori, vt ſuam ſententiam per ſe exequi poſſit, à iure conceda-
264 *Epiſcopus poteſt habere familiam armatam.* tur, vt præced. quæſt. concluſ. 1. demonſtrauimus, neque verò propter rei potentiam ſufficere ei valeat familia armata Epiſcopi, † quam habere poteſt, vt ferè omnes tradiderunt in cap. cum Epiſcopus, de off. ord. in 6. & cap. ſignificaſti, de off.
265 *Quid de delegato Apoſt. &* deleg. latè Molin. d. lib. 1. cap. 18. Sbroz. de off. Vicar. libr. 2. quæſt. 191. Marth. d. cap. 50. Lopez d. cap. 153. num. 23. & qua vti debet, cùm opus fuerit, (niſi familia laici iudicis vti velit)
266 *Inquiſitore.* delegatus Apoſtolicus, quoniam † propriam habere non valet, vt poſt alios tradit Martha d. cap. 50. num. 25. & colligitur
267 *Brachiũ ſecul. implorari poteſt à deleg. Apoſtol. priuſquã ad Ordinar. Eccl. recurrat.* ex not. per Doct cum alibi, tum d cap. ſignificaſti, excepto Inquiſitore, † latè Lopez ſupr. num. 24. & ſeqq. licèt quilibet Apoſtolicus delegatus poſſit † immediatè implorare familiam, & auxilium brachii ſecularis, antequam ad Ordinarium Eccleſiaſticum recurrat, vt ſatis probat Lopez d. cap. 153. num. 8. Rodolfin. d. num. 33. Prob. d. cap. periculoſo, num. 18. de ſtat. regul. in 7. Farin. d. quæſt. 97. num. 98. prope finem. & Molin. d. cap. 6. poſt num. 10. quicquid poſt alios dixerit Marth. d. cap.

50.

50.nu.26. inde etiam neceſſariò ſequitur, vt fortius brachium ſeculare nimirum ſibi in auxilium aduocare valeat ad ſuam ſententiam à ſe ipſo exequendam, aliúdve ſimile faciendum.

Tertia concluſio. Conſeruator Apoſtolicus, † vt imploret auxilium ſeculare ad effectum ſiue per ſe ipſum, ſiue per iudicem laicum ſuam exequendi ſententiam, aut quid ſimile faciendi, non debet neceſſariò præmiſiſſe cenſuras contra reum, aut alios contradictores, quicquid in delegato nonnulli Doct. quos referunt Lopez d.cap.153. in addit. ad Diaz.num.4. Farinac.d. num. 98. Io. Bapt. Coſt. clariſſimus Iuriſconſultus & in celeberrimo Papienſi gymnaſio quōdam lector pręſtantiſſimus in tract. de remed. ſubſidiar. remed. 21. num. 5. & ſequuntur Prob.d.cap. periculoſo, num.21. cum duob. ſeqq. Palat. Rub. d.cap. per veſtras, act.2.§. ſed eſt pulchra dubitatio, num.17. & Couar.d.cap.10. pract quæſt. num.1. nouiſſimè Franc. Molin. in d. tract. de brach. ſecul. lib. 1. cap. 3. in contrarium voluerint, ob eam præcipuè rationem quòd d. cap. cum non ab homine, de iud. apertè mandatur Eccleſiaſticis iudicibus, vt procedant per cenſuras contrá reos, & ſi non proficiant, cum non habeant amplius quid faciant, inuocent brachium ſeculare, quódque d.cap.1. de off.ord.& aliis pleriſque iuribus ponuntur illa verba, inuocato, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis; at verò donec poteſt contra aliquos procedere Eccleſiaſticus iudex per cenſuras; non videtur ei opus eſſe auxilio ſecularis Magiſtratus. Quæ tamen non obſtant noſtræ concluſ. quam in terminis tenent Coſt.d remed.21. num. 6. Ignat. Lopez.d.cap. 153. aliàs 140. num.4.& 5. Farinac.d.num.98.& Segur. Daual.d. cap.13. 2 part.director. iud. Eccleſ. for.num.35. cum quatuor ſeqq. Nam primùm quidem pleráque ex prædictis iuribus potiùs fauent huic opinioni, dum indiſtinctè dicunt, ſi opus fuerit, vel, ſi neceſſe fuerit; atque adeo in qualibet parte litis, aut in quolibet actu iudicij, non autem ſolùm in ſubſidium, & quando Eccleſia non habet vltra quid faciat; aliàs ſequeretur illud abſurdum, quòd interim reus poſſet fugam arripere, vel bona occultare, ne realis, vel perſonalis executio medio ſeculari brachio fieri queat; bonis enim in ſequeſtrum traditis, & rei perſona in vinculis poſita, nuſquam in toto litis diſcurſu brachij ſecularis auxilio erit opus, d. verò c. cum non ab homine, † vel eſt correctum per poſteriora iu-

268 *Brachiũ ſecul.vt à Cõſeru. imploretur an prærequiratur cenſuras.*

269 *Intellectus c. cum nõ ab homine.*

ra, vt ibi non pauci voluerunt, vel certè procedit in proprio caſu, cùm agitur de ſumenda pœna corporali de reo in cauſa criminali, & tradendo Curiæ ſeculari vt plectatur; quomodo intelligitur etiam d.cap.at ſi clerici, de iud. cap. poſtulaſti, de homicid. cap ad falſariorum,de crimin. falſ. cap. excommunicamus, il 1.§.1. cap. ſuper eo, & cap. ad abolendam, in princ. de hæret. necnon cap.clericus, 3.quæſt.4. & cap. ſi quis ſacerdotum, 11. quæſt. 1. quo caſu iudex Eccleſiaſticus non dicitur exequi ſententiam ſuam per ſecularem Magiſtratum, ſed potiùs ei permittit, vt ſua poteſtate in eum vtatur,prout colligitur ex d. iuribus, & cap. nouimus, de verb.ſignific. cum ibi adnotat. vnde & pro reo efficaciter intercedere precibus debet apud ſecularem Magiſtratum vt citra mortis periculum ſententiam contra eum moderetur,vt d.cap.nouimus,in princ, finalibus verbis dicitur, cui conſonat text. in cap. poſtulaſti, de homicid. & cap.2. eodem titul. in 6. necnon cap.reum, 17. quæſt.4.

270 *Intellectus Conc. Trid. ſeſſ.25. c. 3. de refor. & c.5. de Reg.*

Deinde, quicquid ſit de prædictis iuribus antiquis, certè id apertè ſatis colligitur † ex Conc.Trid.ſeſſ.25. cap.5. de regul. in fin. ibi, inuocato etiam auxilio, ſi opus fuerit, brachij ſecularis; impedientes verò, vel non obedientes per cenſuras Eccleſiaſticas parere compellant. ibi enim præmittitur brachij ſecularis inuocatio compulſioni per cenſuras. omnino verò id conſtat ex d. ſeſſ. 25. cap. 3. de reform. cuius verba retulimus ſupr.hoc eod. cap. quæſt.5. concl.1. ibi enim vt optimè adnotarunt Coſt. num.6. & Daual.d.cap.13.nu.38. ſtatuitur,vt tam in procedendo, quàm in definiendo in cauſis ciuilibus, & criminalibus contra laicos, vel clericos per mulctas pecuniarias vel captionem pignorum, ſeu perſonarum diſtrictionem per ſuos, vel alienos executores, iudex Eccleſiaſticus priùs ad executionem realem, vel perſonalem, quàm ad cenſuras deueniat; quæ verba Concilij non benè euitat Franc. Molin.d. cap. 3. num.37. & ſeqq vix enim fieri poſſe videtur, vt alienis executoribus Eccleſiaſticus iudex vtatur abſque brachij imploratione, vel ſecularis,ſi familiam laici iudicis adhibere velit, vel Eccleſiaſtici, ſi ab aliquo loci Ordinario illud imploret.ex quo etiam decreto Concilij, & aliis eiuſdem Concilij,& ſacrorum Canonum initio huius quæſt. iuxta poſteriorem implorationis brachij ſecularis effectum allegatis, ſatis quoque conſtat,hanc inuo

inuocationem † fieri poſſe à iudice Eccleſiaſtico, atque adeo 271
etiam Conſeruatore, non ſolùm vt ipſe iudex laicus executio- *Brachij ſecul. alia imploratio quo ad Conſeru.*
nem realem, vel perſonalem per ſuos executores, ſed etiam ipſe
Eccleſiaſticus per executores laici iudicis faciat; quod & fuſiùs
probat Daual. d. cap. 13. num. 40. vſque ad 47. & colligitur ex
2. noſtra concl. huius quæſt. necnon ex eo, quòd † iudex Ec- 272
cleſiaſticus poteſt laicum, & clericum mulctare in pecuniaria, *Laicus poteſt à iudice Eccleſ. mulctari in pecunia:*
vt breuiter docuimus cap. præced. quæſt. 4. concl. 1. in fin. &
colligitur ex traditis per Diaz. ſupr. cap. 144. & ibi Lopez. in
nou. addit. poteſtque † capere, & carcerare non modò cleri-
cum, vt eſt tex. in cap. cum Epiſcopus, de off. ord. in 6. ſed etiam 273
laicum, vt plerique ibi tradiderunt, & alij, quos refert Couar. *Immo capi, & in carcerē detrudi.*
d. cap. 16. num. 2. & ſequitur Iacob. Sbroz. de off. vicar. libr. 2.
quæſt. 152. Daual. d. cap. 13. num. 24. vſque ad 30. Lopez. d. c.
153. num. 6. & 7. ac Reuerendiſſimus Antiſtes Germon. de ſa-
cror. immunit. lib. 3. cap. 12. num. 77. vſque ad 81. Fel & alij in
cap. cum ſit generale, de for. compet. Fernan. Vaſq. de ſucceſſ.
reſol. § 22. num. 17. de quo etiam aliquid nos ſupr. cap. 7. quæſt.
4. concl. 1. ad fin.

Cetera, † quæ de brachio ſeculari minùs neceſſariò dici 274
ad hanc quæſtionem poſſent, ſubminiſtrabunt tibi præcitati *Brachij ſecul. materia, remiſſiuè.*
Doct. ac præcipuè Lopez, & Daual. ſupr. Coſt. d. remed 21. &
Marthà d. part. 1. cap. 49. cum tribus ſeqq. Nauar. in repet. cap.
cum contingat, præcipuè remed. 9. de reſcript. Sbroz. d. tract.
de off. Vicar. lib. 2. quæſt. 190. & ſeq. Natt. conſ. 159. Lud. Ro-
dolfin. & Franc. Molin. d. tract. de brach. ſecul. Caualcan. de
de brach. reg. Farinac. d. quæſt. 97. à nu. 81. vſque ad 108. An-
char. reg. ea, quæ, num. 16. Læl. Iordan. de Rom. ſed. orig. & au-
ctor. cap. 8. Nos verò ex his, quæ adduximus finem tam præſen-
ti quæſtioni, quàm vniuerſo huic 8. cap. imponentes ad 9. tranſ-
eamus.

Digitized by Google

SVMMÆ RERVM.

1 *Iuriſdictionem iudicis quænam impediant, ſeu retardent.*
2 *Suſpectum iudicem habere durum eſt, nec ad id quis cogitur.*
3 *Suſpecto iudice exiſtente quid faciendum de iure ciuili.*
4 *Recuſato iudice, vt ſuſpecto, de iure canonico eliguntur arbitri, coram quibus probetur cauſa ſuſpicionis. fallit tamen id in tribus caſib. num.5.*
6 *Recuſationis cauſa de iure ciuili non debet neceſſariò exprimi, ſed ſufficit iuramentum. De iure autem Canonico exprimenda eſt. num.7. & regulariter proponenda coram iudice recuſato. num.8.*
9 *Recuſari regulariter nequit Conſeruator iuxta terminos iuris deputatus.*
10 *Argumentum ab appellat. ad recuſationis remotionem in cauſis Eccleſiaſticis valet. dum tamen remota ſit appellatio à iure, non per reſcriptum. num.11.*
12 *Recuſatio admittitur in manifeſtis criminibus, & ibi intellectus c. quod ſuſpecti. 3. q. 5.*
13 *Recuſatio admittitur vbi pœna arbitraria imponitur.*
14 *Iudex in iniuria notoria ſibi illata poteſt iudicare, ſi pœna ſit à iure impoſita, & determinata.*
15 *Recuſatio reÿcitur in notorio facti permanentis, non autem tranſeuntis. Item non modò in criminalibus, ſed & in ciuilibus. num.16.*
17 *Recuſatio non admittitur etiam in non notorÿs, vbi recuſatio ipſa ſit notoriè calumnioſa.*
18 *Recuſari poteſt Conſeruator in cauſis merè ſummarÿs, ſed ex grauiori cauſa, quàm in plenarÿs, & duob. num. ſeqq.*
19 *Suſpicionis cauſæ iuſtæ quæ ſint in plenarÿs cauſis, remiſſiuè.*
20 *Apices iuris non attenduntur in cauſis ſummarÿs.*
21 *Recuſari non ita facilè poteſt Cardinalis, & Ordinarius.*
22 *Recuſari poteſt indiſtinctè Conſeruator in cauſis plenarÿs.*
23 *Aſſeſſor Conſeruatoris recuſari poteſt. ob grauiores tamen cauſas, quàm Conſeruator. num.24.*
25 *Aſſeſſor an habeat iuriſdictionem.*
26 *Aſſeſſor recuſari poteſt ſicut iudex, vbi eius conſilium omnino ſequendum eſt.*
27 *Notarius, an, & quando recuſari poſſit.*

Digitized by Google

28 *Capitulum an recuſari poßit.*

29 *Recuſari debet Conſeruator Apoſtolicus ante litis conteſtationem. poteſt tamen etiam poſt, præſtito iuramento; ſi poſt eam cauſæ notitiam habuit recuſans.num. 30. quòd ſi poſt etiam concluſionem in cauſa ſuperuenit, poterit tunc proponi & probari.num.31.*

32 *Suſpicionis cauſa orta poſt litis conteſtationem ante concluſionem, poterit etiam poſt concluſionem proponi ſi notoria omnino ſit, aut eius cognitio ſuperuenit concluſioni.*

33 *Arbitri quando eligendi ſint à recuſante cum Conſeruatore recuſato, vel cum aduerſario,& num.ſeq.*

34 *Arbitri electi.ſi diſcordent,aduocant tertium;quodq́; duo decreuerint, ſubſiſtit.*

35 *Suſpicionis cauſa coram quo proponenda.& probanda ſit.*

36 *Controuerſia ſuper competentia inter Conſeruatorem, etiam Regularium, & Ordinarium quomodo ſit terminenda. quid inter duos delegatos.num.37.*

38 *Iudex quando poßit cognoſcere an ſua ſit iuriſdictio,vel non poßit.*

39 *Arbitri in cauſa ſuſpicionis Conſeruatoris ab eo cogendi ſunt ad conueniendum in vnam ſententiam, vel tertium concorditer aduocandum.*

40 *Arbitri iuris,non Conſeruator,aßignant terminum partib.ad probandum cauſam ſuſpicionis.*

41 *Suſpicionis cauſa legitimè non probata Conſeruator ſua iuriſdictione vtitur,probata cauſam vel alteri committit de recuſatoris aſſenſu,vel ad ſuperiorem tranſmittit.*

42 *Recuſatus an poßit ante electionem arbitrorum ſtatim cauſam ſubdelegare.*

43 *Geſta à iudice recuſato poſt recuſationem an ſint ipſo iure nulla.*

34 *Recuſari quinam non poßint.*

45 *Delegatus Apoſtolicus ante recuſationem licitè committit vices ſuas, tunc verò nec recuſari poterit, neque commißio in totum facta impugnari.*

46 *Recuſari poteſt delegatus Papæ etiam poſt commißionem ante recuſationem factam, ſi ſubdelegatus non recepit commißionem, vel mortuus eſt ante vſum illius,eámve delegatus reuocauit.*

47 *Delegatus Papæ poſt recuſationem ſubdelegare nequit ſine aſſenſu recuſationis,cum quo poteſt,licèt recuſatio ſit probata, modò ſuper ea non ſit pronuntiatum.*

48 *Recuſationis materia,remißiuè.*

49 *Aſſeſſor conſiliarius etiam vocatur. quid ſit. num. 50.*
51 *Relationis quot ſint ſpecies, & quæ.*
52 *Relationis ſpecies affinis aſſumptioni Aſſeſſoris eſt petitio conſilij ſapientis; differunt tamen.*
53 *Relatione pendente ſuſpenditur iudicis iuriſdictio.*
54 *Deputatio Conſeruatori in diœceſi, eiúſve proceſſus an fieri debeat in locis inſignibus.*
55 *Aſſeſſorem aſſumere Conſeruator poteſt, licèt non indigeat; ſi indigeat, debet. & num. 57.*
56 *Aſſeſſore indigere quando dicatur delegatus Apoſtolicus, aut Conſeruator. & an in hoc ſtetur eius conſcientiæ. num. 57.*
58 *Aſſeſſorem ſibi aſſumere non tenetur Conſeruator, niſi requiſitus.*
59 *Aſſeſſor à Conſeruatore aſſumendus neutri parti debet eſſe ſuſpectus.*
60 *Aſſeſſorem ſibi aſſumere poteſt Conſeruator ſine partium conſenſu.*
61 *Aſſeſſor Conſeruatoris debet eſſe idoneus ad eum inſtruendum.*
62 *Scire quis omni iure debet quod ad officium ſuum rectè exercendum ſpectat.*
63 *Aſseßor de conſenſu vtriuſque partis electus imperitus validè procedit.*
64 *Aſſeßor iudicis Eccleſiaſtici an debeat eſſe peritus in iure Canonico.*
65 *Aſſeßor Conſeruatoris debet eſſe integræ famæ, nec excommunicatus.*
66 *Aſſeßor Conſeruatoris laici in cauſa ciuili poteſt eſſe clericus.*
67 *Aſſeßor Conſeruatoris clerici poteſt eſſe laicus. Niſi eius conſilium ex neceßitate foret ſequendum. num. 68.*
69 *Aſſeſſoris conſilium quando neceßariò ſit ſequendum. regulariter ſecus eſt. num. 70.*
71 *Aſſeſſor Conſeruatorem Apoſtolicum inſtruit in ſententia. Et in proceſſu. num. 72.*
73 *Aſſeſſorem inuitis partibus aſſumere poteſt Conſeruator imperitus, aut impeditus. ijſdem conſentientibus poteſt recuſatus. num. 74.*
75 *Conſilium ſapientis Conſeruator Apoſtolicus requirere poteſt extraiudicialiter. ſed non tenetur iudicialiter. num. 76. quid ſi ſit imperitus. num. 77. vel adſit ſtatutum. num. 78. aut conſuetudo. num. 79. & ſeq.*
80 *Stylus fori in ordinatorijs etiam quoad cauſas delegatas attenditur.*
81 *Conſilium ſapientis, aut Principis, quomodo petatur iudicialiter.*
82 *Conſilium ſapientis an teneatur iudex ſequi. & ſi iniuſtum ſequatur, an excuſetur. 83.*

84 *Lega*

Digitized by Google

84 Legatus etiam de latere inhibere non poteſt Conſeruatori in cauſis ei commiſſis.
85 Legatus & delegatus Papæ vices eius gerunt.
86 Epiſcopus, ſeu eius Vicarius nequit inhibere Conſeruatori Apoſtolico, & duob num.ſeqq.
87 Ordinarius non debet violenter reſiſtere mandato delegati Apoſtolici.
88 Ordinarius nequit ſe intromittere in cauſa delegati Apoſtolici etiam eo mortuo.
89 Ordinarius an poſſit cognoſcere de validitate duorum reſcriptorum delegationis. Et ibi intellectus cap.cum contingat,de reſcript.
90 Ordinarius poteſt abſolutos per delegatum Papæ ſtante eius malitia, vel negligentia in procedendo, reuocare in priſtinam excommunicationem. & ibi intellectus c.ſignificauit,de off.ord.
91 Fauor animæ,ac vitandi peccati & ſcandali maximus eſt.
92 Periculum in mora facit,vt multa permittantur.
93 Ordinarius poteſt reſiſtere delegato procedenti extra caſum commiſſionis.
94 Ordinarij iuriſdictio quando ſolum excitetur, vel fiat delegata. & num.99.
95 Inhibitionibus quando,& cur vti liceat.& num.ſeq.
96 Ordinarius quando dicetur melius ius fouere in iuriſdictione, quàm Conſeruator,vt ei poſſit inhibere.& num.99.
97 Delegatus Apoſtolicus regulariter nequit inhibere Conſeruatori Apoſtolico.
98 Inhibitio fit à maiori,non pari,aut minori regulariter.
99 Ordinarius dicitur Epiſcopus,eius Vicarius,& omnes habentes iuriſdictionem epiſcopalem.
100 Delegatus Apoſtolicus ſpecialis in aliqua cauſa ex ijs,quæ generaliter ſpectant ad Conſeruatorem,poteſt eidem inhibere.
101 Delegatus, cui cauſa appellationis à ſententia Conſeruatoris commiſſa fuit, poteſt illi inhibere. Idem in iudice meræ nullitatis. num.102. ſed non indiſtinctè;vt cum agitur de re iudicata. num.103.
104 Inhibere Conſeruator Conſeruatori nequit regulariter. Poteſt tamen adiuncto,ſeu Collegæ.num.105.& ſeq.
106 Collega an poſſit Collegam impedientem ſuam iuriſdictionem coërcere.
107 Inhibere poteſt præueniens Conſeruator præuento.Item qui aliàs venit

nit præferendus. num.108.

109 *Controuerſia de competentia duorum Conſeruatorum, vel Conſeruatoris, & delegati qualiter dirimenda.*

110 *Intellectus cap. ceterum, & cap. cum contingat, de reſcript. cap. ſanè, il 1. de off. deleg. & c. vt debitus, de appel.*

111 *Inhibitionis materia, remiſſiuè.*

112 *Inſtantia appellationis non currit pendente compromiſſo.*

113 *Inſtantia appellationis non habet locum in Conſeruatore, ſed tantum prima.*

114 *Inſtantia prima quando finiatur de iure canonico, vel ciuili. Quid coram Conſeruatore. num.115.*

116 *Inſtantia ciuilis an attendatur coram iudice ſeculari in cauſis Eccleſiæ, vel clericorum.*

117 *Inſtantia cauſæ principalis an ſuſpendatur per compromiſſum.*

118 *Compromiſſo pendente poteſt ſoluta pœna adiri Conſeruator pro cauſa compromiſſa.*

119 *Compromiſſum ſoluitur ſtatim ſi vtraque pars conſentiat adire iudicem. poſt conteſtationem verò litis, ſi vna tantum pars conſentiat. num.120.*

121 *Pœna ſoluenda eſt ab adeunte iudicem pendente compromiſſo. niſi adiret, vt cogeret arbitros ad laudum ferendum, vel eligendum tertium. num. 122. aut procurator adiret ſine ſpeciali mandato, vel ratificatione domini. num.123.*

124 *Compromiſſo neceſſario pendente adiri nequit iudex, niſi vtraque pars conſentiat. debet tamen hæc pendentia opponi coram iudice. num.125.*

126 *Compromiſſo vt in arbitratorem pendente adiri non poteſt iudex, etiam ſoluta pœna. Item licèt is laudum tulerit, vel ab eo petita ſit reductio. num.127.*

128 *Compromiſſo vt in arbitrum pendente quando adiri nequeat iudex, & num.133.*

129 *Reductione laudi ad arbitrium boni viri pendente ſuſpenditur executio laudi, immo & pendente tempore ad eam petendam. nu. 130. hoc eſt, decendio in arbitrio, & tricennio in arbitramento. num.131.*

132 *Reductio laudi, eiusq́; petitio ſuſpendit iuriſdictionem Conſeruat.*

133 *Reductione laudi pendente quando non ſuſpendatur laudi executio, vel iuriſdictio Conſeruatoris, & trib. num. ſeqq.*

134 *Reductio, cui partes renuntiarunt, an ſuſpendat executionem laudi, vel*

Digitized by

vel iuriſdictionem iudicis. quid ſi iam petita eſt executio laudi. num.135.

136 Reductio arbitramenti, non arbitrij admittitur, ſuſpenditq́ executionem laudi, & iuriſdictionem iudicis, niſi adſit dolus. num. 137. vel iniquitas manifeſta, & enormiſſima læſio. num. 138. & ſeq.

139 Dolus præſumitur ex enormiſſima læſione. immo & enormi nu.140.

141 Læſio enormis, vel enormiſſima quæ dicatur.

142 Reductio laudi ad arbitrium boni viri quando petenda coram Conſeruatore, & ſeptem num. ſeqq.

143 Reductio laudi non eſt petenda coram iudice arbitratoris. ſed rei, num.144.

145 Reductio laudi petenda coram iudice Eccleſiaſtico, vbi agitur de iuramento, vel peccato. aut re Eccleſiæ. num. 146. vel iure ſpirituali. num.147. & aliàs, vbi laicus conueniri coram eo poteſt. num.148. & 151.

149 Reductio quando peti poſſit coram iudice arbitratoris. & num. ſeq.

150 Reductio laudi quando petenda coram Ordinario omiſſo etiam Conſeruatore.

151 Reductio petenda coram Eccleſiaſtico ſuperiore, vbi ex duob. arbitris alter ſit clericus, & reductio petenda ſit coram ſuperiore arbitri.

152 Nullitatis laudi, & ſolutionis compromiſſi materia, remiſſiuè.

153 Arbiter, qui ſimul eſt Conſeruator, quando poſſit compromiſſo durante, vel ſoluto procedere vt iudex, vel arbiter.

154 Appellare olim licebat ſaltem de iure canonico ab omni grauamine, tam iudiciali, quàm extraiudiciali.

155 Appellans ab interlocutoria, vel grauamine extraiudiciali exprimere debet cauſam rationabilem, & quæ ea ſit.

156 Appellare quando nunc liceat de iure canonico in quauis inſtantia. & quid de iure ciuili. num.157.

158 Grauamen irreparabile per appellationem à definitiua quodnam ſit.

159 Sententia merè interlocutoria, vel habens vim definitiuæ quæ ſit.

160 Interlocutoriæ meræ poſſunt reuocari etiam poſt appellationem, non autem habentes vim definitiuæ.

161 Interlocutoria habens vim definitiuæ an reuocetur per appellationem à definitiua. aut illius grauamen in hac nominatim exprimi debeat. num.162.

163 Definitiuam quando declarare iudex, aut reuocare poſſit.

Digitized by Google

164 *Dici poteſt de nullitate ſententiæ vel acceſſoriè ad appellationem, vel æquè principaliter, vel omnino principaliter. & tribus num. ſeqq.*

165 *Nullitas acceſſoriè intentatur cum dicitur, appello, alijſq; modis, & num. 167. & quando æquè principaliter. num. 166. aut omnino principaliter. num. 167.*

168 *Sententia lata ſuper nullitate incidenter propoſita eſt interlocutoria, nec de per ſe requirit iuris ordinem: ſecus ſi principaliter.*

169 *Appellatio ſola incidenter includit nullitatem, & nullitas appellationem.*

170 *Nullitas principaliter intentari poteſt vſque ad 30. annos, & quando perpetuò.*

171 *Nullitatis proſequendæ tempus quod ſit.*

172 *Appellatio regulariter non datur à ſententia Conſeruatoris ad terminos iuris deputati.*

173 *Appellatio non admittitur regulariter in notorijs. fallit tamen id multis modis. num. 174. cum ſeq. & quid in notorio probationis, aut præſumptionis, num. 175.*

176 *Appellatur à Conſeruatore in cauſis plenarijs, & geſta appellatione pendente, vt attentata, ſunt reuocanda. etiam in interlocutoria habente vim definitiuæ. num. 177.*

178 *Appellatio ab interlocutoria eximit à iudice, non tamen facit attentata, niſi poſt inhibitionem.*

179 *Appellari poteſt à Conſeruatore in cauſis ſummarijs.*

180 *Appellari quando nequeat à Conſeruatore etiam in plenarijs; & ibi intellectus Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 20. de reform. & reg. 36. Cancellariæ. cum num. ſeq.*

181 *Vniuerſalis negatiua cum dictione, niſi, omnino totum excludit, præter excepta.*

182 *Appellatur à Conſeruatore Apoſtolico ad Papam. Item ab arbitris iuris in caſu recuſationis, vel controuerſiæ de competentia cum alio Conſeruatore, vel iudice delegato. num. 183.*

184 *Appellatur ad Papam à Conſeruatore laico ab eo dato; ad Principem verò ſecularem à Conſeruatore etiam clerico, quem is dedit.*

185 *Appellari ad Legatum etiam de latere nequit à Conſeruatore Apoſtolico, nec valet contraria conſuetudo.*

186 *Legatus nequit ſe intromittere in cauſa appellationis à Conſeruat.*

187 *Appellatio à Subconſeruatore Apoſtolico, in totum etiam quoad vnam cauſam dato ſit ad Papam. Quid ſi Conſeruator datus fuiſſet*

Digitized by Google

fuiſſet à Principe ſeculari. num.188.

189 *Appellatur à Subconſeruatore Apoſtolico non in totum dato ad Conſeruatorem. & an poſſit ad Papam. num.190.& quid in ſubdelegato à collega dato cum clauſula,ſi non ambo.nu.191.aut duob. extraneis ſubdelegatis à duob.ex trib.delegatis.num.192.*

193 *Appellatur à Subconſeruatore non in totum dato ad Papam, vbi Conſeruator excommunicetur,vel moriatur.Item à quinque alijs caſibus.num.194.*

195 *Pendente tempore ad appellandum an ſuſpendatur iuriſdictio Conſeruatoris. & quid pendente tempore ad petendum apoſtolos. num.196.*

197 *Clauſula, appellatione remota, quando apponatur, & quem effectum habeat.*

198 *Iuriſdictio Conſeruatoris, & executio ſententiæ ſuſpenditur, dum huius nullitas incidenter cognoſcitur.*

199 *Nullitas quando impediat executionem trium ſententiarum conformium, vel etiam vnius, aut duarum, quæ tranſierint in iudicatum. maximè vbi exceptio nullitatis requirit altiorem indaginem.num. 200. cum ſeq. & quando id contingat.num.201.*

202 *Nullitas quando impediat executionem vnius,vel duarum ſententiarum, quæ tranſierint in iudicatum ſiue altiorem indaginem requirat,ſiue non.*

203 *Nullitas principaliter intentata regulariter non ſuſpendit Conſeruatoris iuriſdictionem,neque ſententiæ illius executionem.fallit tamen id multis modis. num.204.*

205 *Nullitatem incidenter proponens ad appellationem, ſi in hac ſuccumbat,poteſt illam denuò principaliter intentare; ſecus ſi illam ab initio principaliter intentauit.*

206 *Nullitatem proponens incidenter ad appellationem, ſi hæc remanet deſerta, poteſt nullitatem denuò principaliter intentare. Idem ſi cum appellatione nullitatem æquè principaliter propoſuit. num.207.*

208 *Nullitas coram quo iudice proponatur; & generatim de materia nullitatis,remiſſiuè.*

CAPVT IX.

Qua ratione impediatur, ſeu retardetur iuriſdictio Conſeruatorum.

IVXTA ordinem, quem initio 7. cap. atque que etiam vniuerſi huius tractatus obſeruandum propoſuimus, poſtquam in eod. cap. 7. de iuriſdictione, ac poteſtate Conſeruatoris ita exigente rei amplitudine latiſſimè diſſeruimus, & 8. hoc eſt, ſtatim præced. cap. de modo procedendi, quem adhibere debent, ſeu qua ratione ſua iuriſdictione vtantur Conſeruatores, ſatis copioſè egimus, ſequitur, vt in hoc 9. c. de præcipuis iuriſdictionis eiuſdem impedimentis breuiter agamus. Hæc autem, omiſſis aliis, quæ vel minùs præcipua ſunt, & ſpectant ad materiam duorum præced. cap. vel potiùs omnino tollunt, quàm ſuſpendant, impediant, ſeu retardent Cónſeruatoris iuriſdictionem, & pertinent ad ſeq. poſtremum cap. in quo diſputabimus, quando huiuſmodi Conſeruatoris iuriſdictio expiret; vel ſi præcipua ſunt, & iuriſdictionem ſu-
1 ſpendunt, vt † prouocatio, relatio, reductio ad arbitrium, ſupplicatio, ſeu recurſus, reſtitutio, querela, reclamatio, & dilatio; qui ſimul cum appellatione ſunt nouem actus habentes effectum ſuſpenſiuum iuriſdictionis, vt auctor eſt, & latè probat Marant. in ſpec. aur. 3. part. 6. part. princ. 2. act. princ. num. 4. vſque ad 128. & ibi Add. necnon Lancell. de attent. 2. part. c. 7. vbi de dilatione, 18. vbi de reſtitutione, 19. vbi de recurſu. quibus adde compromiſſum, de quo idem Lancell. ibi cap. 15. nullitatem, de qua ibidem cap. 17. tamen reductio quidem ſpectat directè ad arbitria, quæ ſunt extra rem noſtram, niſi, vt ſequuntur, ad compromiſſum, de quo nos infr. quæſt. 4. prouocatio, & nullitas pertinent ad appellationem, de qua infra q. vlt. relatio ad aſſumptionem aſſeſſoris, de qua quæſt. ſeq. reliqua nihil habent, quod proprium ſit Conſeruatorum, ratóque vſu venire poſſint; vnde pro iis remiſiſſe ſufficiat ad Marant. & Lancell. ſupr. ac præterea quoad dilationem ad l. ſiue pars, C. de

Iuriſdictionem iudicis quanā impediant vel retardent.

C. de dilat. & cap. ſignificaſti, de appel. Doctor. vtrobique,& tit. de dilat. paſſim, Veſtr. in prax. Rom. Cur. lib. 7. cap. 1. num. 15. & ibi Grauat. quoad reſtitutionem in integrum ad Sfort. Odd. in ſuo tract. luculentiſſimo de reſtitut. in integr. præſertim quæſt. 42. & ſeq. De ſeruitute autem, banno, excommunicatione, & ſuſpenſione, prætterquam quòd non ita frequentia impedimenta iuriſdictionis ſunt, commodior locus erit cap. ſeq quæſt. 2. cum trib. ſeqq. hæc inquam præcipua, propria, & frequentiora impedimenta quinque eſſe reperio. Primum eſt Recuſatio; ſecundum Aſſeſſoris aſſumptio; tertium Inhibitio; quartum Compromiſſum; quintum, & poſtremum Appellatio, & Nullitatis dictio. de quib. vt perſpicuè procedamus, ſingulas quæſtiones inſtituemus.

QVÆRO *igitur Primò in hoc 9. cap. An, & quando poßit Conſeruator tanquam ſuſpectus recuſari.*

Non loquimur hîc de recuſatione ratione imperitiæ, aut aliam ſimilem ob cauſam; de hac enim agemus in ſeq. quæſt. cum ſit propria materia aſſeſſoris; Neque loquimur de recuſatione propter qualitatis alicuius defectum, ob quem nequeat eſſe quis Conſeruator; has enim qualitates latiùs proſecuti ſumus quæſt. 5. vbi diſſeruimus, quinam dari poſſint Conſeruatores; Denique non loquimur de recuſatione Conſeruatoris propter incompetentiam, puta ratione præuentionis; de hac enim aliquid egimus in præced. cap. quæſt. 4. & aliquid etiam tractaturi ſumus infr. hoc ipſo cap. quæſt. 3. vbi de inhibitione. & in hac quæſt. concl. 3. Verùm loquimur ſolùm, vt etiam propoſitus titulus indicat, de recuſatione Conſeruatoris ob aliquam ſuſpicionis cauſam. Cum autem in triplici deputationis gradu, ſeu ratione, vt iam non ſemel admonuimus, conſiderari poſſit Conſeruator, nimirum, cùm deputatur vel iuxta terminos d. cap. 1. & fin. de off. deleg. in 6. quo modo non niſi de notoriis iniuriis, & violentiis poteſt cognoſcere; vel ita, vt ſine ſtrepitu, & figura iudicij alias etiam cauſas definiat; vel denique cum plena illa cauſæ cognitione, quam iudices in plenariis, ſeu ordinariis cauſis ſolent, ac debent adhibere; iuxta omnes haſce inſpectiones de Conſeruatoris recuſatione agemus in hac quæſt. oſtendentes, an, & quando valeat vt ſuſpectus recuſari; & ſimul, quomodo ſe gerere debeat tam pars, quàm ipſe Conſeruator, ſingulis, vbi opus fuerit, præpoſitis conclu-

Digitized by Google

ſionibus explicantes, illis tamen, quæ Conſeruatori cum ceteris iudicibus hac in re communia ſunt, & aliis quoque minùs neceſſariis vt plurimum prætermiſſis.

2 *Suſpectũ indicẽ habere durũ eſt, nec ad id quis cogitur.* Præmittendum autem eſt, quòd, cum † durum ſit coram ſuſpecto iudice litigare, atque adeo nemo cogatur eum ſibi in iudicem ſaltem ſolum habere, cap. quod ſuſpecti. 3. quæſt. 5. c. poſtremò, & cap. cum ſpeciali, de appellat. l. apertiſſimi, C. de iudic. cum ſuis concordant. de iure quidem ciuili quoties † iu-

3 *Quid ſi iudex ſuſpectus ſit faciendum.* dex ordinarius recuſatur, & cenſetur ſuſpectus, non tollitur ab eo iuriſdictio, immo poteſt ipſe de cauſa cognoſcere adiuncto ſimul ſibi Epiſcopo loci quem ſocium debet aſſumere ad cauſæ cognitionem, & definitionem, Auth. ſi verò contigerit, C. de iud. quamuis moribus receptum ſit, vt iudex ordinarius recuſatus recipiat ſibi ſocium non Epiſcopum loci, ſed alium bonum, & candidum virum ad abſtergendam, quæ de ipſo oborta eſt, ſuſpicionem, vt poſt Dec. in cap. cum ſpeciali, in princip. col. 2. de appellat. & Bal. Caſtr. Salic. Iaſon. & alios in d. Auth. ſi verò, adnotauit Couar. practic. quæſt. cap. 26. num. 1. & praxis docet. De iure autem canonico † ſiue ordinarius,

4 *Recuſato iudice ſuſpecto eligendi arbitri de iure canonico qui de ſuſpicione cognoſcant.* ſiue delegatus vti ſuſpectus recuſetur, ad arbitrorum electionem regulariter eſt recurrendum, coram quibus probentur cauſæ ſuſpicionis d. cap. cum ſpeciali, de appellat. cap. legitima, eod. tit. in 6. cap. ſuſpicionis, de off. deleg. & cap. ſi contra vnum, eodem tit. lib. 6. Fallit tamen id † primò in delegato, vel officiali Epiſcopi: ſi enim is recuſetur, non eliguntur arbitri,

5 *Fallit in tribus caſibus & quibus.* ſed cauſa ſuſpicionis probanda eſt coram Epiſcopo, vt in d. c. ſi contra vnum. Secundò vbi cauſa à ſede Apoſtolica ſit delegata duobus cum illa clauſula, ſi ambo intereſſe non poſſunt, alter eorum in cauſa procedat; tunc enim, ſi contra vnum ex illis ſuſpicionis cauſa legitima proponatur, ea probari, & expediri debebit coram coniudice non recuſato, vt ibid. dicitur; quod quidem locum non habet in quibuſdam aliis clauſulis, de quibus gloſ. d. cap. ſi contra, verb. probari, & nos inf. concl. 5. circa initiũ. Tertiò fallit in ſubdelegato Apoſtolico; ſi enim

6 *Recuſationis cauſa an exprimenda de iure ciuili.* is recuſetur, debet recuſans coram delegato iuſtam recuſationis cauſam oſtendere, vt habetur in cap. ſuper quæſtionum, §. quem verò, de offic. deleg. Similiter iure ciuili † non requiritur neceſſariò in recuſatione expreſſio cauſæ ſuſpicionis, ſed ſufficit iuramentum, iuxta optimum text. in l. vlt. C. de iudiciis.

&

Digitized by Google

& colligitur d. l. apertiſſimi, vbi gloſ. & ceteri coniunctim id tradiderunt; quam opinionem ſequuntur, & communem fatentur Abb. in repet. cap. ſi quis contra, num. 12. de for. compet. Lanfranc. Orian. in cap. quoniam contra, verbo, recuſationis, col 2. Steph. Aufrer. tract. de recuſat. num. 3. Dec. d. cap. cum ſpeciali, in princ. & Couar. d. cap. 26. num. 1. ad finem. at verò de iure canonico † exprimenda eſt cauſa, cap. poſtremò, cap. nouit, & cap. cum ſpeciali, de appell. d. cap. legitima, eod. tit. in 6. d. cap. ſuſpicionis, & cap. ſuper quæſtionum, §. quem vero, de offic. deleg. & cap. ſi contra vnum, eodem tit. in 6. & proponenda † coram recuſato d. cap cum ſpeciali; quòd ſufficit etiam in caſu prædicto 2. fallentiæ, iuxta dict. cap. ſi contra vnum, vbi Archid. ad verbum, proponatur, id adnotauit poſt Innoc. in cap. cum ſuper, de off. deleg. quem ſequitur gl. magis recepta d. cap. ſi contra vnum, verbo, probari, tunc ſolùm, cum adſunt in commiſſione quædam clauſulæ, quarum ad id mentionem faciemus infr. concl. 5. Quando autem, & quomodo debeat proponi, ac probari cauſa ſuſpicionis, dicemus infra concluſ. 4. & ſeqq. Interim ad huius quæſt. concluſiones veniamus.

7 *De iure canonico exprimēda, &*

8 *proponenda corā iudice recuſato.*

Prima concluſio. Conſeruator † deputatus iuxta terminos d. cap. 1. & fin. de off. deleg. in 6. ſeu cognoſcens tantùm de notoriis iniuriis, & violentiis, regulariter nequit recuſari. Ita Innoc. d. cap. 1. num. 4. cuius opinionem ſequitur ibi Hoſt. Bern. & Io. An. in gloſ. cui etiam adhærere videtur Sylueſt. verb. Conſeruator, num. 5. ad finem, omnino verò accedit Borgnin. Caluacan. deciſ. 33. num. 15. part. 2. ferè autem omnes præcitati Doctores allegant ad id probandum, text. in cap. peruenit, cap. propoſuit, & cap. cum ſit, de appellat. ſed d. quidem cap. cum ſit, & cap. peruenit, nihil de recuſatione, ſed tantùm de appellatione habetur, quòd non admittatur in crimine notorio, ab ea tamen argui poteſt † ad recuſationem, quoniam in cauſis Eccleſiaſticis, vbi appellationis remedium tollitur, ſicut appellationi, ita recuſationi non eſt aliquatenus deferendum, vt totidem verbis dicitur in cap. ſuper eo, il 2. de appellat. quod ntelligo vbi à iure prohibetur appellatio, vt puta cum non exprimitur cauſa appellationis, cap. vt debitus, de appell. cum ſimil. vt explicat gloſ. ibid. verbo, appellationi, in quo caſu nos verſamur. Secus † ſi per reſcriptum tollatur, quia cauſa ſit com

9 *Recuſari regulariter nequit Conſeruator.*

10 *Arg. ab appel. ad recuſationis remotionem in cauſis Eccl. valet, dummodo*

11 *remota ſit appellatio à iure non per reſcriptum.*

Digitized by Google

commiſſa appellatione remota; tunc enim hoc non obſtante admittenda eſt recuſatio, vt expreſsè cauetur d.cap.poſtremò, de appellat. Porrò in d.cap. propoſuit, habemus text. ſatis expreſſum ad hoc, quòd recuſatio non ſit ſaltem neceſſariò admittenda in notoriis, dum ibi dicitur, quòd iudex, à quo quis appellauit, ſi illi omnino ſuſpectus eſt, non debet eum compellere ad reſpondendum in cauſis, in quibus non appellauit, niſi pro crimine adeo graui, & manifeſto, quòd ipſo actu meritò ſit damnandus; per hunc enim text. id adnotauit ibi gloſ. magis communiter recepta in verbo, manifeſto, & pleriſque Doct.tradiderunt, quos refert, & ſequitur inter alios Farinac. quæſt.22. crimin. num.129. illud enim verbum, manifeſto, ibi ſumitur pro notorio ex prædictorum omnium interpretatione, quod ſanè Dec. ibid. num. 4. colligit ex iis verbis ſeqq. quòd ipſo actu meritò ſit damnandus, ſicque voluit ibidem gl. contrarium ex cap.quod ſuſpecti, 3.9.5.ibi, & ſi manifeſta ſibi of-

12 *Recuſatio admittitur in manifeſtis criminibus.*

ficiant crimina, ex quo ſatis colligitur, quòd † etiam in manifeſtis criminibus admittenda ſit recuſatio, nam ibi ſermo eſt de manifeſtis non notoriis, hîc autem de ita manifeſtis, vt ſint quoque notoria, quæ ſanè quomodo inter ſe diſtinguantur, docuimus cap.7. quæſt.3. concluſ.4. & quamuis alij aliter concilient illa iura, vt per Dec.d.cap.propoſuit, num.4. tamen hæc ſolutio gloſ.communiter approbatur, vt Dec.ait d.num.4.vbi nihilominus etiam illam diſtinctionem Butr.& Abb.ait ab om-

13 *Vbi pœna arbitraria imponitur, recuſatio admittitur.*

nibus commendari, quòd † non recuſetur iudex de notorio crimine cognoſcens, vbi pœna ſit à iure impoſita, & determinata ſecus vbi ſit arbitraria, quod & alij tradiderunt, quos ibid. refert, ac ſequitur Dec.& Farinac.d. quæſt.21. num. 130. ratio verò diſcriminis illa eſt, quòd in pœna à iure determinata vix eſſe poteſt, vt iudex grauet, in arbitraria verò facilè id euenire poteſt, ſi ſit ſuſpectus. quomodo etiam temperari debet quod pro confirmatione firmatæ ab eo concluſionis, recuſationem in notoriis non admitti, adducebat ibid. Farinac. ex latiùs per eum traditis, quæſt.17. crimin. num.44. & 45.quòd nimirum

14 *Iudex in iniuria notoria ſibi illata an poſſit iudicare.*

15 *Recuſatio reijcitur in notorio facti permanentis: &*

† licèt iudex nequeat in iniuria ſibi illata iudicare, poteſt tamen ſi ea ſit notorica; debet enim hoc intelligi, ſi ea iniuria pœnam habeat à iure determinatam, ſecus ſi arbitrariam, vt etiam adnotauit Farin.d.num 45.Similiter declaranda eſt principalis concluſio, vt † non procedat in notorio facti tranſeuntis,

tis,ſed tantùm permanentis; nam quòd in notoriis facti tranſeuntis admittenda ſit iudicis recuſatio, vt ſuſpecti, poſt Burſat. conſ.21. num.23. lib.1. Lancellot. tract. de attent. 2. p. cap.6. num.33. & Carauit. ſuper rit.magn. Cur.265. num.11. tenuit Farinac. d.quæſt.21. num.131. Quod autem idem num. 132. poſt Carauit. ſupr. Burſat.d.conſ. num.24. & Lancell.d.cap.6. num. 34. docet, id quod dictum eſt recuſationem in notoriis reiici poſſe, admittendum fore in criminalibus, non autem in ciuilibus, † falſum eſſe puto; ſic enim deſtrueretur quod initio concl. ſatis firmauimus inter alios ex Innoc.d.cap.1.de off. deleg.in 6.qui ſimul auctor fuit, & interpres eius canonis Conſeruatori notoriæ tantum offenſæ cognitionem permittentis, quem tamen regulariter non niſi in ciuilibus ſecluſa ſpeciali facultate iudicem eſſe poſſe, oſtendimus ſupr. cap.7. quæſt. 4. concl.1. 16 *Quid in criminalib. & ciuilibus ſentiendum.*

Illud autem potiùs admitterem, quòd † licèt cauſa ipſa principalis, de qua agitur coram Conſeruatore, non ſit notoria, ſed ipſa cauſa recuſationis ſit notoriè fruſtratoria, ſeu calumnioſa, non erit ipſa recuſatio neceſſariò admittenda; id enim generatim de quocunque iudice tradiderunt poſt alios Lancellot.d.cap.6. num.131.& 134. Burſat. d. conſ. 21. num. 51. & Farinac. d.quæſt.21. num.129. Quod ſanè valde notandum eſt pro limitatione quoque duorum more ſequentium concluſ. 17 *Recuſatio nõ admittẽda in nõ notorijs, recuſatione notoriè calumnioſa exiſtente.*

Secunda concluſio. Conſeruator in cauſis, quæ illi commiſſæ ſunt, vt ſine figura iudicij terminentur, poteſt † regulariter ex legitima cauſa ſuſpectus recuſari. Satis id probatur ex iis, quibus cap.præced. quæſt.2. concl.9. illat.4. docuimus, inter cæteras exceptiones, quæ à Conſeruatore ſic deputato admitti debent, cenſeri quoque exceptionem recuſationis;ita tamen, vt leuiores ſuſpicionis cauſæ reiici ab eo poſſint,cuiuſmodi eſt illa, quòd pars locuta ſit in aurem iudici, per ea,quæ de hac ſuſpicionis cauſa ibid. diximus. iuxta quæ idem dicendum erit de aliis ſimilib. leuioribus cauſis ſuſpicionis. Hæ autem quæ ſint, facilè prudens lector agnoſcere poterit, ſi ſingulas iuſtas ſuſpicionis cauſas perpenderit, quas † in vnum inter alios collegit Franc.d. cap.poſtremò, de appellat. & Marant. d. 3. part. 6. part. princip. à num. 24. ad 73. Specul. tit. de iud. deleg. §.ſupereſt. puto autem poſſe reiici omnes illas cau- 18 *Reijci poteſt Conſeru. in cauſis merè ſummarijs.* 19 *Suſpicionis iuſtæ cauſæ quæ ſint in cauſis plenarijs.*

Digitized by Google

ſas quæ non ſunt in iure expreſsè approbatæ, ſed & aliquæ ex
20 approbatis, ſi ſint de apicibus iuris; hi enim † non attendun-
Iuris apices non conſiderantur in ſummarijs. tur in cauſis ſummariis, per ea, quæ tradunt Doct. d. Clem. ſæpe, de verb. ſignif. præſertim Natt. ibid. in princ. Clem. ad glo. in verbo, dilationes, num. 6. & 16. cuiuſmodi eſſe poteſt, cùm quis recuſatur, eo quòd quis in alia cauſa coram eodem iudice appellauit iuxta text. in cap. ad hæc, il 1. & cap. propoſuit, de appel. vnde hæc cauſa à iure ciuili non approbatur, vt oſtendit gloſ. recepta d. cap. ad hæc, verbo, ſuſpectum, vel ob id, quòd ſit concanonicus, vel alius collega, iuxta cap. cum R. de off. deleg. cum ibi not. hæc enim non habetur à iure pro graui cauſa, vt colligere licet ex cap. generalem, de elect. & cap. cum venerabilis, de except. vbi Cardinali committitur cauſa alterius Cardinalis, licèt id fortè ſit ratione qualitatis perſonæ; ne-
21 que enim † Cardinalis ita facilè, ſicut cæteri poſſunt recuſa-
Recuſari an poſſit Cardinalis, & Ordinarius. ri, vt tradunt Dec. & alij in cap. nouit, vbi optimus text. de appellat. Hoſt. & Butr. in cap. ad petitionem, de accuſat. cum aliis adductis à Barbat. in tract. de præſtant. Card. 2. part. princ. quæſt. 3. Iacobat. Alban. & aliis in ſimili tract. Boer. deciſ. 269. ferè per totam. ſicut neque ordinarius ita de facili recuſatur ſuſpectus, vt delegatus, vti optimè adnotauit inter alios Specul. tit. de recuſat. §. cauſa, arg. cap. vt debitus, de appel. Ex quo patet, quid dicendum ſit, vbi Conſeruator deputatus ſit Cardinalis, vel Epiſcopus.

22 Tertia concluſio. Conſeruator † in cauſis, in quib. plena-
Indiſtinctè recuſatur Conſeru. in plenarijs. riam habet cognitionem, poteſt ſuſpectus recuſari. Patet, quia tunc non differt ab aliis iudicibus delegatis, atque adeo ex iiſdem cauſis recuſari poterit, ob quas delegatus congeſtas à præcitatis Doct. & ſcribentibus in cap. ſi contra vnum, & cap. iudex, de offic. deleg. in 6. & alibi ſæpe, præcipuè verò à Specul. d. §. ſupereſt, per totam. Et licèt alicui videri poſſet, quòd cum ordinarius, cui æquiparatur Conſeruator, de iure ſaltem ciuili non recuſetur, idem de eo fore dicendum vti delegato ad vniuerſitatem cauſarum; tamen neque talis delegatus in hoc reperitur ordinario comparari, & ſic ſaltem de iure canonico recuſatur, vt ſupr. oſtendimus. Quòd ſi quæras de Aſſeſſore
23 Conſeruatoris, quem † ſuſpectum allegari poſſe, conſtat ex
Recuſari poteſt Cōſer. Aſſeſſor. cap. ſtatutum, §. aſſeſſorem, de reſcript. in 6. vbi ideo mandat Pontifex Conſeruatori, vt, cùm aſſumere voluerit aſſeſſorem,

eum

Digitized by Google

cum aſſumat neutri parti ſuſpectum idem etiam generatim de aſſeſſore, quòd recuſari poſſit, habetur in l. fin. C. de aſſeſſor. poteſt autem aſſeſſor ſuſpectus recuſari, non quidem omnibus de cauſis, ob quas poteſt ipſe Conſeruator, ſed † ob grauiores tantùm, quoniam, licèt participet aliquo modo iuriſdictionem iudicis, l. 1. ff. de off. aſſeſ. tamen id facit ſolùm conſulendo, vt patet ex d. l. 1. & l. 1. C. de aſſeſ. cum ſimil. neque † habet iuriſdictionem, vt per text. in l. 2. C. de aſſeſſor. notauit Spec. in rubr. de aſſeſ. verſic. officium eius, verùm potiùs dicitur habere notionem, arg. l. prætor ait, ff. de re iud. iuncta l. notionem, cum ibi not. ff. de verb. ſignif. & iudex non tenetur regulariter ſequi eius conſilium, vt cap. præced. quæſt. 8. concl. 2. docuimus. ſecus autem dicendum erit † in caſibus, in quibus tenetur iudex eius conſilium ſequi, de quibus aliquid diximus d. concluſ. 2. & dicemus quæſt. ſeq. ſi quæras de notario, an, & quando † poſſit recuſari, præter Doct d. cap. ſtatutum, §. norium, in cap. quoniam contra, de probat. & Gail. lib. 1. pract. obſeruat. obſeruat. 33. videndus Capitaquenſ. deciſ. 202. part. 1. Quoniam verò aliquando poteſt Capitulum ſiue vacante ſede, ſiue plena deputari in Conſeruatorem, ex certa Papæ ſcientia, vt de poſteriori diximus cap. 5. quæſt. 8. in fin. de priori verò dicemus cap. ſeq quæſt. 3. concl. 5. ideo, ſi quis ſcire cupiat, an tunc † Capitulum recuſari poſſit, conſulat Doct. in cap. de quo vult Deo, quod eſt 1. de iudic. Boer. d. deciſ. 269. Gail. ſupr. Decian. conſ. 26. lib. 1. Port. Imol conſ. 91. Menoch. in 2. reſponſ. cauſæ Finarienſis, & conſ 94. lib. 1.

24 grauioribus de cauſis quàm Conſeruator. *25 Aſſeſſor. an habeat iuriſdictionē:* *26 & quando recuſandus.* *27 Notarius an & quādo reyciendus.* *28 Capitulū an recuſandū.*

Quarta concluſio. Conſeruator Apoſtolicus † recuſari debet ante litis conteſtationem. patet, quoniam tam de iure ciuili, quàm canonico debet regulariter iudex recuſari ante litis conteſtationem & omnium dilatoriarum hæc prima exceptio cenſetur, ne per alterius exceptionis obiectum videatur quis in iudicem conſenſiſſe. text. in l. apertiſſimi, C. de iud. cap. inter Monaſteria, de ſent. & re iud. & ibi gloſ. communiter approbata Bart. Alex. & cæteri in l. quidam conſulebant, ff. de re iud. quam etiam opinionem communem eſſe ſcribunt Dec. in cap. 1. num. 24. de iudic. Fel. d. cap. inter Monaſterium, num. 4. & Couar. d. cap. 26. pract. quæſt. num. 2. in princ. qui etiam ibid. optimè monet, quòd † nihilominus, ſi poſt litis conteſtationē cognita fuerit cauſa recuſationis, poterit quis præſtito huius

29 Reyciendus Conſ. Apoſt. ante litis cōteſtationem. *30 Quid, poſt litis conteſt.*

ignorantiæ iuramento iudicem recuſare, quod & adnotauit Specul.tit.de recuſat. §. ſit autem, & probat text. in cap. inſinuante, de off.deleg. iuncto cap. paſtoralis, de except.cum v-
31 trobique notat. quin immo,ſi ſuperuenit † poſt litis,& cauſæ conclusionem, cauſa ſuſpicionis, ea proponi poterit poſt concluſionem in cauſa, licèt probanda ſit, vt per text. in d. cap. inſinuante, tenet Fel. ibi num.15. & d.cap.paſtoralis, num.17. & ibi Dec num.9. Franc.d cap.cum ſpeciali, num.22.de appel. poſt Imol. in cap. iudex, de off. deleg. in 6. quos refert, ac ſe-
32 quitur Couar. d. num. 2. verſ. ſic & poſt concluſum in cauſa, ſubdens ibid. quòd † ſi cauſa ſuſpicionis orta fuerit ante concluſionem in cauſa, adhuc recuſatio proponi poterit poſt concluſionem in duobus caſibus. Primò vbi cauſa ſuſpicionis ita notoria eſt, vt probationem non exigat, ſecundùm Imol. Fel. & Franc.loc.cit. quamuis alioqui recuſationis cauſa, quæ probanda eſt, & probatione indiget,non ſit admittenda poſt concluſionem cauſæ, vt notant Io. An. in cap. 2. & ibi Imol. num. 19.de ord.cogn.& Gemin.d.cap.iudex; quoniam poſt concluſionem in cauſa non eſt locus probationi, cap.cum dilectus, de fide inſtrum. Secundò quoties cauſa recuſationis orta ante concluſionem in cauſa peruenit poſteà in cognitionem recuſantis,vt notat Franc.d.num.22. licèt hoc poſtremum,dubium reddatur ex iis,quæ de aliis exceptionibus dilatoriis idem Couar.ibid.ſubiicit, prout & ipſe dubitat.

Poſt litis & cauſæ cõcluſionẽ, cauſa ſuſpicionis orta proponenda.

Suſpicionis cauſa orta ante concluſionem, quomodo proponenda.

33 Quinta cõcluſio.Conſeruator Apoſtolicus recuſatus † propoſita coram eo legitima cauſa ſuſpicionis, debet cum recuſante, ſi is aduerſarium non habeat, eligere arbitros; aliàs debet recuſans cum aduerſario eos eligere, qui de cauſa ſuſpicio-
34 nis cognoſcant, &, † ſi nequiuerint in vnam concordare ſententiam, aduocent tertium, vt quod duo ex ipſis decreuerint, robur obtineat firmitatis. ita ſanè de Apoſtolici delegati recuſatione cauetur d.cap.cum ſpeciali,de appel.& hoc eſt arbitros iuris, ſeu in forma iuris eligere, de quo mentio habetur in cap. legitima, eodem tit in 6. necnon in Conc. Trid.ſeſſ.14.de reform. cap. 5.verſ. quod ſi in iis cauſis, dum in ſpecie quoad recuſationem Conſeruatoris, atque etiam controuerſiam ſuper competentia iuriſdictionis inter ipſum Conſeruatorem,& Ordinarium ſtatuitur, quòd in cauſis,in quibus quis reus fuerit, ſi contigerit, vt electus ab eo Conſeruator ab actore ſuſpectus eſſe

Arbitri quando eligẽdi à recuſante cũ Conſer.recuſato.

Arbitri electi, diſcordes,aduocãt tertium.

Digitized by Google

eſſe dicatur; aut ſi qua inter ipſos iudices, Conſeruatorem, & Ordinarium controuerſia ſuper competentia iuriſdictionis orta fuerit, nequaquam in cauſa procedatur, donec per arbitros in forma iuris electos ſuper ſuſpicione, aut iuriſdictionis competentia fuerit iudicatum. Sed quoniam, vt iam ſæpe admonuimus ab hoc decreto, ſicut à toto illo canone ipſummet Concilium ibid. in fine eximit Vniuerſitates generales, ac Collegia Doctorum, ſeu Scholarium, & Regularium loca, necnon hoſpitalia actu hoſpitalitatem ſeruantia, ac Vniuerſitatum, Collegiorum, locorum, & Hoſpitalium huiuſmodi perſonas, quo ad recuſationem quidem Conſeruatorum hoc ipſum ſeruandum in his quoque ſicut in aliis erit, quoniam conforme id eſt iuri antiquo d.cap.cum ſpeciali, de appell. necnon cap. legitima, eod.tit. in 6. cap.ſuſpicionis, de off.deleg. & cap. ſi contra vnum, eod. tit. lib. 6. cum ſuis concord. Si tamen duo † ſeruentur, quorum alterum conſtat ex d. cap. ſi contra, vt nimirum cauſa ſuſpicionis non probetur, & expediatur coram arbitris, ſed coram Conſeruatore iudice non recuſato condelegato cum clauſula, quòd ſi ambo intereſſe non poſſunt, alter eorum in cauſa procedat; ſecus autem poſt Archid. ibi, verbo, proponatur, docet eſſe tenendum gloſ. recepta ibid. verbo, probari, in iudice condelegato ſine hac clauſula, aut cum illa, quòd ſi non omnes, tu cum altero, &c. vbi is, ad quem ſermo dirigitur, recuſatur, vel cum illa, de qua in cap. coram, extr. eod. tit. Alterum, quòd in caſu clauſulæ, quòd ſi ambo, & diſpoſitione d.cap. ſi contra, recuſationis cauſa licèt non probanda, proponenda tamen ſit coram omnibus iudicibus collegis, adiuncto etiam recuſato, quicquid poſt Innoc. cap. cum ſuper, de off. deleg. dixerit Archid. d.cap. ſi contra, poſſe coram ſolo recuſato proponi, vt initio quæſt. vidimus, quod gloſ. magis recepta ibid. verbo, probari, admittit ſolùm in clauſulis, quarum mox meminimus, non autem de qua d.cap. ſi contra; tunc enim vult, vt dicebamus, coram omnibus collegis iuncto recuſato proponendam.

35 *Suſpicionis cauſa coram quo proponenda.*

Quoad † controuerſiam verò de competentia inter Conſeruatorem, & Ordinarium, licèt optimum ſit obſeruare huiuſmodi Conc. Trid. decretum etiam quoad Regulares, & alias prædictas perſonas ibidem exceptas; quia tamen hac in re aliquod antiquum ius non reperimus, exiſtimarem huiuſmodi

36 *Cõtrouerſia ſuper cõpetentia inter Conſeru. & Ord. quomodo terminanda.*

ignorantiæ iuramento iudicem recuſare, quod & adnotauit Specul.tit.de recuſat. §. ſit autem, & probat text. in cap. inſinuante, de off.deleg. iunĉto cap. paſtoralis, de except.cum v-
31 trobique notat. quin immo, ſi ſuperuenit † poſt litis, & cauſæ concluſionem, cauſa ſuſpicionis, ea proponi poterit poſt concluſionem in cauſa, licèt probanda ſit, vt per text. in d. cap. inſinuante, tenet Fel. ibi num. 15. & d.cap.paſtoralis, num. 17. & ibi Dec num. 9. Franc. d cap. cum ſpeciali, num. 22. de appel. poſt Imol. in cap. iudex, de off. deleg. in 6. quos refert, ac ſe-
32 quitur Couar. d. num. 2. verſ. ſic & poſt concluſum in cauſa, ſubdens ibid. quòd † ſi cauſa ſuſpicionis orta fuerit ante concluſionem in cauſa, adhuc recuſatio proponi poterit poſt concluſionem in duobus caſibus. Primò vbi cauſa ſuſpicionis ita notoria eſt, vt probationem non exigat, ſecundùm Imol. Fel. & Franc. loc. cit. quamuis alioqui recuſationis cauſa, quæ probanda eſt, & probatione indiget, non ſit admittenda poſt concluſionem cauſæ, vt notant Io. An. in cap. 2. & ibi Imol. num. 19. de ord.cogn. & Gemin. d.cap.iudex; quoniam poſt concluſionem in cauſa non eſt locus probationi, cap. cum dilectus, de fide inſtrum. Secundò quoties cauſa recuſationis orta ante concluſionem in cauſa peruenit poſtea in cognitionem recuſantis, vt notat Franc. d. num. 22. licèt hoc poſtremum, dubium reddatur ex iis, quæ de aliis exceptionibus dilatoriis idem Couar. ibid. ſubiicit, prout & ipſe dubitat.

Poſt litis & cauſæ cõcluſionẽ, cauſa ſuſpicionis orta proponenda.

Suſpicionis cauſa orta ante concluſionem, quomodo proponenda.

33 Quinta cõcluſio. Conſeruator Apoſtolicus recuſatus † propoſita coram eo legitima cauſa ſuſpicionis, debet cum recuſante, ſi is aduerſarium non habeat, eligere arbitros; aliàs debet recuſans cum aduerſario eos eligere, qui de cauſa ſuſpicionis cognoſcant, &, † ſi nequiuerint in vnam concordare ſen-
34 tentiam, aduocent tertium, vt quod duo ex ipſis decreuerint, robur obtineat firmitatis. ita ſanè de Apoſtolici delegati recuſatione cauetur d.cap.cum ſpeciali, de appel. & hoc eſt arbitros iuris, ſeu in forma iuris eligere, de quo mentio habetur in cap. legitima, eodem tit in 6. necnon in Conc. Trid. ſeſſ. 14. de reform. cap. 5. verſ. quod ſi in iis cauſis, dum in ſpecie quoad recuſationem Conſeruatoris, atque etiam controuerſiam ſuper competentia iuriſdiĉtionis inter ipſum Conſeruatorem, & Ordinarium ſtatuitur, quòd in cauſis, in quibus quis reus fuerit, ſi contigerit, vt electus ab eo Conſeruator ab actore ſuſpectus eſſe

Arbitri quando eligẽdi à recuſante cũ Cõſer. recuſato.

Arbitri electi, diſcordes, aduocãt tertium.

eſſe dicatur; aut ſi qua inter ipſos iudices, Conſeruatorem, & Ordinarium controuerſia ſuper competentia iuriſdictionis orta fuerit, nequaquam in cauſa procedatur, donec per arbitros in forma iuris electos ſuper ſuſpicione, aut iuriſdictionis competentia fuerit iudicatum. Sed quoniam, vt iam ſæpe admonuimus ab hoc decreto, ſicut à toto illo canone ipſummet Concilium ibid. in fine eximit Vniuerſitates generales, ac Collegia Doctorum, ſeu Scholarium, & Regularium loca, necnon hoſpitalia actu hoſpitalitatem ſeruantia, ac Vniuerſitatum, Collegiorum, locorum, & Hoſpitalium huiuſmodi perſonas, quo ad recuſationem quidem Conſeruatorum hoc ipſum ſeruandum in his quoque ſicut in aliis erit, quoniam conforme id eſt iuri antiquo d.cap.cum ſpeciali, de appell. necnon cap. legitima, eod.tit. in 6. cap.ſuſpicionis, de off.deleg. & cap. ſi contra vnum, eod. tit. lib. 6. cum ſuis concord. Si tamen duo † ſeruentur, quorum alterum conſtat ex d. cap. ſi contra, vt nimirum cauſa ſuſpicionis non probetur, & expediatur coram arbitris, ſed coram Conſeruatore iudice non recuſato condelegato cum clauſula, quòd ſi ambo intereſſe non poſſunt, alter eorum in cauſa procedat; ſecus autem poſt Archid. ibi, verbo, proponatur, docet eſſe tenendum gloſ. recepta ibid. verbo, probari, in iudice condelegato ſine hac clauſula, aut cum illa, quòd ſi non omnes, tu cum altero, &c. vbi is, ad quem ſermo dirigitur, recuſatur, vel cum illa, de qua in cap. coram, extr. eod. tit. Alterum, quòd in caſu clauſulæ, quòd ſi ambo, & diſpoſitione d.cap. ſi contra, recuſationis cauſa licèt non probanda, proponenda tamen ſit coram omnibus iudicibus collegis, adiuncto etiam recuſato, quicquid poſt Innoc.cap.cum ſuper, de off.deleg.dixerit Archid. d.cap. ſi contra, poſſe coram ſolo recuſato proponi, vt initio quæſt. vidimus, quod gloſ. magis recepta ibid. verbo, probari, admittit ſolùm in clauſulis, quarum mox meminimus, non autem de qua d.cap.ſi contra; tunc enim vult, vt dicebamus, coram omnibus collegis iuncto recuſato proponendam. 35

Suſpicionis cauſa coram quo proponenda.

Quoad † controuerſiam verò de competentia inter Conſeruatorem, & Ordinarium, licèt optimum ſit obſeruare huiuſmodi Conc. Trid. decretum etiam quoad Regulares, & alias prædictas perſonas ibidem exceptas; quia tamen hac in re aliquod antiquum ius non reperimus, exiſtimarem huiuſmodi 36

Cõtrouerſia ſuper cõpetentia inter Conſeru. & Ord. quomodo terminanda.

cognitionem potiùs ſpectare ad Conſeruatorem, quàm ad Ordinarium, cum Conſeruator maior ſit Ordinario in cauſis ſibi commiſſis, vt probauimus c. præcedenti quæſt. 4. concl. 1. & 2. at verò, cùm eſt contentio inter duos iudices de iuriſdictionis competentia, cognoſcere debet ille, qui eſt dignior, & maior, vt ſingulariter tradit Rom. conſ. 160. Dec. Fel. & alij in cap. paſtoralis, in princ. de reſcript. Doct. in cap. ſuper litteris, eodem tit. & cap. ſi clericus laicum, & cap. cum ſit generale, de foro compet. Butr. & alij in cap. ceterum, de iudic. qua de re etiam videri poteſt gloſ. in cap. ſtatutum, in princip. de reſcript. in 6. Quamuis non improbabiliter dici poſſet, quòd, cum delegatus etiam Principis abſolutè non ſit maior Ordinario, ſed in cauſa tantùm ſibi commiſſa, cum tamen Ordinarius in aliis maior ſit propter vniuerſalem iuriſdictionem in ciuitate, ac diœceſi, vt etiam adnotarunt Doct. cit. d. concl. 1. atque adeo poſſent Conſeruator & Ordinarius æque digni iudicari; poſſet in huiuſmodi controuerſia competentiæ inter Conſeruatorem, & Ordinarium ſeruari quod in ſimili, nimirum de duobus delegatis Apoſtolicis ſtatuitur d. cap. paſtoralis, in princ.
37 quod, † vbi de reuocatione litterarum ambigitur, vtrum iudices priores, an poſteriores cognoſcere debeant, niſi poſteriores prioribus, vel è conuerſo duxerint deferendum, ſimul vtrique cognoſcant; & ſi fortè nequiuerint ſimul in vnam ſententiam concordare, (quamuis plures ſint ex vna parte, quàm ex altera,) per arbitros communiter electos à partibus huiuſmodi concertatio ſopiatur, quæ diſpoſitio etiam approbatur in cap. cum contingat, verſ. quòd ſi ſuper hoc, de reſcript. & cap. ab arbitris, de offic. deleg. in 6. à ſimilibus enim ad ſimilia debet iudex procedere, cum nequeant omnes articuli legibus comprehendi, vt ait Iulianus I. C. in l. non poſſunt, ff. de leg. præſertim cum diſpoſitionem d. cap. paſtoralis, locum etiam habere in ordinariis, voluerit Io. An. in reg. in obſcuris, cap. ſanè, de for. compet. & cap. 1. de priuil. in 6. licèt ſciam, communiorem in hoc ſententiam eſſe cum Innoc. d. cap. ſuper litteris, & aliis, quos referunt de communiori atteſtantes Dec. & Fel. eod. cap. paſtoralis, in princ. Retenta tamen priori ſententia, quòd d. cap. paſtoralis ſeruandum ſit etiam in controuerſia de competentia inter Conſeruatorem, & Ordinarium, quæ æquior, tutior, & iuri communi, ac Conc. Trid. conformior

Quid hic inter duos delegatos.

Digitized by Google

mior eſt, ea locum non habebit in caſu d. cap. cum contingat, de quo latè infr. quæſt. 3. concluſ. 2. & cap. præced. quæſt. 9. concl. 2. circa initium; item non habebit locum vbi alter iudicum præueniſſet; nam qui præuenit, ſicut præferendus aliàs eſt in cauſæ principalis cognitione, ita etiam in hoc incidenti competentiæ, vt poſt Butr. d cap. ſuper litteris, tenet Fel. dict. cap. paſtoralis, in princ. per text. in l ſi quis poſtea, ff. de iud.

Præterea amplianda eſt principalis concluſio, vt procedat † in caſibus omnibus, in quibus non poteſt iudex cognoſcere, an ſua ſit iuriſdictio, quos collegerunt Doct. d. cap. ſuper litteris, præſertim Abb. Fel. & Dec. ibi admonentes, quòd extra eos caſus ſtandum eſt regulæ, vt iudex etiam delegatus cognoſcat, vbi opus ſit, an ſua ſit iuriſdictio, iuxta text. ibi, & l. 2. in princ. ff ſi quis in ius voc. non ier. & l. præſcriptione, C. ſi contra ius; atque adeo in prædictis caſibus, ſi Ordinarius, & delegatus, vel ſibi inuicem non deferunt, vel de iure non conueniunt, ad quem eorum ſpectet iuriſdictio, eius rei cognitio, ad arbitros à partibus eligendos pertineat, vt in d. cap. paſtoralis, in princ. 38

Iudex quãdo poſſit cognoſcere an ſua ſit iuriſdictio.

Sexta concluſio. Conſeruator Apoſtolicus vt ſupra recuſatus, & propoſita coram eo legitima cauſa recuſationis iuxta paulò ante dicta, electiſque arbitris, † illos cogit ad conueniendum, ſi diſcordes fuerint, in vnam ſententiam, vel tertium concorditer aduocent, cum quo duo, vel alter eorum competenti ad id eiſdem arbitris termino per eum aſſignato ita de ſedis Apoſtolicæ delegatis ſtatuitur in cap. ſuſpicionis, de off. deleg. iuncto cap. legitima, de appel. in 6. quibus ad Conſeruatores Apoſtolicos rectè quibuſdam caſibus exceptis, docuimus latè ſupr. cap. 7. quæſt. 8. ſuppoſit. 3. 39

Arbitri in cauſa ſuſpicionis Cõſer. ab eo cogẽdi ſunt, & ad quid.

Septima concluſio. Conſeruatore Apoſtolico recuſato, electiſque arbitris pro cauſa ſuſpicionis dignoſcenda, † non Cõſeruator, ſed ipſi arbitri partibus terminum aſſignant ad eam probandam. Patet quia ita in ſpecie in cuiuſuis iudicis recuſatione ſtatuit Greg. I X. d. cap. ſuſpicionis, rationem ſimul huius deciſionis afferentes in hæc verba; ſuſpicionis cauſa contra iudicem aſſignata, non ipſe, qui forſan prouocatus obeſſet, ſed arbitri potiùs, coram quibus probatio eſt facienda, & ad quos omnia, quæ ad hunc articulum faciunt, pertinere noſcuntur, poſſunt ad hoc terminum aſſignare. Fallit tamen id 40

Arbitri iuris aſſignant terminum partibus ad probandam ſuſpicionem.

in

Digitized by Google

in caſu, de quo ſupra concl. 5. circa initium, vbi cauſa committitur cum clauſula, quòd ſi ambo.

Octaua concluſio. Cauſa legitima ſuſpicionis Conſeruatoris recuſati coram arbitris intra competentem terminum ab

41 eiſdem vt ſuprà aſſignatum non probata, † ex tunc Conſeruator ſua iuriſdictione vtitur. At ipſa probata legitimè, de recuſatoris aſſenſu perſonæ idoneæ committere debet negotium recuſatus, vel ad ſuperiorem tranſmittere, vt in eo ipſe procedat ſecundùm quod fuerit procedendum. Prima pars concluſionis patet, quoniam ita in quolibet iudice recuſato præſertim delegato decernitur, d. cap. cum ſpeciali, de appell. & cap. legitima, eodem tit. in 6. Poſterior probatur, quoniam ita in iudice præſertim delegato recuſato decernitur, d. cap. cum ſpeciali. iiſdem planè verbis; quæ maximè ad rem noſtram faciunt, quatenus dicitur, rem ad ſuperiorem eſſe tranſmittendam, vbi nequeat iudex de partis aſſenſu eam alteri delegare; cum Conſeruator Apoſtolicus nulli committere vices ſuas poſſit, citationibus, & ſententiarum denuntiationibus, dumtaxat exceptis, niſi, hoc ei competierit ex beneficio litterarum, vt expreſsè cauetur d. c. fin. §. vices quoque ſuas, de off. deleg. in 6. & nos quoque alibi adnotauimus. Quo caſu ſi quis quæ-

42 rat, † an poſſit Conſeruator recuſatus ſtatim vices ſuas committere iuxta diſpoſitionem text. in cap. ſi quis contra, de for. compet. vel debeat neceſſariò priùs probari cauſa ſuſpicionis coram arbitris, vt innuitur in d. cap. cum ſpeciali, de appell. & cap. iudex, de off. deleg. in 6. non diſputo; facilè autem id colligi poteſt ex traditis ibid. per gl. & Doct. ac per Abb. d. c. ſi quis contra, num. 12. & ſeq.

Suſpicione non probata iuriſdictione ſua vtitur Conſeru. & quid probata.

Recuſãs an poſſit ante electionẽ arbitrorũ cauſam ſubdelegare.

Nona, & poſtrema concluſio. Geſta, proceſſus, & ſenten-

43 tia per Cõſeruatorem recuſatum poſt recuſationem lata † ſunt ipſo iure nulla. Patet, quoniam hæc ita geſta à quouis iudice recuſato nulla ſunt, ita poſt alios ex magis communi reſoluunt Burſat. conſil. 21. Gabr. commun. concl. lib. 2. tit. de iudic. concluſ. 5. & Lancellot. d. tract. de attent. 2. part. cap. 6. num. 4. vſque ad 10. quam regulam ſex modis ampliat idem Lancellot. ibid. à num. 11. ad 23. Limitat verò nouem modis à num. 23. ad 52. ac denique ſex modis declarat à num. 53. ad fin. Gabr. autem d. concl. 5. à num. 4. ad 7. quos auctores per te videre poteris, cum cuique obuij ſint, reſque hæc nihil ſpeciale habeat

Geſta à recuſato poſt recuſationẽ an valeant.

beat in Conſeruatore. Apud eundem verò Lancell. eod. cap. 6. num. 36. cum duob. ſeqq. ac Doct. ab eo cit. præſertim Franc. d. c. cum ſpeciali, q. 8. & ſeq. Boer. deciſ. 269. habes † de perſonis, quæ non poſſunt recuſari. 44 *Recuſari quinequeat.*

Pro complemento autem, & maiori explicatione, tam huius, quàm præcedentium præſentis quæſt. concluſionum illud admonendi ſumus, quod de Apoſtolicæ ſedis delegato in hac materia recuſationis, ac ſubdelegationis ab eo poſt, vel ante recuſationem facienda ſtatuitur in cap. iudex, de off. deleg. in 6. nimirum, quòd † iudex ab Apoſtolica ſede datus, quamuis legitimè recuſari valeat, vt ſuſpectus, poteſt licitè vices ſuas committere, antequam recuſatio contra ipſum proponatur. Et ſi in totum commiſerit, recuſari vlterius, aut facta per eum commiſſio impugnari nequibit, quod vtrumque poſſet, ſi ſibi de iuriſdictione aliquid reſeruaſſet; adde cum gl. ibid. verbo, nequibit. Io. Monach. & aliis, quòd † adhuc poſſet recuſari delegatus, ſi ſubdelegatus non recepiſſet ſubdelegationem, vel ſi antequam ſubdelegatus vti cœperit iuriſdictione, mortuus fuerit, vel delegatus commiſſionem ab eo reuocauerit, iuxta text. in cap. quamuis. eodem tit. & lib. 6. vbi ſtatuitur, in hoc vtroque caſu poſſe delegatum reuocare ſubdelegationem. Poſt recuſationem quoque propoſitam † vices ſuas committere non poteſt niſi de recuſatoris aſſenſu, de aſſenſu verò poteſt, etiamſi recuſatio eadem iam ſit probata dummodo pronuntiatum non fuerit ſuper ea. ita expreſsè cauetur d. c. iudex, in fine. 45 *Delegatus Apoſt. ante recuſationẽ, an poſſit cõmittere vices ſuas.* 46 *Recuſari poteſt delegatus poſt commiſſionẽ ante recuſationem factã, & quando.* 47 *Poſt recuſationem an poſſit ſubdelegare.*

Cetera de recuſationibus, quæ minùs neceſſaria ſunt, vel minùs propria Conſeruatorum, † peti poſſunt ex tract. in hac quæſt. allegatis, præcipuè Marant. d. 3. part. 6. part. princ. Specul. d. tit. de recuſat. Aufrer. d. tract. de recuſat. Lancellot. dict. tract. de attent. part. 2. cap. 6. Mandoſ. in commiſſ. deputat. adiuncti Orian. d. cap. quoniam contra, ſcribentes d. l. apertiſſimi, & d. cap. poſtremò, cap. cum ſpeciali, cap. ſuſpicionis, cap. legitima, cap. ſi quis contra, cap. ſi contra vnum, cap. iudex, necnon cap. accedens, il 2. vt lit. non conteſt. Nos verò ad alias huius c. quæſt. veniamus. 48 *Recuſationis materia, remiſſiuè.*

QVÆRO *ſecundò, Quandonam Conſeruator, & qualem ſibi Aſſeſſorem aſſumat.*

Proſequendo impedimenta, quibus Conſeruatoris iuriſdi-

Digitized by Google

ctio retardetur, agendum nobis nunc eſt de Aſſeſſore, per cuius aſſumptionem iuriſdictio Conſeruatoris retardatur, non tam quia interim, dum aſſumitur, differtur exercitium iuriſdictionis in Conſeruatore, quàm quia Conſeruator liberè non poteſt in toto iudicio vti iuriſdictione ſua, ſed dependenter ab aſſeſſore, cum quo procedit, vel cuius conſilium debet in ſingulis ferè actibus expectare. Et quidem de aſſeſſore Conſeruatoris quod ad ſalarium, munera, vel expenſas pertinet, ſatis egimus cap. præcedenti, quæſt. 8. In præſenti verò huius cap. quæſt. videndum præcipuè nobis eſt, quibus caſibus, & quibus præditum qualitatibus aſſeſſorem Conſeruator aſſumat. Sed quoniam materia aſſeſſoris affinis eſt materia relationis quoad poſtremam ex eius ſpeciebus, quas mox referemus, ideo de illa aliquid in hac quæſt. afferre operæ pretium duximus.

49 *Aſſeſſor, Conſiliarius dictus, &* Præmitto igitur primò, Aſſeſſorem, qui † & Conſiliarius vocatur, vt notauit Specul. tit. de aſſeſſore, §. aſſeſſor, & tit. de requiſit. conſil. in princ. & num. 1. & probatur ex l. conciliariis, ff. de off. aſſeſ. & l. conſiliarios, l. non parum, & l. nemo, quæ eſt fin. C. de aſſeſ. eſſe eum, 50 *Quid ſit.* † quem ille, qui iudicandi poteſtatem habet, ſibi aſſociat, vt ſibi in cauſæ cognitione aſſideat, vel aſſiſtat, & eum ad rectè decidendum cauſam inſtruat, vt colligitur ex l. 1. & toto ferè tit. C. de aſſeſ. & deſcribunt Azo in ſumm. eod. tit. Specul. d. rubr. de aſſeſſore, §. aſſeſſor eſt is, gl. 1. recepta d. cap. ſtatutum, §. aſſeſſorem, de reſcript. in 6. Inſtruit autem potiſſimùm iudicem, vt dicitur in l. 1. ff. de off. aſſeſſor. in cognitionibus, id eſt, cauſarum, quid iuris eſſe debeat, & quomodo is, cui aſſidet, iudicet; & aliis, de quibus dicemus inf. concl. 5.

51 *Relationis ſpecies.* Præmitto ſecundò, Relationis, quoad rem noſtram, ſuſpendendam nimirum iuriſdictionem, attinet, † quinque eſſe ſpecies, quas enumerat inter ceteros Marant. in ſpec. aur. 3. part. 6. part. princip. in 2. actu princip. num. 4. 7. & duob. ſeqq. Lancel. tract. de attent. 2. part. cap. 8. & 9. quarum etiam aliquas ſaltem ponunt Doct. in rubr. de appellat. & cap. intimaſti, vbi inter alios Franc. eodem tit. Prima eſt quam facit voluntariè iudex Principi ante ſententiam in cauſa, ſiue ciuili, ſiue criminali, quoties de iure dubitat, l. 1. C. de relat. cum aliis adductis per Specul. rubr. de relat. §. de quibus, & §. quando autem; atque etiam poſt ſententiam in criminali cùm agitur de exequenda

Digitized by Google

quenda pœna deportationis, vel ſimili, vt ait Specul. d. §. quando autem, & gloſ d. l. 1. verbo, pronuntiet, per l. inter pœnas, & ſeq. ff. de interdict. & releg. l. ſi quis filio, §. quid tamen, ff. de iniuſt. rupt. & irrit. teſtam. & l. 1 §. hi, quibus, ff. de leg. 3. Et de hac ſpecie relationis, cum ſit de raro contingentibus, & nihil proprij habeat in Conſeruatore, ſufficiat lectorem remiſiſſe ad præcitatos Doct. & text. illud dumtaxat admonentes, nouo iure examinata cauſa non eſſe locum huic relationi, vt expreſsè diſponitur in Auth. nouo iure, C. de relat. iuncto tit. ſub quo illa Auth. ponitur. Secunda ſpecies relationis ea eſt, quando fit ex neceſſitate delegationis, quia Princeps alicui commiſit cauſam cum poteſtate procedendi vſque ad ſententiam excluſiuè, & mandato, vt completo proceſſu cauſam inſtructam tranſmittat ad Principem ab eo decidendam; de qua ſpecie, cum vix euenire poſſit in materia Conſeruatorum, videas, ſi lubet. Abb. Card. & Franc. d. cap. intimaſti, & text. in cap. cum olim, de teſtib. vbi videtur caſus huius ſpeciei, ſicut & cap. fin. de probat. Tertia ſpecies eſt relationis, quæ fit ex neceſſitate ipſius cauſæ, quia ea ſpectat ad ſuperiorem, iuxta text. in cap. vt debitus, & cap. vt noſtram, de appel. cap. maiores, de baptiſ. cap. dudum, il 1. de elect. & hæc potiùs vocatur remiſſio cauſæ, vt adnotauit inter alios Specul. d. rubr. de relat. in princip. atque adeo nihil ad nos. Quarta ſpecies eſt, cùm cauſa deuoluta ad ſupremum Magiſtratum committitur alicui iuriſperito, vel iudici, qui proceſſum inſtruat vſque ad ſententiam, mox eam referat cum voto ad ipſum ſupremum Magiſtratum; qui deinde, quatenus ſibi iuſtum videtur, ſuo nomine, vel Principis, ſententiam profert iuxta votum. Et de hoc, inquit Marant. d. num. 7. eſt ritus magnæ Cur. 161. ſed hæc ſpecies vel, vt mihi videtur, ferè coincidit cum ſecunda, vel, vt ait Lancellot. d. c. 8. num. 5. eſt localis illius Curiæ, quare de ea quoque nihil eſt aliud hoc loco dicendum. Quinta, & poſtrema ſpecies relationis eſt, † cùm iudex aliquando ex voluntate, aliquando ex neceſſitate, vt puta propter aliqualem, vel omnimodam imperitiam petit conſilium alicuius iuriſperiti, de qua text. in l. ex illo, C. de appellat. & l. 1. & tot. tit. C. de relat. cap. nomen preſbyteri, 2. quæſt. 1. cap. multum ſtupeo, 3. quæſt. 6. & d. cap. intimaſti, de appellat. tradúntque inter ceteros Franc. Abb. Card. d. cap. intimaſti, Bal. & alij l. fi. C. de relat. Specul. rubr. de requi-

52 *Relationis ſpecies affinis aſſumptioni Aſſeſſoris eſt petitio Conſilij ſapiẽtis: & in quo diſcrepent.*

ſit.conſ. Marant.d.3 part.6.part.princ. num.8.cum duob.ſeqq. & Lancell. d. tract. de attent.2. part. cap.9. per totum. Et quoniam hæc ſpecies, vt dicebamus, affinis eſt, immo valde ſimilis aſſumptioni aſſeſſoris, de qua aliquid in terminis deciſum reperimus in iure, & à Doct. reſpectu Conſeruatorum, ideo de vtraque nobis hoc loco erit nonnullis propoſitis concluſ. tractandum. Si tamen duo priùs admonemus. Alterum eſt, quòd nihilominus differt hæc petitio conſilij ſapientis ab aſſeſſoris aſſumptione, vt etiam apertè ſentit gloſ.recepta, d.cap.ſtatutum, in princ. verbo,copiæ, tum quòd hæc eſt fundata in iure, vt in prædictis cap.ſtatutum, & tot.tit.ff.de off.aſſeſ.& C.de aſſeſſorib. illa verò potiùs in conſuetudine totius Italiæ, cap. ad noſtram, de conſuet. ſed debuit allegare ad audientiam noſtram, vt adnotauit etiam Specul.d.rub.de requiſit.conſil.num. 1.& 2. iuncto princip. niſi fortè, vt extraiudicialiter, ac pro ſuo libito ad ſui quandam animi informationem, & ſecuritatem peritos, antequam ferat ſententiam, iudex conſulat, de quo conſilio intelligi poteſt cap.de quibus, 20.diſt.cap.eſto, 95.diſt. & d.cap.ſtatutum, in princ.de reſcript.in 6. & alia iura allegata per Io.An.in addit.ad Specul.d.rubr. de requiſit.conſil.verſ. vt autem, verbo, conſilium, & gloſ.2.d.cap.ad audientiam, tum quòd conſilium requiri poteſt tam ab aſſeſſore, quàm à iudice, vt poſt alios ſentit Io.An. in addit.ad Specul. d. rubr. de requiſit. conſil. in princ. & ad verſ.vt autem, verbo, conſilium, & ad verſ.ſcias igitur, verbo,concordare; aſſeſſor verò ſolùm à iudice aſſumitur, vt d.cap. ſtatutum, §.aſſeſſorem, & tot. ferè tit.ff. de off. aſſeſſor. & C. de aſſeſſor. tum quòd conſilium ſapientis petitur pro ſententia tantùm, inſtructo iam, & concluſo legitimè negotio, auditíſque allegationibus, vt probat inter ceteros Specul.d.tit.de requiſit. conſil.in princ. at verò aſſeſſor vt plurimum initio proceſſus, cum ſemper aſſideat, & aſſiſtat iudici, vnde & aſſeſſor dicitur, vt conſtat ex præcitatis iurib. cum ibi not.& traditis per Specul.dict.titul.de aſſeſſor.ferè per totum.

53 Alterum eſt, quòd † pendente hac quinta ſpecie relationis, ſicut & aliis prædictis quatuor, iuriſdictio iudicis manet in ſuſpenſo, prout de conſilio ſapientis tradunt Bal. & alij d. l. fin. C.de relat. pluribúſque oſtendit Lancell. d. cap. 9. num. 1. vſque ad 5. de aliis quatuor idem Lancellot. d. cap. 8. num. 6.

Relatione pendēte ſuſpēditur iudicis iuriſdictio.

&

& multis ſequentibus, de omnibus verò Marant. vbi ſuprà num. 10.

Promitto denique, quòd, † ſicut certum eſt, non fore neceſſe, vt cùm Conſeruator deputatur in diœceſi, ea deputatio fiat in loco inſigni, prout de ſimplici delegato ſedis Apoſtolicæ, eiúſve legatorum tenet gloſa recepta, quæ etiam de communi aliorum ante ſe ſcribentium ſententia teſtatur, in d. cap. ſtatutum, in princip. verbo, audiantur, de reſcript. in 6. ob eam præcipuè rationem, quòd ille verſ. non prohibet circa commiſſionem, ſed tantùm circa agitationem cauſæ. quæ etiam ratio pariter, immo fortiùs militat in Conſeruatore, cum de eius deputatione in locis inſignibus diœceſis facienda, cauſæve agitatione ab eodem inibi habenda nulla prorſus mentio fiat in d. cap fin. de off. deleg. in 6. vbi hiſce de rebus quoad Conſeruatorem agitur; ſed neque alibi huiuſmodi mentio habetur. Ita probabilius mihi eſt id, quod etiam ſup. c. 7. q. 7. concl. 1. attigimus, ipſum quoque proceſſum eiuſdem Conſeruatoris non fore neceſſariò faciendum in locis inſignibus diœceſis cùm in ea ſimiliter deputatus fuit. Quicquid dicat Ang. in ſumma, verbo, Conſeruator, in princ. Quamuis enim id in ſimplici delegato ſedis Apoſtolicæ expreſsè caueatur dict. cap. ſtatutum, in princip. ibi, cauſæ non audiantur alibi, quàm in ciuitatibus, vel locis inſignibus, vbi poſſit commodè copia peritorum haberi; quæ determinatio, vbi poſſit, &c. ſiue ad ſola loca inſignia, ſiue etiam ad ciuitates referatur, qua de re latè per Doct. ibi poſt gl. verbo, locis inſignibus, certè, vt ibid. tradit gloſ. ab aliis approbata, verbo, copia, adiecta fuit à Pontifice ad deſignandam copiam tam pro Aduocatis, quàm Aſſeſſoribus, & Conſiliariis, & aliis, quæ emergunt. Id autem procedere videtur etiam in Conſeruatore à ſede Apoſtolica deputato, quoniam idemmet Pontifex Bonifac. vtriuſque canonis auctor vult in Conſeruatoribus huiuſmodi per omnia obſeruari quæ conſtitutio ab eo edita, hoc eſt, d. cap. ſtatutum, in delegatis iudicibus circa aſſeſſores, & alia quædam, decreuit obſeruanda, vt conſtat ex d. cap. fin. §. ſeu verſ. circa munera, & par in vtriſque ratio eſſe videtur, maximè cum etiam Conſeruatores ſint delegati ſedis Apoſtolicæ. Quamuis inquam ex his ita in propoſito articulo dicendum videatur. Tamen probabilius, vt diximus, nobis eſt oppoſitum. quoniam ſi Papa voluiſſet d. proceſſum à Conſer-

54 *Deputatio Conſeruatoris in diœceſi eiúſve proceſſus vbi facienda.*

Digitized by Google

uatore in diœceſi deputato fieri in eiuſdem locis inſignibus, vtique id expreſſiſſet, ſicut expreſſit in ſimplici delegato, arg. cap. inter corporalia, verſic. vnde ſi circa, de tranſlat. epiſc. cap. ad audientiam, de decim. l. vn. C. de procur. eius, qui liber. mer. cum ſuis concord. ibid. per gloſ. adductis: quo argumento in ſimili in hac materia Conſeruatorum vtitur gloſ. d. cap. fin. §. Conſeruatores autem, verbo, præſumant. Non dicitur autem Pontifex id expreſſiſſe per prædictam relationem ab eo factam ad d. cap. ſtatutum. nam cum ea relatio fiat ad id, quod ibi decernitur obſeruandum à delegatis circa aſſeſſores, munera, & expenſas, Notarios, ac perſonas teſtimonij cauſa vocandas: certè in d. cap. ſtatutum nihil circa eoſdem aſſeſſores à Bonif. decernitur vllatenus obſeruandum, quoad hoc, vt delegatorum proceſſus iis in locis agitetur, vbi ipſorum aſſeſſorum copia poſſit commodè haberi: maximè cum ea cauſa, & ratio, vbi poſſit commodè copia peritorum haberi, de qua d. cap. ſtatutum in princ. non fuerit finalis, ſed tantùm impulſiua, vt de ſimplicibus delegatis ſtatueret cauſam ab iis audiendam in locis inſignibus, quod & colligitur ex dictionibus illis, vbi, & commodè, ac verbo, poſſit, & ſentire videtur poſt alios gloſ. d. verbo, locis inſignibus, & poſt eam alij; atque in dubio cauſa impulſiua præſumitur, quæ, ſi ceſſet, non facit ceſſare diſpoſitionem, iuxta latè tradita inter ceteros per Tiraq. in tract. cauſ. ceſſan. limit. 1. ferè per totam, & nouiſſimè per Thom. Sanch. tract. de matrimon. lib. 8. diſput. 21. num. 8. 11. 17. ac 20. vbi poſt alios idem docet locum habere etiam in legibus, quicquid pletique in contrarium ſenſerint, quos ſecutus quoque eſt Tiraq. d. limit. 1. num. 21. 29. 30. 43. 44. 50. & 86. Vnde Bonifac. in d. §. circa munera, dum quoad aſſeſſores ſe refert ad d. cap. ſtatutum, manifeſtè intellexit de §. aſſeſſorem autem, non de eiuſdem cap. principio. porrò extenſio facienda non eſt de vno §. ſeu verſiculo ad alium, vt d. quæſt. 7. in 3. præmiſ. docuimus ex Mandoſ. ad procem. regul. Cancell. quæſt. 1. Ang. in procem. Inſtit. Iaſ. §. ſed iſta, Inſtit. de action. & gloſ. in l. vnum, §. ſi de falcidia, ff. de legat. 2. quibus nunc addo aliam gloſ. ſingularem in cap. vnico, verbo, ſic, de poſtulat. prælat. in 6. quam notabilem dicit Alex. de Neuo in cap. laudabilem, num. 9. de frigid. & malef. & rubr. de ſponſal. & matrim. num. 3. relatus, & ſatis approbatus à Sanchez d. tract. de Matrimon. lib. 7. diſput. 108.

108. num. 35. & 22. eodémque vlt. Atque hac ratione ſoluitur quod poſtremo, ac primo loco pro contraria ſententia adducebatur ex d. cap. fin. §. circa munera, iuncto d. cap. ſtatutum, in princ. & ibi gloſ. recepta, verbo, copia: ea enim conſideratio, vt per illa verba, vbi, poſſit, &c. deſignetur copia etiam aſſeſſorum, non eſt Papalis, ſed magiſtralis, & ſic non eſt decretum Papæ, prout requiritur in d. §. circa munera. Sed neque eadem eſt ratio in Conſeruatore à ſede Apoſtolica deputato, quæ in ſimplici delegato eiuſdem ſanctæ ſedis, cum hic ſit datus ad vnam, aut alteram cauſam, & contra certas, paucáſque perſonas, & plerumque contra vnam dumtaxat: quare non admodum difficile erit cauſam ab eo cognoſci, & audiri in prædictis locis inſignibus; ſecus in Conſeruatore, qui deputatur ad vniuerſitatem cauſarum, vel ſaltem ad pleraſque cauſas, & contra incertas, plurimáſque perſonas; vnde valde difficile erit pro pro ſingulis huiuſmodi cauſis cognoſcendis, & agitandis loca inſignia reperire, aut in ea conuenire. neque enim dici poteſt in aliquibus tantùm earum cauſarum id poſſe fieri, cum in omnibus eadem ſit ratio, arg. l. illud, ff. ad legem Aquil. & cap. 2. de tranſlat. epiſc. nec vna, eadémque res debeat duplici iure cenſeri, l. eum, qui, ff. de vſucap. cap. cum in tua, de decim. cum ſimil. ſicque nihil etiam obeſt quod ex d. cap. ſtatutum, & paritate rationis pro ſententia oppoſita obiiciebatur, cum longè diuerſa ſit ratio de Conſeruatore, ac ſimplici delegato Apoſtolico, vt dictum eſt; ſimúlque ſicut ea ſententia infirmata; ſic noſtra ſatis, ni fallor, remanet confirmata. Quare vlteriùs immorandum non putamus, ſed potiùs his omnibus in præſenti q. præmiſſis ad eius concl. veniendum.

Prima concluſio. Poteſt Conſeruator, † licèt non indigeat, aſſumere aſſeſſorem; ſi verò indigeat, debet eum aſſumere. 55 *Aſſeſſorem aſſumere poteſt Conſer. ſiue egeat, ſiue non.* Primum ſatis colligitur ex d. cap. ſtatutum, §. aſſeſſorem; quamuis enim ibi caueat ſummus Pontifex de Apoſtolico delegato, ne aſſeſſorem, (vt quandoque faciunt aliqui fraudulenter,) niſi eo indigeat, ſibi nequaquam adiungat; tamen, dum ſubdit idem Pontifex, alioquin, (hoc eſt, vt ibi gloſ. recepta in verbo, alioquin, exponit, ſi adiunxerit ſibi aſſeſſorem, cum eo non indigeat,) de ſuo proprio prouidere idem teneatur; apertè ſupponit eum poſſe ſaltem validè à iudice aſſumi, quamuis illo non indigeat; non entis enim nullæ ſunt qualitates, cap. ad diſ-

ſoluen

ſoluendum, de deſponſ. impub. cum ſim. licèt melius faciat, ſi in caſu non indigentiæ eum non aſſumat, quoniam fieri non poteſt, quin per aſſumptionem aſſeſſoris lites differantur, quas tamen breuiari potiùs conuenit, cap. finem litibus, & cap. venerabilis, de dol. & contum. l. properandum, in princ. C. de iud. cum ſuis concord. Secundùm patet, quoniam ita expreſsè diſponitur d. §. aſſeſſorem, ſubditur enim ibi, ſi autem indigeat, ipſum neutri parti ſuſpectum aſſumens, ei de competenti ſalario prouidè moderando ab eo, faciat à partibus communiter
56 prouideri, tunc autem † dicetur Apoſtolicus delegatus aſſeſſore indigere, iuxta gloſ. communiter approbatam d. §. aſſeſſorem, verbo, indigeat, ſi non ſit peritus, vt conuenit ad vniuerſa puncta cauſæ rimanda; vel quia variis ſuis negotiis, aut infirmitate impeditur; vnde nil mirum, ſi tunc cogitur, ac tenetur iudex delegatus aſſumere ſibi aſſeſſorem, vt nimirum cauſa fine debito, & ſecundùm iuſtitiam terminetur, iur. vulgar.

Aſſeſſore quādo indigere cenſeatur Conſeru.

57 An verò Conſeruator indigeat, vel non, aſſeſſore, † ſtatur eius conſcientiæ, vt de ſedis Apoſtolicæ delegato in ſpecie cauetur d. §. aſſeſſorem; cuius diſpoſitionem attendendam, & per omnia fore quoque in Conſeruatore Apoſtolico obſeruandam, expreſsè decreuit idem Bonif. VIII. vtriuſque canonis auctor d. cap. fin. § circa munera, de offic. deleg. in 6. qui textus, cum loquatur præcipuè de Conſeruatoribus Apoſtolicis, qui non niſi de notoriis iniuriis, & violentiis poteſt ſe intromittere, confeſtim, etiam inde ſequitur, talem quoque Conſeruatorem poſſe ſibi, cùm non indigeat, teneri verò, cùm indiget aſſeſſore, eum ſibi aſſumere; id quod expreſſiùs in caſu imperitiæ decreuit Concil. Lateran. ſub Leone X ſeſs. 10. ſeu Leo ipſe X. in Bulla, quæ incipit, ſacro approbante Concilio. Regimini vniuerſalis Eccleſiæ, verſic. iudices autem, in hæc planè verba; Iudices autem, & Conſeruatores à ſede Apoſtolica deputati, ſi in altero iurium graduati non fuerint, aſſeſſorem partibus non ſuſpectum ab ipſis partibus, vel earum altera requiſiti aſſumere, & ſecundùm eius relationem iudicare teneātur; cuius quidem

An in hoc ſtetur eius conſcientiæ.

58 Bullæ ad id quoque meminit Io. Baptiſta Confett. in ſummar. mater. priuileg. Mendic. tit. 4. cap. 5. in fine. Ex eius porrò verſ. iudices autem, nunc citatis verbis ſimul etiam ſatis conſtat, † non teneri Conſeruatorem ſibi aſſeſſorem aſſumere propter aliqualem imperitiam, niſi à partibus, vel earum altera ſit requiſitus;

Aſſeſſorē aſſumere tenetur Conſer. ſi ſit requiſitus.

Digitized by Google

quiſitus;& iure, cum quilibet iuri ſuo poſſit renuntiare,& velle iudicari etiam ab imperito,vt plerumque contingit in compromiſſis in imperitos,tamquam in arbitratores factis.

Secunda concluſio. Aſſeſsor à Conſeruatore aſſumendus debet eſſe nō ſuſpectus alicui ex partibus,& idoneus ad ipſum Conſeruatorem inſtruendum. Primum patet tum quia regulariter aſſeſsor cuiuſcumque iudicis debet eſſe non ſuſpectus alicui ex partibus, aliàs poſſet recuſari, l. fin. C. de aſſeſ. & per text.l. 1.ff. de offic.aſſeſ. notauit Specul.d.rubr.de aſſeſ.§.debet autem; tum quia in ſpecie, quòd aſſeſsor delegati Apoſtolici debeat eſſe neutri partium ſuſpectus, eſt textus apertus in dict. §. aſſeſſorem, ibi, ipſum neutri parti ſuſpectum aſſumens, quem §. locum habere etiam in Conſeruatore ipſe Pontifex decreuit d.cap.fin. §. circa munera, vt concl. præced. diximus, vbi etiam verba Bullæ Leon.X. retulimus id in eo ſtatuentis in caſu imperitiæ. Ad hæc gloſ.recepta d.§.aſſeſsorem,verbo, ſuſpectum, in noua addit. per eum text notat,ſatis eſſe, quòd aſſeſſor non ſit de ſuſpectis,licèt non ſit forſan de confidentibus, in quos videlicet partes conueniunt;quales tamen eſſe debent arbitri iuris,cap.ſuſpicionis, de off.deleg.cap. cum ſpeciali, de appellat. & cap.legitima, eod.tit. in 6. Dum autem dicit Pontifex,quòd Conſeruator aſumit aſſeſsorem patet, † non requiri in hoc conſenſum partium; quod etiam colligit Specul. d.rubr.de aſſeſ. verſic.eligitur autem, ex deſcriptione aſſeſsoris quòd ſit is, quem iudex ſibi aſſociat, quam nos ex eodem Specul.attulimus ſupr.initio huius quæſt.licèt dicat,conſuetudinem eſſe rationi congruam,vt accedat partium conſenſus,ne earum altera poſſit eum poſtea recuſare; quod ſi non conueniunt, tunc quicquid dicat ibid. Specul. debet adhuc non ſuſpectum eligere propter text.d.§.aſſeſsorem.Secundum † probatur, quoniam, cum aſſeſsor inſtruere debeat iudicem, vel eius partes ſupplere, l. 1.& tot.ferè tit.C.de aſsеſ.& ff. de off.aſſeſ. debet ad id eſse aptus, & idoneus; debet enim quis † tam iure humano,quàm naturali ea ſcire, quæ ſpectant ad officium ſuum rectè exercendum, vt inter alios adnotauit Nauarr. in Man.Confeſ. cap. 5. num. 8.& repet.cap. inter verba, concl. 1. num. 17. 11.q.3.ad id allegans text.in cap.non eſt ſine culpa, de reg.iur.in 6.& l.illicitas, §.pen.ff. de offic.præſid. necnon illud Perſij Poetæ Satyr. 5.

59 *Aſſeſſor Cōſeru.aſſumēdus, neutri parti ſuſpectus eſſe debet.*

60 *Aſſeſſor ſine partiū conſenſu à Conſeru. poteſt aſſumi.*

61 *Debet eſſe idoneus Aſſeſſor ad inſtruendum Conſeru.*

62 *Quid quiſque ſcire teneatur.*

Publica lex hominum, natura continet hoc fas,
Vt teneat vetitos inſcitia debilis actus.
Diluis Helleborum, certo compeſcere puncto
Neſcius examen; vetat hoc natura medendi.
Nauim ſi poſcat ſibi peronatus arator
Luciferi rudis, exclamet Melicerta periſſe
Frontem de rebus, &c.

Facit text.in l.2.ff.quod quiſquè iur. vbi gloſ.cum aliis,quibus Farinac.quæſt.3. crimin. num.459. docet, Aſſeſſorem per imperitiam conſulentem teneri ad damnum ad arbitrium iudicis. Ad idem etiam facit quod dicitur in l.certi iuris, C. de iud. iuncta gloſ. quam ceteri ſequuntur ibid. verbo, legis, per text.in §.1.Auth.de iud.poſſe militares homines,quamuis aliàs imperitos, iudicare propter ſcientiam legis, quam vel ipſi, vel
63 eorum aſſeſſores habent. Cum hoc tamen ſtat,quòd † ſi vtraque pars conſentiat in aſſeſſorem non habentem ſcientiam iuris, qui etiam ab imperito iudice ſit aſſumptus, valere ſententiam, quamuis iniuſtam, arg.text. in cap.1.de ſent. & re iudic. cum tunc ſententia ſit tantùm contra ius litigatoris, & poſſit quis iuri ſuo renuntiare, vt in ſimili dicebamus concl. præced. in fine.Ex quo illud ſequitur,multò magis poſſe ex certa ſcientia partium admitti in aſſeſſorem eum, qui ſolùm ſit peritus in
64 iure ciuili, quamuis aliàs † is, qui aſſeſſor eſt futurus iudicis Eccleſiaſtici,vt ſit idoneus, debeat eſſe peritus in iure canonico,aliàs poſſit recuſari,vt poſt Gemin.d.cap.ſtatutum, in princ. tradit Dec.in cap.2.num.17.de iudic.quod intellige,ſi cauſa ſit merè canonica, ſiue ſpiritualis, vt de conſiliario tradit Specul. tit.de requiſit. conſil.num.4.ſeu verſic. vt ſi cauſa,& ibi Io.An. in addit.arg.cap.1. de conſang.& affin. in fin.& eius, quod habet Gratian. §. 1. 20. diſt. in foro enim Eccleſiaſtico canones ſeruandi ſunt,vbi aduerſantur legibus, vt docet idem Specul. tit. de diſput. & allegat. aduocat.§. porrò, verſic. ſed nunquid in cauſa, & latè probant Dec. Fel.& alij in cap.Eccleſia S.Mariæ, de conſtitut. Doctor. communiter in cap. 1. & 2. de nou. oper.nunciat.

Aſſeſſor imperitus de cõſenſu partiũ electus, validè procedit.

Aſſeſſor iudicis Eccleſ. an debeat eſſe peritus in iure canonico.

65 Tertia concluſio. Aſſeſſor Conſeruatoris † debet eſſe integri ſtatus, & famæ,non turpitudine notatus,vel infamis. Item neque debet eſſe excommunicatus. Primum probatur ex l.2. ff. de off.aſſeſ. & l.neque, C. de dignit.lib. 12. per quæ iura id gene

Aſſeſſor debet eſſe integræ famæ.

generatim de cuiuſque iudicis aſſeſſore adnotauit Specul dict. rubr. de aſſeſ. ſeu verſic. debet autem. Secundum tenet pariter in quolibet aſſeſſore idem Specul. d. §. debet autem, circa medium, quoniam neque iudex poteſt eſſe excommunicatus, vt pluribus oſtendemus cap. ſeq. quæſt. 2. 3. & 4. & de ſapiente, ex cuius conſilio fertur ſententia, tenet Vgol. de Cenſur. tab. 2. cap. 18. in princ. num. 3. Et de aſſeſore etiam ex eo poteſt perſuaderi, quòd aſſeſſor debeat eſſe honeſta perſona, vt ſatis colligitur ex prædictis iuribus; at verò excommunicatus non eſt honeſta perſona, vt poſt Dec. cap. fin. num. 4 de appellat. & Soc. ſent. conſil. 45. col. 2. verſic. ſi quis autem dubitat, libr. 1. in ſpecie tradit Menoch. de arbitrar. iudic. caſ. 69. num. 9. in nou. additionibus.

Quarta concluſio. Clericus † in cauſa ciuili poteſt eſſe aſſeſſor Conſeruatoris laici, & laicus aſſeſſor Conſeruatoris clerici. Primum eſt de mente Specul. d. rubr. de aſſeſ. verſic. debet autem in fi. dum poſt quendam Vbert. negat tantùm, clericum poſſe eſſe aſſeſſorem in Curia ciuili, quoniam oportet eum ſæpe intereſſe in conſiliis cauſarum ſanguinis, quod eſt prohibitum clericis, cap. ſententiam, ne cleric. vel mon. vnde contrarium ſentire videntur vbi non ageretur de cauſa ſanguinis, cuiuſmodi eſt cognitio, quam habet Conſeruator; & ſanè neque d. cap. ſententiam, neque cap. clericis, neque cap. ſed nec, vbi præcipuè hac de re agitur, aut in toto illo tit. vel de poſtuland. vbi de iis, quæ prohibentur clericis circa iudicialia in foro ſeculari, hoc eis prohibitum inuenio; ſed neque aliquis Doct. ibi, aut alibi, quem viderim, id adnotauit, quorum tamen alterum fieri debuiſſet. Atque ita in ſpecie reperio explicatum Spec. à Dec. in cap. decernimus, quod eſt 2. num. 17. vt nimirum Spec. dictum intelligatur quando clericus eſſet aſſeſſor generalis in cauſis ſecularibus; ſecus ſi pro vna cauſa, per ea, quæ idemmet adduxerat ibid. num. 7. vt oſtenderet, quòd, licèt clericus nequeat eſſe generalis delegatus laici, poteſt tamen eſſe ſpecialis in vna cauſa; quod etiam probat Abb. d. cap. ſed nec, & latè Cald. conſ. 6. de off. deleg. & ſatis conſtat ex cap. in Archiepiſcopatu, de raptor. Secunda pars † concl. probatur, quoniam communis opinio Doctorum eſt, vt laicus eſſe poſſit aſſeſſor iudicis Eccleſiaſtici, vt teſtatur Dec. d. cap. decernimus, num. 17. ita enim tenent Apoſtil. Dec. Compoſt. Butr. & Abb.

66 *Aſſeſſor Conſeruat. laici, qualis eſſe debeat.*

67 *Aſſeſſor Conſeru. clerici poteſt eſſe laicus: niſi*

Digitized by Google

ibi & num. 120. Fel. cap. cum dilecti, col. pen. de fide inſtrum. Archid. cap. plures, 16. quæſt. 1. Gemin. & alij d. cap. ſtatutum, §. aſſeſſorem, de reſcript. in 6. & poſt alios Thom. Sanch. tract. de Matrim. lib. 7. diſput. 46. num. 14. probátque latè ſatis congruis rationibus Dec. d. num. 17. vbi etiam hanc opinionem ab oppugnationib. Barb. optimè defendit. eũ ſi lubet videas. Illud autem non eſt omittendum, quod Dec. d. num. 17. verſic. tertiò non obſtat, poſt Innoc. & Abb. d. cap. 2. Io. An. & Abb. in cap. ſi
68 pro debilitate, de off. deleg. adnotauit, quod, † vbi conſilium aſſeſſoris ſequendum eſſet ex neceſſitate, tunc non poteſt laicus eſſe aſſeſſor iudicis Eccleſiaſtici, quoniam in d. cap. 2. cauetur expreſsè, ne Prælati iudicio laicorum Eccleſiaſtica negotia diſponant; ex hoc inferens, quòd quando requiritur conſilium à iudice imperito, illud non poſſit iudex Eccleſiaſticus
69 habere à laico, quia † tali caſu iudex illud ſequi tenetur, vt notabiliter voluit Butr. in cap. cum olim, col. fin. verſ. puto etiam, de arbitr. quem refert etiam, ac ſequitur Alex. in l. ſi conuenerit, col. pen. ff. de re iud. Et in hoc caſu propriè loquitur in ſpecie aſſeſſoris à Conſeruatore aſſumendi præfata Bulla Leon. X. in verſic. iudices autem, quem nos ſupra hac ipſa quæſt. concluſ. 1. in fine allegauimus. Et hic eſt vnus caſus, in quo Conſeruator, & quilibet iudex delegatus tenetur ſequi conſilium aſſeſſoris, nimirum ſi iudex ſit imperitus. Alterum poſuimus cap. præced. quæſt. 8. concl. 2. cum in reſcripto commiſſionis imponitur delegato neceſſitas illud ſequendi. Tertius eſſe poteſt, cum aſſeſſor aſſumitur loco arbitrorum iuris, vbi iudex tanquam ſuſpectus recuſatur, iuxta id, quod dicemus concluſ. ſeq. ad fin.

Eius cõſiliũ ex neceſſitate ſequendũ eſſet.

Quãdo neceſſario ſequendum.

70 Ceterum regulariter loquendo † iudex delegatus, atque adeo Conſeruator Apoſtolicus non tenetur ſequi aſſeſſoris conſilium, vt præter Doct. quos d. concluſ. 2. citauimus, tenet Dec. d. cap. decernimus, ſeu 2. num. 17. de iudic. arg. cap. cum olim, de arbitr. pro quo facit, quòd officium aſſeſſoris regulariter eſt in conſulendo, vt conſtat ex l. 1. & l. conſiliariis, ff. de off. aſſeſ. l. 1. & l. conſiliarios, C. de aſſeſ. & ibi notant Doct. ac d. cap. ſtatutum, §. aſſeſſorem, de reſcript. in 6. illud verò regulare eſt, quòd conſilium ſequi non tenemur, cap. nullus, de reg. iur. in 6. l. 2. ff. mand. & §. ex diuerſo, Inſtit. eod. tit. cum ſuis concor. ibid. per Doct. allegatis. vnde tenetur adhuc iudex ad intereſſe

An teneatur Conſer. regulariter ſequi cõſiliũ Aſſeſſoris.

ſe partis arbitrio ſuperioris, ſi malè iudicauit per imperitiam aſſeſſoris, vt pluribus comprobat Farinac. d. quæſt. 111. crimin. num.467. ex quo etiam ſatis concludi videtur, non teneri, immo non debere iudicem ſequi conſilium aſſeſſoris, tunc quoque cum aliàs in dubio ſequi tenetur, quando ipſi iudici conſtat de iniuſtitia conſilij. Et hæc de qualitatib. aſſeſſoris à Conſeruatore aſſumendi ſufficiant. Ceteras, ſi quæ ſunt, petere quis poterit ex iis, quæ generatim de qualitatibus aſſeſſoris habentur per iura, & Doct. toto ferè tit. ff. de off. aſſeſ. & C. de aſſeſ. & inter recentiores Menoch. de arbitrar. iudic. caſ. 253. ferè per totum.

Quinta concluſio. Aſſeſſor Conſeruatoris Apoſtolici † non 71
non ſolùm eum inſtruere debet, quomodo iudicet, ſed in aliis *Conſeruatorem Apoſt. inſtruit Aſſeſſor in ſententia, &*
quoque circa proceſſum munus ſuum exercet. Primum patet, quoniam generatim de aſſeſſore cuiuſcumque iudicis id conſtat ex §.1. auth. de iudic. & toto ferè tit. ff. de off. aſſeſ. & C. de aſſeſ. notarúntque ibi Doct. paſſim, & d. cap. ſtatutum, præcipuè §. aſſeſſorem, de reſcript. in 6. tum præcipuè ex l.1. ff. de off. aſſeſ. dum ibi dicitur, quòd aſſeſſores partibus ſuis funguntur in cognitionibus, vbi gloſ. recepta, in verbo, cognitionibus, exponit, hoc eſt, cauſarum ciuilium, quid iuris eſſe debeat, vt ei, cui aſſidet, indicet. Secundum † probatur ex eo, quod d. 72
l.1. ſubditur, aſſeſſorem fungi quoque ſuo officio in poſtula- *In proceſſu.*
tionibus, libellis, edictis, decretis, epiſtolis. quæ ſic explicanda ſunt cum gloſ. à ceteris approbata in ſingulis hiſce verbis; circa poſtulationes enim videt aſſeſſor, an ſit infamis qui poſtulat, id eſt, aduocatus, aliúmve defectum patiatur ex iis, qui recenſentur in tit. de poſtul. quò eum repellat. item vt aduocatum interroget, eíque opponat ad veritatem inquirendam, ac tacere illum faciat quando ſibi videbitur conuenire, & ſecundũ ordinem poſtulatorum, l. nec quicquam, §. obſeruare, ff. de offic. proconſ. quoad libellos, nimirum conuentionales, recipiendos, ſi bene concipiantur; ſi malè, vt eos reſpuat, vel non recipiat de re illicita, cap.1. 2. & 3 de libell. oblat. & l. fin. C. vt nemo priuat. per edicta verò intelliguntur hoc loco generales citationes, de quibus, an, & quando proponi poſſint, diximus cap.8. concl. 5. decreta autem ea intelliguntur, quæ quandoque ante ſententiam fiunt, vel etiam ipſa ſententia in voluntaria iuriſdictione, exemplúmque affert gloſ. verbo, decretis, in

Digitized by Google

alienatione bonorum minorum : ſed vix huiuſmodi decreta locum habere poſſunt in materia Conſeruatorum, cum ad eos regulariter non pertineat iuriſdictionem voluntariam exercere, vt docuimus ſupr. cap. 7. quæſt. 1. concl. 1. illat. 3. niſi, vt det curatorem ad litem, vt ibid. ex l. fin. C. de adminiſtr. tut. & Rot. Rom. deciſ. 5. de iud. in antiquior. oſtendimus. Epiſtolas verò intelligo cum gloſ. d. l. 1. verbo, epiſtolis, litteras, quæ mittuntur iudicibus alterius prouinciæ, maximè pro exequendis ſententiis; item, vt teſtes recipiantur, & ſibi cautè remittantur, vt in §. & quoniam, auth. de teſt. collat. 7. Atque ita etiam d. l. 1. exponit, & comprobat Specul. d. tit. de aſſeſsore, §. ſeu verſ. officium eius. addens quoad decreta, exemplum in tranſactionibus ſuper alimentis, iuxta cap. de cetero, & cap. fin. de tranſact. iuncta l. de alimentis, C. eodem tit. quoad epiſtolas, exemplum de litteris, quæ mittuntur ad ſuperiorem, dum relationes ei fiunt pro dubiis iuris, vel pro pœnis inferendis, iuxta ea, quæ hac ipſa quæſt. ſecundo loco præmiſimus. Præter hæc verò officium aſſeſsoris adhuc verſari poterit in aliis partibus iudicij, in quibus vel errare poteſt iudex propter imperitiam, aut occupationem, vel partem lædere propter ſuſpicionem; puto

73 *Inuitis partib. aſſeſſorẽ poteſt aſſumere Cõſer. imperitus vel impeditus.*

enim quòd † non ſolùm in caſu imperitiæ, aut impedimenti iudicis, & Conſeruatoris poſſit is aſſumere aſſeſsorem, vt concluſ. 1. ex gloſ. recepta d. § aſſeſsorem, verbo, indigeat, docuimus; (id enim verum eſt quoad hoc, vt dicatur eo indigere, vt poſſit inuitis partib. eum aſſumere, illáſque compellere, ad prouidendum aſſeſsori de ſalario, vt colligere licet ex ipſomet tex. ibid. non autem quid etiam poſſit in aliis caſibus vel ex voluntate propria, vt d. concl. 1. oſtendimus, vel ex partium conſenſu, vt mox dicemus) verùm † etiam in caſu recuſationis ab

74 *Quid in caſu recuſationis partibus conſentiẽtib.*

ſuſpicionem ſi partes conſentiant vt loco arbitrorum iuris qui de cauſa ſuſpicionis cognoſcant, iuxta cap. ſuſpicionis, de off. deleg. cap. cum ſpeciali, de appellat. & cap. legitima, eod. tit. in 6. cum ſimil. eligatur aſſeſſor, cum ea iura ſint introducta in fauorem partium, vt ſupponunt ibi Doct. omnes, & de ſe patet. vnde praxis alicubi id induxit, vt vbi ſuſpectus iudex habetur ſtatim is aſſumat aſſeſſorem; quinimmò ſtylus Romanæ Curiæ, qui facit ius cap. quam graui, de crimin. falſ. cum ſuis concord. habet, vt plerumque in commiſſionibus cauſarum, quæ alicui fiunt ad inſtantiam vnius partis, adiiciatur clauſula, quòd

Digitized by Google

quòd in caſu ſuſpicionis teneatur delegatus aſſumere ſibi aſſeſſorem neutri partium ſuſpectum.

Cetera, quæ de Aſſeſsore fuſiùs, & curioſiùs poſſent diſputari, conſultò nos omittimus, quia breuitati ſtudemus, conſulimúſque neceſſitati. ſi quis ea cupiat, petere poterit ex iurib. & Doct. l. 2. ff. quod quiſque iur. & tot tit. ff. de off. aſſeſ. C. de aſſeſ. & §. 1. Auth. de iudic. necnon ſcribentibus d. cap. 2. de iud. & cap. ſtatutum, de reſcript. in 6. Diaz. reg. 53. verbo, aſſeſſor, Spec. d. rubr. ſeu tit. de aſſeſſor. Alberic. in Dictionario, Brixien. Bertach. & alij auctores repertor. ſeu lexicorum iur. verbo, aſſeſſor, inter recentiores conſulat Menoch. de arbitr. d. caſ. 253. & quæſt. 67. Parid. de Putheo tract. de ſyndicat. verſic. aſſeſſor, Boſ. in pract. crim. tit. de ſentent. num. 21. & ſeqq. Farinac. d. q. 111. crim. num. 459. & 467. vſque ad 478.

Sexta, & poſtrema concluſio. Conſeruator † licèt non teneatur requirere conſilium ſapientis iudicialiter, poteſt tamen extraiudicialiter. Secundum patet, quia faciliùs inuenitur quod à pluribus, & ſapientibus quæritur, cap. de quibus, 20. diſt. cap. eſto, 95. diſt. l. vlt. C de fideicomm. l. quæſitum, in princ. ff. de fund. inſtr. l. ſi ædibus, ff. de damn. infect. cum aliis congeſtis per Io. An. in addit. ad Specul. d. rubr. de requiſit. conſil. verſic. vt autem, verbo, conſilium, ſeu litt. d. Burſat. conſil. 90. num. 35. lib. 1. & aliis, quos refert, ac ſequitur Lancell. d. tract. de attentat. 2. part. cap. 9. num. 11. & Franc. cap. vt debitus, num. 43. de appellat. Scal. tract. de conſil. Sap. lib. 1. cap. 1. Primum † probatur, quoniam regulariter delegatus nõ tenetur de iure communi requirere conſilium ſapientis, vt poſt Aſin. in prax. §. 15. cap. 6. tradit Horat. Carpan. in lucubrat. ſeu commentar. ad c. 17. litt. C. verbo, vel etiam delegatus, ſtatutorum Mediol. vol. 1. quinimmò idem dicendum de quolibet iudice attento iure communi, vt præter Specul. d. tit de requiſit. conſil. in princip. & num. 1. poſt alios tradit idem Carpan. d. cap. 17. verbo, teneatur, & debet, ſeu litt. F. Vant. tract. de nullit. ſent. tit. de nullit. ex defect. iuriſd. num. 147. 148. & 152. Scala d. tract. de conſil. ſapient. lib. 1. cap. 2. & Menoch. de arbitrar. iud. lib. 1. quæſt. 23. num. 5. qui num. 9. & 10. idem dicit † vbi etiam eſſet imperitus, quem in hoc ſequitur quoque Carpan. loco mox cit. quod tamen poſtremum ipſe temperarem, modò licèt illiteratus, haberet cauſarum peritiam, vt ſentit gl. 2. d. cap. ad audientiam,

75 *Conſiliũ ſapiẽtis Cõſer. Apoſt. extraiudicialiter poteſt requirere.*

76 *Non iudicialiter & quare.*

77 *Quid ſi ſit imperitus.*

tiam, per text. in l. certi iuris, C. de iudic. & §. quia verò, Auth. de iudic. col. 6. aut de huiuſmodi iudicis imperitia ſcientiam partes haberent, neque curarent, vt peritos conſuleret; aliàs ſecus, per ea, quæ de aſſeſſore in ſimili diximus ſupra concluſ. 1. Poterit autem iudicialiter quoque Conſeruator huiuſmodi conſilium ſapientis requirere ſi ad id expreſſus accedat partium conſenſus, & de hoc nullam puto eſſe difficultatem, item ſi ſit imperitus poterit inuitis quoque partibus pro cauſa decidenda conſilium iuriſperiti requirere, prout generatim de iudice tenet. Petr. Rauen. ſing. 98. quem ad id refert, ac ſequitur Carp. d. cap. 17. verbo ad requiſitionem litt. l. in fi. poſt. Lanfranc. Orian. cap. quoniam contra, cap. 10. num. 14. de probat. Lanfranc. Balb. in ſuis com. cent. concluſ. 222. & Scal. dict. tract. de conſil. ſap. libr. 1. cap 21. Tenebitur verò, ſiue peritus

78 ſit, ſiue imperitus, † vbi adſit hac de re ſtatutum, quod Apoſtolicos delegatos afficiat, per ea, quæ de hoc ſtatuto tradit Bal. conſ. 170. vol. 3. & Aſin. d. §. 25. cap. 1. quos in id allegat, & probat Carpan. d. verbo, teneatur, & debeat, & poſt Roſr. quæſt. 45. & Oldr. in quæſt. quæ incipit, antiquum ſtatutum, ſentit Io. Andr. ad Spec. d. tit. de requiſit. conſil. verſ. vt autem, verbo conſilium, & paſſim ſupponit poſt alios Scal. d. tract. de conſ. ſap. & Carpan. d. cap. 17. & cap. 57. ſtat. Med. vol. 1. vel † legiti-

Quid ſi adſit ſtatutum,

79 ma, & ſpecialis conſuetudo, vt apertè ſentit Specul. d. tit. de requiſit conſil. num. 1. & 2. & negari nequit, cum in ordinatoriis iudicij † cuiuſque fori conſuetudo, quæ irrationabilis non

aut conſuetudo.

80 ſit, attendi debeat, faciatque ius, l. 3. in fin. ff. de teſtam. & tradunt Doct. in cap. quod clericis, de for. compet. Specul. tit. de ſentent. §. qualiter, cum aliis relatis per Fel. in cap. cauſam loci, de reſcript. Vant. tract. de nullit. tit. de null. ex def. proc. num. 56. & Nicol. Ant. Grauat. in addit. ad Veſtr. in Prax. Rom. Cur. lib. 5. cap. 3. num. 5. vbi etiam poſt Bellam. deciſ. 78. ſuper appellatione, & deciſ. 82. Si Papa, docet, quòd in concernentibus proceſſum ſtylus fori, in quo cauſæ ventilantur, non autem delegantis, ſeruandus eſt; quod etiam adnotauit Vant. ſupra num. 66. Porrò quacumque de cauſa conſilium ſapientis à Conſeruatore ſit requirendum, obſeruandum erit quod in vniuerſum de iudice requirente iudicialiter huiuſmodi conſilium tradit Marant. d. 3. par. 6. par. princip. num. 8. & 9. poſt Franc. Abb. & Card. d. cap. intimaſti de appellat. & colligitur à ſimili ex d. cap. inti

Stylus fori in ordinatoriys etiam quoad cauſas delegatas attenditur.

Digitized by Google

intimaſti, & l. 1. & fin. C. de relat. in ea relatione quæ fit Principi, vt eum conſulat in graui iuris dubio, vt † nimirum fideliter in litteris relationis ponatur ſumma proceſſus, ſeu facti, ac ſimul dubium, ſuper quo petit conſilium, ſeu reſponſum formatis litteris in præſentia partium, aut data iis petentibus earumdem litterarum copia Habito verò conſilio, † non tenetur illud ſequi ſiue de conſenſu partium electus fuerit conſiliarius, ſiue ſecus, vt in ſpecie voluit Specul. d. tit. de requiſit. conſil. num. 13. ſi videt illud eſſe contra ius, quod etiam latè docet Carpan. d. cap. 19. Stat. Med. vol. 1. litt. S. poſt Caſtr. conſil. 6. vol. 1. vbi de communi, & alios pleroſque; & ex eo patet, quòd † tenetur iudex, ſi ex imperitia conſultoris iniuſtam fert ſententiam, vt pluribus oſtendit Farinac. d. quæſt. 111. crimin. num. 467. ſecus verò regulariter, quod tamen fallit in aliis etiam caſibus, de quibus Carpan. latè d. litt. S. Non immoror.

81 *Conſiliũ ſapientis quomodo petatur iudicialiter.*

82 *An illud iudex teneatur ſequi.*

83 *An excuſetur, ſi ſequatur iniuſtũ.*

De hac porrò materia conſultorum, ſeu conſilij ſapientis, & peritorum ſi quis plura cupit, ea petere poterit ex Farinac. ibid. à num. 463. vſque ad 478. Specul. d. tit. de requiſit. conſil. & ibi Add. Menoch. d. quæſt. 23. de arbitrar. Lancel. d. tract. de attent. par. 2. cap. 9. Scal. d. tract. de conſil. ſapient. Carpan. in d. commentar. loc. cit. & ad cap. 27. cum quatuor ſeqq. necnon cap. 57. & ſeq. Stat. Med. vol. 1. Doct. d. cap. ad audientiam, de conſuet. cap. intimaſti, de appellat. l. 1. & fin. C. de relat. Burſat. conſ. 90. vol. 1. Ruin. conſ. 74. lib. 4. & conſil. 77. lib. 5. Vant. tract. de null. ſent. tit. de null. ob defect. iuriſd. ordin. à num. 145. ad 152. Auctores Repertor. in verbo, conſilium, Aſin. in prax. §. 25. ferè per totum.

QVÆRO *Tertiò, An Conſeruatori ab aliquo iudice inhiberi poſſit.*

Quæſtio eſſe poteſt vel de Legato ſedis Apoſtolicæ, vel de Epiſcopo, ſeu eius Vicario, vel delegato Apoſtolico; vel denique de alio Conſeruatore: de quib. ſingulis breuiter ſingulis propoſitis concluſionibus agemus.

Prima concluſio. Legatus ſedis Apoſtolicæ etiam de latere † non poteſt inhibere Conſeruatori quoad cauſas illi commiſſas. Probatur primò ex cap. ſtuduiſti, de off. leg. vbi habetur, quòd legatus ſedis Apoſtolicæ non poteſt impedire commiſſionem Apoſtolicam alij factam, & hoc eſt, vt communiter ex-

84 *Legatus de latere an inhibere poſſit Cõſeruatori.*

ponunt Doct. ibi, & colligitur ex ipſo text. intromittere ſe in cauſa ſpecialiter alicui delegata à Papa;) neque latam ab eo ſententiam irritare, niſi ſpeciale ſuper hoc mandatum receperit, ſed ſolùm, ſi rationabiliter lata fuerit, confirmare, & executioni mandare; ídque ob eam rationem ibid. expreſsam, quoniam mandatum ſpeciale derogat generali, vt etiam dicitur in cap. 1. & cap. paſtoralis, de reſcript. Secundò quia ſpecialis delegatus quoad cauſam illam eſt maior generali delegato, vel ſaltem par ei, vt ait gloſ. recepta, d. cap. ſtuduiſti, verbo, non poteſt; & in ſpecie Conſeruatorem eſſe maiorem Legato in cauſis ſibi commiſſis, tenet Anchar. conſil. 132. num. 2. & ſeqq. quem refert, ac ſequitur Ruin. conſil. 5. vol. 4. & Mandoſ. de ſignat. grat. verbo, Conſeruatoria, verſic. Conſeruatores dicuntur, circa medium, & ex aliis quoque oſtendimus cap. præced. quæſt. 4. concl. 2. at verò par pari inhibere non poteſt, neque minor maiori, ſed ſolùm maior minori, vt poſt Bal. l. 1. C. quomod. & quand. iud. Afflict. deciſ. Neap. 30. num. 3. & Marſ. Sign. 490. tradit Mandoſ. tract. de inhibit. quæſt. 4. num. 2. ac tenet Lancellot. tract. de attent. 2. part. cap. 20. in præf. num. 35. cum duob. ſeqq. Et quamuis idem Mandoſ. d. tract. de inhibit. quæſt. 5. num. 3. aſſerat, quòd legati de latere, hi præſertim, qui aliquibus præſunt prouinciis, etiam eorum ampliſſimis facultatibus peti plerumque vel delegatis inhibent, vel alia via etiam indirectà illos in aliqua cauſa, vel articulo procedere prohibent, vel impediunt, allegantes ſe perſonam Papæ immediatè repræſentare, illiúſque ibi generaliter vices gerere, iuxta text. in cap. cum venerabilis, de conſuet. vbi de duobus legatis ſedis Apoſtolicæ dicitur, qui vices noſtras in illis partibus tunc gerebant, & alia cumulata per Barbat. tract. de præſtant. Card. legat. à lat. dicúntque, iuriſdictionem ampliſſimam ſibi datam aliis reſcriptis ſubuerti non poſſe, quàm propria manu ipſius ſummi Pontificis ſignatis; quamuis inquam id ibi aſſerat Mandoſ. tamen quicquid ſit an ita aliqui legati de facto ſeruauerint; neque enim exemplis iudicamus, ſed legibus, l. nemo, C. de ſent. & interlocut. omn. iud. neque attendimus ea, quæ de facto fiunt, §. fin. Inſtit. de ingen. & manumi. cum vtrobique not. & ſuis ſimil. nullo ſanè hi iure nituntur, ſed potiùs iuri aduerſantur, vt ex prædictis patet, & aliis per nos allegatis d. concl. 2. quamuis autem dici poſſet, legatum vi-
ces

ces † Papæ gerere in prouincia ſibi demandata; tamen id eſt mandatum generale, cui derogat ſpeciale vt d. cap. ſtuduiſti expreſsè habetur; & ad ſummum concluderet legatum parem eſſe delegato Apoſtolico, cum etiam hic delegatus vices gerat Papæ in cauſa ſibi commiſſa, vt in cap. ſanè, il 2. de off. deleg. diſertè dicitur; per quem text. & alia in ſpecie, Conſeruatorem vices Papæ gerere docet Anchar. dict. conſil. 132. num. 4. Ruin. conſil. 3. num. 3. vol. 4. & Neuizan. conſil. 35. num. 9. Par autem pari nequit inhibere, vt paulò ante ex Mandoſ. & aliis docuimus; qui quidem Mandoſ. illud ipſe non approbat, quod refert de legato inhibente delegato aliàs ſibimet aduerſaretur, qui d. verbo, Conſeruatoria, verſic. Conſeruatores dantur, ex eo quòd Conſeruatores delegati Apoſtolici ſint, diſertis verbis aſſerit, ſequi, quòd nec ab Ordinariis, nec à legatis etiam de latere impediri, ſeu moleſtari in eorum iuriſdictione, ſeu exercitio poterunt; immò in cauſis commiſſis erunt maiores quolibet Ordinario etiam legato de latere vt d. cap. ſtuduiſti, quod eſt 2. de off. leg. ad id quoque allegans in terminis noſtris Ruin. d. conſil. 3. & Anchar. d. conſil. 132. num. 4. cuius auctoritate Illuſtriſſimus quoque Card. Tuſc. in ſuis concl. iut. verbo, Conſeruatores, num. 1. docet in terminis, Conſeruatores non poſſe impediri, quin ſua iuriſdictione vtantur à legatis ſiue natis, ſiue de latere. 85 *Legatus & delegatus Papæ vices eius gerunt.*

Secunda concluſio. Ordinarius, hoc eſt, Epiſcopus, ſeu eius Vicarius † nequit inhibere Conſeruatori Apoſtolico. Probatur tum quòd Conſeruator quoad cauſam ſibi commiſſam eſt maior quocumque Ordinario, vt d. quæſt. 4. concl. 2. docuimus, tum ex eo, quòd docet Mandoſ. d. tract. de inhib. quæſt. 5. num. 1. & 2. Ordinarium non inhibere delegato Apoſtolico; tum ex eo, quod in ſpecie tradit idem Mandoſ. d. verbo, Conſeruatoria, vt paulò ante vidimus, Conſeruatores tamquam Apoſtolicos delegatos non poſſe ab Ordinariis impediri; ſeu moleſtari in eorum iuriſdictione, ſeu exercitio; quod etiam ex Anchar. d. conſil. 132. docet Illuſtriſſimus Card. Tuſc. d. num. 1. ſatiſque conuincitur quoad Apoſtolicos delegatos, tum ex cap. ſanè, il 2. de off. deleg. dum ibi dicitur, Epiſcopum, vel aliam perſonam rebellem, & contumacem in cauſa ab Apoſtolica ſede alicui delegata poſſe ab eo delegato per cenſuram Eccleſiaſticam compelli; plus autem eſt eſſe Conſeruato- 86 *Epiſcop. vel eius Vicar. nequit inhibere Conſeru. Apoſt.*

rem, quàm delegatum Apoſtolicum, vt poſt gloſ. in cap. ſtatutum, in princip. verbo, canonicis, de reſcript. in 6. tenet ibi Gomeſ. num. 88. tum ex cap. ſi quando, eodem tit. vbi habe-
87 tur, quòd † Ordinarius non debet iudicis delegati mandato violenter reſiſtere, ſed apud ipſum inſtare, hoc eſt, precibus, vt ibid. gloſ. recepta, in verbo, reſiſtere, adnotauit; tum denique ex cap. paſtoralis, §. quia verò, eod. tit. de off. deleg. dum ibi habetur, quòd Ordinarius, cui mandat Apoſtolicus delegatus, vt exequatur ſententiam ab ipſo delegato latam; tenetur ipſam exequi, licèt ſciat, eam eſſe iniuſtam niſi apud eum efficere poſſit, vt ab hoc onere ipſum abſoluat; eámque rationem affert Pontifex, quoniam Ordinarius tenetur obſequi delegato. Facit quoque, quòd † nequit Ordinarius ſe intromittere in cauſa à ſede Apoſtolica delegata etiam mortuo ipſo delegato, licèt agatur de abſoluendo excommunicato ob contumaciam, vt cauetur in cap. paſtoralis, §. præterea; de off. ordin. quoniam, inquit ibi ſummus Pontifex, delegatus quantum ad negotium ſibi commiſſum eſt maior Ordinario. Neque difficultatem facit text. in cap. cum contingat, de reſcript. vbi † datur facultas Ordinario, vt cognoſcat de validitate reſcriptorum commiſſionis duorum delegatorum, qui contraria illi mandant; tum quòd non inde conuincitur, poſſe Ordinarium præcipere, aut inhibere delegato, ſed ſolum aliquo modo ſe intromittere in eius cauſa, quod etiam colligitur ex illis finalib. verbis text. (licèt autem ex his certa tibi detur doctrina, qualiter in his te debeas habere, nulla tamen tibi attribuitur poteſtas, vt inter delegatos, aut partes de iuriſdictione debeas iudicare;) tum quòd illud etiam, quod permittitur ibi Ordinario, id eſt, vt faciat ſibi exhiberi à delegatis copiam vtrarumque litterarum ad effectum, vt mandatum alterius delegatorum non exequatur, vim habet ex ſpeciali delegatione, & iuſſu Pontificis in eo canone, vt patet ex illis verbis, (tunc litterarum ad vtroſque à ſede Apoſtolica obtẽtarum copia poſtulata, quas tibi auctoritate præſentium diſtrictè præcipimus exhiberi;) vnde nil mirum, ſi tunc poſſit petere copiam litterarum; non tamen ad id delegatos, aut partes cogere, vt ex eo colligitur, quia text. dicit, poſtulata, non obtenta, aut quid ſimile, ſentiúntque ibi glo. & Doct. communiter; neque de competentia iuriſdictionis inter delegatos cognoſcat, vt ibid. in fin. dicitur;

87 Ordinarius non debet violẽter reſiſtere mandato delegati Apoſt.

88 Neque poteſt ſe intromittere in eius cauſa etiã eo mortuo.

89 Ordinarius an poſſit cognoſcere de validitate duorum reſcriptorum delegationis.

Digitized by Google

dicitur; ſed, vt decernitur in verſic. quòd ſi ſuper hoc, huiuſmodi concertatio inter eos ſopiri debet iuxta tenorem conſtitutionis eiuſdem Pontificis Innoc. 3. quæ habetur in cap. paſtoralis, in princ. eod. tit. de reſcript. nimirum per arbitros iuris, iuxta latiùs per nos tradita ſupra hoc ipſo cap. quæſt. 1. concl. 5. circa medium.

Minùs etiam huic 2. concluſioni obſtat text. in cap. ſignificauit, de offic. ordin. vbi † cauetur, quòd ſtante malitia, vel deſidia iudicis delegati in procedendo Ordinarius poteſt abſolutos per delegatum ab excommunicatione in priſtinam excommunicationis ſententiam reuocare, ipſóſque tamdiu eadem ſententia tenere ligatos, donec cauſa incipiat legitimum habere progreſſum; nam præterquam quòd inde non habetur, poſſe Ordinarium præcipere, vt inhibere delegato Apoſtolico, ſed ſolùm aliquo modò ſe intromittere in eius cauſa, eſt etiam id ſpeciale ratione periculi peccati, ſeu fauore animæ, vt patet ex vnica ratione, quam ibidem affert Pontifex, cum inquiens, pro malitia, vel deſidia iudicis delegati non debeat quis ad remanendum in copula coniunctionis iniquæ ſuffragium inuenire; maximus enim fauor † eſt animæ, vt pluribus oſtendit inter ceteros Sebaſt. Medic. in opuſc. quod hac de re conſcripſit Cott. in Memor. verbo, anima, & Tiraq. tract. de priuil. piæ cau. in præfat. & ferè per tot. Doct. in l. ſancimus, C. de ſacroſ. Eccleſ. &, vt à peccato quis recedat, à regulis iuris recedimus, cap. nouit, de iudic. cum ibi not. per Doct. communiter; & ſuis concord. Et in ſpecie ob hanc ipſam rationem cauſa matrimonij numquam tranſit in iudicatum, ne nimirum quis in peccato, ſi verè nullum foret matrimonium, remanere cogatur, c. lator, & cap. conſanguinei, de ſent. & re iud. cap. 1. & cap. laudabilem, cum duob. ſeqq. de frig. & malef. cum ibid. adnot. & aliis ſimilibus. Ad quod etiam facit, quòd nihil cum ſcandalo faciendum eſt, cap. illa, 11. diſt. cap. 1. 51. diſt. cap. generalis, 54. diſt. cap. cum ex iniuncto, de nou. oper. nunciat. & cap. 2. de præſcript. vbi inter ceteros Fel. pluribus oſtendit propter ſcandalum vitandum recedi plerumque à regulis iuris; qua etiam de re Doct. in reg. peccatum, vbi Couar. 1. part. num. 4. cum duobus ſeqq. ſimiliter, quoniam † vbi periculum eſt in mora, multa permittuntur, quæ aliàs non permitterentur, vt patet ex text. in l. 1. ff. de damn. infect. l. 1. & 2. ff. de fer. cap. fin. extr.

90 *Ordinarius an abſolutos per delegatũ Papæ in priſtinã excom. reuocare poſſit.*

91 *Fauor animæ ac vitãdi peccati, & ſcandali, maximus.*

92 *Periculũ in mora facit vt multa permittantur.*

eod. tit. cap. oblatæ, de appell. & Clem. quamdiu, eod. tit. ac traditis per Doct. cum ibi, tum in cap. cum non ab homine, de iudic. Farinac. quæſt. 8. crimin. à num. 116. ad 120. & quæſt. 27. num. 71. 107. & 125. Io. Baptiſt. d. S. Seuer. tract. de debit. ſuſp. & fugit. ferè per totum, & Couar. lib. 2. var. reſolut. cap. 1. num. 9. ad id etiam faciunt, quæ de damno irreparabili, ob quod licet iudici reſiſtere, tradit Fel. & alij d. cap. ſi quando, de offic. deleg. atque hac ratione d. cap. paſtoralis, §. præterea, de offic. ord. permittitur reo, qui paſſus eſt miſſionem in poſſeſſionem ex primo decreto, ſeu cauſa rei ſumendæ, vt intra annum, ſi nequeat coram delegato, qui miſſionem fecit, poſſit coram Ordinario præſtare cautionem de ſtando iuri ad tuendum ius ſuum, & interrumpendam annualem præſcriptionem; de qua cap. 1. & tot. ferè tit. de eo, qui mit. in poſſeſ. cau. rei ſeru. Fateor tamen, quòd, † ſi delegatus Apoſtolicus vellet procede-

93 *Ordinarius quãdo poſſit reſiſtere delegato.*

re in caſu non comprehenſo in ſua commiſſione, poſſet Ordinarius ei reſiſtere, vt poſt Innoc. d. cap. ſi quando, tradit Steph. Aufrer. in addit. ad Capel. Tholoſ. deciſ. 424. num. 3. ſic intelligo Boer. deciſ. 9. num. 5. Barbat. & alios cap. fin. de reſcrip. Idem puto in caſu cap. 4. in 1. reſpon. de priuil. in 6. vbi decernitur, nullas fore ſententias Conſeruatorum contra Ordinarios, qui compeſcunt exemptos conſtruentes Oratoria, vel Capellas, in loco exempto abſque eorum licentia, aut in ſic conſtructis, temporéve interdicti præter caſus à iure exceptos, celebrantes, aut celebrari facientes diuina: generatim verò, quando Ordinarius reſiſtere poſſit delegato Apoſtolico, ſi quis plura cupiat, videndi ſunt Doct. in d. cap ſi quando, & cap. paſtoralis, de off. deleg. cap. ſignificauit, & cap. paſtoralis, de offic. ord. cap. cum contingat, & cap. fin. de reſcript. cap. dilectus, de pœn. cap. Epiſcoporum, de off. ord. in 6. Clem. 1. de off. ord. auth. qua in prouincia, C. vbi de crimin. agi opor. atque inter alios Nicol. Ant. Grauat. in addit. ad Veſtr. in Prax. Rom. Cur. lib. 3. cap. 9. num. 20. & Marant. in ſua 1. diſput. Nobis verò illud hoc loco admonere ſufficiat, quòd ne Ordinarius Conſeruatori, vel Conſeruator Ordinario inhibeat, vbi inter eos cõtrouerſia de competentia iuriſdictionis oriatur, quam potiſſimum ob cauſam ad mutuas inhibitiones non ſine ſcandalo ſolent deuenire, Concil. Trid. ſeſſ. 14. cap. 5. de reform. decreuit, vt eo caſu, ſicut & in caſu recuſationis ad arbitros iuris deueniatur, vt ſupra hoc

ipſo

ipſo cap. quæſt. 1. concl. 5. admonuimus; vbi etiam docuimus ſatis probabile eſſe illud decretum poſſe, atque expedire ſeruari in Conſeruatoribus Regularium, & aliarum perſonarum, quas ibi Concilium ab eo canone excipit; quoniam id ſatis conforme ſit iuri communi antiquo, nimirum cap. paſtoralis, in princ. de reſcript. quod quidem procedere etiam in ordinariis iudicibus plerique tenuerunt, quos d. concl. 5. allegauimus. omnino verò locum habebit, vbi Ordinarius aliqua in cauſa ſit ab Apoſtolica ſede delegatus, vel per canonem, in quo expreſsè dicatur, quòd Ordinarius procedat tamquam Apoſtolicæ ſedis delegatus; cuiuſmodi plures canones habemus in Trid. Concil. quos ſeq concl. recenſebimus, vel per reſcriptum; ſed quoniam per illud † aliquando ſolùm excitatur Ordina- 94
rij ipſius iuriſdictio, aliquandò fit vera, ſpecialis, ac formalis delegatio à Papa, quomodò vtrumque dignoſcatur, tractant præcipuè Doct. in cap. licèt, de off. ordin. & Menoch. de præſump. libr. 2. præſumpt. 16. num. 23. cum duob. ſeqq. eam præcipuè regulam tradentes, quòd in iis, in quibus poteſt Ordinarius procedere, & cognoſcere, ſi nihil ſpeciale, quod is nequeat facere, mandatum contineat, excitata iuriſdictio, ſeu inſtructus Ordinarius cenſetur, non factus delegatus; ſecus ſi mandatum fiat in iis, quæ aliàs non poſſet Ordinarius, aut aliquid circa ea, quæ poteſt, ſpeciale contineat. Quòd ſi † partes non con- 95
ueniant ſuper electione arbitrorum, vel aliàs nequeat per arbitros, vel ipſos delegatos, ſeu Conſeruatores controuerſia competentiæ iuriſdictionis terminari, poterit is, qui melius ius fouet, alteri inhibere, cum inhibitio à iure introducta ſit ad conſeruandam iuriſdictionem, vt praxis docet, colligitúrque ex cap. ex tranſmiſſa, de for. compet. & cap. non ſolùm, de appel. in 6. cum ibi not. & aliis traditis per Lancell d. cap. 20. in præfat. num. 9. melius autem ius † fouere dicetur Ordinarius, 96
quàm Conſeruator, non modò vbi manifeſtè vult Conſeruator cognoſcere cauſam, in qua illi, qui ei committuntur defendendi, nullum ius habent in re, aut ad rem, de qua agitur; & ſic procedere vult in cauſa non comprehenſa in ſua commiſſione, vt de ſe patet; verùm etiam ſi cauſa quidem ad Conſeruatorem aliàs pertinere poſſet, quia ſit generatim comprehenſa in litteris Conſeruatoriis, tamen in caſu, de quo agitur, Conſeruator de ea nequit cognoſcere, quia tunc cauſa illa ſpe-

ctat

Ordinarij iuriſdictio quando ſolùm excitetur, vel delegata fiat.

Inhibitionibus quando & cur vti liceat.

Ordinarius quando melius fouere ius dicetur quàm Conſeruator.

ctat ad Ordinarium, ſiue quia cauſa ſit merè ciuilis, & reus non habeat Conſeruatorem, ſed tantum actor iuxta decretum Trid. Concil. d. ſeſſ. 14. cap. 5. de reform. & alia per nos adducta ſupra cap. 7. quæſt. 6. concl. 1. ſiue quia is, qui litteras impetrauit, conſenſit in Ordinarium, & coram eo lis cœpta eſt, iuxta l. vbi cœptum, ff. de iudic. iunctis per nos traditis d. concl. 1. & vlt. ad fin.

97 *Delegatus Apoſt. nequit regulariter inhibere delegato Apoſt.*

Tertia concluſio. Delegatus Apoſtolicus regulariter † nequit inhibere Conſeruatori Apoſtolico. Probatur; nam vel Conſeruator ſimpliciter eſt maior delegato, vt voluit Gomeſ. in repet. cap. ſtatutum, num. 8. de reſcript. in 6. vel ſaltem in cauſa ſibi commiſſa, vt ſatis probauimus cap. præced. quæſt. 4. concl. 3. minor autem regulariter inhibere non poteſt maiori, vt docet Mandoſ. d. tract. de inhibit. quæſt. 3. num. 2. & 3. pluribúſque comprobat Lancell. d. cap. 20. in præfat. num. 33. cum duob. ſeqq. ac præterea num. 65. & multis ſeqq. vbi oſtendit,

98 *Inhibitio fit à maiori.*

† iudicem maiorem inhibere minori; quod etiam tradit Mandoſ. d. tract. de inhibit. quæſt. 6 num. 1. quæſt. 7 num. 2. & quæſt. 9. in fin. facitque text. in l. iudicium ſoluitur, ibi, vel eo vetante, qui maius imperium in eadem iuriſdictione habet, ff. de iud. vel ſaltem maior eſt in cauſa ſibi commiſſa; nam ratione delegationis maior quis fit eo, cui eſt par, aut etiam minor, vt ſatis colligitur ex cap. ſanè, il 2. de off. deleg. & cap. paſtoralis, §. præterea, de off. ord. & adnotauit gloſ. quam alij ſequuntur, in cap innotuit, verbo, in parem, de elect. ſed vbi etiam pares ſint, adhuc idem dicendum, nam par pari regulariter nequit inhibere, vt in ſeq. concl. oſtendemus. Ex quo infertur, quòd etiam in aliquot ſaltem ex caſibus, in quibus loci Ordinarius,

99 *Ordinarius qui dicatur.*

(hoc eſt, † Epiſcopus, vel eius Vicarius in ſpiritualibus generalis, vt conſtat ex Concil. Trid. paſſim, & cap. omnes Baſilicæ cum ſeq. 16. quæſt. 7. cap. 1. de off. ord. cum aliis adductis per Mandoſ. d. quæſt. 7. num. 2. & reg. 26. Lancell. num. 3. iunctis iis, quæ latè adducit Iacob. Sbroz. tract. de off. Vicar. lib. 2. q. 55. & nouiſſimè Thom. Sanchez d. tract. de Matrim. lib. 3. diſp. 29. num. 3. 4. & 5. vbi idem docet de aliis habentibus iuriſdictionem epiſcopalem, eorúmque Vicariis;) conſtituitur delegatus ſedis Apoſtolicæ, nequaquaquam poterit Conſeruatori inhibere; huiuſmodi autem caſus plurimos habemus in Concil. Trid. præcipuè verò ſeſſ. 5. cap. 1. verſ. in Monaſteriis quoque, & cap.

cap.2.verſ. ſi verò ; de reform. ſeſſ.6. cap.2. & 3. ſeſſ.7. cap,14. ſeſſ. 13. cap. 5. ſeſſ.14. cap.4. ſeſſ. 21. cap.3.4.5.6.7. & 8.de reform.ſeſſ.22.decret. de obſeru.& euitand in celebr.Miſſ.in fin. & cap.3.6.8. & 10. de reform.ſeſſ.24. cap 9.10.11.& 14.de reform.ſeſſ.25. cap. 5. 8. & 9. de Regular. & cap. 9. ac 14. de reform. ante Concil. verò eſt text. in cap. irrefragabili, §. ceterum.de off.ord.cap.ad abolendam, in fin.de hæret.cap vn.verſ. verùm, de cler.ægrot.in 6. cap.vn. §.vlt. de ſtat.regul.eod libr. Clem.vn.de ſuppl. negl. præl. Clem.2. de ſtat. Mon. & Clem. quia contingit,in princ.de relig.dom.

Dixi autem ſupra(aliquos ex his caſibus)quoniam in eorum pleriſque nulla ſe ratione ingerere Conſeruator poteſt cum vel voluntariam iuriſdictionem requirant, quam regulariter exercere nequit Conſeruator, vt ſupra cap.7. quæſt.1.concl. 1. docuimus;vel ſpectent ad correctionem ſubditorum,quod vel ad Epiſcopos, vel ad Regularium Prælatos de iure pertinet, cap.1.de off.ord. iuncto cap.qualiter, & quando, il 2.de accuſat. cum ſimil. præſertim quia non poteſt regulariter Conſeruator de cauſis criminalibus,vel mixtis cognoſcere, vt d.cap.7. quæſt.4. concl.1. latè oſtendimus ; atque adeo poterit in iis Epiſcopus Conſeruatori inhibere ; hos autem caſus ſecernere ab iis,in quibus aliàs poſſet Conſeruator procedere,quoniam minus neceſſarium eſt cum facilè id futurum ſit eos Conciliares & alios prædictos canones perpendenti, conſultò prætermittimus ; duáſque dumtaxat limitationes ad hanc 3. concl.afferamus. Quarum altera eſt, quòd † delegatus Apoſtolicus ſpecialis in aliqua cauſa ex iis,quæ aliàs pertinent ad Conſeruatorem inhibere poterit Conſeruatori, ſi velit in ea procedere, nam præferendus in illa cauſa eſt Conſeruatori ; cum mandatum ſpeciale deroget generali, cap.ſtuduiſti, de offic.leg. vbi propter hanc rationem definit Pontifex ; non poſſe legatum impedimentum afferre delegato Apoſtolico in cauſa ſpecialiter huic delegato commiſſa ; certum autem eſt,poſſe iudicem delegatum procedere cõtra quemcumque impedientem ſuam iuriſdictionem ; atque eum etiam punire, cap.1.cap.præterea, cap.ſignificaſti, & cap.ſanè, il 2. de off. deleg. cum ſimil. quod plus eſt, quàm tranſmittere inhibitionem ; quam tamen ad tuendam iuriſdictionem ſuam fuiſſe à iure introductam,concl. præcedent. poſt Lancell. docuimus. Altera eſt, quòd delega-

Delegatus Apoſt. ſpecialis in aliqua cauſa ex pertinentib. à Cõſeru. poteſt eidem inhibere. 010

101 tus, † cui commiſſa fuit cauſa à ſede Apoſtolica, in qua fuit à Conſeruatore appellatum, poterit illi inhibere; nam delegatum, cui præſentata eſt cauſa appellationis, poſſe iudici, à quo, inhibere probat text. in cap. Romana, §. ſi verò, cum trib. ſeqq. & cap. non ſolùm, de appellat. in 6. cum aliis ad id adductis à Mandoſ. d. tract. de inhibit. quæſt. 4. num. 11. cum ſeq. & quæſt. 11. num. 2. ac Lancell. d. cap. 20. in præfat. num. 104. ac 112. cum multis ſeqq. Quod idem dicendum eſt † de iudice meræ nullitatis; is enim inhibere poteſt iudici primæ inſtantiæ vt patet ex iis quæ latè adducit Lancell. d. tract. de attentat. 2. part. cap. 17. num. 63. cum trib. ſeqq. & d. cap. 20. in præfat. num. 65. & trib. ſeqq. quamuis non indiſtinctè † poſſit inhibere, præſertim cum agitur de executione ſententiæ, quæ tranſiuit in rem iudicatam, vt videre eſt apud Lancellot. d. cap. 17. num. 67. & ſeq. Mil in Repert. verbo, iudex meræ nullitatis, & Mandoſ. d. tract. de inhibit. quæſt. 24. Poſſet etiam addi 3. limitatio ad hanc 3. concluſ. de inhibitione adiuncti, ſeu collegæ; ſed quia communis eſt etiam ſequ. concluſ. eam ibi afferemus, & ſimul aliam declarationem, quæ ad vtramque concluſionem pertinet.

Idem ſi ſit ei cauſa appellationis à ſententia Côſer. cômiſſa,

102 *Idem in iudice meræ nullitatis, ſed*

103 *nô indiſtinctè, vt cum agitur de re iudicata.*

Quarta, & poſtrema concluſio. Conſeruatori regulariter

104 † nequit inhiberi ab alio Conſeruatore. Probatur, quia regulariter par pari inhibere non poteſt, vt docet Mandoſ. d. tract. de inhibit. quæſt. 4. num. 2. latiùs quæſt. 8. num. 2. & Lancellot. d. cap. 20. in præfat. num. 33. vſque ad 40. & num. 69. vſque ad 75. & num. 96. illud enim regulare eſt, vbi par in parem non habeat imperium, l. ille, à quo, §. tempeſtiuum, ff. ad Trebell. l. 3. in fin. & l. nam Magiſtratus, ff. de arbitr. & cap. innotuit, de elect. cum ſimil. Id tamen fallit primò, † vbi aliquis datus ſit

105 adiunctus, ſeu collega Conſeruatori ſiue ille quoque ſit Conſeruator, ſiue non; nam quicquid ſit, an collega poſſit collegam ſuum impedientem † ſuam iuriſdictionem per cenſuras,

106 & pœnas coërcere, de quo per Doct. in cap. 1. de off. deleg. poſt Bart. & alios in l. 1. § is videtur, ff. ſi quis ius dicent. non obtemper. illud certum eſt, poſſe adiunctum, ſeu collegam alicuius iudicis ſtatim præſentata ſibi commiſſione inhibere coniudicibus, ne vlteriùs ſine eo in cauſa procedant, vt poſt Staphil. qui ita etiam practicari teſtatur, in tract. de litt. grat. & iuſtit. 2. part. verſ. in commiſſionibus iuſtitiæ fol. 178. in parua impreſſ. tradit

Inhibere Conſeruator Côſeruatori nequit regulariter.

Quid de adiuncto ſeu Collega.

Collega an collegã impedientẽ ſuã iuriſdictionem poſſit coërcere.

Digitized by Google

tradit Mandoſ. dict. tract. de inhibit. quæſt.6. num. 2. & 3. & quæſt.8. num.2. Lancellot. d.cap.20. in præfat. num.50.& 98.

Quod idem eſt dicendum in caſu conuerſo, † vbi duo 107
Conſeruatores, vel Conſeruator cum alio delegato eſſet de- *Inhibere poteſt præueniës Conſer. præuento.*
putatus in ſolidum iuxta terminos cap.cum plures, de off. deleg.in 6. nam ſi vnus præueniſſet alium,qui nihilominus vellet procedere cum eo,vel etiam abſque eo,qui præuenit,tunc poſſet præueniens præuento inhibere, vt poſt Alex. conſil.9.libr. 4. tradit Bero. conſ. 117. quod incipit ex vltima num. 4. lib. 3. quem refert, ac ſequitur Lancellot. d. cap. 20. in præfat. num. 100.aliàs 103.niſi præuentus vellet procedere,quia præueniens eſſet impeditus, vel nollet, aut malitioſè procedere recuſaret, iuxta text.d cap.cum plures.

Quin etiam hoc ipſum exiſtimarem dicendum, † vbi aliàs 108
alter Conſeruator alteri foret aliqua iuſta de cauſa præferen- *Qui aliàs venit præferendus.*
dus, vt puta,ſi vnus ſit Conſeruator rei, alter actoris,& aliis in exemplis allatis cap. præced. quæſt. 4. concl. 4. nam tunc cum non agatur de collega puniendo, vel etiam inhibendo per collegam, nulla eſſe poteſt difficultas, quia vnus Conſeruator ad tuendam ſuam iuriſdictionem, poſſit punire alium quemcumque ſibi reſiſtentem, vt d.cap. 1. de off.deleg. &aliis iuribus relatis in concl.præced.multóque magis inhibere,per ea,quę adduximus d.quæſt.4 ferè per totam.

Ceterum, vt quoad fieri poteſt incommodis ex hiſce inhibitionibus, quæ non ſine ſcandalo, vt ſupra dicebamus plerumque tranſmittuntur, orientibus occurratur; vbi dubitatur 109
† de competentia iuriſdictionis inter Conſeruatorem, ac de- *Cõtrouerſiæ de cõpetẽtiæ duorum Cõſer. quomodo dirimenda.*
legatum Apoſtolicum, vel inter duos Conſeruatores circa alicuius cauſæ cognitionem præcipuè, an primæ litteræ ſint per poſteriores reuocatæ,prioréſve,vel poſteriores iudices debeant de cauſa cognoſcere, niſi alter iudicum alteri duxerit deferendum, controuerſia huiuſmodi per ipſos iudices,qui de hoc articulo cognoſcant, &,ſi fortè nequiuerint in vnum concordare, erit per arbitros communiter à partibus electos ſopienda, vt cauetur in cap.paſtoralis in princ. de reſcript. quæ diſpoſitio approbatur in cap. cum contingat,eodem tit.& cap.ab arbitris, de off. deleg. in 6. qua verò ratione non diſcordet ab eo, quod in ſimili caſu reuocationis litterarum aliter diſponi videtur d. cap.cum contingat, & cap.ceterum, de reſcript. item à cap. vt

Digitized by Google

debitus, de appellat. videndum eſt, quod pro conciliatione afferunt gloſ.& Doct.in hiſce iuribus, necnon in cap.ſanè, il 1. de offic.deleg. non inſiſto, ne diutiùs, quàm par ſit, in re haud
110 difficili immoremur. Certè † quatenus d. cap.ſanè, omnibus prædictis iurib. obſtare videtur, dum ait, ſi controuerſia ſit ſuper diuerſis litteris, ſuperſedendum, donec Papa conſulatur, quoniam vno verbo poteſt res expediri, dicimus cum gloſ. ibi in verbo, priorum litterarum, quod d. cap. ſanè, loquitur vbi diuerſæ litteræ ad eoſdem iudices diriguntur, alia iura prædicta,& ſimilia, vbi ad diuerſos iudices, quamuis non ignorem ab aliis alias explicationes afferri.

Intellectus c. ceterũ, & c. contingat, &c.

Cetera verò, quæ de inhibitione vel communia ſunt aliis etiam iudicibus, quàm Conſeruatoribus, aut delegatis, vel mi-
111 nùs neceſſaria, quoniam quiſque † petere ea facilè poterit ex d.cap.ex tranſmiſſa, de for. compet. cap. Romana, & cap.non ſolùm, de appel.in 6. & ibi not. necnon inter recentiores ex Iacob. Ant. Martha, quem poſt hæc ſcripta vidi, in tract. de iuriſd. per, & inter iudic. Eccleſ. & ſecul. exerc. part.2.cap.42. & 45. necnon Couar. pract.quæſt. cap.24. num.2. & 3. Mandoſ.dict. tract.de inhibit. per totum, & Lancellot.d.tract. de attentat.2. part. cap.4. in præfat. num. 59. 77.91. 375. 520. cum duobus ſeqq.& limit.1.num.10.11.12. & limit. 27. num. 9. item c. 12. amp.4.num.14. ampl.17.num.6.& 27 limit.1.num.21.22.102. 103.104. limit.2. num.36. limit.4. num.19.limit.6.num.16. & ſeq.limit.8. num.9.limit.50. num.128. cum duob.ſeqq.& 213. cum ſeq.limit.53. num.54. & cap.15.num.125.& 135.cap.17. num.63. & 67. & latiſſimè verò d.cap. 20. ferè per totum, aliquid etiam 3. part. cap.24. quæſt. 11. & 16. cap.26. num. 6. ne longiores abſque neceſſitate ſimus, conſultò prætermittentes ad alia, quæ propoſuimus diſputanda, veniamus.

Inhibitionis materia, remiſſiuè.

QVÆRO *Quartò, An, & quando iuriſdictio Conſeruatoris poſſit ſuſpendi, aut retardari per compromiſſum, vel reductionem laudi ad arbitrium boni viri.*

Quæſtio hæc quoad compromiſſum habet hunc ſenſum, an, & quando fit compromiſſum ſiue ante, ſiue poſt introductum iudicium coram Conſeruatore, faciat ſilere, ſuſpendátque iuriſdictionem eiuſdem, ita, vt eo pendente nequeat adiri Conſeruator pro introducenda, vel proſequenda coram eo cauſa. quoad reductionem verò ad arbitrium boni viri quæſtio propoſita

Digitized by Google

propoſita cum ſenſum habet, An, & quando eadem Conſeruatoris iuriſdictio eodem modo ſileat, ac ſuſpendatur pendente reductione ad arbitrium boni viri, quoties lata ſententia arbitramentali per arbitrum, ſeu compromiſſarium, ab eo, qui ſe grauatum prætendit, eius ſententiæ reductio ad arbitrium boni viri petatur, ſiue ante, ſiue poſt inchoatum coram Conſeruatore iudicium; neque enim aliter ad rem noſtram pertinere poteſt præſens quæſtio, quæ cum duas dumtaxat, aut tres ad ſummum præcipuas partes habeat, vt ex prædictis liquet, totidem etiam concluſionibus abſoluetur; ſi priùs illud admoneamus, nos hîc non loqui, aut agere, an compromiſſo durante ſuſpendatur inſtantia; nam, licèt † de inſtantia appellationis expreſſum in iure ſit, quòd compromiſſo pendente non currat appellanti ad proſequendam appellationem, Auth. ſi tamen, C. de tempor. app. & Clem. quamdiu, de appel. quæ idem ſtatuit in tempore ad huiuſmodi proſecutionem ab homine ſtatuto; tamen id nihil ad nos; cum † inſtantia quælibet appellationis ſiue à termino iuris, ſiue hominis proueniat, locum habere nequit in Conſeruatore, vt Conſeruator eſt; hic enim vt iam non ſemel admonuimus, iudex eſt dumtaxat in prima inſtantia; quæ quidem † de iure canonico, (atque adeo in foro Eccleſiaſtico vbique, vel etiam ſeculari in terris Eccleſiæ,) non finitur triennio, vt colligitur apertè ex cap. venerabilis, de iudic. ibi aſſerentes inſtantiam iudicis per decurſum triennij periiſſe, iunctis iis verbis finalibus text. mandamus, quatenus exceptione huiuſmodi non obſtante, in negotio illo procedas iuxta traditam tibi formam; per quem text. id ibi adnotarunt Doct. ferè omnes, præcipuè Abb. & Fel. qui hanc communem concluſionem aſſerit, & probat etiam tum rationibus, tum ex cap. fin. de probat. iuncta declaratione Hoſt. qui ait litem illam conteſtatam fuiſſe tempore Cæleſtini, & ab inde fuit coram Gregorio IX. quod tempus ſuperat triennium; id autem ſcire potuit Hoſt. qui per ea tempora floruit. Eandem etiam communem opinionem aſſerit, ac pluribus confirmat, & explicat Marant. in ſpecul. aur. 5. part. princ. num. 14. & Io. Bapt. Aſin. in prax. iudic. in princ. cap. 3. num. 22. & ſeqq. Et vbi etiam † iudicium coram Conſeruatore intentatum certi temporis inſtantiam haberet, vt puta biennij, ſaltem ad effectum, vt ab eo poſſit auocari cauſa poſt illud, iuxta diſpoſitio-

112 Inſtãtia appellationis non currit pendente cõpromiſſo.

113 Nec habet locũ in Conſeruatore, ſed tantum prima.

114 Inſtantia prima quãdo & quo iure finiatur.

115 Quid corã Conſeru.

nem Trid. Concil. quoad Ordinarios iudices ſeſſ. 24. cap 20 de reform. vbi tamen decretum illud locum habeat in Conſeruatoribus, de quo dicemus ſeq. quæſt. vel etiam inſtantia triennij, vbi Conſeruator laicus à Principe ſeculari deputatus ſit, de quo

116 ſupra cap. 4. q. 6. & c. 5. q. 1. diſputauimus; quo caſu † in ordinatoriis coram eo ſeruabitur ius ciuile, per ea, quæ tradunt Doct. in cap. Eccleſia S. Mariæ, de conſtit. & cap. quod clericis de foro compet. quod & in ſpecie inſtantiæ triennij admittit Abb. d. cap. venerabilis, num. 12. quando coram ſeculari iudice agitur de bonis patrimonialibus clerici; ſecus verò vbi de bonis Eccleſiæ, quæ in hoc etiam æquiparatur fiſco, arg. eorum, quæ not. in cap. 1. de in integr. reſtit. quem, & alios in hoc ſequitur Marant. in ſpec. aur. d. 5 part. princ. num. 20. cum ſeq & Aſin. d. cap. 3. num. 27. de quo diſputare non eſt huius loci.

Inſtantia ciuilis an attendatur corã iudice ſeculari in cauſis Eccleſiæ vel clericorum.

117 Adhuc certum mihi eſt † per compromiſſum talem primam inſtantiam non ſuſpendi, cum illud regulare ſit, per compromiſſum non ſuſpendi inſtantiam cauſæ principalis, vt contra Bart. d. auth. ſi tamen, cum eod. Bart. d. l. properandum, Imol. cap. de cauſis, de off. deleg. Butr. & Aret. d. cap. venerabilis, & ibi Abb. num. 14. tenet ibid. Fel. num. 11. & poſt alios Franc. in cap. ex ratione, col. 6. de appel. M. Ant. Blanc. tract. de compromiſſ. quæſt. 6. princ. num. 22. & Marant. in ſpecul. aur. 3 part. 6. par. princ. num. 237. quibus in locis prædicti Doctor. præcipuè Blanc. Abb. & Fel. id ſatis probant & à contrariis tuentur, apud quos etiam Doct. iuncto Aſin. d. cap. 3. à num. 51. ad 68. videas, an inſtantia compromiſſi ſit triennalis. Quæſtio igitur eſt iuxta duas inſpectiones initio propoſitas. de quibus ſit

Inſtantia cauſæ principalis an ſuſpendatur per compromiſſum.

118 Prima concluſio. Pendente compromiſſo † altera partium poteſt ſoluta pœna in ea appoſita adire Conſeruatorem, & aduerſarium etiam ſuper cauſa compromiſſa conuenire. Probatur ex iuribus, in quibus cauetur, poſſe alteram partem dimiſſis arbitris ire ad iudicem competentem, & aduerſarium ſuum coram eo cõuenire etiam ſuper eadem re, & ſoluta pœna compromiſſi validè in cauſa ad vlteriora procedere, nimirum ex l. ſi quis rem, l. non diſtinguemus, §. compromiſſo, l. litigatores, l. item ſi vnus, §. 1. l. ſed ſi in ſeruum, in fin cum l. ſeq. ff. de arb. per quæ iura, ſeu eorum aliqua id tradidit Bart. in l. qui fidem, ff. de tranſact. Franc. d. cap. ex ratione, num. 29. & ſeq. de appel. gloſ. & Doct. communiter in d. Clem. quamdiu, de appell. cum

Cõpromiſſo pendẽte poteſt ſoluta pœna adiri Cõſeruator.

aliis,

aliis, quibus id firmant Lanfranc. de Orian. tract. de arbitr. par. 6. num. 50. Io. Bapt. à S. Blaſio tract. de arbitr. & arbitrat. lib. 3. cap. 3. & M. Ant. Blanc. d tract. de compromiſſ. quæſt. 7. princ. num. 10. & Lancellot. tract. de attentat. 2. part. cap. 15. num. 7. quod breuiter repetit, & approbat num. 162. cum ſeq.

Porrò hæc concluſio duas recipit declarationes. Altera eſt, quod † ſi vtraque pars conſentiat dimiſſis arbitris iudicem adire; tunc non cogitur arbiter ſententiam dicere, ſoluitúrque compromiſſum, vt poſt Io. Bapt. à S. Blaſio d. cap. 3. adnotauit Blanc. d quæſt. 7. num. 10. ac poſt vtrumque Lancellot. d. cap. 15. num. 111. Altera, quòd † quando vna pars tantùm adit iudicem, non ſoluitur compromiſſum, niſi ſecuta litis conteſtatione, vt poſt gloſ. d. l. litigatores, tradit Io. Bapt. à S. Blaſio d. bap. 3. circa principium. Addere poſſumus & tertiam declarat. quæ iam tacta eſt in ipſa concl. vt † nimirum pars, quæ dimiſſis arbitris adit iudicem, debeat ſoluere pœnam. ita expreſsè habetur d. l. ſi quis rem, ff. de arbitr. & per eum tex. adnotarunt Doct. cit. in concluſ. & præſertim Lancell. d. num. 7. qui idem nominatim pro declaratione d regulæ, & concl. ponit eod. cap. 15. num. 203. hoc tamen primò temperat. num. 204. niſi † pars iret pendente compromiſſo ad iudicem ad implorandum eius officium ad hoc, vt cogat arbitros ad laudandum, vel eligendum tertium; quoniam per hanc implorationem, quæ fit lege permittente ad text. in d. l. item ſi vnus, § principaliter, ff. de arbitr. non debet pars aliquam pœnam incurrere, iuxta l. Gracchus, ff. de adult. cum ſimil. quod etiam in ſpecie adnotauit Io. Bap. de S. Blaſio d. tract. de arbit. lib. 5. cap. 7. & lib. 6. cap. 14. Temperat 2. idem Lancell. d. cap. 15. num. 205. & quatuor ſeqq. poſt eundem de S. Blaſ. d. tract. de arbitr. lib. 9. c. 6. col. 3. vt † pœnam non incurrat dominus, quando iſte acceſſus ad iudicem fuiſſet factus per procuratorem abſque ſpeciali mandato, aut ratificatione domini.

119 Compromiſſum ſoluitur partib. conſenſu. adire volentib.

120 Quid ſi pars vna tantùm adeat iudicem.

121 Pœna ſoluẽda ab adeũte iudicẽ cõpromiſſo pẽdente, niſi

222 adiret vt cogeret arbitros ad laudũ faciendũ vel eligendũ tertium.

123 Aut procurator adiret ſine ſpeciali mandato.

Hæc autem concluſio ſic declarata limitatur primò, vt non procedat † vbi compromiſſum ſit neceſſarium, vt quia fiat ex diſpoſitione ſtatuti, tunc enim non niſi vtraque parte conſentiente poteſt dimiſſis arbitris adiri iudex, vt latè probat Lancel. d. cap. 15. num. 180. & ſequ. poſt Blanc. d. quæſt. 6. num. 17. & quæſt. 7. num. 10. immò etiam ſi ſolum petitum ſit huiuſmodi compromiſſum, latè Blanc. d. quæſt. 6. num. 18. & Lancellot. d.

124 Cõpromiſſo pendente nõ aditur ſine partium cõſenſu.

cap.

125 cap. 15. num. 182. cum duob. ſeqq. dum tamen † in vtroque caſu huius limitationis opponatur coram iudice de pendentia huius compromiſſi, vt probat Blanc. d. quæſt. 6. num. 17. & q. 7. num. 10. Lancell. ſupra num. 185. qui num. ſeq. optimè oſtendit, quòd nec ſola oppoſitio d. exceptionis pendentiæ ſufficiat, ſed requiratur præterea vel iudicis ipſius admiſſio, vel partis à non admiſſione appellatio.

Debet corã iudice compromiſſi pẽdentia apponi.

126 Limitatur 2. principaliter hæc concluſio, ſi partes † compromiſiſſent tanquam in arbitratorem; tunc enim pendente arbitramento nequit altera pars iudicem adire, vt fusè oſtendunt Io. Bapt. de S. Blaſio d. cap. 3. Blanc. d. quæſt. 6. num. 19. & Lancell. d. cap. 15. num. 187. qui num. 188. idem probat procedere, licèt velit ſoluere pœnam, & num. 189. licèt † ab arbitratore latum ſit laudum; ac denique num. 190. etiamſi à tali arbitramento ſit petita reductio ad arbitrium boni viri. Limitatur 3. vt non procedat, † quoties in compromiſſo adeſſet clauſula, quòd toties pœna committatur, quoties contrauentum ſit, rato manente compromiſſo, vt poſt Franc. d. cap. ex ratione, num. 31. de appellat. & alios tradit Lancellot. d. cap. 15. num. 191. cum ſeq. & Blanc. dict. quæſt. 6. num. 20. & quæſt. 7. num. 10. Limitatur 4. niſi compromiſſum ſit per partes tacitè, vel expreſsè emologatum. Franc. d. cap. ex ratione, nu. 32. Lancellot. d. cap. 15. num. 193. Blanc. d. quæſt. 6. num. 21. poſt alios. Limita 5. quoties in compromiſſo nulla eſſet appoſita pœna, vel eam in euentum non paritionis ſibi arbiter, & non partes, fuiſſet ſtipulatus, vt ſatis probat Lancellot. d. cap. 15. num. 194. vſque ad 198. Limita 6. vt non procedat, quando compromiſſum fuiſſet factum in eum, qui aliàs erat compromittentium iudex competens; quoniam, cùm in dubio videatur proceſſiſſe vt iudex, vt concludit Io. Bapt. de S. Blaſ. d. tract. de arbitr. libr. 12. cap. 6. de eo eſt iudicandum tanquam iudice, atque adeo obſtaret diſpoſitio l. vbi cœptum, ff. de iud. ita limitat in ſpecie, & probat Lancell. d. cap. 15. num. 199. Limita 7. niſi factum ſit pactum de non adeundo iudicem. ita in ſpecie Lancell. d. cap. 15. num. 200. cum duobus ſeqq. quoniam tale pactum valet, & parit exceptionem, quæ impedit litis ingreſſum, vt poſt Bal. in l. poſtquam liti, oppoſ. 7. & alios tradit Blanc. d. tract. de compromiſſ. quæſt. 4. verſic. pacti de non adeundo iudicem, ſeu nu. 40. Limita 8. hanc concluſionem generaliter, vbi ex compromiſſo

Cõpromiſſo vt in arbitratorẽ pendente adiri nequit iudex etiã ſoluta pœna.

127 *licet laudũ tulerit.*

128 *Cõpromiſſo vt in arbitrũ pendẽte quãdo adiri nequeat iudex. vide num. 135.*

miſſo oriretur actio, ſeu exceptio alteri parti de iure communi, vt quando adeſt iuramentum, & aliis caſibus, de quibus in l. ne in arbitris, ac pen. C. de arbitr. cap. dilectus, cap. per tuas, & cap. expoſita, extr. eod. tit. ita poſt Caſtr. Alex. & Iaſ. in l. pecuniam, ff. ſi cert. pet. Blanc. d. quæſt. 6. nu. 17. & 21. & alios tradit Lancell. d. cap. 15. num. 174. 175. & 176. vbi etiam poſt Ant. Gabr. commun. concl. lib. 2. concl. 1. num. 5. ſeu verſic. tertio amplia idem ait, ſi hæc actio ex ſtatuto oriatur, quod compromiſſo, ſeu laudo actionem, & executionem tribuat. quod tamen intellige cum eod. Lancell. ſupra num. 177. ac ſeq. vt nihilominus in hoc caſu requiratur ad inualiditatem proceſſus iudicis aditi, vt pendentia huiuſmodi compromiſſi opponatur.

Secunda concluſio. Pendente reductione arbitramenti, ſeu laudi ad arbitrium boni viri, ſeu reductionis petitione † regulariter ſuſpenditur non ſolùm executio ipſius laudi, verùm iuriſdictio Conſeruatoris. Primum patet, quoniam pendente huiuſmodi reductione, vel petitione reductionis regulariter nequit executioni mitti ipſum laudum. ita poſt Bal. in l. tale pactum, § qui prouocauit, col. fin. quæſt. pen. ff. de pact. Abb. in c. Quintauallis, num. 41. de iureiur. & alios tradit Marant. d. 3. part. 6. par. princ. in 2. actu princip. num. 122. Lancellot. d. tract. de attentat. 2. part. cap. 16. num. 5. 10. 16. cum tribus ſeqq. præcipuè ex l. non diſtinguemus, §. cum quidam, ff. de arbitr. vbi hæc reductio æquiparatur appellationi; ex quo etiam num. 20. deducit, quòd ſicut appellatio in dubio debet ſemper admitti adnot. per gloſ. in cap. vt debitus, de appel. & latiùs adducta per eundem Lancell. d. tract. de attent. 2. part. cap. 12. in 4. ampl. princip. ita & reductio in dubio debet ſemper admitti, ſecundùm Alex poſt alios, quos allegat conſ. 139. viſo puncto, num. 7. lib. 7. Ampliatur autem hæc prior concluſ. pars, vt † etiam pendente tempore ad petendam reductionem non poſſit fieri executio laudi, vt idem Lancellot. d. cap. 16. num. 25. tradit ex ſententia Soc. conſ. 227. viſis num. 35. lib. 4. quod † in ſententia arbitri eſt decem dierum, vt colligitur ex l. cum antea, C. de arbitr. quem ita intellexit Marant. ſupra num. 125. poſt Abb. d. cap. Quintauallis, col. 6. verſ. octaua differentia, de iureiur. in ſententia verò, ſeu laudo arbitratoris eſt 30. annorum, vt pluribus relatis docet Blanc. tract. de compromiſſ. quæſt. vlt. nu. 18. & de communi teſtatur idem Soc. conſ. 104. ſub num. 10. libr.

129 *Reductione laudi ad arbitriũ boni viri pendẽte ſuſpendatur executio laudi.*

130 *Etiã pendẽte tẽpore ad eã petendã, id eſt,*

131 *decendio in arbitrio, & triennio in arbitramẽto.*

Tttt

4. & Marant.vbi ſupr. num. 123. ex Dec conſil. 39. col.penult. in fin.

132 *Reductione laudi ſuſpẽditur iuriſdictio Cõſer.* Poſterior pars † conclusionis probatur ex eo, quòd prædicta reductio, ſeu petitio reductionis ſuſpendit iudicis iuriſdictionem, vt expreſsè tenet Orian.d.tract.de arbitr.1.part.num. 32. & idem Lancellot. d.cap.16. num.15. cum tribus ſeqq.vbi id comprobat tum ex eo, quòd reductio dicitur eſſe actus ſuſpenſiuus, & operari effectum ſuſpenſiuum, vt voluit Bal.in c. 1.§. ſancimus, ſub num.3. verſ. & nota, quòd tria ſunt, iuncto verſic.item recurſus, tit.quo temp. mil. inueſt.pet. deb. in vſib. feud.Boër.deciſ.284.ſub num.24. Marant.d.3.par.6. par.princ. 2.act.princ. num.4. & 122. vnde ea pendente geſta in eiuſdem præiudicium debent neceſſariò dici attentata,iuxta doctrinam Franc.in cap.bonæ, num. 36. de appel. tum quòd in ſpecie reclamationem, ac reductionem impedire, ne aliquid innouetur, reſpondit Alex.in conſ. 43. quia ſubtiliter num.9.lib.6. & de reductione idem conſuluit Grat.conſ.118.videtur,num.19. lib. 2. tum denique quia huiuſmodi reductio dicitur eſſe quædam ſpecies appellationis, d l. non diſtinguemus, §. cum quidam,ff.de arbitr. quem dicit notandum Franc. in rubr. de app. num.44.& Afflict. deciſ.51. item fuit dubitatum,num.2.& per eum text. dicunt omnes Doct. hanc reductionem æquiparari appellationi; vnde ſicut per appellationem ſuſpenditur iuriſdictio iudicis tot.tit.vt lit.pend. in Decretal.ff. mil. nouar.app. interpoſ. & C. vt lit. pend. & ibi Doct. communiter cum aliis ad id adductis inter ceteros per Lancellot. d.tract. de attentat. cap. 12. in præfat. num.75. cum tribus ſeqq. & num.108. cum ſequent.

Limitanda verò eſt hæc concluſio quoad vtramque partem primò, vt non procedat † vbi eſſemus in reductione petita
133 *Reductione laudi pẽdẽte quando non ſuſpendatur laudi executio, vel iuriſdictio Cõſeruatoris.* aduerſus primam reductionem, & ſententiam ſuper prima reductione latam. ita ex ſententia Boër. d. deciſ. 284. ſub num. 26. & Franc. in cap.dilecto, ſub num.39. de appel. tradit Lancellot.d.cap.16.nu. 28.30.& 32. licèt ipſe Lancellot.d. nu. 31. de hac limitatione dubitet, tum propter dictam æquiparationem reductionis, & appellationis, quæ etiam ſecundo loco interpoſita ſuſpendit, & impedit executionem, vt clarum eſt, tum quod à ſententia lata primo loco ſuper reductione non ſolùm poteſt iterum peti reductio,ſed etiam verè appellari, vt

ex

ex magis communi Doct ſententia reſoluit Pariſ.conſ. 45. ſatis concludenter num. 93. lib. 1. & Blanc.d. tract. de compromiſſ. quæſt.vlt. num. 19. & ſeq. vbi tamen diſtinguit; qua etiam de re videndus Bart.& alij d.§.arbitrorum, Abb. poſt alios d. cap. Quintauallis, num.40. & ibi Add. verbo,appellari, de iureiur. & Orian.d.tract.de arbitr. part.vlt.quæſt.19. per totam. Prædicta verò limitatione retenta, temperanda ea eſt cum Lancel.d. num.32. & adductis per Imol.conſ.130. in caſu præmiſſo ad fi. vt non habeat locum,quando reductio, quæ ſecundo loco petitur,eſſet ſuper diuerſo capito ab eo, quod fuerat in prima reductione tractatum.

Limitatur 2.principaliter concluſio cum Lancel.ſupr.nu.33. ex mente Boër.vbi ſup.niſi expreſsè in compromiſſo actum eſſet inter partes,quòd etiam pendente reductione poſſet ad executionem laudi procedi. Quod tempera,niſi in proceſſu arbitri dolus aduerſarij interueniſſet, per ea, quæ de renuntiatione paulò poſt dicemus; & aliis modis,vt ibi.

Limita 3. cum Lancel.nu.35. ex Boër.loc.cit.quoad pœnam conuentionalem;nam in ea,ſi commiſſa fuerit,poteſt fieri executio etiam pendente reductione.

Limita 4.niſi laudũ,cuius petitur reductio,haberet ex forma alicuius ſtatuti executionem paratam; ita poſt Ang. conſ. 172. Ludouicus,& Barbat. conſ.18.clementiſſimum,ſub num.7.lib. 4.tenet, & probat Lancellot.ſupr.num.37. cum ſequ.cuius tamen contrarium aliàs ſeruatum teſte Ant.Galleſ. de oblig. camer.4.partic. quæſt.3. num.5. & ſeqq.refert Lancellot.ibidem num.39.qui num.40.id temperat, ſeu ſublimitat, vt procedat, vbi cauſa reductionis non poſſet incontinenti, puta intra duos menſes, ita diſponente ſtatuto,terminari, ſed requireret altiorem indaginem,ſeu longum tractatum;aliàs ſecus.

Limitatur 5.principaliter concluſio, † niſi partes in compromiſſo reductioni renunciaſſent. Ang. d. conſ. 172. Bart. & alij l.1.C.de arbitr. & d.l.ſocietatem,§.arbitrorum, ff.pro Soc. Iacob. de Montepeſul.tract.de arbitr.num.12. & ſeq. Lanfran. Orian.eod.tract.part.vlt. num.31. cum ſeq. Abb.d.cap.Quintauallis, num. 32. de iureiur. & Lancellot.d. cap.16. num.41. Quæ limitatio temperatur,ſeu ſublimitatur primò ex Lancell. ibid.num.43. poſt Ang.d.conſ.172. vbi dolus aduerſarij interueniſſet d.§. cum quidam,& l.ita demum,ff. de arbitr.l.arbitro-

134 *Reductio cui partes renũciarunt an ſuſpendat executionem laudi, vel iuriſd. iudicis.*

by Google

rum, C.eod.gloſ.& Doct. ibid. & in l.diem proferre,§.ſtari, ff. eod.& d.l ſocietatem, §.arbitrorum, ff.pro ſoc. idque etiam ſi ſit iurata renuntiatio,vt poſt Ang.d.conſ.172.docet Lancellot. ſupra num. 45. ſublimita 2. eandem limitat. niſi per laudum eſſet illatum maximum grauamen, & immodica læſio; tunc enim non obſtante renuntiatione datur reductio,& conſequẽter ſubintrat conſideratio attentatorum. idem poſt alios ſentiunt Orian.d.num.31. Abb. poſt alios d.cap.Quintauallis, nu. 32. Marant.d.act.2. num.127. Bapt.de S.Blaſ.d.tract.de arbitr. lib.7. cap.15. cum aliis pleriſque ad id allegatis per Ant. Gabr. commun. concl.lib.2. tit.de arbitr. concl.3. num 30. qui num. 33. id extendit primò poſt Bal.d.l.cum antea,C.de arbit.etiam ſi abſit ab arbitro dolus& fraus; ex ipſa enim enormiſſima læſione præſumitur fraus,& dolus l.ſi ſuperſtite, C.de dol.gloſ. l. cum poſtea,C.de pact. cum aliis adductis per Orian.d.part.vlt. num.41.& Abb. cap.2. num. 14. de arbitr. licèt poſſit probari contrarium, vt ibid.adnotauit Orian. At verò prædictam ſublimitationem idem Ant.Gabr.d.concl.3.num.34. poſt alios extendit 2.quamuis ſit renuntiatum reductioni per verba generalia. num. autem 35. extendit 3. etiamſi ſuper non petenda reductione ſit iuratum, poſt Io.And.in addit.ad Specul.tit.de arbitr.§.fin. Soc. de communi atteſtantem conſ. 85. col.3. vol.1. & alios, quibus addo Lancellot.d.num.45. & Marant. d.num. 127. poſt Ang.d.conſ.172. qui duo hoc ita intelligunt, vt neque neceſſaria ſit abſolutio à iuramento; quod & alij tenent ad id relati à Gabr. ſupr.num.38. pro quo etiam eſt text.in c. non ſine, quod eſt 2. iuncta gloſ.verbo,abſoluas, de arbitr. licèt vſque ad num. 58. plurima afferat, quibus vel contraria opinio defendi, vel declarari poteſt; pro quo etiam videndus eſt Io. Bapt.à S.Blaſio d.tract.de arbitr. lib. 7.à cap.10.ad 17. Abb. & alij d.c.2.de arbitr.& cap.Quintauallis,de iureiur. Alias declarationes huius 5. princip. limitat. noſtræ 2. concluſ. petere poteris ex Doctor.citatis,præcipuè ex Gabr.d.concluſ.3.vbi alios citat.

Limita nunc 6. principaliter hanc eandem 2. concl. ſecundùm Lancellot. d.cap.16.nu.46.& duob.ſeqq. ex mente Imol. d. conſ. 130. ſub num. 7. vt non procedat † vbi antequam ſit petita reductio,fuiſſet petita executio; nam tunc reductio ſubſequens non impediret executionem ante petitam, ad not.in l. ſed

135 *Quid, ſi iã petita ſit executio laudi.*

ſed ſi ante, ff. de except. Limitatur 7. niſi ſtatuto loci caueatur, quòd laudum mandetur executioni, etiam parte reclamante, vt poſt Grat. conſ. 34. ſub num. 14. lib. 1. tradit Lancell. d. cap. 16. nu. 51. quod idem admittit, ac pluribus oſtendit Lanfranc. Orian. d. par. vlt. num. 41. ſeu quæſt. 17. vbi non adſit dolus verus, vel præſumptus, qui ex enormi læſione conſurgit. Limit. 8. niſi huiuſmodi reductio fuiſſet calumnioſè petita, quia per eam non impediretur executio, vt poſt Ruin. conſ. 7. num. 4. lib. 4. tradit Lancellot. d. cap. 16. num. 52. vbi id probat etiam ex latiùs adductis per eum d. tract. de attent. 2. part. cap. 12. limit. 6. princip. num. 1. & ſeqq. vbi docet, appellationem friuolam, & iniuſtam non inducere attentata. Denique præter alias 13. limitationes, quas idem Lancellot. d. cap. 16. nu. 53. affert ex iis, quæ ipſemet eod. tract. tradit de attentatis lite pendente cap. 4. & de attentatis appellatione pendente d. cap. 12.

Limitatur vt procedat concluſio in arbitratore, † non au- 136
autem in arbitro; nam licèt regulariter in laudo arbitratoris locum habeat reductio ad arbitrium, boni viri, l. ſocietatem, §. arbitrorum, ff. pro ſoc. ſecus tamen in arbitro, d. §. arbitrorum; ibi enim dicitur; arbitrorum genera duo ſunt, vnum eiuſmodi, vt ſiue æquum, ſiue iniquum ſit, parere debeamus, quod obſeruatur, cum ex compromiſſo ad arbitrium itum eſt; alterum eiuſmodi, vt ad boni viri arbitratum redigi debeat; ex quibus verbis probatur etiam, quod de arbitratore diximus. idem autem quoad arbitrum probatur in l. diem proferre, §. ſtari, ff. de arbit. ibi, ſtari autem debet ſententiæ arbitri, qua de re dixerit, ſiue æqua, ſiue iniqua ſit; ſatíſque colligitur ex cap. non ſine, quod eſt 2. & cap. per tuas, de arbit. atque hoc diſcrimen inter arbitrum, & arbitratorem, adnotarunt Doct. d. §. arbitrorum, Innoc. Abb. & alij d. cap. 2. de arbit. & dict. cap. Quintauallis, Marant. d. 3. part. 6. part. princ. num. 267. licèt non conueniant in aſſignanda diſcriminis ratione, vt patet ex Abb. eo. c. Quintauallis, num. 30.

Reductio arbitramẽti non arbitrij admittitur, laudíq; executionem & iuriſd. Conſ. ſuſpendit.

Sublimitatur autem hæc limitatio primò, ſi adſit dolus; nam
† tunc etiam in laudo arbitri habebit locum reductio ad arbi- 137
trium boni viri, l. ita demum, & l. non diſtinguemus, §. cum quidam, ff. de arbit. l. arbitrorum, C. eo. quod adnotarunt Doct. ibi & d. §. ſtari, & §. arbitrorum, Abb. & alij d. cap. 2. & c. Quintauallis, Marant d. actu 2. num. 266. vbi idem aſſerit, quoties

Quid, ſi adſit dolus.

laudum contineret rem illicitam, id quod ſatis probatur ex d.c. 2.necnon ex d.c.veniens, de iureiur.

138 *vel iniquitas manifeſta & enormiſſima læſio.* Sublimitatur 2.quoties laudum arbitri contineret † manifeſtam iniquitatem, vt enormiſſimam læſionem; quod ſatis probatur ex text. l.in propoſita, cum ſequ. quæ incipit inde, (aliàs, vnde) ſi Neruæ, ff.pro ſoc. & Abb.atque alij d.cap.2. & c. Quintauallis, Marant. d. num. 266. & ſequ. in ſpecie adnotarunt ob eam præcipuè rationem, quòd † ex hac enormiſſima læſione reſultat dolus præſumptus, cap. 1. cum ibi not. de præſumpt. l.creditor, §.Lucius, ff.mand. l.ſi ſuperſtite, C.de dol. Bar. l.ſi B. ff.de prætor. ſtipul. gloſ. l.cum poſtea, §.caueat, C. de pact. Bal. in Margarita, Innoc. verbo, dolus, Lanfranc. Orian. d. tract. de arbit. part. vlt. num. 41. cum aliis ad id allegatis per Maſcard. tract. de probat. concluſ. 531. num. 27. & 28. Gabr. d. concluſ. 3. num. 49. & Menoch. tract. de præſumpt. lib. 5. præſump. 3. num. 69. qui idem aſſerit † in enormi læſione ex Gomeſ. alios in id citante in §.item ſi quis in fraudem, num. 19. inſtit. de act. id autem eſt temperandum, niſi contrarium probetur: nam licèt iuris præſumptio ſit liquida probatio, l.licèt Imperator, ff. de leg. 1. tamen contrarium poteſt probari, l.qui chirographum, ff.de probat. gl. in l. non eſt veriſſimile, ff. quod met. cauſ. & cap. 15. qui fidem, de ſponſal. cum aliis, quibus hoc vtrumque latè probat D. Menoch d. tract. de præſumpt. lib 1. ferè per totum, præcipuè verò quæſt. 31. 36. & duob. ſeqq. necnon 60. vſque ad 77. & in ſpecie quòd ob enormem læſionem peti poſſit reductio laudi arbitri ad arbitrium boni viri, ita, vt nulla cautela euitari valeat, ex Bart. & ceteris, d. § arbitrorum, Ferrat. cautel. 8. & aliis, quos citat, reſoluit idem Menoch. de arbit. iud. caſ. 73. num. 1. & 5.

139 *Dolus præſumitur ex enormiſſima læſione.*

140 *Enormi læſione etiam præſumitur fraus.*

141 *Læſio enormis vel enormiſſima quæ dicatur.* Quæ autem † dicatur enormis, vel enormiſſima læſio præter Abb. & alios, d. cap. Quintauallis, de iureiur. & Bapt. à S. Blaſio d. tract. de arbit. lib. 7. cap. 15. Lanfranc. de Orian. d. tract. de arbit. part. vlt. quæſt. 14. ſeu num. 31. Bart. & alios d. § arbitrorum, latè tractant duo eruditiſſimi noſtræ tempeſtatis viri Menoch. tract. de arbit. iud. d. caſ. 73. cum duob. ſeqq. & Sfort. Odd. tract. de reſtit. in integ. q. 4. art. 13.

142 *Laudi reductio ad arbitriũ bo* Tertia & poſtrema concluſio. Vbicumque peti poteſt reductio laudi † lati ab alio, quàm Conſeruatore, ad arbitrium boni viri, ea petenda regulariter eſt coram Conſeruatore, ſi alioqui

qui ſit iudex competens inter eos, qui compromiſerant; aliàs erit adeundus ordinarius iudex competens. Prior pars concluſionis probatur; quia bonus iſte vir, ad cuius arbitrium petenda eſt reductio, eſt iudex, vt communiter tradunt Doct. d.l.ſocietatem, §.arbitrorum, ff.pro ſoc. & d.cap. Quintauallis, de iureiur. vt ibi notat Abb. num. 38. per text. in l.continuus, §. cum ita, ff.de verb.oblig. l.quod ſi Epheſi, ff.de eo, quod certo loco, & l.vir bonus, ff.de iudic. ſolu. & gloſ. in cap. potuit, verbo, celeri, de loc. qui etiam num. 39. ait, in eo omnes Doct. videri conuenire, quòd † ad iudicem arbitratoris non ſit recurrendum, quoniam hæc reductio non eſt propriè appellatio; quod etiam inquit tenere Collect. in cap. cum dilectus, de arbitr. & ſentire Feder. ſen. conſ. 275. tenéntque expreſsè idem Abb. d. nu. 39. poſt Butr. ibid. & Bart d. §. arbitrorum, quem ſequitur quoque Flor. ibi, Ang. in l. qui certo loco, ff. de cond. indeb. Lanfranc. de Orian. d. tract. de arbitr. part. vlt. quæſt. 19. num. 44. Marant. d. 3. part. 6. part. princip. actu 2. num. 126. poſt Alex. conſ. 131. in princ. vol. 2. Soc. conſ. 18. col. 13. vol. 1. Caſtr. in l. cum hi, §. tranſactiones, ff. de tranſact. Couar. lib. 2. var. reſol. cap. 12. num. 1. ex his verò Bart. Flor. Ang. Orian. Abb. Marant. Soc. & Caſtr. apertè aſſerunt, † iudicem competentem reductionis eſſe iudicem rei, ad id autem Bart. Abb. & Orian. ponderant text. in d. §. tranſactiones, & cap. expoſita, de arbitr. quod etiam in laudo arbitratoris docet poſt alios Blanc. d. tract. de compromiſſ. quæſt. vlt. num. 16. vnde infert Orian. d. quæſt. 19. num. 45. poſt Ang. d. l. qui certo loco, & Fed. ſen. conſ. 277. quòd, ſi actor, & reus ſint diuerſi fori, puta Paduanus vnus, alter Peruſinus, arbitrator verò ſit Mediolanenſis, reductio erit petenda non coram iudice Mediolanenſi, ſed coram iudice ipſius rei; quod etiam ſentit Abb. d. nu. 39. Franc. in rubr. de appell. num. 44. & 45. atque alij relati à Couar. dict. num. 1. licèt ipſe contrarium ſentiat plerosque allegans, ac ſimul text. in l. 2. C. vbi, & apud quem, qui tamen id non conuincit. Limitat autem id Orian. d. num. 44. & Abb. d. num. 39. poſt Butr. d. cap. Quintauallis, quòd † vbi ageretur de iuramento, aut de peccato, fieri deberet petitio reductionis corã Eccleſiaſtico, quamuis reus laicus eſſet. Limitat 2. Abb. ſupra & Franc. d. num. 45. vbi † ageretur de re Eccleſiæ, maximè ſi intercederet fraus, vel quid ſimile, arg. cap. cum ſit generale, & cap. ſi clericus

ni viri quomodo petatur coram Conſer. vide num. ſeqq.

143 *Non petenda reductio laudi coram iudice arbitratoris.*

144 *ſed rei.*

145 *Quid, ſi agatur de iuramẽto, vel peccato:*

146 *Aut de re Eccleſiæ.*

clericus laicum cum ibi not. de for. compet. tunc enim actor coram ſuo iudice ſaltem poſſet contra reum etiam laicum petere reductionem. quod idem dicendum, vbi † ageretur de iure ſpirituali, cum tunc ſolus Eccleſiaſticus ſit iudex competens, cap. 2. & cap. quanto, de iudic. cap. lator, qui fil. ſint legit. cap. tuam, de ord. cog. cum ibi not. & ſuis ſimil. Et generaliter vbi † laicus poſſet conueniri coram iudice Eccleſiaſtico; quos caſus remiſſiuè poſuimus cap. 7. quæſt. 6. concluſ. 1. circa medium. Limitat 3. Orian. d. num. 44. & Abb. d. num. 39. poſt Bar. & Bal. in l. 2. C. vbi, & apud quos, quòd † vbi ex ſtatuto arbitramenta parerent actionem, & deberent mitti executioni, ſicut ſententiæ, tunc iudex reductionis eſſet ſuperior arbitratoris, vt in ſententiis contingit, l. 1. ff. de appel. cap Romana, §. debet, de appel. in 6. cum ſimil. idem etiam dicit Blanc. d. tract. de compromiſſ. quæſt vlt, num. 13. tenuiſſe Ang. & Salic. d. l. 2. necnon Franc. in rubr. de appell. col. 8. licèt ipſe Blanc. ibidem num. 15. contendat probare, quòd in hoc caſu iudex reductionis debeat eſſe non ſuperior arbitrantis, ſed iudex ipſarum partium. quod etiam poſt alios tuetur Couar. d. cap. 12. num. 2. ex quibus patet, quid dicendum de Conſeruatore. nam ſi quidem ſit deputatus iudex cum plena cognitione cauſarum, quæ requirunt iudicialem indaginem, cum tunc actor ſequatur forum rei, vt latiùs deduximus d. cap. 7. quæſt. 6. concluſ. 1. in iis huius generis cauſis poterit, & debebit reductio peti coram Conſeruatore. ſimiliter ſi deputatus ſit ad terminos d. cap. 1. & fin. de off. deleg. in 6. hoc eſt, vt cognoſcat tantùm de notoria iniuria, ſeu violentia, idem dicendum erit, ſiue quia inferens moleſtiam actor dicatur, qui verò eam patitur, reus, vt d. concl. 1. oſtendimus, ſiue quia coram Conſeruatore ſic deputato poteſt actor reum in iudicium vocare, & cauſam agere, vt eadem concluſ. demonſtrauimus. Vnde in hoc quidem caſu, dummodo alter compromittentium, quique collitigare poterunt, in cauſa compromiſſa Conſeruatorem habeat, indiſtinctè poteſt, & debet quilibet eorum reductionem laudi petere coram Cõſeruatore; nam ſiue actor ſit, ſiue reus, qui petit reductionem, eam petere debet coram iudice rei, vt ſentiunt præcitati Doct. & ſignanter poſt Bart. d. §. arbitrorum, adnotauit Abb. d. num. 39. tunc autem Conſeruator iudex eſt tam actoris, quàm rei. in præced. verò caſu tunc iudex reductionis erit Conſeruator, quando

147 *Vel iure ſpirituali.*

148 *Quid, ſi laicus corã iudice Eccleſ. conueniri poſſit.*

149 *Reductio quando peti poſſit coram iudice arbitratoris.*

quando futurus eſſet iudex in cauſa principali, ſi non coram arbitro, ſeu arbitratore, ſed coram iudice fuiſſet agitata; idque maximè, cum, vt ibidem Abb. ait, cauſa naturalis vincat accidentalem, l. qui habent, ff. de tut. & debeat conſiderari origo cauſæ, non quod nunc accidentaliter petitur, arg. l. fin. C. de vſur. pup. & d. § tranſactionem, cum ſimil. facit etiam text. in l. vnde, (aliàs, inde) ſi Neruæ, ff. pro ſoc. iuncta l. 1. C. vbi, & apud quem. Quid autem ſit dicendum vbi tam reus, quàm actor habent Conſeruatorem cum facultate trahendi in omnibus cauſis, haud difficilè quiſque colliget ex prædictis, iunctis iis, quæ de hoc caſu diximus ſupra d. cap. 7. quæſt. 6. concluſ. 3. nam vbi priuilegia huiuſmodi conquaſſantur, cum tunc actor ſequatur forum rei, vt d. concluſ. 3. oſtendimus, Conſeruator rei erit iudex competens reductionis; vbi verò non conquaſſantur, cum tunc fortius priuilegium vincat, & idem in cauſa principali ſit iudex actoris, & rei, nulla remanet difficultas, quia etiam Conſeruator actoris ſit iudex competens reductionis per prædicta.

Poſterior pars concluſionis, quòd † nimirum, vbi Conſeruator ſit ille, qui laudum tulit, non erit idemmet iudex reductionis, ne contra vulgatas iuris regulas idem ſit iudex in cauſa ſua; niſi ipſe ſibi in laudo reſeruaſſet poteſtatem iterum laudandi ſuper laudatis; nam tunc durante compromiſſo poterit iterum laudare, & ceſſabit reductio, vt ex not. in l. quod tamen, ff. de arbit. ſentit Orian. d. quæſt. 19. num. 46. maximè accedente partium conſenſu in tali reſeruatione, vel ſi ab initio partes poteſtatem dediſſent arbitro laudandi ſemel, & pluries de omnibus litibus præſentibus, & futuris, quod facere poſſunt, vt poſt Franc. de Albergon. l. 2. ff. de in diem adiect. & alias adnotauit Orian. ibid. hoc autem caſu excepto, exiſtimo, quòd foret adeundus iudex, qui eſſet aliàs ordinarius eiuſdem rei ex mente Bart. & aliorum, quos in priori parte concl. allegauimus, dum volunt iudicem reductionis eſſe iudicem rei, vel vt ait Alex. d. conſ. 131. in princip. vol. 2. & Ruin. conſ. 7. num. 1. vol. 4. fore Poteſtatem, ſeu iudicem ordinarium; vel eſſe iudicem partium, vt voluit Blanc. d. tract. de compromiſſ. quæſt. vlt. num. 14. vbi pro reductione adeundus ſit iudex non per viam appellationis, ſed querelæ, poſt Franc. in rubr. de appel. col. 8. qui in id allegat Imol. & Anchar. d. cap. Quintaual-

150 *Reductio laudi quãdo petẽda corã Ordinario.*

Digitized by Google

lis, de iureiur. & tex.in cap. venerabilibus,§.1. de ſent.excom. in 6. idque præſertim,cum pro ordinario iudice regula ſit,cap. 1. cap.ſi quis contra, & cap. cum contingat, de foro compet. cum ibi not. & ſuis concord. & ipſe Conſeruator quamuis delegatus ſit, tamen non vt talis tulit laudum,ſed vt arbiter, atque adeo vt perſona priuata; cum enim quis duas induit perſonas, attendendum tunc eſt, quo nomine quid faciat,vt colligitur ex cap.licèt, de off.ord. & in ſpecie iudicis, qui ſimul ſit electus arbiter, ſeu compromiſſarius latè tradit Io. Bapt. à S. Blaſio d. tract. de arbitr. lib. 12. à cap. 1. vſque ad 9. vnde nil mirum, ſi ad Ordinarium recurri poteſt, non obſtante diſpoſitione cap.paſtoralis, §.præterea, de off.ord. vbi habetur, quòd etiam mortuo delegato non poteſt tamquam iudex intromittere ſe in cauſa ipſius delegati; quod idem ſentit Orian.dict.q. 19. num.45. vbi poſt Flor.d.§.arbitrorum, ait, quòd ſi arbitrator fuerit iudex ordinarius, puta Poteſtas, vel eius Vicarius, bonus vir, coram quo interponenda eſt reductio, erit ſuperior arbitratoris, & ſic iudex appellationis, dum ſubdit, id ſe credere verum, quia hoc caſu aliter conſuli non poteſt querelanti.

Ceterum, ſi admittamus in hoc caſu, ſicut admiſimus in alio ſupra, nimirum limit.3. prioris partis huius concluſ.& generaliter in omnibus caſibus, in quibus foret admittendum, pro reductione adeundum eſſe ſuperiorem arbitrantis;dubita-

151 re aliquis poſſet, an, † vbi duo ſint arbitri, alter laicus, alter clericus, debeat pro reductione adiri laicus iudex, an Eccleſiaſticus. In quo articulo dicendum eſt, adeundum eſſe Eccleſiaſticum, quoniam magis dignum trahit ad ſe minùs dignum, cap. quod in dubiis, de cenſur. Eccleſ. vel altar. cum ſimil.ita Add. ad Abb.d cap.Quintauallis, num.38.litt. A,de iureiur.& Blanc.d.tract.de compromiſſ. quæſt.vlt. num.15. per text.in l. præcipimus,C.de appel. & ibi in ſpecie Bart. & Bal. Barbat. in cap.ſuper quæſtionum, §.ſi verò, de offic. deleg. & Præpoſ. in rubr. de appel. col. 18. idem etiam voluit Franc. eadem rubr. num. 45. multóque magis id dicendum erit ſi cauſa ſpiritualis in laicum, & clericum compromittatur, iuxta text.in cap. per tuas, de arb. tunc enim dubium eſſe non poteſt, quin adeundus ſit ſuperior Eccleſiaſticus. Plura ſi quis velit de reductione laudi ad arbitrium boni viri petere,quis facilè poterit ex Doct.

Reductio quã lo petẽda corã Eccleſiaſtico ſuperiore.

in

Digitized by Google

in hac concluſ. alleg. Quando autem † dici poſſit de nullitate laudi, vel pacto fieri, vt non dicatur, tractat Orian. de arbitris part. 5. & Io. Bapt. de S. Blaſio d. tract. de arbit. lib. 7. cap. 11. Quomodo ſoluatur compromiſſum, tractat idem lib. 13. per totum, Orian. d. par. 5. num. 48. & ſeqq. Blanc. d. tract. de compromiſſ. q. 7. per totam Doct. in l. non diſtinguemus, § compromiſſo, vbi tex. ff. de arbitr. Quòd ſi aliquis quærat, An, & quando † poſſit Conſeruator, in quem factum eſt compromiſſum eo ſoluto, vel etiam eo durante procedere, vt iudex præter dicta ſup. colligere id poterit ex traditis per gloſ. & Doct. in cap. cum tempore, & cap. ex parte, de arbitr. cap. niſi eſſent, de præben. & latè per Io. Bap. de S. Blaſ. d. tract. de arbit. lib. 12. cap. 1. 5 & 9. & contra, an, & quando, ſi cœpit procedere, vt iudex, poſſit redire ad viam arbitrariam, colliges ex iis, quę docet ibid. c. 4. Quomodo autem procedat vel agnoſcatur, an procedat, vt iudex, vel arbitrator; & alia his ſimilia peti poſſunt ex eod. auctore d. lib. 12. fere per totum.

152 *Nullitatis laudi & ſolutionis cõpromiſſi materia.*

153 *Arbiter Conſeru. quando compromiſſo durante, vel ſoluto procedat vt iudex, vel arbiter.*

QVÆRO *quintò, & vltimò in hoc cap. An & quando iuriſdictio, & officium Conſeruatoris retardetur, vel impediatur per appellationem vel dictionem de nullitate.*

Multa nobis in hac quæſtione tractanda ſunt; quæ ſanè ſingula, quoniam breuitati ſtudemus, hîc non proponentur, ſingulis autem concluſionibus explicabimus; ſi tamen aliqua ad faciliorem intellectum, ac difficultatum definitionem præmittamus.

Præmitto igitur primò, de iure communi antiquo ſaltem canonico † licuiſſe appellare ab omni grauamine non ſolùm iudiciali, vt patet ex cap. cum ſit Romana, in princ. cap. de appellationib. cap. ſuper eo il 2. cap. vt debitus, de appel. & c. non ſolùm, eod. tit. in 6. cum ibi not. & ſuis concord. verùm etiam extraiudiciali, cap. Romanam, 2. quæſt. 6. cap. accedens, il. 1. vt lit. non conteſt. & d. cap. cum ſit Romana, in princ. de appel. vbi huiuſmodi extraiudiciales appellationes vocantur prouocationes ad cauſam, licèt nomen quoque prouocationis promiſcuè ſumatur tam pro iudiciali, quàm extraiudiciali appellatione vt patet ex tit. ne lic. tert. prouoc. & adnotauit inter alios Marant. in ſpecul. aur. 3. par. 6. par. princ. actu 2. num. 2. & 6. per textum in l. tale pactum, § qui prouocauit, ff. de pact. ac l. ſi apud, l. ſi quis prouocatione, C. de appel. debet autem de iure

154 *Appellare olim de iure canonico ab omni grauamine licebat.*

155 canonico † appellans ſiue ab interlocutoria, ſiue à grauamine
Appellans ab interlocutoria tenetur exprimere cauſam rationabilem. extraiudiciali exprimere cauſam rationabilem appellationis, ſeu grauaminis, hoc eſt, talem, quæ ſi foret probata, deberet legitima reputari, vt dicitur d. cap. vt debitus, & cap. cum ſpeciali, §. porrò, de appel. vbi gloſ. & Doct. adnotarunt, necnon d. c. cum ſit Romana, & c. ſuper eo, il 2.

156 Præmitto ſecundò, quòd de iure canonico nouo † appel-
Appellare quãdo liceat de iure can. in omni inſtantia, & lationes interponi non debent, aut à ſuperioribus recipi, commiſſióve, aut inhibitio fieri, niſi à definitiua, vel à definitiuę vim habente, & cuius grauamen per appellationem à definitiua reparari nequeat. Ita ſanè quoad cauſas primæ inſtantiæ diſponitur in Trid. Concil. ſeſſ. 24. cap. 20. de reform. quoad omnes verò inſtantias in reg. 36. Cancell. S.D.N. ſtatuit, & ordinauit, quòd in cauſis pendentibus, & quas in poſterum contigerit agitari, nulli ante definitiuam ſententiam liceat appellare, nec appellatio, ſi fuerit emiſſa, debeat admitti, niſi ab interlocutoria, quæ vim habeat definitiuæ, vel à grauamine minimè concernente negotium principale, quod non poſſit per appellationem à definitiua ſententia reparari, nullæque cauſæ appellationum committantur, niſi in commiſſione exprimatur, quòd interlocutoria vim definitiuæ habeat, vel grauamen ſit tale, quod in appellatione à definitiua non valeat reparari; alioquin appellationes, & commiſſiones in poſterum, & quicquid inde ſecutum fuerit nullius ſint roboris, vel momenti. Concilium

157 autem, & ſummus Pontifex quoad hoc, † vt ante ſententiam
quid de iure ciuili. non admittantur appellationes ab interlocutoria, niſi in caſibus prædictis, imitati ſunt leges ciuiles, vt patet ex l. liberis, ff. de liberal. cauſ. l. apertiſſimi, C. de iudic. l. eos, qui, §. ſuper his, C. de appel. & l. ante ſententiæ tempus, C. quor. appel. non recip. iuncta l. 3. ff. de appel. recip. l. arbitro, ff. qui ſatiſd. cog. l. fin. ff. à quibus appel. non lic. l. intra, ff. de minor. & l. ſi quis prouocatione, C. de appel. neque enim dedignantur ſacri canones leges ciuiles imitari, & iis adiuuari, vt conſtat ex pleriſque iurib. præcipuè verò ex cap. innotuit, de arbitr. & cap. 1. & 2. de nou. oper. nunc. vbi gloſ. & Doct. id adnotarunt; vnde non eſt curandum de gloſ. d. l. ante ſententiæ, dum tenere videtur, regulariter poſſe etiam ſecundùm leges ab interlocutoria appellari, cum contrarium conſtet ex prædictis iurib. & Pontifex d. cap. ſuper eo, il 2. de appel. apertè dicat, quòd leges ſeculares

appel

appellationem, niſi in certis caſibus, ante ſententiam non admittunt. Et quidem quodnam † ſit grauamen irreparabile per appellationem à definitiua, ſatis ex ſe patet; exemplum autem eſſe poteſt in tortura, iuxta tex. d. l. 3. ff. de appel. recip. Qua de re aliquid agit Lancellot. de attent. 2. par. cap. 12. limit. 1. num. 92. vſque ad 100. M. Ant. Blanc. tract. de compromiſſ. q. 5. princ. num. 8. Aſin. in praxi iud §. 31. c. 2. limit. 13. & c. 18. limit. 1. 158 *Grauamen irreparabile per appellatione à definitiua quod ſit.*

Quænam autem † ſit mera interlocutoria, quæque habens vim definitiuæ, non ita facilè definiri poteſt; illud ſanè certum eſſe debet, omnem pronunciationem poſt ſententiam definitiuam eſſe merè interlocutoriam, vt poſt Imol. in l. ſi finita, §. non autem, ff. de damn. infect. & Fel. in rubr. de re iudic. Aret. in l. 5. ff. de verb. oblig. & alios tradit & ſatis inter ceteros probat Veſtr. in praxi Rom. Cur. lib. 7. cap. 3. num. 11. ſicut & habere vim definitiuæ omnem ſententiam ſuper exceptione peremptoria, qualis eſt ſolutionis, præſcriptionis, vt poſt alios docet Fel. d. rubr. de re iudic. num. 9. & cap. qualiter, & quando, il 1. num. 8. de accuſ. & plerique tradiderunt in cap. 1. de 1. de ord. cog. cap. ſignificantibus, de offic. deleg. cap. cum ſit Romana, & cap. cum ceſſante, & cap. tua, de appel. cap. vlt. eodem tit. in 6. & Clem. cum à reſultatione, quæ eſt vlt. eod. tit. vel incompetentiæ iudicis, vt idem docet ibid. num. 9. & Abb. in cap. peruenit, il 2. num. 9. de appel. vel vbi aliquis articulus principaliter agitatur coram aliquo iudice, vt idemmet Fel. poſt alios tradit d. rubr. num. 2. 4. & 13. ac d. cap. qualiter, num. 8. in fin. Et generatim illa eſt interlocutoria habens vim definitiuæ, quæ non totam cauſam, ſed vnam partem ſubſtantialem definit, vt poſt Bal. in l. 1. C. quando prouoc. non eſt neceſſ. & l. non fatetur, ff. de confeſſ. Abb. in cap. peruenit, il 2. col. 3. de appel. & Butr. d. rubr. de re iudic. definit Fel. d. cap. qualiter, num. 7. verùm hac de re conſulendus eſt etiam Ruin. conſ. 78. num. 3. lib. 5. & Miſing. conſ. 6. num. 20. decad. 1. & Franc. d. cap. cum ceſſante, num. 36. vbi etiam alij Aſin. d. §. 31. cap. 18. limit. 2. Quæ autem in ſpecie ſint ſententiæ merè interlocutoriæ, vel habentes vim definitiuæ, latè tradunt Fel. d. rubr. de re iud. Franc. & alij in c. cum ceſſante, de appel. Contard. in repet. l. vnicæ, C. ſi de moment. poſſ. Doct. in rubr. & l. quod iuſſit, ff. de re iud. Marcheſan. tract. de ſent. & alij paſſim. 159 *Sentẽtia interlocutoria, vel habens vim definitiuæ quæ ſit.*

Digitized by Google

Regula autem eſt in huiuſmodi ſententiis interlocutoriis,
160 quòd † meræ interlocutoriæ reuocari poſſunt, etiam ſecuta appellatione, non autem habentes vim definitiuæ, d.l. quod iuſſit, & l.iudex poſteaquam, ff.de re iudic. & d.cap. cum ceſſante, de appel. quæ tamen multipliciter fallit, vt per Doct. ibid. & Fel. d. cap.qualiter, & quando, il 1.à num. 1. vſque ad num.22. de accuſ. quoad interlocutoriam verò habentem vim definitiuæ, maximè ſuper exceptione peremptoria cauetur in cap.vlt. de appel.in 6.eam
161 † reuocari poſſe per appellationem interpoſitam à definitiua, dum tamen ſecundò appellans, in ea non ſuccubuerit, niſi huiuſmodi exceptio tunc ritè propoſita priùs repulſa fuerit propter ineptitudinem, vt habetur d. Clem.vlt.de appel. Quod autem † in habentibus vim definitiuæ locum non habeat Clem.appellanti, eod. tit. vbi habetur, appellanti ante definitiuam non licere proſequi cauſas in
162 appellatione nominatim non expreſſas. tradit poſt alios Fel. d. rubr.de re iud.num.4.

Interlocutoria mera an reuocentur poſt appellationem, & quid de habentib. vim definitiua.

Interlocutoria an reuocetur per appellationem à definitiua: aut

grauamen exprimẽdũ.

163 Quoad definitiuam verò, an, & quando iudex ſaltem † eam declarare, & interpretari poſſit, tradunt Doct. d. l. iudex poſteaquam, & latiùs proſequitur Fel. d. cap. qualiter, à num.25. ad finem, & ibi Soc. & alij; vbi etiam tractant, an, & quando Ordinarius, vel delegatus ſaltem ad vniuerſitatem cauſarum poſſit reuocare ſuam ſententiam nullam, aut iterum pronunciare; qua de re agit etiam Vant. tract. de nullit.proceſſ.& ſent. tit. coram quo poſſ. null. prop. num. 17. ac Menoch.de arbitr. iudic.quæſt.67. & inſeruit doctrinæ, quam tradidimus cap. 7. quæſt. 1. concluſ.3. dum oſtendimus, Conſeruatorem eſſe delegatum ad vniuerſitatem cauſarum.

Definitiuã quando declarare iudex, aut reuocare valeat.

164 Præmitto 3. & vltimò, non ſolùm poſſe à ſententia appellari, ſed etiam † dici de eius nullitate, vt patet ex l.ſi expreſſim, ff. de appel. Clem. 1. de re iud. & aliis iuribus paulò poſt citandis; dicitur autem de nullitate vel acceſſoriè ad appellationem, vel æquè principaliter, vel principaliter acceſſoriè,
165 ſeu incidenter † nullitas intentatur, cùm ſimpliciter quis ait, appello, nulla facta nullitatis mentione; huiuſmodi enim appellatio in ſuo ventre includit dictionem de nullitate, vt per tex. in l.Carmelia Pia, ff.de iure patron.l. quædam mulier, ff.famil.erciſc.l.ſi is, C.de iur.delib.& alia iura docuit Couar. pract. quæſt. cap.24. num.8. verſic. quòd ſi, Veſtr.in praxi Rom.Cur. lib.

De nullitate ſententiæ quomodo dici poſſit.

Nullitas acceſſoriè quib. modis interuetur.

Digitized by Google

lib.8. cap.1. num.1. & 2. atque inter ceteros Bart d.l.ſi expreſſim, col.2.ff. de appel. Abb. & ceteri in cap. dilecto, de appel. ac poſt alios Io.Bernardin.Muſcatel. lib.2. prax.iudiciariæ glo. nullitatis, num. 10. ídque ſiue petita fuerit, atque adeo per viam actionis, ſiue non, atque adeo ex ipſo iudicis officio, vt pluribus comprobat Muſcatel. d. gloſ. nullitatis, num. 11. & poſt alios ſentit Grauat. ad Veſtr. dict. cap. 1. num. 20. Sebaſt. Vant. tract.de nullit. proceſſ. & ſent.tit.ſeu rubr. quot, & quibus modis null. prop. poſſ. num. 18. & ſeq. vbi idem dicit de arbitro. Id verò fallit in appellatione ab interlocutoria, in qua verbum, appello, non includit etiam acceſſoriè nullitatis dictionem, vt poſt Innoc.d.c.dilecto, docet Veſtr. d.cap.1.num. 1. & ibi Grauat. in Addit.num.19.poſt alios; in ea enim ſi nullitas non exprimatur, & æquè principaliter deducatur, non poteſt iudex appellationis ab interlocutoria de eius nullitate cognoſcere, vt poſt Innoc. Bal. & Franc. d.cap. dilecto, tradit Veſtr. d. num. 1. niſi fortè nullitas deduceretur non tanquam nullitas, ſed vt cauſa grauaminis ipſius interlocutoriæ,vt ibid. notauit Veſtr. poſt Abb. Imol. & Franc. d. cap. dilecto, Abb. inquam col.3. in princ. Imol.col.5. Franc.col.24.verſic.ſecundò intellige, Vant.verò d.rubr. num. 17. num. autem præced. poſt Bart.d.l. ſi expreſſim, col.pen. alium modum affert, quo nullitas incidenter in iudicio proponitur, ac de ea tanquam incidenti, & ſecundariò cognoſcitur, nimirum ſi petitum fuerit, quòd caſſata, ſeu habita prima ſententia pro nulla, ex integro ſuper negotio principali pronuncietur; probátque id ex cap.ad probandum, & cap. cum I. & A. de re iud. l. 4. & l. abſentem, C.de accuſat. l.1. C.de ſent. & l.cum non eo,C.quan. prouoc. non eſt neceſſ. & aliis iuribus. ac denique num. 20. ponit alium etiam modum cognoſcendi de nullitate incidenter, quando nimirum per viam exceptionis, ſeu replicationis in iudicio deducitur; quem modum agnouit quoque Bald. in l.ſuus hæres, C.de repud.hæred. Bart.in l. filio præterito, ff.de iniuſt.rapt.& irrit.teſtam. & aliis locis per Vant. allegatis d. nu. 10. agnouit etiam Muſcatel. d. gloſ. nullitatis, num. 32. cum multis ſeqq. & Couar.lib.pract.q.c.24. num.6. verſ. tandem in hac q.& alij per eos relati.

166 *Nullitas æquè principaliter intẽtata.*

Æquè principaliter verò,vel, (vt alij loquuntur,) principaliter † intentata nullitas cenſetur, ſi dicatur, dico ſententiam

nullam,

nullam, &, ſi qua eſt, appello, vt ex communiori pluribus relatis reſoluit Alex. conſ 2. col. pen. lib. 3. Vant. d. rubr. quot, & quibus mod. num. 12. Grauat. ad Veſtr. d. cap. 1. num. 19. ex communi Dec. d. cap. dilecto, num. 7. Grat. conſ. vlt. num. 41. vol. 2. & Couar. d. cap. 24. num. 7. Idémque eſt, ſi dicatur, appello, ſaluo iure dicendi de nullitate; nam ſecuta tali appellatione ſolet in commiſſione accumulari nullitas; ſícque cenſetur æquè principaliter intentari nullitas, vt poſt alios ſentit Vant. d. rubr. num. 9. & 10. expreſſam verò, ac latè docet Veſtr. d. cap. 1. num. 1. & 2. in vtroque autem horum caſuum accumulata nullitas intelligitur non copulatiuè, ſed conditionaliter, ac diſiunctiuè, in eo ſenſu, vt appellatio conſeatur interpoſita, quatenus ſententia valeat, vt adnotauit Grauat. ad Veſtr. d. cap. 1. num. 17. & ſeq. & latiùs proſequitur Vant. dict. rubr. num. 10. & 11. quamuis eodem tempore, ac ſimul, & ſemel cauſa nullitatis, & iniuſtitiæ poſſit inſtrui, vt fusè docet Vant. d. rubr. num. 14. vbi cum num. ſeq. id temperat, dummodo is, qui nullitatem proponit, non contradicat.

167 *Nullitas omnino principaliter quando dicatur.* Denique nullitas proponitur † principaliter, cum dicitur ſententia, vel actus nullus, eiúſque reſciſſio petitur abſque vlla mentione appellationis; ita Couar. d. num. 7. ſubdens, quòd omnes id fatentur, nec de hoc quiſquam hactenus dubitauit, prout etiam ex communi docet Muſcatel. dict. gloſ. nullitatis, num. 7. qui tamen num. 31. & multis ſeqq. poſt alios optimè docet, poſſe ſolâ nullitatem intentari abſque appellatione, ſed incidenter, cùm nimirum per viam exceptionis proponitur ad impediendam ſententiæ executionem; plerique verò non inutiles affectus inde oriuntur, quòd nullitas incidenter, vel principaliter proponatur, ex quibus præcipuos infra concluſ. 6. & ſeqq. proſequemur. Interim autem duos afferemus, vnum in fine huius præmiſſ. ſtatim ante 1. concluſ. alterum hîc; is autem

168 *Sententia incidenter ſuper nullitate lata, eſt interlocutoria, ſecus ſi principaliter.* eſt, quòd, † vbi incidenter proponitur, ſententia ſuper ea lata eſt interlocutoria, vt poſt alios probat Vant. d. rubr. quot, & quib. mod. null. prop. poſſ. num. 26. nec requirit de per ſe iuris ordinem, & ſolemnitatem, vt idem Vant. aliis quoque ad id relatis oſtendit ibidem num. 27. cum ſeq. & num. 39. vſque ad 45. at verò ſi principaliter cognoſcatur, requirit ſpecialem iuris ordinem, ac telam iudiciariam, vt idem Vant. docet num. 25. & 46. cum multis ſeqq. & ſententia ſuperinde lata vim definitiuæ

Digitized by Google

finitiuæ habet, vt poſt Imol. in l. quod iuſſit, ff. de re iud. Franc. cap. cum ceſſante, col. pen. de appellat. & alios tradit Vant. dict. num. 26.

Iam verò duo hac in re ſunt adnotanda. Alterum, quòd † ſicut ſola appellatio nullitatem includit, vt ſupra deduximus; ita nullitas ſola principaliter tamen intentata includit etiam appellationem; ita, vt, ſi de meritis cauſæ huic iudici nullitatis conſtet, poſſit ſuper iis pronunciare, ſententiam prioris iudicis, confirmando, infirmando, vel reformando, prout iuris fuerit, vt docuit Innoc. in cap. cum contingat, de offic. deleg. & latè probat Bart. d. l. ſi expreſſim, ante num. 15. & l. 1. num. 16. C. quand prouoc. non eſt neceſſ. Veſtr. d. cap. 1. num. 16. & ibi Grauat. num. 34. Vant. d. rubr. num. 110. cum tribus ſeqq. & rubr. quibus modis ſent. & proc. null. defect. ſeu repar. poſſ. num. 129. & multis ſeqq. ac Muſcatel d. gloſ. nullitatis, qui in id etiam allegat de communi atteſtantes Alex. conſ. 79. proſpectis, col. 1 lib. 2. & conſ. 111. viſo themate, libr. 5. & Crauet. conſ. 179. poſt num. 6. Limitat autem hoc Muſcatel. ſup. num. 79. cum tribus ſeqq. & Alex. conſ. 53. num. 15. lib. 5. & dict. conſ. 79. num. 3. lib. 2. Dec. conſ. 483. num. 8. & Crauet. dict. conſ. 179. num. 7. Bal l. 2. quæſt. 14 C. de reſcind. vend. per tex. in cap. cum dilecti, de empt. & vend. ibíque Abb. & Afflict. deciſ. 60. vt non procedat, vbi non ſolùm ſententia, verùm etiam proceſſus in totum, aut aliqua ſubſtantiali parte nullus eſſet: quod etiam poſt alios ſentit idem Vant. dict. rubr. num. 128. & confirmari poteſt ex latè per eum traditis eadem rubr. num. 110. cum duobus ſeqq quamuis ea ipſa intelligat, vbi iudici, coram quo ſola nullitas intentatur, non conſtat de meritis cauſæ; omnino verò faciunt, quæ idem adducit d. tract. de nullit. rubr. de nullit. ex defect. proceſſ. num. 7. & 8. quæ autem ſint ſubſtantialia proceſſus idemmet ibid. proſequitur à num. 16. vſque ad 59. 169 *Appellatio ſola incidenter includit nullitatẽ, & nullitas appellationem.*

Alterum, quod hîc adnotandum putauimus illud eſt, quòd † tempus nullitatis intentandæ principaliter, & directò eſt 30. annorum, ſicut & aliarum perſonalium actionum, l. ſicut, C de præſcript. 30. vel 40. annorum, cum ſuis concord. vt pluribus oſtendit Vant. d. tract. de nullit. tit. ſeu rubr. quoties, & intra quod tempus de nullit. agi poſſ. &c. num. 8. Marant. in ſpec. aur. tit. & demum fertur ſententia, num. 154. Muſcatel. d. 170 *Nullitas quamdiu principaliter intentanda.*

Digitized by Google

gloſ.nullitatis, num. 12. Veſtr.d. cap.1. num.10. & ibi Grauat. litt.L. ſeu num.29. vbi id limitat poſt Card. d. Clem. 1. quæſt. 14. Salic. in l.Præſes, C.quom.& quan. iud. & Franc. d.cap.dilecto, quæſt. 5. de appel. niſi animæ periculum verteretur, quia tunc eſſet perpetuum tempus; ſicut etiam vbi nullitas per modum exceptionis proponeretur, vt Veſtr. & Grauat. ibid. poſt alios adnotarunt,& Vant.d.num.8.

171 *Nullitatis proſequẽdæ tẽpus quod ſit.* Tempus autem † proſequendæ nullitatis iam introductæ, ſi quidem introducta eſt acceſſoriè ad appellationem, tamen per viam actionis, iuxta ſupradicta, habebit eandem inſtantiam cum inſtantia appellationis, vt poſt Bal l.contra maiores, C.de inoff.teſtam. Bart.d.l ſi expreſſim, col.3.& alios tradunt Veſtr.d. num.10. & Vant. d. num.8. ad fin. ſi verò ſit principaliter intentata, erit de iure ciuili triennalis, vt Vant. & Veſtr. ibidem poſt alios tradiderunt; vel perpetua de iure canonico, vt inibi Veſtr. inibi adnotauit per cap. fin. & ibi Doct. ſed voluit fortaſſe allegare cap.pen. quod incipit, venerabilis,de iud. & alia, quæ nos adduximus quæſt præced. concluſ.1.circa initium; ſaluo autem quod de auocatione cauſæ poſt biennium dicemus cap.ſeq. quæſt.1. Nunc verò ad huius quæſt. concluſ. transeamus.

Prima concluſio. A Conſeruatore deputato iuxta terminos d.cap.1. & fin. de off. deleg. in 6. hoc eſt, quatenus cognoſcit

172 *Appellatio regulariter non datur à ſentẽtia iudicis:* de notoriis iniuriis, & violentiis, † regulariter non appellatur. ita in ſpecie ſentit Bern. quem ſequitur gloſ. 1. ab aliis recepta d.cap.1. ſentítque etiam Abb. conſ.100. num.3.& 4.vol. 1. relatus pariter, ac probatus ab Illuſtriſſimo Card. Tuſc. in ſuis concluſ. iur. verbo, Conſeruatores, num.6. nec non Silueſt. in ſumma, verbo, Conſeruator, num. 3. circa finem; &

173 *Nec admittitur in notorijs.* probatur, quoniam † in notoriis regulariter non admittitur appellatio, vt probat text. in cap. cum ſit Romana, §. ſin autem, cap.peruenit,cap.conſuluit, il 1.cap.cum ſpeciali,§.porrò, de appel. & cap.Romana, de appel.in 6. & adnotarunt gloſ. & Doct, in prædictis iuribus. latè poſt alios Farinac. quæſt. crim. 21. num. 117. Quod quidem procedit non modo in notorio facti, ſed etiam iuris, quod nimirum reſultat ex confeſſione iudiciali, & aliis legitimis modis, de quibus latè egimus ſupra cap.7. quæſt.3. præcipuè concluſ.10.11.& 12.nimirum ex probationibus, & ſententia; ídque ſentiunt quoad confeſſionem Doct.

Digitized by Google

Doct. mox citandi in 1. limit. quoad omnes modos, apertiùs verò Spec. tit. de appel. §. in quibus caſibus, ſub num. 14. dum ait, appellationem non admitti in notorio ſiue de iure, ſiue de facto, per text. d. cap. cum ſpeciali, §. porrò, vbi ait Pontifex, quòd commonito ad appellationis obſtaculum conuolante, ſi eius exceſſus euidentia rei, vel ipſius confeſſione, aut alio modo legitimo fuerit manifeſtus, non eſt prouocationi huiuſmodi deferendum. Limitandum autem id eſt † primò vbi exprimeretur in appellatione cauſa aliqua offuſcans notorium, vt puta in confeſſione, quòd ea fuit erronea; tunc enim datur appellatio etiam in notoriis, & iudicis, à quo iuriſdictio ſuſpenditur, ita vt non poſſit exequi ſententiam ſuam; ita poſt gloſ. & alios d. cap. Romana, §. ſin autem, Franc. d. §. porrò, & alios pleroſque tenet Farinac. d. quæſt. 21. num. 118. & 120. qui num. 121. poſt quamplures Doct. ait, quòd, ſi non exprimatur hæc cauſa, non tenetur iudex, à quo, ſuperſedere, niſi à ſuperiore ſibi fuerit inhibitum; tunc enim recurri debet ad iudicem, ad quem, vt tollat inhibitionem, vt idem probat num. 122. & ſeq. Num. autem 119. poſt Contard. in l. vnica, C. ſi de moment. poſſeſſ. limit. 3. num. 38. & ex mente Clari §. fin. quæſt. 9. verſic. quæro numquid, & quæſt. 94. verſic. ſolet etiam dici, extendit hãc limitationem vbicumque notorium habet aliquam excuſationem, vel defenſionem. Dum verò idem Farinac. d. quæſt. 21. num. 124. poſt Lancell. d. tract. de attentat. 2. par. cap. 12. limit. 9. num. 12. ex Mil in Repertor. verbo, notorium, an impediat appellationes verſicul. in notorio autem probationis, aliam principalem limitationem concluſionis affert dicens, † eam non procedere in notorio probationis, cautè ſunt audiendi, cum videantur loqui contra d §. porrò, dum diſponit, ne admittatur appellatio in exceſſu, qui ſit notorius quouis legitimo modo, & notorium probationis ſit verè legitimo modo notorium, vt patet ex d. quæſt. 3. præſertim concluſ. 10. niſi intelligantur in eodem iudicio; quia tunc non eſt notorium, ſaltem perfectè, quia eſt commutabile, quod non contingit reſpectu alterius iudicij, per ea, quæ diximus d. concluſ. 10. iuncta concluſ. 12. ad finem. Atque adeo in hoc ſenſu erit hæc 2. limitatio primæ huius concluſ. Limitatur 3. in notorio præſumptionis, in quo datur appellatio, vt in ſpecie adnotauit Specul. d num. 13. in fi. per cap. transmiſſæ, qui fil. ſint legit. Li-

174 *Fallit prædicta concl. multis modis, & quib.*

175 *Quid in notorio probationis, aut præſumptionis.*

mitatur 4. vt non procedat concluſio in declaratione notorij, à qua datur appellatio, vt ex Ant.Gabr.commun.concluſ. lib. 6.tit.de reg.iur. concluſ. 6. alios ad id referente tradit Lancell. d.limit.9. num.13. & Farinac. d.quæſt.21. num.127.qui etiam addit Foler. in pract. crim. verbo, item quòd eſt notorius delinquens, num.14. & in terminis Conſeruatorum tenent Abb. & Card.Tuſc.loco paulò ante cit. Limitatur 5.eadem concluſio ex Farinac. ſupra num. 124. per eundem Foler. ibid. num. 22. quòd, licèt non poſſit appellari à ſententia definitiua condemnatoria ſuper crimine notorio, ſi tamen appelletur ante ſententiam à non admiſſione exceptionum, & excuſabilium defenſionum, quas reus proponit aduerſus notorium,talis appellatio tenet,éſtque admittenda quoad omnem effectum tam deuolutiuum, quàm ſuſpenſiuum; quod verum puto ſiue excuſationes iſtæ contra factum ipſum, quod dicitur notorium, proponantur, cum tunc offuſcetur notorium iuxta prædicta, ſiue vt oſtendatur, non eſſe notorium, quod planè ſequitur ex 4.limit. cum iudex tales exceptiones, & excuſationes reiiciens tacitè declaret, rem eſſe notoriam. Limitatur denique hæc concluſio, vt tunc demum procedat, ſi ſententia contineat condemnationem tanquam de crimine notorio,vt ſatis probat idem Farinac.d.q.21.num.126.

176 Secunda concluſio. Appellatur † à Conſeruatore, & conſequenter eius iuriſdictio ſuſpenditur non ſolùm in cauſis, in quibus plenariè cognoſcit ex facultate ſibi in reſcripto conceſſa, verùm etiam in cauſis, quæ illi committuntur ſine figura iudicij. Prior pars concluſionis patet, quia in plenariis cauſis regulariter datur appellatio ſaltem à definitiua, ſeu definitiuæ vim habente, & per appellationem iudicis iuriſdictio ſuſpenditur,l.1.ff.de appell cap.venientes de iureiur. cap.1. de re iud. Bellam. deciſ. 707. cum aliis, quibus id adſtruit inter ceteros Lancellot.d.tract.de attent. 2.part.cap.12. in præfat.num.108. cum duob. ſeqq. ita,vt geſta pendente appellatione regulariter dicantur attentata, & innouata, & reuocanda veniant,vt conſtat ex rubr. ff. nil nouar. appell. interpoſ. & C. vt lit. pend. & extr. eodem tit. in Decretal. ac. 6. cap. bonæ, & cap. ſecundò requirit, de appell. quam vti communem regulam ponit idem Lancell. ibidem num. 75. cum trib.ſeqq. eam verò multipliciter ampliat, limitat, & declarat d.cap.12. ſtatim poſt præfationem

Appellatur à Conſer. in plenariys, & quid de geſtis pendente appellatione.

Digitized by Google

nem vſque ad finem, & præſertim extendit † ad interlocutoriam habentem vim definitiuæ, d.cap. 12. limit. 1. à num. 51. ad 56. Huius verò vtriuſque regulæ, ex qua priorem præſentis concluſionis partem confirmauimus, aliæ quoque limitationes peti poſſunt ex Specul. d. tit. de appellat. §. in quibus caſibus, per totum, & Marant. in ſpec. aur. part. 6. act. 2. num. 174. cum multis ſeqq. & à num 275. vſque ad 365. Quoad ſecundam verò regulam reſpectu interlocutoriæ ſciendum eſt, quòd † licèt appellatio ab interlocutoria eximat appellationem à iuriſdictione iudicis, vt per text. in cap. ad audientiam, & cap. dilectus, de appel. cap. per tuas, de ſent. excomm & cap. licèt, eod. tit. in 6. docet Lancell. d. limit. 1. num. 1. non tamen facit attentata, cum poſſit regulariter tunc iudex procedere, donec fuerit inhibitus, vt tradit Lancell. ibid. num. 2. & 3. poſtquam verò iudici, à quo fuerit inhibitum per iudicem ad quem, vt ex tunc nequeat aliquid innouari, & innouata contra appellationem ab interlocutoria tanquam attentata ſint ante omnia reuocanda, eſt text. in cap. non ſolùm, de appel. in 6. pro cuius declaratione præter Doct. ibi, videndus eſt Marant. ſupra à num. 207. ad 212. Couar. pract. quæſt. cap. 24. à num. 1. ad 6. Lancellot. d. cap. 12. limit. 1. num. 101. cum trib. ſeqq. & Aſin. in prax. iudic. §. 31. c. 2. limit. 2. princ.

177 *Quid hic in interlocutoria habente vim definitiua.*

178 *Appellatio ab interlocutoria eximit à iudice, & an faciat attentata.*

Poſterior pars † concluſ. probatur ex iis, quibus cap. præced. quæſt. 2. concluſ. 9. docuimus, Conſeruatorem in cauſis ſibi commiſſis ſine figura iudicij admittere debere appellationes, præſertim dum text. in Clem. ſæpe, de verb. ſignif. à cauſis ſummariis ſolùm excludit fruſtratorias, & dilatorias appellationes; quare ſumpto argumento à contrario ſenſu, vel ab exceptione ad regulam, de quibus latè Euerar. in loc. legal. ceteræ appellationes non excluduntur; quæ autem ſint iſtæ fruſtratoriæ, ac dilatoriæ appellationes à cauſis ſummariis excluſæ ibid. diximus; de ipſis verò fruſtratoriis, ſeu friuolis appellationibus ſecundum ſe tradunt Doct. cum d. Clem. ſæpe, & alibi, tum in cap. cum appellationibus, de appel. in 6. Marant. d. 2. num. à num. 345. ad 349. & Lancellot. d. cap. 12. limit. 6. per totam. An verò, & quando tertius habens intereſſe in cauſa admitti debeat ad appellandum latè tractant Doct. in cap. cum ſuper, & cap. quamuis, de re iudic. l. 1. & tot. ferè tit. C. quibus res iud. non noc. Tiraq. in tract. res inter alios actas, Couar. lib.

179 *Appellatur à Conſer. in cauſis ſummarijs.*

pract.q.c.15.& Marcheſan.de commiſſ.tit.de commiſſ.app.par. 2.c.6.num.32.& ſeqq.

Tertia concluſio. Coram Conſeruatore quomodocumque
180 procedente † appellari non poteſt, niſi ab interlocutoria habente vim definitiuæ, aut grauamine minimè concernente negotium principale, quod non poſſit per appellationem à definitiua ſententia reparari. Probatur; nam vt admittamus Trid. Concilij ſeſſ.24. cap.20.de reform. diſpoſitionem hac in re ſupra præmiſſ.2. in princ. à nobis relatam, quæ etiam, ſi attentè conſideretur in eo differt à reg 36. Cancell.d.præmiſſ.3. commemorata, cuius etiam paulò poſt mentionem faciemus, quòd hæc indiſtinctè loquitur, illa ſolùm de prima inſtantia, ac præterea hæc alternatiuè loquens permittit appellationem non ſolùm ab interlocutoria habente vim definitiuæ, ſed etiam à grauamine, quod non habeat vim definitiuæ, ſed ſit irreparabile per appellationem à definitiua; at verò illa Trid. diſpoſitio, cum vtatur copula, &, quæ natura ſua coniungit, l.Titiæ textores, §. nihil, ff.de leg.1.& l.triplici, ff.de verb.ſig.cum ſuis concord. ſimul requirere videtur ad hoc, vt locum habeat appellatio extra definitiuam, quòd interlocutoria, à qua appellatur, habeat vim definitiuæ, ac ſimul etiam contineat grauamen irreparabile per appellationem à definitiua. Vt inquam admittamus, hanc Trid. Concil. diſpoſitionem non comprehendere ſaltem Conſeruatores Vniuerſitatum, Regularium, locorum, & aliorum, de quibus ſeſſ. 14. cap.5. in fine fit mentio, vt reſpondiſſe fertur ſacra congregatio Illuſtriſſimorum Card. interpretum Trid.Concil. ſemel ad interpretationem d. cap. 20. ter verò ad explicationem d. cap. 5. aut etiam fortaſſe alios Conſeruatores, cum d.cap. 20. apertè loquatur de Ordinariis locorum, quorum appellatione certum eſt non venire Conſeruatores, ſed Epiſcopos, eorúmque Vicarios generales, vt patet ex cap.omnes baſilicæ, & ſeq. 16.quæſt.7.cap.1.de off. ord cum aliis quibus id aſſerit Mandoſ. ad reg. Cancell.quæſt. 26. num.3. & Concil.Trid.paſſim, præcipuè verò, & in ſpecie d.cap 5.ibi, ſi qua inter ipſos iudices, Conſeruatorem, & Ordinarium controuerſia: niſi tamen id velimus temperare, vbi Conſeruator quoad iudicialia reſpectu perſonarum ſibi commiſſarum per litteras Conſeruatorias ſubrogatus ſit loco Ordinariorum, prout inter ceteras habet Conſeruatoria Societatis

In plenariis quando non appell indū.

IESV,

Digitized by Google

IESV, cuius tenorem ſupra cap. 2. quæſt. 2. inſeri curauimus, ídque propter vim ſubrogationis, quæ facit, vt ſubrogatum ſapiat naturam eius, in cuius locum ſubrogatur, iuxta vulg. l. ſi eum, §. qui iniuriarum, vbi Doctor. ff. ſi quis caut. cum aliis congeſtis per Euerar. in loc. à vi ſubrogat. num. 1. qui num. 5. probat id locum habere etiam in iudicialib. quod conſtat quoque ex adductis per Ant. Gabr. comm. concluſ. lib. 6. tit. de reg. iur. concluſ. 2. num. 31. & §. cum duob. ſeqq. Adhuc nihilominus concluſi noſtra ſatis conuincitur ex d. reg. 36. Cancell. cuius ipſamet verba ſunt, quibus in concluſ. vti ſumus; loquitur enim regula indiſtinctè, & generaliter non modò quoad inſtantias, ſed etiam quoad perſonas iudicum, quare & generaliter eſt accipienda, cap. Romanorum, 19. diſt. cum vulgar. quinimmò de perſonis appellantium loquitur vniuerſaliter per dictionem, nulli, adiecta dictione, niſi, quod etiam facit reſpectu commiſſionis huiuſmodi cauſarum appellationum; dictio autem † vniuerſalis negatiua, cui adiicitur dictio, niſi, 181 omnino totum præter excepta excludit l. hoc genus, vbi gloſ. & Doct. ff. de condict. & demonſtr. cum ſimil. Conſtat ergo ex d. reg. Cancel. (quam vim legis obtinere certum eſt ex adductis per Gomeſ. in procem. reg. Cancel. quæſt. 2. Mandoſ. ad reg. 1. & 32. Caſſad. deciſ. 31. de reg. Cancel.) non poſſe à Conſeruatore appellari in mera interlocutoria, vel grauamine reparabili, &, ſi appelletur non ſuſpendi iuriſdictionem Conſeruatoris; ſi tamen Conſeruator tali appellationi detuliſſet, foret ſuſpenſa eius iuriſdictio, & patet ex text. in cap. cum appellationib. friuolis, de appel. in 6. cum aliis adductis per Lancell. d. cap. 12. limit. 1. num. 20. & 66. cum multis ſeqq. vbi hoc multipliciter extendit, & limitat de quo etiam videndi Soc. Fel. & alij in c. qualiter, & quando il 1. de accuſat.

Uniuerſalis negatiua cũ dictione, niſi, omnino totũ excludit præter excepta.

Quarta concluſio. A Conſeruatore delegato à ſede Apoſtolica † appellatur ad Papam delegantem, non autem ad alium, 182 etiam legatum de latere. Primum patet, quoniam appellans à delegato Principis ad Principem ipſum delegantem appellat. vt ſatis probat Abb. poſt alios in cap. 2. de off. leg. & per text. in l. 1. in princ. ff. quis, & à quo app. & cap. ſuper quæſtionum, de off. deleg. docet Specul. tit. de appellat. rubr. ad quem ſit appelland. ſeu §. nunc tractemus, num. 5. licèt d. l. 1. id non probet, niſi quatenus ſupponit pro regula, eſſe appellandum ad eum,

Appellatur à Conſeru. Apoſtolico ad Papam.

eum, qui dedit. Melior autem eſt text. quoad delegatum Papæ vt ab eo ad Papam appelletur in cap. ſi duo, eod. tit. in 6. & ibi gloſ. & Doct. adnotarunt, & alibi paſſim ſupponunt. Idem etiam probatur tum ex limitationibus ſequentis concluſ. tum
183 ex eo, quòd † ab arbitris, qui ſecundum formam iuris eliguntur, vt de propoſita contra iudicem ſuſpicionis cauſa cognoſcant, (iuxta cap. ſuſpicionis, de off. deleg. cap. cum ſpeciali, de appell. & cap. legitima, eod. tit. in 6. cum ſimil.) vel qui, cum de reuocatione ambigitur litterarum, iudicibus nequeuntib. in vnam ſententiam concordare, (vel ſibi inuicem non deferentib. iuxta text. in cap. paſtoralis, in princ. & cap. cum contingat, ad finem de reſcript) ad concertationem huiuſmodi ſopiendam à partibus eliguntur, eſt, ſi grauauerint, (ſiue in ſententia iniquè pronunciando illum ſuſpectum, qui non eſt, aut è conuerſo, ſiue ante ſententiam, nimis breuem dilationem concedendo, vt dicit gloſ. recepta in cap. ab arbitris, verbo, grauauerint, de offic. deleg. in 6.) ad ſedem Apoſtolicam appellandum, vt diſertis verbis dicitur in d. cap. ab arbitris; ideo enim ab iis ad Papam appellatur, quia ſunt quaſi quidam delegati à Papa iuris conditore, quique eſt lex animata, vt ſentit ibidem gloſ. 1. ab aliis approbata, & expreſsè ait Spec d. nu.

Immo etiam ab arbitris iuris in caſu recuſationis & cõtrouerſiæ de cõpetentia cum alio delegato.

184 5. Dum autem dixi † in concl (à Conſeruatore delegato à ſede Apoſtolica,) comprehendere volui etiam laicum Conſeruatorem, qui deputatus ſit à Papa, iuxta ea, quæ diximus cap. 5. quæſt. 1. ſicut excludere volui clericum Conſeruatorem, qui deputatus ſit à Principe ſeculari, iuxta ea, quæ adduximus cap. 4. quæſt. 6. in priori enim caſu appellandum erit ad Papam, in poſteriori ad Principem ſecularem, cum origo iuriſdictionis ſpectanda ſit, vt in ſimili ſpecie comprobat inter ceteros Reuerendiſſimus D. Anaſtaſ. Germon. tract. de ſacr. immunit. lib. 3. cap. 19. num. 86. & trib. ſeqq. & ſatis colligitur quoad primum caſum ex text. in cap. ſi duobus, §. denique, de appel. cap. nouit, de iudic. cap. lator, qui fil. ſint legit. cap. 2. de priuil. necnon traditis per Doct. tum ibi, tum in cap. 2. de iud. & in cap. cum ſit generale, de foro compet. vbi inter alios Soc. & Fel. Specul. d § nunc tractemus, num. 8. quoad ſecundum ex adductis per Doct. in cap. in Archiepiſcopatu, de raptor & d. cap. cum ſit maximè Fel. num. 22. Ceterum quòd ad Papam, vel Principem ſecularem reſpectiuè appellari debeat à Conſeruatore

An ad Papã appelletur à Cõſer. laico, & ad Principẽ ſecularẽ à iudice clerico.

ſeruatore

Digitized by

ſeruatore ab iis deputato, ſatis etiam conſtat ex eo, quòd generale eſt, appellari ad eum, qui dedit iudicem, d.l.1. ff. quis, & à quo l.Imperatores,ff.de appel.& l.præcipimus,§.hæc ſi, & l.fi.C de iud.& §.ille,Auth.de iud.

Poſterior † pars concl. præterquam quod ſatis ex iuribus nunc, & initio concl.allegatis colligitur, ex eo quoque ſuadetur, quòd illam in ſpecie tenet Card.Tuſc.verbo,Conſeruatores, num.6. Confett. in ſummat. mater.priuileg. ord.Mendic. tit.3. c.5. ad finem, ac latè tuentur Anchar. conſ.132. & Ruin. conſ.3. lib.4. ſatis oſtendentes, non modò à Conſeruatore appellari non poſſe ad Legatum etiam de latere, ſed neque valere conſuetudinem, quòd ad eum à Conſeruatore appelletur; quod etiam adnotauit Apoſt. ad Spec.tit. de iudic. deleg.§.vlt. ſub num.25.litt. B. ita vt ad eos Doct. cuique peruios remiſiſſe lectorem ſufficiat.ratio verò illa præcipua eſt,quoniam in cauſa ſibi commiſſa Conſeruator maior eſt Legato etiam de latere, vt poſt alios tradidimus cap.8. quæſt.4. concl.2.at verò non valet conſuetudo, vt ad minorem appelletur,vt præcitati Doctor. oſtendunt, & Mandoſ.tract. de inhibit. quæſt.4. num.10. Quod autem diximus à Conſeruatore ad Legatum non appellari, ita verum eſt,vt † neque etiam poſtquam appellatio fuerit interpoſita à Conſeruatoris ſententia,poſſit Legatus in cauſa appellationis huiuſmodi ſe intromittere, non modò poſt commiſſionem à Papa factam, vt habetur quoad delegatum in cap.ſtuduiſti, de off.leg. niſi in caſibus,de quibus ibi per Doct. & in cap.conſtitutus, de appellat. & Spec.tit. de legat. §. nunc oſtendendum, num.36. verùm etiam ſtatim poſt appellationem, vt ibi adnotauit Spec. per text. in cap.decreto, 2.quæſt. 6. vnde puto, quòd vbi eſt appellatum à Conſeruatore, aut quouis alio delegato ſedis Apoſtolicæ, non poteſt huiuſmodi appellationis cauſa à Legato etiam de latere committi, vt in ſpecie Conſeruatoris poſt Anchar. d. conſ. 132. num. 7. tenet Card. Tuſc.d.verbo, Conſeruatores, num 6. in ſuis concl. iur. ſub litt.C. quod etiam latè comprobat Ruin.d. conſ.3. num.3. & 4.vol 4. cui non obſtabit text. in cap.ſtatutum, in princ.verſic.ſancimus, de reſcript. in 6. & Clem.1.& 2. eod.tit.dum ibi fit mentio commiſſionis, cauſarum, quæ fit à Legato; nam ea iura, &, ſi quæ ſunt his ſimilia, erunt intelligenda de cauſis, quas vel iure ordinario Legati cognoſcere poſſunt, vel quæ ab

185 *Ad Legatũ de latere à Conſeru. Apoſt.nõ valet appellatio.*

186 *Legatus nequit ſe immittere in cauſa appellationis à Cõſeruatore.*

Ordinariis inferioribus ad eos per appellationem, vel querelam deuoluuntur, iuxta text. in cap. 1. de offic. leg. cum ibi not. & ſuis ſimil.

187 *Appellatur à Subcōſeruatore Apoſt. in totū, immò quoad vnā cauſam cōſtituto ad Papam.* Quinta concluſio. A Subconſeruatore, † cui Conſeruator in totum etiam quoad vnam cauſam commiſit vices ſuas, appellatur ad Papam; quòd ſi non in totum commiſit, regulariter appellatur ad Conſeruatorem ſubdelegantem. Prior pars concluſionis probatur ex eo, quod de Papæ delegato dicitur in cap. ſuper quæſtionum, §. porrò, de off. deleg. in iis prioribus verbis, cum delegatus à nobis iuriſdictionem ſuam in alium transfert totam, ſi fuerit appellandum, non ad eum, ſed ad nos appellari debebit. Idem etiam confirmatur à contrario ſenſu ex iis iuribus, quibus poſteriorem huius concl. partem comprobabimus, & à fortiori ex eius limitationibus, quæ iure nituntur. Nunc verò limitanda fortaſſis erit prior pars huius

188 *Quid ſi Cōſer. datus ſit à Principe ſeculari.* concluſ. vt, † ſi Conſeruator deputatus à Principe ſeculari commiſerit alicui etiam in totum vices ſuas, non ad Principem, ſed ad committentem, id eſt, ſubdelegantem appellandum ſit; cum id cautum in delegato videatur de iure ciuili, tum generaliter in l. præcipimus, §. hæc ſi, C. de appellat. l. fin. in fin. C. de iudic. l. 1. in princ. ff. quis, & à quo appel. cum aliis legibus, quibus concluſ. præced. oſtendimus, regulare eſſe, vt appelletur ad eum, qui dedit iudicem; tum etiam in ſpecie appellationis à ſubdelegato, in l. vnica, C. qui pro ſua iuriſd. vbi dicitur abſolutè, quòd appellatur ad eum, qui cauſam commiſit, non autem ad primum delegantem; quod ius ciuile ideo ſeruandum erit in foro ſeculari extra ſtatum, ac terras Eccleſiæ, quoniam canoni contradicit extra ſpiritualia, & materiam peccati, maximè in ordinatoriis iudicij, iuxta tradita per Doct. in cap. Eccleſia S. Mariæ, de conſtit. cap. quod clericis, de for. compet. & l. omnes populi, ff. de iuſt. & iur. & l. cunctos populos, C. de ſacroſanct. Eccleſ. cum ſimil. niſi dicere velimus quòd, cum hoc ius ciuile dubium ſit, tum quòd d. l. 1. ff. quis, & à quo in fin. contraria videtur d. l. vnicæ, vt adnotauit inter alios Abb. d. §. porrò, tum quòd vtraque diuerſas habet expoſitiones, vt patet vtrobique per gloſ. & Doct. tum denique quoniam ſatis congruè intelligi poteſt d. l. 1. in fin. vbi ſubdelegatio fiat in totum, d. verò lex vnica aptè exponi poteſt cum gloſ. & pleriſque Doct. d. §. porrò, vbi fiat ſubdelegatio non in totum, & ſic non contra

Digitized by Google

contradiceret; ſtandum erit canoni in vtroque foro iuxta not. per eoſdem Doct. c. 1. de non oper. nunc. cap. ſi in adiutorium, 10. diſt. d. cap. Eccleſia S. Mariæ, & aliis prædictis iuribus. dict. verò l. fi. in fi. C. de iudic. & l. præcipimus, §. hæc ſi, C. de appel. loquuntur de appellatione à delegato, non à ſubdelegato vt ibid & d. l. vnica gloſ. & alij adnotarunt. Aliæ leges initio in contrarium allegatæ ponunt ſolùm, quod regulare eſt, patiens tamen aliquas exceptiones, vt patet ex d. l. 1. ff. ſi quis & à quo appel. quæ in princ. ponit præced. regulam in fi. excipit quando appellatur à ſubdelegato.

Poſterior pars † huius concluſ. probatur ex d. §. porrò, ibi, 189 cum autem aliquid de iuriſdictione reſeruat, ſi cauſa ſit ei appellatione remota commiſſa, non ad nos, ſed ad eum poterit de iure appellare; & quamuis hic text. loqui videatur in caſu, quo cauſa ſit commiſſa appellatione remota, & tunc dumtaxat eum procedere aliqui voluerint, quos refert ibi gloſ. 2. & Spec. d. tit. de appel. § nunc tractemus, num. 8. tamen contrarium ipſe tenet poſt quemdam Petr. de Sap. necnon d. 2. gloſ. magis communiter recepta, ſubintelligens in text. verbum, maximè, ſed idem iuxta communiorem intellectum colligitur ex text. in cap. cum te, de offic. deleg. necnon ex iuribus, quæ ad 2. & ſequent. Limitationes confirmandas afferemus. quin etiam apertus eſt text. in cap. ſi delegatus, de offic. delegat. in 6.

An appelletur à Subcõſeruatore ad Conſeru.

Limitatur ergo ſecundum aliquos hæc poſterior pars concl. primo, quòd † nihilominus, ad Papam poterit omiſſo delegato appellari; quod ſentit poſt alios Spec. d. §. nunc tractemus, num. 7. & 8. & ſatis colligi videtur ex d. §. porrò, dum ait, quòd à ſubdelegato poterit, (non autem debebit,) ad delegantem appellari per gloſ. receptam, cap. fin. verbo, poſſunt, de conſuet. in 6. atque adeo, cum habeamus regulam, quòd ad Papam poſſit omiſſis mediis appellari, cap. ad Romanam, cap. ſi quis, il 1. & 2. cap. quoties, & cap. ideo, 2. quæſt. 6. cap. ſi duob. & cap. ſollicidinem, de appel. & cap. antiqua, de priuileg. huic regulæ ſtandum erit, donec expreſsè de exceptione doceatur, cap. 2. de coniug. Leproſ. cum ibi not. & in rubr. de reg. iur. nam cap. dilecti, il 3. de appell. ſicut & cap. ſi quis, il 1. 2. quæſt. 6. loquitur de ordine appellationum ſeruando inter inferiores iudices, d. verò l. Imperatores, ff. de appel. cum ſit ciuilis, ſeruanda foret 190

An etiã ad Papam.

Digitized by Google

ſolum in ſuo foro iuxta prædictà verùm, cum text. d. cap. ſi delegatus, in fin. de off. deleg. in 6. apertè dicat quod à ſubdelegato non in totum, vel cui commiſſæ ſunt vices, donec eas reuocet, debebit appellari ad committentem vices ſuas, non ad primum delegantem, ſatis conſtat, non poſſe hanc limitationem teneri; contra quam tenent Abb. Fel. & alij plerique d. §. porrò, ac nonnulli quos refert Spec. vbi ſuprà; licèt priorem ſententiam tenere videatur Rot. deciſ. 16. de offic. delegat. in nou.

191 *Quid in ſubdelegato à Collega cũ clauſula, ſi non ambo.*

Limitatur 2. quòd, † ſi vnus ex duobus delegatis Principis cum clauſula ſi non ambo, &c. &, appellatione remota, ſubdelegat alteri, non poteſt hic ſubdelegare, nec appellatione remota procedere; & ab eo appellabitur non niſi ad Papam, quamuis ſubdelegatio facta non fuerit in totum, vt habetur in d. cap. ſuper quæſtionum, §. ſi verò, de off. deleg. ſecundum intellectum, qui Fel. d. cap. ſuper quæſtionum, §. porrò, num. 13. in fin. & d. §. ſi verò in ſummario iuxta correctam impreſſ. nec non Abb. & aliis §. ſi verò, verior videtur; licèt gloſ. verbo, vices ſuas, verbo, ad primum, & verbo, ſuperiùs, quam alij ſequũturs cum textum intelligant de ſubdelegatione in totum, cui expoſitioni fauet text. dum ait, ad primum delegantem in hoc caſu fore appellandum propter rationem ſuperiùs aſſignatam; quæ ratio alia eſſe non poſſe videtur, quàm illa, de qua dict. §. porrò, quoniam facta fuerat ſubdelegatio in totum, vt exponit gloſ. d. §. ſi verò, verbo, ſuperiùs à pleriſque approbata. ſed nihilominus priorem intellectum ſatis defendit Abb. d. §. porrò, num. 6. 7. & 8. & ad mentem illius text. atque etiam eo circumſcripto ex doctrina ipſiuſmet gloſ. d. §. ſi verò, verbo, ſi non poſſunt ambo, ſeu gloſ. magna. eandem opinionem, quam communem aſſerit Abb. d. nu. 8. tuetur Io. An. in addit. ad Specul. d. §. nunc tractemus, num. 12. verbo, minorem, ſeu litt. G. contra eundem Specul. qui ſtante in reſcripto clauſula, ſi non ambo, vult, eſſe appellandum ad collegam ſubdelegantem non in totum, non exiſtente verò dict. clauſula appellandum ad Papam; quam tamen diſtinctionem ſufficienter non probat.

192 *Quid in duob extraneis ſubdelegatis à duob. ex tribus delegatis.*

Limitatur tertiò iuxta id, quod de ſubdelegatione facta extraneo dicitur in cap. ſi duo, de offic. deleg. in 6. quòd † ſi duo ex tribus à ſede Apoſtolica delegatis duobus aliis non in totum ſubdelegauerint vices ſuas; ipſique ſubdelegati cum delegato

legato

legato tertio in cauſa proceſſerint delegata, ſi appellatur ab ipſis delegato, & ſubdelegatis, non ad condelegatos, ſed ad primum delegantem tantummodo erit appellandum.

Limitatur 4. vbi † delegatus, qui ſubdelegauit etiam non in totum, excommunicari, vel mori contingat; nam tunc appellatur à ſubdelegato ad Papam, ne delegati abſolutionem, vel ſucceſſorem expectando præiudicari litigantibus, vel cauſa plus debito prorogari valeat. ita propter hanc rationem diſertis verbis cauetur in cap. ſi is, cui cauſa, de off. deleg. in 6. Limitatur 5. vbi † appelletur à ſubdelegato non in totum, ex eo, quia non admittit exceptionem per quam denegatur etiam delegatum iuriſdictionem habere; tunc enim erit ad primum delegantem, non ad delegatum appellandum; ſi enim appellari deberet ad delegatum, eſſet appellans, (qui ſic fateri videretur, eandem iuriſdictionem habere, quod ante negauerat,) contrarius ſibi ipſi. ſic enim hac ipſa ratione aſſignata diſponitur in cap. ſi à ſubdelegato, quod eſt pen. de off. deleg. in 6. Limitatur 6. niſi fieret appellatio ad Papam, & proſequeretur eam appellans non contradicente appellato, vt poſt Rot. d. deciſ. 6. de appell. in nou. Gemin. & Io. de Fantuc. d. cap. ſi delegatus, de off. deleg. in 6. tenet Fel. d. §. porrò, num. 13. in princip. multò verò magis id procederet, ſi partes expreſsè conſentirent, vt ad Papam appellaretur, vt poſt Rot. deciſ. 21. de appel. in antiquior. Limitat Fel. d. num. 13. ad finem. Limitatur ſeptimò niſi delegatus reſeruaſſet ſibi aliquos actus, & eos iam expediuiſſet ante appellationem. ita poſt Io. An. Gemin. & Io. Fantuc. d. cap. ſi delegatus, limitat Fel. d. num. 13. verſ. fallit quartò, ob eam rationem, quoniam text. d. cap. ſi delegatus, & d. §. porrò ponderant reſeruationem iuriſdictionis, quæ ceſſat per actuum reſeruatorum expeditionem. Limitatur octauò, vbi delegatus ſolùm reſeruaſſet ſibi conſilium, iuxta text. in cap. ſi pro debilitate, de off. deleg. prout limitat Fel. d. num. 13. verſ. quintò fallit, quia hoc non facit, quin commiſerit vices in totum, ex d. gloſ. ſing. d. c. ſi pro debilitate, verbo, conſulere, quam ibi Abb. & alij extollunt. atque adeo idem erit dicendum, vbi fiat reſeruatio aliorum actuum, qui non ſapiunt iuriſdictionem vt Fel. ibid. adnotauit; nam d. §. porrò, & cap. ſi delegatus, expreſſè requirunt, vt reſeruetur aliquid de iuriſdictione. Limitatur denique poſterior pars huius concluſ. niſi, vbi cauſa fuiſſet ſub-

193 *Appellari quādo poſſit à Subcōſeruatore ad Papam, &*

194 *In quot & quib. caſib.*

Digitized by Google

delegata, donec delegatus duxerit vices ſuas reuocandas, ſubdelegatus etiam ante reuocationem huiuſmodi detuliſſet appellationi. Fel.d.num.13.verſ.ſextò limita, & ſingulariter decidit Rot.d.deciſ.21. de appell.in antiquior. ob eam rationem, quia, cùm ſubdelegatus detulit appellationi, fecit actum validum, ex quo omnimoda iuriſdictio erat penes eum, donec delegatus vices ſuas ad ſe duxerit reuocandas. Atque hęc de concluſionib.huius quæſt.ad appellationem ſpectantibus.

Poſſet autem hac eadem in re priùs, quàm ad concluſiones
195 de nullitatis dictione tranſeamus, hîc quæri, an † pendente tempore ad appellandum à ſententia Conſeruatoris, eius iuriſdictio ſuſpendatur. ſed quoniam id facilè haberi poteſt ex iis, quæ generatim quoad iudices tradit poſt alios Lancell. d.tract. de attent.2.par.cap.11.per totum, ideo ſufficiet ad eum auctorem lectorem candidum remiſiſſe; ſi tamen non prætermittamus, regulam eſſe, quòd pendente tempore ad appellandum iudicis, à quo iuriſdictio ſuſpenditur; ita, vt ea quoque veniant reuocanda per viam attentatorum, vt ex tex. in cap.non ſolùm, in princ.de appel.in 6.& ibi notat.atque aliis probat Lancell.d. cap.11. num.1.14. & tribus ſeqq.quam regulam à num. 20. ad 25. ampliat quatuor modis, à num.autem 26. vſque ad 44. nouem modis limitat. ac denique à num.2. ad 13. & num. 45. vſque ad fin. eandem declarat explicans præſertim quod ſit, & quomodo currat, aut prorogari poſſit hoc tempus decem dierum ad appellandum.

Tempore ad appellãdum pendente an ſuſpendatur iuriſdictio Conſeru. Et

196 Poſſet præterea hîc quæri, an † ſuſpendatur Conſeruatoris iuriſdictio pendente tempore 30. dierum ad petendum Apoſtolos. ſed pro hac quæſtione te remitto ad eundem Lancellot. d.2.par.c.13. vbi recitatis, ac reiectis variis opinionib. tandem num. 15. & ſeqq. vſque ad 25. format & comprobat regulam affirmatiuam, quam vſque ad finem illius cap.limitat, ac declarat, vt apud eum videre licet.

Quid pendente tẽpore ad petendũ Apoſtolos.

197 Poſſet denique hoc in loco † aliquid agi de clauſula, appellatione remota, eiúſque effectu; ſed quoniã id eſt de raro contingentibus, cum vix ea clauſula ſoleat apponi in litteris Conſeruatoriis, ſufficiet candidum lectorem remiſiſſe ad Doct. in cap.paſtoralis, & cap.ſuper quæſtionum, de off. deleg. cap. paſtoralis, & cap.vt debitus, de appel. vbi inter alios Abb. Franc. & Dec. Lancellot.tract.de attentat.2.par.cap.12.ampl.16.nu.7. ampl.

Clauſula, appellatione remota, quãdo apponẽda, & eius effectus.

Digitized by

ampl. 17. num. 19. & limit. 8. per tot. Celſ. Vg. & Vital. de Camban. tract. de clauſul. verb. clauſula, appellatione remota, & Doct. ab his citatis. Nunc ad concl. circa nullitatis dictionem deſcendamus, cœptum tamen ordinem proſequentes, quas breuiter perſtringemus, quoniam nihil ſpeciale habeat in Conſeruatore præ cæteris iudicibus.

Sexta concluſio. Interim dum nullitas ſententiæ Conſeruatoris incidenter cognoſcitur, † ſuſpenditur eius iuriſdictio, & 198
executio ſententiæ. Hanc verò concl. ex eo facilè probare poſſumus, quòd cum nullitas proponi poſſit incidenter duobus præcipuè modis, vel vt incluſa in appellatione, & ſic acceſſoriè ad illam, vel ſeorſim, verùm per modum exceptionis vt ſupra præmiſimus; de priori modo dubitari nequit, cum acceſſorium ſequatur naturam appellationis principalis, quæ habet hanc vim, vt ſupra docuimus, & de ſe patet. Quoad poſteriorem modum ſaltem vbi hæc exceptio nullitatis altiorem non requirat indaginem id tradidit poſt alios Vant. d. tract. de null. rubr quot, & quib. mod. nullitas proponi poſſit num. 32. & Lancellot. d. tract. de attentat. 2. par. cap. 17. num. 36. in fin. & num. 45. vſque ad 49. à num. verò 50. ad 59. id ampliat quinque modis, ex quibus duo tantum ad rem noſtram faciunt, primus eſt num. 51. vt liceat etiam manu militari reſiſtere tali executioni; alter num. 58. quamuis ſimus in poſſeſſorio. Limitatur verò, vt non procedat in executione trium conformium per text. in Clem. vt calumniis, quæ eſt 1. de re iud. quem ad id ponderat inter alios Lancellot. d. cap. 17. num. 113. & ſeqq. vſque ad 19. & Couar. pract. quæſt. cap. 25. num. 2. verſic. primum igitur, circa medium, docens, † in hoc differre ab executione vnius, 199
aut duarum ſententiarum, quæ tranſierint in iudicatum, cum in his exceptio nullitatis non requirens altiorem indaginem & quidem hæc ſola impediat executionem, iuxta text. in l. à Diuo Pio, §. ſi ſuper rebus, ff. de re iudic. cum aliis adductis per Couar. d. cap. 25. in princ. quæ tamen exceptio non impediet executionem trium conformium. inter quos etiam duos caſus illud eſt diſcrimen, quod quando nullitas contra vnam, vel duas tantum ſententias proponeretur, ſicuti pendentia executionis non retardat proceſſum in cauſa nullitatis, ita cauſa ipſa nullitatis abſque appellatione propoſita interim poterit fieri executio; ſecus vbi proponatur contra tres conformes, vt ſatis probat

198 Iuriſd. Conſeru. & executio ſentẽtiæ quando ſuſpẽdatur.

199 Nullitas quando impediat executionẽ ſententiarũ quæ trãſierint in iudicatum.

probat Veſtr. in Praxi Rom.Cur. lib.8. cap.1. num.7. poſt medium. Extenditur autem prædicta principalis limitatio multis modis, de quibus per Doct.d.Clem.1.& Gabr.commun.concl. lib.2.tract.de execut. rei iud. concl.1. à num.3. ad 17. Ex quibus duæ præcipuè ſunt non omittendæ. Prima eſt, vt procedat d. Clem. 1. etiamſi tres ſententiæ non fuerint continuatæ, ſed interpolatim latæ, vt poſt pleroſque tradit Gabr.d.concl.1.nu. 12. & Couar. d. cap. 25. num. 3. verſic. quartò animaduertendum eſt. Altera, vt procedat etiam in interlocutoriis.latè Gabr. ſupra num.15. & 16. vbi id declarat, Couar. d. num. 3. verſic. quintò eſt eadem. quinimmò licèt pendeat cauſa appellationis ab interlocutoria, tamen tertia ſententia in principali mandabitur executioni, vt poſt alios docet Gabr.d.concl.1.num.6.& probat ex d. Clem. 1. verſic. ſimiliter. Prædicta verò limitatio ſublimitatur pluribus modis, tit.per eund. Lancellot.ſupra vſque ad num. 120. & Ant. Gabr.d. concl. 1. præcipuè verò primò, vbi nullitas euidens eſt, & notoria ex actis, vt poſt alios ex communi tradunt Lancell.ſupra num. 115. vſque ad 119. Couar.d.verſic. primùm igitur, in princ.& Gabr.d.concl. 1. num. 8.verſ. contrarium quòd immo,& d.lib.2.tit. de except.concl. 4. num.1. vbi de veriori,& magis communi teſtatur. Secundò ſi oppoſita ſit à tertio, vt poſt alios docet Lancell. d. num. 119. Vant.d.tract.de nullit rubr. quis poſſ.dicer. de nullit. num.19. & Gabr.d.concl.1.num.19.& Couar.d.lib.pract.quæſt. cap.15. num. 9. qui tamen id declarant. Denique à fortiori ſublimitatur hæc limitatio in caſibus limitationum quoad exceptionem nullitatis etiam requirentem altiorem indaginem; quæ quidem

200 *Quid, ſi exceptio nullitatis altiorē requirat indaginem, &* † regulariter non retardat executionem, vt poſt Rot. deciſ. 3. de except.in nou.Rip.de communi teſtantem in l.4.§.condemnatum, num.11.ff.de re iudic.& alios tradit Vant.d.rubr.quot, & quibus mod null. prop. poſſ. num.32. & Lancell. d. cap. 17. num.93.& ſeq.Quæ regula fallit primò, quando executio eſſet irretractabilis, vt poſt alios docet Vant.ſupra num.31.Couar.d. num.2.verſ.ſecunda conſtat interpretatio, Gabr.d.concl 1.nu. 21. Rip.d §. condemnatum,num.21.& Lancell.d.cap.17.num. 95.98. & ſeq. Fallit 2. niſi nullitas ſit ex defectu iuriſdictionis, vt latè tradit Couar pract. quæſt. cap.15. num. 7. & Lancellot. d.cap.17.num.100.& quinque ſeq.id declarantes. Fallit 3. vbi opponeretur à tertio, vt fuſè poſt alios etiam ex communi tradit

Digitized by Google

dit Lancel. d. cap. 17. num 108. 109. & 110. vbi id ampliandum & limitandum cenſet omnibus modis, quos proſequitur Vant. d. rubr. quis poſſ. dicer. de nullit. à num. 4. vſque ad 32. Dicetur autem exceptio nullitatis † non requirere altiorem indagi- 201
nem, ſeu eſſe in promptu, & probabilis incontinenti, quæ pro- *Quando id*
bari poſſit infra tempus faciendæ executionis, vt poſt Bart. d. §. *contingat.*
condemnatum, & Franc. d. cap. dilecto, col. 14. verſ. ſed circa prædicta tradit Veſtr. d lib 8. cap. 1. num. 7. circa medium, ſicut requirere altiorem indaginem quando continet iuris ſubtilitatem, poſt gloſ. l. 3. § ibidem ſubiungit, ff. ad exhib. ait Lancel. d. cap. 17. num. 111. vel prolixiorem habet tractatum, vt ex aliis docet, num. 112. licèt Menoch. de arbitrar. iud. caſ. 9. & Gabr. d. concl. 1. num. 11. poſt alios id arbitrio iudicis remittendum eſſe contendāt. Fallit 4. (quæ pariter limitatio & ſeq. procedunt ſiue nullitatis exceptio requirat altiorem indaginem, ſiue ſecus; loquendo tamen de executione trium conformium) vt poſt executionem trium conformium excipi poſſit, ſeu quæri de nullitate, Gabr. ſupr. num. 22. poſt Aret. conſ. 75. col. fi. Fallit 5. dummodò à parte id opponatur, aliàs valet iudicis proceſſus contra tres conformes, latè Gabr. ſupr. num. 24. Fallit 6. in nullitate prouenientе ex defectu iuris naturalis, vt poſt Soc. reg. 121. fall. 13. tradit Gabr. ſupr. num. 30. Fallit 7. dummodo ſententiæ ſint verè conformes, vt conſtat ex d. Clem. 1. Quādo autem ſententiæ dicantur conformes, præter Doct. ibi & Gabr. d. concl 1. num. 33. cum ſeq. docet Couar. pract. quæſt. d. cap. 25. nu. 5. & 6. mandantur tamen executioni in eo, in quo ſunt conformes, Gabr. d. concl. 1. num 5. poſt alios. Fallit 8. niſi Papa, vel alius Princeps ſupremus ex certa ſcientia committat cauſam appellationis. ita poſt alios Gabr. ſupr. num. 35. Et ratio eſt, quoniam tunc nullitas acceſſoria eſt appellationi, vt ſupra præmiſ. 3. circa initium docuimus; vnde nil mirum, ſi cum principali veniat.

Alias limitationes, ſeu fallantias minùs præcipuas videre 202
poteris apud Gabr. d. concl. 1 ad fin. Nos verò hîc † aliquas li- *Nullitas*
mitationes ſubiiciemus, quæ locum maximè habent extra ca- *quando im-*
ſum trium conformium, & ſiue nullitatis exceptio requirat, ſi- *pediat exe-*
ue non requirat altiorem indaginem. Limitatur ergo primò *cutionem v-*
hoc modo accepta noſtra concluſio, vt non procedat, quoties *nius vel*
contra proponentem nullitatis exceptionem eſſent vehemen- *duarũ ſen-* *tentiarum.*

tes præſumptiones calumniæ, vt latè probat Lancellot. d. cap. 17. à num. 121. ad 127. Limita 2. niſi quis exceptioni nullitatis antea renuntiaſſet; quod probat, extendit, ac declarat Lancellot. ibid à num. 128. vſque ad 136. Limita 3. niſi conſuetudo, ſtatutum, vel reſcriptum diſponat, quòd pendente nullitate deueniri poſſit ad executionem, vt patet ex traditis per Lancellot. poſt alios d. cap. 17. à num. 139. vſque ad 145. Limita 4. quòd non ſuſpenditur iuriſdictio quoad ſequeſtrationem, vt probat Lancellot. ibid. num. 46. cum tribus ſeqq. Limita 5. ſi opponeretur nullitas inſtrumenti, quod iam aliàs fuit executum inter ipſas partes. ita poſt Bero. conſ. 119. lib. 3. & Burſat. conſ. 74. num. 25. lib. 1. tradit Lancellot. ſupra num. 150. Limita 6. vbi exceptio hæc nullitatis, puta defectus mandati, temporis feriati, aut ſimilis, fuiſſet iam diſcuſſa, & diſputata in cauſa principali; nam non poſſet de ea excipi ad impediendam executionem, vt oſtendit Lancellot. ſupra num. 151. Limita 7. vt non procedat in omnibus caſibus, quos idem Lancell. enumerat d. 2. par. cap. 16. quod eſt de attentat. reduct. ad arbitr. boni viri pend. à limit. 8. ad 20. vt eſſet, ſi nullitate pendente quis continuaret poſſeſſionem, & aliis, de quib. ibi. nam eos & in hac ſpecie locum habere aſſerit idem Lancellot. d. cap. 17. num. 154. qui num. 155. poſt alios declarat præfatam regulam, ſeu concl. vt procedat tum demum parte petente, & opponente; aliàs ea tacente etiam ſententia nulla poterit mitti executioni.

203 *Nullitas principaliter intētata Conſeru. iuriſdictionem eiuſq́; ſentētiæ executionem non ſuſpendit.*

Septima cōcluſio. Si nullitas principaliter † intentetur, tunc Conſeruatoris iuriſdictio, eiúſque ſententiæ executio non ſuſpenditur. Probatur, quoniam ita generatim reſpectu iuriſdictionis iudicis firmat inter alios Lancellot. d. cap. 17. num. 60. cum duob. ſeqq. ad id allegans Burſat. conſ. 74. num. 21. & ſeqq. lib. 1. Gig. tract. de penſion. quæſt. 69. num. 4. quod latiùs probauerat contrariis ſatisfaciendo eod. cap. 17. à num. 17. vſque ad 38. concludens iuribus, rationibus, & auctoritatib. hanc eſſe veriorem, & communiorem ſententiam; oſtendens etiam ibid. & num. 43. geſta contra huiuſmodi nullitatis principaliter intentatæ pendentiam ſaltem quoad executionem ſententiæ non eſſe priuilegio attentatorum ante omnia reuocanda. Et hæc eſſe poteſt ampliatio prima huius concl. ac regulæ: aliæ quoque ampliationes formari poſſunt ex ſublimitationibus quas præced.

Digitized by Google

ced.concl. attulimus ad limitationem ſumptam ex Clem. 1. de re iud. atque item ex limitationibus d.concl.præced. poſtremo loco allatis.

Prima verò eiuſdem regulæ, & concluſ. Limitatio † ſumi poteſt ex d.Clem. 1. de re iudic. quæ de tribus conformibus decernit, vt qui eas contra ſe reportauit, non audiatur nullitatem earum proponens, donec fuerint plenariè executæ. Et licèt ſecundum pleroſque ibi comprehendat etiam nullitatem incidenter propoſitam; tamen iuxta veriorem loquitur vbi intentatur principaliter, & per viam actionis, vt ex iis verbis, ad agendum de nullitate nullatenus admittatur, ſatis licet colligere; vnde ſecus dicendum erit, ſi nullitas minùs principaliter intentetur; necnon ex omnibus modis, quibus eam ampliandam diximus in præced. concluſ. circa initium. Sed nominatim limitatur ſecundò vbi iudex nullitatis inhibuiſſet ex Lancellot. d.cap. 17. num. 63. & trib. ſeqq. poſt Dec. conſ. 103. Natt. conſ. 217. ſub. num. 7. lib. 1. Gig. d. quæſt. 69. & ſtylo Rot. modernæ, qui habet inhibitionem ſiue iniuſtam, ſiue iniuſtam eſſe timendam, & cauſare attentata; licèt d. num. 64. pleroſque referat contrarium ſentientes, inter quos eſt Rot. deciſ. 3. de except. in nou. & Franc. d. cap. dilecto, num. 38. de appellat. Sed quicquid ſit de hac limitatione, ea certè venit admittenda vbi nullitas conſtaret ex actis, & incontinenti poſſet probari, vt ex Miſynger. ſing. obſer. cent. 4. deciſ. 64. incipiente, ſed circa hoc, tradit Lancellot. vbi ſupra num. 65. Reiicienda verò eſſet hæc limitatio vbi commiſſio nullitatis principaliter intentatæ ſignata eſſet, prout de iure, cum etiam hæc clauſula poſita cenſeatur in inhibitione, vt ſatis probat ibid. Lancellot. num. 67. Limitatur 3. vbi nullitas fuiſſet principaliter cumulata cum appellatione; tunc enim propter mixturam appellationis hoc iudicium nullitatis cauſat non modo ſuſpenſionem, verùm etiam attentata, vt ex tex. in cap. exhibita, de iudic. & cap. ſuper quæſtionum, in fi. de off. deleg. poſt Franc. d. cap. dilecto, quæſt. 9. & alios tradit Vant. d. rubr. quot, & quib. mod. null. prop. poſ. num. 38. & Couar. pract. quæſt. cap. 24. num. 7. verſ. ſed & ſi verum, & alios tradit Lancel. d. cap. 17 num. 68. Limita 4. niſi eſſemus in executione irretractabili. ita poſt alios Lancel. ibid. num. 75. Limita 5. vbi quis abſens ob cauſam neceſſariam fuiſſet condemnatus. ita per text. in l. ſi Prætor, §. Marcellus, in 2. reſponſ.

204 *Quot & quib. modis fallat prædicta cõcluſio.*

ff. de iud. & alia tradit Lancellot. ſupra num.78. Limita 6. in quolibet abſente, qui fuit condemnatus dolo aduerſarij per falſa inſtrumenta. ita poſt Rip d.§. condemnatum, num.26. & alios docet Lancellot. ſupra num. 81. & 82. vbi id declarat, dummodo hæc nullitas iuuetur aliqua coniectura. Limita 7. niſi adſit conſuetudo, vel ſtatutum, quod propoſita principaliter nullitate retardetur executio, vt probat Lancellot.ſupra à num.83. ad 87. Limita 8. vbi proponens principaliter nullitatem eam deinde opponat per viam exceptionis ad impediendam executionem ſecundùm aliquos relatos à Lancellot.ibid. num. 88. quæ tamen limitatio ei tuta non videtur; de quo nos aliquid dicemus infra in ſeq.concl. Limita 9. vbi nullitas principaliter propoſita reſpiceret ſententiam latam in poſſeſſorio: ita etiam ex communi reſoluit Lancell. ſupra num.90. Limita 10. & vlt. in nullitate ſententiæ interlocutoriæ, vt docet Lancellot.d.cap.17.num.91.

Octaua concluſio. Nullitatem ſententiæ Conſeruatoris in-
205 cidenter proponens, ſeu acceſſoriè ad appellationem, † ſi ſuccumbat in cauſa appellationis, poterit nihilominus eandem nullitatem principaliter denuò intentare; ſecus ſi principaliter ab initio intentetur. Probatur, quoniam hanc diſtinctionem in iudice poſt Bart.l.ſi expreſſim, num.3. ff. de appell. & l. 1. C. quando prouoc. non eſt neceſſ. Abb. & alios d.cap.dilecto, de appel. ex communi tenuit Couar.d.cap.24. pract. quæſt. num. 8. in princip. atque eius poſtremum membrum quod etiam tenuit ex communi Io. Bernardin. Muſcatell. libr. 2. prax. ciuil. iudiciar. gloſ. nullitatis, num.17. vterque horum Doct. probat ex l.2. C. ſi de falſ. inſtrum. & l.vlt. C. de fide inſtrum. & not. per gloſ. in cap. licèt, de probat. primum autem membrum diſtinctionis, quod probat etiam Muſcatell. ſupra num. 15. cum trib. ſeqq. confirmat is, & Bart. Couar. & Abb. quoniam quæ ſummatim, & incidenter fuerunt examinata, poterunt etiam finito eo examine iterum principaliter tractari, cap. veniens, il 2. de teſt. nec ſententia lata in principali præiudicat incidenti, de quo non fuit præmiſſa plena cauſæ cognitio, l.à diuo pio,§. ſi ſuper rebus,ff.de re iudic.l.pen.ff.de his, qui ſunt ſui, vel alien.iur.l.ſi quis à liberis, §.meminiſſe,ff.de lib.agnoſcend. Huius porrò diſtinctionis prior præcipuè pars tunc obtinet, cùm ſimpliciter Iudex appellationis pronuntiat malè ap-

Nullitatem incidenter proponẽs ad appellationẽ, ſi ſuccũbat an poſſit eam denuò principaliter inñctare.

pella

pellatum; nam ſi pronunciauerit malè appellatum, & bene iudicatum, etiam ſi nullitas incidenter fuerit examinata, non erit locus vlterius eandem principaliter proſequendi, ſi ab hac hac vltima ſententia non fuerit appellatum, vt poſt Io. Lign. in Clem. ſi appellationem, col. vlt. de appel. Abb. d. cap. dilecto, num. 10. Imol. col. 4. Franc. quæſt 48. num. 116. docet Couar. vbi ſupr. quibus Muſcatell. ſupra num. 18. addit Innoc. in cap. ſuper litteris, de reſcript. & Bart. dict. l. ſi expreſſim, poſt num. 2. & d. l. 1. num. 9. licèt ipſe Muſcatell d. gloſ. num. 19. & 20. aliter diſtinguat; quem vide, ſi lubet. ſic accipi poteſt quod poſt Franc. d. cap. dilecto, col. pen. & Boer. deciſ. 45. in princ. tradit Burſat. conſ. 74. num. 27. lib. 1. quem refert, ac ſequitur Lancellot. d. cap. 17. num. 88. docentes, nullitatem ſemel deductam coram eodem iudice, & ad eundem finem per alium modum deduci non poſſe.

Nona concluſio. Vbi nullitas † incidenter in cauſa appellationis propoſita fuit, & appellatio deſerta remanſit, licèt deſerta remaneat illa nullitas acceſſoria; non ita tamen quia principaliter de ea poſſit agi. ita ex tex. in cap. licet, de ſent. excom. in 6. & cap. concertationi, de appellat. eodem lib. Dec. in cap. cum ſit Romana, num. 27. extr. eodem tit. & aliis probat Couar. d. num. 8. verſic. quod ſi deſerta ſit & Muſcatel. ſupra dict. num. 13. cum tribus ſeqq. ſic conciliari poſſunt qui dixerunt deſerta appellatione cenſeri deſertam nullitatem acceſſoriam, vt Guid. Pap. conſ. 38. num. 9. & Franc. d. cap. cum ſit, & poſt alios Veſtr. lib. 8. cap. 1. num. 10. Vant. de nullit. rubr. quoties, & intra quod temp. de null. ag. poſſ. num. 8. quique id negarunt, vt alij relati per Muſcatel. ſupra num. 15. licèt num. 21. vſque ad 27. circa hanc concluſionem nonnullas diſtinctiones faciat, quas videas, ſi placet. 206 *Appellatione deſerta manente an poſſit nullitas denuò principaliter intẽtari.*

Decima, & poſtrema concluſio. Vbi nullitas † ſimul cum appellatione principaliter in iudicium deducitur, & deſerta fuerit appellatio; adhuc poterit de nullitate cognoſci. ita poſt Bart. d. l. ſi expreſſim, num. 10. & ibi Imol. num. 16. Abb. d. cap. dilecto, num. 9. & ibid. Franc. quæſt. 58. & Soc. conſ. 10. col. vlt. lib. 4. tradit communiorem dicens Couar. d. num. 8. verſic. verum, vbi nullitas contra aliorum nonnullorum ſententiam quorum aliquos etiam recenſet eos ſequens Lancel. d. cap. 17. num. 69. vbi tamen alios pro ſententia Couar. refert; licet ex 207 *Quid ſi cũ appellatione nullitas æquè principaliter propoſita fuerit.*

iis quidam diſtinguant prout etiam facit Muſcatel. d.gloſ.nullitatis,à num.27. vſque ad 51. Ab eo verò num ad finem illius gloſ.multa non contemnenda affert in hac materia nullitatis.
208 de qua † ſi quis ſcire cupit coram quo iudice ſit proponenda, conſulat Innoc. Hoſt. Io. An. & alios in cap.1. de ſent.& re iudic. & cap.dilecto, de appel. ac Vant.d.tract.de nullit.rubr.coram quo poſſ. & deb. null. prop. vnde colligi poterit, an, & quando ea coram Conſeruatore proponi valeat. De tota verò hac materia nullitatis qui plura vult, ea petere poterit ex præcitatis Doct. præcipuè Vant. d. tract. de nullit. proceſſ. & ſentent. ferè per tot. Lancellot. d. cap.17. Veſtr. d. lib. 8. cap.1. & ibi Grauat. Legiſtis in d.l.ſi expreſſim, ff. de appellat. & l.1.C. quand.prouoc. non eſt neceſſ. & Canoniſtas in cap.dilecto, de appellat. & Clem. vt calumniis, ſeu 1. de re iudic. Hæc enim pauca magis vtilia dixiſſe ſufficiat hoc loco in re, quæ nihil ferè ſpeciale, ac præcipuum habere videtur, quod ad Conſeruatorem pertineat. Atque ex his ſimul finis imponatur huic 9. cap. quod fuit de impedientibus iuriſdictionem Conſeruatoris. Iamque ad vlt.c.veniamus, in quo modos explicabimus, quibus finem accipiat huiuſmodi Conſeruatorum iuriſdictio.

Nullitas coram quo proponẽda, & quæ eius materia.

SVMMÆ

Digitized by Google

SVMMÆ RERVM.

1 *Auocatio cauſæ, ſeu litis quid ſit.*
2 *Auocari non dicitur lis, niſi pendeat, & num. ſeq.*
3 *Lis, controuerſia, cauſa, iudicium, negotium differunt.*
4 *Litis, quæ pendet, mentio facienda in reſcripto, aliàs eſt nullum.*
5 *Lis pendere ad effectum, vt nil innouetur, quando dicatur. & quando, vt perpetuetur iuriſdictio delegati, vel ſubdelegati. num. 6. Quid fauore liberationis, aut quoad vitium litigioſi num. 7. & quid in ceteris caſibus num. 8.*
9 *Lis pendere quando dicatur, vt eius rei mentio fiat in auocatione.*
10 *Status cauſæ facienda eſt mentio in auocatione.*
11 *Auocatio cauſæ alia expreſſa, alia tacita; & hæc duplex eſt.*
12 *Auocatio cauſæ alia fit motu proprio, alia ad inſtantiam partis. Item alia ſimplex, & abſoluta, alia conditionalis num. 13.*
14 *Auocare cauſam qui poſſint.*
15 *Auocationis cauſæ quæ ſint.*
16 *Auocatio cauſæ à Conſeruatore ab eo aufert iuriſdictionem in illa, & reddit nulla, & attentata quæ poſtea fiunt. etiam plùs, quàm appellatio. num. 17. aut litis pendentia. num. 18. aut relatio. num. 19. Item licèt ſit tacita auocatio. num. 20.*
21 *Auocatio cauſa an operetur effectum attentatorum etiam quoad tertium.*
22 *Auocatio cum clauſula, quatenus cauſa non ſit inſtructa, quid operetur.*
23 *Cauſa inſtructa quando dicatur quoad auocationem.*
24 *Clauſularum quarundam, quæ in auocatione cauſæ ponuntur, vis.*
25 *Proceſſus iudicis reuocati valet, donec pars excipiat, & alijs in caſib. de quibus in pleriſque num. ſeq.*
26 *Excommunicatio lata ante præſentationem ſecundi reſcripti valet.*
27 *Proceſſus ſubdelegati an valeat poſtquam Princeps cauſam à delegato auocauit.*
28 *Auocatio non impedit, quin iudex ex noua cauſa poſſit ſe in negotio alteri delegato intromittere.*
29 *Proceſſus Conſeruatoris ante notitiam auocationis eſt validus. & quid vbi in litteris auocatorijs adſit mandatum, vt reuocetur quicquid poſt earum datam ſit innouatum. num. 30. aut vbi primus iudex auocationem ſcierit aliàs, quàm per partis exceptionem.*

Digitized by Google

nem. num. 31. aut pars auocatione non vtatur. num. 32.

33 *Proceſſus Conſeruatoris etiam ante notitiam reuocationis eſt inualidus vbi adſit decretum irritans. etiam ad inſtantiam partis appoſitum. num. 34. & vbi actus fieret ab ignorante pro ignorante. num. 35.*

36 *Decretum irritans auocationi cauſæ appoſitum ab inferiore non ligat eam ignorantes. Quid vbi quis renuntiauit auocationi. num. 37.*

38 *Decreto irritanti an poſſit quis renunciare. Et quid ſi appoſitum ſit reſcripto, num. 39.*

40 *Decretum irritans non ligat ignorantes quoad pœnam. Et quid quo ad poſſeſſionem captam ab huiuſmodi ignorante. num. 41. Quid ſi ſit appoſitum ſuper re non certa. num. 42. aut in diſpoſitione conditionali. num. 43.*

44 *Proceſſus Conſeruatoris ante notitiam auocationis motu proprio factæ an ſit validus. Quid ſi eius ſcientiam ſine intimatione habeat. num. 45. aut auocatio fiat ob delictum. num. 46.*

47 *Proceſſus iudicis ante notitiam reuocationis, nullus eſt à die datæ ſecundi reſcripti, vbi nullitas nemini noceat. Item quoad tertios. num. 48. Et vbi Papa reuocat etiam quicquid geſtum poſtea eſt. num. 49. ſed per verba clara. num. 50.*

51 *Auocare cauſam à Conſeruatore nequit Legatus, aut alius, à quo iuriſdictionem non agnoſcit. Nec Metropolitanus ab Epiſcopo ſuffraganeo. num. 52. & ſeq.*

53 *Archiepiſcopus quam poteſtatem habeat in ſuffraganeos.*

54 *Legatus de latere nequit etiam tacitè à Conſeruatore cauſam auocare.*

55 *Conſeruator, qui ſubdelegauit cum clauſula, donec vices ſuas duxerit reuocandas, poteſt cauſam reuocare ante quemlibet actum. Idem ſi ſine d. clauſula etiam in totum, vbi vices reuocentur, antequam Subconſeruator vti cœperit iuriſdictione. num. 56.*

57 *Iuriſdictione vti cœpiſſe iudex dicitur per citationem.*

58 *Subdelegatus in totum ſi vti cœpit iuriſdictione ante reuocationem, non valebit reuocatio, niſi ſubdelegatio facta ſit cum clauſula, donec vices ſuas duxerit reuocandas.*

59 *Proceſſus ſubdelegati poſt reuocationem nullus regulariter eſt dumtaxat poſt notitiam reuocationis.*

60 *Priuilegium, ſeu reſcriptum Conſeruatorium quando vitietur propter ſubreptionem, vel obreptionem, remiſſiue.*

61 Mors

Digitized by Google

61 *Mors alia naturalis, alia ciuilis.*

62 *Mors ciuilis strictè duplex eſt, alia qua ciuitas cum libertate, alia qua ſola ciuitas amittitur, ac num. ſeq.*

63 *Capitis diminutio quid ſit, & quotuplex cum ſeq.*

64 *Serui pœnæ quinam efficiantur, & quomodo.*

65 *Seruus fit liber homo captus ab hoſtibus. Item libertus vt ingratus erga patronum condemnatus. num. 66. & qui ſe ad pretium participandum venundari paſſus eſt. num. 67.*

68 *Mori ciuiliter media capitis diminutione qui dicantur.*

69 *Relegati qui ſint, & quomodo differant à deportatis. & num. 72.*

70 *Damnationis in metallum, & deportationis loco, quæ pœnæ ſucceſſerint. & num. ſeq.*

71 *Relegationis loco quæ pœna nunc ſit.*

72 *Exilij nomine quid olim venerit, & quid nunc.*

73 *Banniti noſtri temporis an comparentur relegatis, vel deportatis.*

74 *Bonis priuantur non modò damnati ad metallum vel mortem, aut ſerui facti, ſed etiam deportati in inſulam.*

75 *Bona damnatorum quibus applicentur.*

76 *Damnatus ad mortem naturalem nequit hæres inſtitui, aut teſtari. Idem in damnato in metallum, ſeu perpetuas triremes. Vel ad beſtias, aut perpetuos carceres. Idem in captiuis, vel obſidibus apud hoſtes.*

77 *Deportatus non habet teſtamenti factionem actiuam, vel paſſiuam.*

78 *Relegatus etiam in perpetuum habet teſtamenti factionem, licèt in ſententia bonis priuetur.*

79 *Relegatus ſolum in perpetuum amittit bona ipſo iure.*

80 *Banniti noſtri temporis an poſſint teſtari. aut capere ex teſtamento. num. 81.*

82 *Capti ab hoſtibus reuerſi omnia iure poſtliminij recuperant.*

83 *Priuatus bonis ſi ex indulgentia Principis reſtituatur, an ea recuperet.*

84 *Capti in bello an indiſtinctè hodie ſerui efficiantur.*

85 *Minima capitis diminutione an mori quis dicatur, & quid ea ſit.*

86 *Mori ciuiliter dici poteſt, qui dignitatem, officiúmve dimittit. Quiq́; Religionem profitetur. num. 87.*

88 *Excommunicatus pro mortuo haberi poteſt.*

89 *Degradatus, ſeu depoſitus realiter pro mortuo habetur.*

90 *Interdictus non amittit iuriſdictionem, eiúſve vſum.*

91 *Mors ciuilis quandò naturali æquiparetur.*

Digitized by Google

92 *Cæptum negotium, vt perpetuetur delegata iuriſdictio, dicitur etiam per ſolam citationem.*

93 *Iuriſdictio delegati perpetuatur etiam per ſolam citationem tam iure ciuili, quàm canonico, & duob. num. ſeqq.*

94 *Iuri canonico ſtandum in omni foro, ſi ius ciuile ſit dubium.*

95 *Intellectus c. gratum, & c. relatum, de off. deleg.*

96 *Iuriſdictio delegati per citationem ſolùm decretam perpetuatur. quod verum eſt reſpectu iudicis, non partis, num. 97. & ſeq. Item licèt citatio non ſit trina, vel peremptoria. num. 103.*

98 *Præuentio non inducitur, niſi per citationem executam.*

99 *Iuriſdictio delegati non perpetuatur per actum præuium citationi, niſi eum faceret cum parte. num. 100.*

101 *Citatio anomala, aut nulla non perpetuat iuriſdictionem, niſi pars præſens ſit.*

102 *Iuriſdictio conceſſa ad tempus, vel ſub conditione non perpetuatur per citationem ante tempus, vel conditionem.*

103 *Præſentatio reſcripti iuſtitiæ nõ ſufficit ad perpetuãdã iuriſdictionẽ.*

104 *Gratia perpetuatur per primum actum iudicialem poſt præſentationem reſcripti.*

105 *Iuriſdictione perpetuata in vna cauſa quando ſit perpetuata quoad omnes ſimul commiſſas. Quid in delegatione ad vniuerſitatem cauſarum. num. 106.*

107 *Pluribus iudicibus datis ſi perpetuatur iuriſdictio per vnum, quando poteſt, eſt perpetuata quoad alios. & quando dicatur poſſe. num. 108.*

109 *Officium Conſeruatoris Apoſtolici expirat per obitum concedentis quoad negotia non cœpta. hoc eſt, omnes omnino cauſas non cœptas. num. 110. Item ſiue Conſeruatorum priuilegiorum, ſiue datorum ad defendendum ab iniurijs, ſiue aliorum. num. 111.*

112 *Iuriſdictio Conſeruatoris expirat per obitum concedentis quoad negotia non cœpta, ipſo iure atque ope exceptionis. nec prodeſt partium conſenſus. num. 113. & quid ſi Conſeruator, vel pars ignoret obitum. num. 114. cum ſeq.*

115 *Mandatum procuratoriũ, eiúſve actio an expiret morte mandãtis.*

116 *Intellectus l. Barbarius, ff. de off. præt. l. ſi fortè, ff. de off. præſid. l. meminiſſe, ff. de off. proconſ. & c. audita, de reſt. ſpol.*

117 *Officium Conſeruatoris Apoſt. expirat quoad negotia non cœpta per mortem ciuilem, qua Papa amittit Pontificatum. ſecus vbi Papa captus ſit ab hoſtib. n. 118. & ſeq. Vel aliàs ciuiliter moriatur. n. 121.*

119 Epi

Digitized by Google

119 *Epiſcopo capto ab hoſtib. ſuccedit Capitulum in iuriſdictione. eam tamen recuperat reuerſus.num.120.*

122 *Papa excommunicationem, vel ſuſpenſionem non incurrit.*

123 *Officium Conſeruatoris dati à Principe ſeculari eius morte naturali expirat quoad negotia non cœpta, & num.ſeq.*

124 *Species præcedens reſtringit genus ſequens.*

125 *Iuri canonico certo ſtandum in foro ciuili, vbi ius ciuile dubium ſit.*

126 *Officium Conſeruatoris, dati à Principe ſeculari expirat huius morte ciuili per renuntiationem, depoſitionem, ſeu priuationem, aut aliam amiſsionem Principatus, & num.ſeq.*

127 *Succeſſorem habens in dignitate quoad eam pro mortuo habetur.*

128 *Excommunicato Principe, qui Conſeruatorem dedit, huius iuriſdictio ceſſat quoad non cœpta donec ſequatur abſolutio Principis.*

129 *Suſpenſio cenſura non habet locum in laico, nec eius iuriſdictionem ſuſpendit. & quid in ſuſpenſione laica. num.130. aut ſi Princeps ſit perſona Eccleſiaſtica.num.131.& ſeq.*

132 *Suſpenſio cenſura ſuſpendit iuriſdictionem etiam in delegato. Eccleſiaſticam tamen, non ſecularem.num.133.*

134 *Officium Conſeruatoris non expirat morte concedentis quoad negotia cœpta. quotquot illa ſint, nu.135. nec requiritur partium conſenſus, obeſtue exceptio.num.136. & vbi etiam Conſeruator, vel pars certi ſint de morte concedentis. num. 137. & quouis modo vacet dignitas, cuius ratione datus eſt.num.138.*

139 *Excommunicationem Principis, qui dedit Conſeruatorem, non ſuſpenditur eius iuriſdictio quoad negotia cœpta.*

140 *Officium Conſeruatoris conceſſum ad beneplacitum per modum gratiæ, vel delegationis, expirat morte concedentis etiam quoad negotia cœpta. & quid, ſi dictum ſit, donec reuocauero.num.141.*

142 *Officium Conſeruatoris conceſſum per modum gratiæ factæ, donec reuocauero, durat etiam re integra poſt mortem concedentis.*

143 *Pluribus datis Conſeruatoribus iuriſdictio perpetuata quoad vnum etiam perpetuatur, quoad alios, qui nunquam cœperint vti iuriſdictione. quouis modo deſinat iuriſdictio in delegante. nu.144.*

145 *Officium Conſeruatoris conceſſum per modum gratiæ non expirat morte concedentis etiam quoad non cœpta.*

146 *Officium Conſeruatoris non expirat morte concedentis quouis modo res ſit cœpta ſiue quoad Conſeruatorem, ſiue quoad Subconſeruatorem, licet integra ſit quoad eorum alterum.*

147 *Morte naturali Conſeruatoris expirat in eo omnis poteſtas. Si tamen*

Digitized by Google

à mortuis ſtatim reſurgeret, eam recuperaret. num. 148. & ſeq.

149 Mortuus ſuſcitatus an recuperet bona, vxorem, Epiſcopatum, aut Religionem.

150 Epiſcopus mortuus, qui erat Conſeruator, reſurgens recuperat iuriſdictionem, maximè ſi Epiſcopatus characterem imprimit.

151 Obtinens dignitatem, vel perſonatum, qui erat Conſeruator, ſi mortuus reſurgat, recuperat iuriſdictionem.

152 Iuriſdictio etiam delegata inter iura numeratur.

153 Mortuus reſurgens quando non recuperet iuriſdictionem Conſeruatoris quoad negotia cœpta, vel non cœpta.

154 Officium Conſeruatoris expirétne in altero ex duob. datis ſimpliciter per mortem alterius. Quid ſi fiat de iure inhabilis ad iudicandum. num. 155. aut remoueatur tamquam ſuſpectus, vel à ſuperiore. num. 156. aut vbi ante mortem commiſiſſet alteri vices ſuas, qui non cœperit vti iuriſdictione. num. 158.

157 Officium Conſeruatoris an, & quando expiret in aliquo ex plurib. datis cum clauſula, ſi non omnes, vel, ſi ambo. & num. 159. & quid in clauſula, vt omnes, aut duo, vel vnus eorum, aut ſimili, num. 160. aut datis ſimul, ſi vnus dicta ſua opinione alijs contraria receſſit ante ſententiam. num. 161.

161 Officium Conſeruatoris non expirat, ſi vnus ex Collegis datus ſimul, vel ſimpliciter, qui moritur, habet ſucceſſorem in dignitate, cuius ratione, & ſub cuius nomine datus fuit.

162 Seruitus ſuperueniens non aufert iuriſdictionem omnino à Conſeruatore, ſed ſolùm eius vſum, quem recuperat liber factus. nu. 163.

164 Capitulum ſede vacante non ſuccedit in iuriſdictione Conſeruatoris mortuo Epiſcopo, vel capto ab hoſtibus. & trib. num. ſeqq.

165 Iuriſdictio ordinaria Epiſcopi quando tranſeat in Capitulum.

166 Iuriſdictio delegata etiam generaliter à iure Epiſcopo, non tranſit Capitulum ſede vacante, ſecus ſi ordinario iure etiam ſpeciali ei competat. num. 167.

168 Seruo facto Conſeruatore, aut eius Collega quid agendum ſit. & num. ſeq.

169 Impedito vno ex Conſeruatorib. datis in ſolidum qui inchoauit, poteſt alius proſequi cauſam. Niſi impeditus dediſſet ſubdelegatum, qui vti cœperit iuriſdictione. nu. 170. & quid ſi adſit clauſula, quod ſi non omnes num. 171.

172 Vacante per renuntiationem, aut tranſlationem beneficio, cuius ratione quis deputatus eſt Conſeruator an, & quando eius poteſtas expiret

expiret, vel ſuſpendatur, & multis num.ſeq.

173 *Delegati qualitas cuius ratione delegatus fuit, ſufficit, quòd adſit tempore electionis. Idem in ſubdelegato num.ſeq.*

174 *Qualificatæ perſonæ cur eſſe debeant Apoſtolici delegati, & Conſeruatores, & num.175.*

176 *Qualitas requiſita in delegato dimitti poteſt ante citationem, & num.180.*

177 *Delegatus, aut Conſeruator ſi qualitatem requiſitam amiſerit ob delictum, non poteſt amplius procedere poſt ſententiam. & quid ſi amotus fuerit, vel ſuſpenſus ſolùm ab adminiſtratione. nu.178.*

179 *Delegatus depoſita dignitate tranſiens ad ſtatum incompatibilem non poteſt procedere in cauſa delegata.*

181 *Beneficium quibus modis vacet, & multis num.ſeqq.*

182 *Beneficio quando quis priuetur ipſo iure.*

183 *Sententia declaratoria requiritur ad amiſsionem iuriſdictionis etiã vbi ipſo iure quis priuatur beneficio.*

184 *Beneficio quando priuandus quis ſit.*

185 *Beneficium amittit quis per profeſsionem, mortem naturalem, renuntiationem.*

186 *Renuntiatio beneficij alia expreſſa, alia tacita. expreſſa alia pura, alia conditionalis; & hæc vel ad fauorem, vel cauſa permutationis, vel cum regreſſu, ingreſſu, aut acceſſu.*

187 *Reſignatio beneficij tacita quibus modis fiat.*

188 *Beneficia incompatibilia, quæ ſint.*

189 *Tranſlatione quomodo amittitur beneficium, aut conſecratione Epiſcopi.*

190 *Matrimonij contractu, aut militiæ aſſumptione beneficiũ amittitur.*

191 *Iuriſdictio Conſeruatoris quando expirat, aut ſuſpendatur ipſo iure vacante beneficio, cuius ratione fuit deputatus, aut electus.*

192 *Ius ad rem in beneficialib. quomodo acquiratur, & an vacet.*

193 *Ius ad rem non ſufficit quoad beneficium, cuius ratione quis deputatus eſt Conſeruator. ſed requiritur poſſeſsio cum titulo ſaltem præcedente. num.194.*

195 *Qualitatem requiſitam ad Conſeruatorem mutans poteſt procedere ſiue in cœptis, ſiue in non cœptis. niſi deputatio facta ſit ſub nomine dignitatis. num.196.*

197 *Vicario ciuitatis alicuius facta commiſsio non manet apud eum, ſi fiat eiuſdem Epiſcopus, ſed tranſit ad ſucceſſorem Vicariatus.*

198 *Vicarius Epiſcopo excõmunicato amittit ſolum vſum iuriſdictionis*

Digitized by Google

ordinariæ non delegatæ, cum num. ſeq. & quid Epiſcopo mortuo. num. 200.

201 *Perſonalis deputatio Conſeruatoris vacante dignitate, cuius ratione deputatus eſt, non tranſit in ſucceſſorem, ſed ipſe, ſi viuat, poteſt procedere. etiam quoad negotia non cœpta. num. 202.*

203 *Perſonalis commiſsio quando dicatur.*

204 *Deputatio Conſeruatoris ſub nomine dignitatis tranſit ad ſucceſſorem ea vacante. etiam vbi plures deputati ſimpliciter ſint. num. 205. & ſiue res ſit integra, ſiue non. num. 206. & quouis modo vacet dignitas. num. 207.*

208 *Vicario Epiſcopi facta commiſsio tranſit in ſucceſſorem Vicariatus.*

209 *Vicarius Capituli ſede vacante ſuccedit in commiſsione facta Vicario Epiſcopi.*

210 *Commiſsio facta Vicario Epiſcopi præſentari poteſt Vicario habenti iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem in ea diœceſi, & ad eius ſucceſſorem tranſibit. & quid in Vicario Epiſcopi tantum confirmati. num. 211.*

212 *Vicarijs Epiſcopi plurib. exiſtentibus, cui cenſeatur facta commiſsio; & quid ſi vnicus aliquam ſibi ſubſtituit.*

213 *Deputatio Canonici in Conſeruatorem an in ſucceſſorem tranſeat.*

214 *Commiſsio vni facta ſub duobus nominibus appellatiuis, in quem ſucceſſorem tranſibit, vbi alterum tãtùm capax ſit delegationis. & quid ſi vtrumque. num. 215.*

216 *Delegatio facta duobus duas dignitates obtinentibus, ſi ſuperſtes præmortui dignitatem impetret, an in eum tranſeat quoad vices defuncti.*

217 *Deputatio Epiſcopi in Conſeruatorem an tranſeat in Capitulum ſede vacante.*

218 *Delegatio realiſne ſemper cenſeatur vbi ſolum nomen dignitatis ſit expreſſum, vel perſonalis, vbi ſolius dignitatis.*

219 *Delegatio realiſne ſit, an perſonalis, vbi expreſſum ſit nomen proprium, & appellatiuum.*

220 *Excommunicatio Conſeruatoris non tollit ab eo iuriſdictionem, ſed vſum. etiamſi laicus ſit. num. 221. Quid ſi duo dati ſint ſimpliciter, vel cum clauſula, ſi non omnes, num. 222. requiritur tamen denuntiatio, vel notoria clerici percuſsio. num. 223. & num. 227.*

224 *Suſpenſio Conſeru. aufert ab eo non iuriſdictionem, ſed illius vſum.*

225 *Suſpenſio ab officio quid importet, cum num. ſeq.*

226 *Suſpẽſio ab off. ſimpliciter lata ad quæ loca extẽdatur, & quãtũ duret.*

227 Excommunicatus, & ſuſpenſus non admittit iuriſdictionem, niſi ſit denuntiatus, aut notorius clerici percuſſor. Et quæ ſit ratio. num. 228. & 230.
229 Extrauagantis Martini V. ad euitanda ſcandala tenor, quem ſequi debemus.
230 Excommunicatio ob clerici percuſſionem inſignis eſt etiam in iure.
231 Conſeruator non amittit uſum iuriſdictionis per excommunicationem, aut ſuſpenſionem; licèt de ea conſtet per duos teſtes, vel publicam famam, aut ſit nominatim ſolus excommunicatus, aut etiam denuntiatus ſub conditione. num. 232.
233 Denuntiatio cenſuræ quomodo fieri debeat.
234 Percuſſor notorius clerici vitandus quando dicatur.
235 Denuntiatio & notoria percuſſio poſtea communiter ignorata non tollit vſum iuriſdictionis.
236 Scientia denuntiationis cenſura irretiti, quomodo habeatur.
237 Denuntiatus, quòd admiſerit delictum, cui annexa eſt cenſura, an ſit vitandus.
238 Appellatio legitima præcedens nullam reddit cenſuram.
239 Appellari poteſt à declaratoria cõmiſſi delicti, ob quod incurritur cẽſura, ea qua requiritur ante cenſurã & requirit partis citationẽ.
240 Appellatio ſequens cenſuram non ſuſpendit.
241 Denuntiatio excommunicationis poteſt fieri poſt appellationem etiã per delegatum. niſi detulerit appellationi, vel eam ſuperior receperit. nu. 242. vel ob denuntiationem excommunicatus magis ligaretur. n. 243. aut excõmunicatio lata ſit cõtra ignorãtẽ. n. 244.
245 Appellari poteſt à declaratione incurſus excommunicationis. Item ab excommunicatione conditionali. num. 246.
247 Denuntiatio excommunicationis fieri non poteſt pendente appellatione ab abſolutione.
248 Abſolutio à cenſura quando fieri poſſit pendente appel. remiſſiuè.
249 Subcõſeruatoris morte naturali vel ciuili, regulariter in Cõſeruatore iuriſdictio non expirat, aut ſuſpenditur. Niſi facta ſit ſubdelegatio in totum, ſine clauſula, donec vices, &c. ſed tunc expirauit cum facta eſt talis ſubdelegatio. num. 250.
251 Iuriſdictio Conſeruatoris in eo expirat, ſi pronuntiet ſe nullam habere iuriſdictionem, aut deferendo appellationi, licèt non legitima. num. 252. aut pronuntiatus ſit ſuſpectus. nu. 253. ſed nec in his caſibus omnino expirat. num. 254.
255 Subcõſeruatoris iuriſdictio expirat mortuo Conſeruatore re integra.

Idq;

Digitized by Google

Idq́; etiamſi collegæ fuiſſent. num. 256. & vbi ſubdelegatio facta ſit donec abſuero, vel vices auocauero. num. 257. Item quoad totum officium, & omnes ſpecies Conſeruatoris, ſine ope exceptionis, non obſtante partium conſenſu, aut earum, vel iudicis ignorantia. num. 258.

259 Subconſeruatoris iuriſdictio mortuo Conſeruatore non expirat quoad negotia cœpta. etiamſi collegæ fuiſſent. num. 260. & vbi ſubdelegatus ſit, donec abſuero, vel vices reuocauero. num. 261.

262 Subconſeruatoris iuriſdictio ad beneplacitum conceſſa à Conſeruatore, hoc mortuo expirat etiam quoad negotia cœpta.

263 Subconſeruatoris iuriſdictio ſuſpenditur quoad non cœpta Conſeruatoris ſeruitute, aut banno, quo ciuitatis iura amittit, eam tamen recuperat, ſi Conſeruator ea iura recuperet. num. 264. niſi interim alius eſſet datus Conſeruator, vel idem priuatus eſſet officio. num. 265.

266 Subconſeruatoris iuriſdictio morte ciuili Conſeruatoris non ſuſpenditur quoad negotia cœpta. Idem ſi Conſeruator priuetur officio. num. 267.

268 Subconſeruatoris officium, an expiret, ſi labatur tempus Conſeruatoriæ, vel Conſeruator renuntiet officio, vel eius electioni pars renuntiet, eámve reuocet.

269 Subdelegatio facta à Conſeruatore ad beneplacitum expirat eius morte ciuili.

270 Excommunicatione Conſeruatoris ſuſpenditur iuriſdictio Subconſeruatoris quoad negotia non cœpta. ſecus quoad cœpta. num. 271. Item ſi excommunicatio non ſit denuntiata, vel incurſa notoriè ob clerici percuſſionem. num. 272.

273 Subdelegatio facta à Conſeruatore excommunicato, vel ſuſpenſo denuntiato, aut notorio clerici percuſſore nulla eſt.

274 Suſpenſione Conſeruatoris quando ſuſpendatur iuriſdictio in Subconſeruatore. Et quid ſi hic Vicarius ſit Epiſcopi Conſeruatoris. num. 275.

276 Morte naturali Subconſeruatoris in eo expirat iuriſdictio Conſeruatoris. Quid ſi duo Subconſeruatores, vel à duobus dentur. num. 277.

278 Subconſeruatore ſeruo effecto eius iuriſdictio ſuſpenditur, donec libertati reſtituatur. & ſi Epiſcopus ſit, non tranſit interim in Capitulum. num. 279. & quas cauſas liber factus recuperabit. num. 280.

281 Diſpo

281 Diſpoſita in delegato proportionabiliter intelliguntur etiam de ſubdelegato.

282 Qualitas requiſita in Subconſeruatore ſufficit quòd adſit tempore ſubdelegationis.

283 Subconſeruatoris deputatio nomine proprio facta non tranſit in ſucceſſorem vacante dignitate, cuius ratione fuit deputatus. ſecus ſi ſub nomine dignitatis.

284 Subconſeruatoris ſuſpenſione, vel excommunicatione eius officium ſuſpenditur.

285 Officium Conſeruatoris quando expiret morte naturali impetrantis. & quid in ſeruitute. num. 286. quid in condemnatione cum bonorum amiſſione ſiue per ſententiam, ſiue ipſo iure. num. 287. quid in banno. num. 288.

289 Excommunicatione impetrantis ſuſpēditur, vel fruſtratoria in multis redditur iuriſdictio Conſeruatoris, & nonnullis num. ſeqq.

290 Excommunicatus ab agendo qualiter repellatur. & an poſſit reſcriptum impetrare. num. 291. aut appellare, proſequiue appellationem. num. 292. ac 312. & an aliquando agere valeat. num. 293.

294 Excommunicationis exceptio qualiter proponenda, & probanda, remiſſiuè.

295 Morte naturali aduerſarij impetrantis Conſeruatorem eius iuriſdictio ceſſat in cauſis contra d. aduerſarium non cœptis. quid ſi facta ſit impetratio pro, vel contra dignitatem. num. 296. aut defunctus conueniendus aliàs erat expreſſus in reſcripto. num. 297.

298 Iuriſdictio Conſeruatoris an extendatur ad ſucceſſorem vniuerſalem, vel ſingularem aduerſarij impetrantis, & num. ſeq.

299 Morte naturali aduerſarij impetrantis iuriſdictio Conſeruatoris non ceſſat in negotijs cœptis etiam per ſolam citationem. Item impetrans Conſeruatorem poteſt coram eo conueniri. num. 300.

301 Seruitus aduerſarij impetrantis ſuſpendit in ea cauſa Conſeruatoris iuriſdictionem, donec libertati reſtituatur. niſi cum ſucceſſore cauſa iam cœpta ſit terminata, vel alia cœpta, quib. reſtitutus ſtare debet. num. 302. & quid in condemnatione cum amiſſione bonorum num. 303. Aut in banno. num. 304.

305 Excommunicatio aduerſarij impetrantis non ſuſpendit officium Conſeruatoris. & pleriſque num. ſeqq.

Digitized by Google

306 Excommunicatus reus neceſſarius poteſt, ac debet in iudicio comparere. immò paſſus miſsionem in poſſeſsionem ex primo decreto petere poteſt reuocationem. num. 307. & quando poſsit excipere ſe non teneri reſpondere niſi abſoluatur. num. 308. Poteſtq́; ſe in iudicio defendere. num. 309. & an iuramentum deferre, vel ſubire. num. 310.

311 Excommunicatus reus neceſſarius quibus exceptionibus poſsit vti.

312 Excommunicatus reus neceſſarius appellare poteſt, & appellationem proſequi.

313 Excommunicatus reus neceſſarius quando per ſe poſsit, aut debeat per procuratorem comparere.

314 Procurator excommunicati quando repelli poſsit. & num. 322.

315 Excommunicatus reus voluntarius nequit comparere in iudicio, niſi ſit periculum in mora.

316 Excommunicatus propter hæreſim, inſecutionem Cardinalis, & vſuras nequit eſſe in iudicio. & num. 321.

317 Excommunicatus validè contrahit. & an ei teneatur quis ſoluere quod promiſit. num. 318.

319 Excommunicatus an habeat teſtamenti factionem actiuam, vel paſſiuam. & an ſuccedat ab inteſtato. num. 320. cum ſeq.

321 Excommunicato ob hæreſim, inſecutionem Cardinalis, & vſuras quæ prohibeantur.

322 Teſtis, aduocatus & procurator excommunicati quando repellantur.

323 Litteræ Conſeruatoriæ regulariter non durant vltra quinquennium. & num. 325. exceptis tamen ijs, quæ conceduntur vniuerſitatibus generalibus, ac Collegijs Doctorum, ſeu Scholarium, necnon Hoſpitalium actu hoſpitalitatem ſeruantium, eorumq́; omnium perſonis. num. 324.

326 Officium Conſeruatoris expirat morte concedentis quoad non cœpta, vbi non eſt præfinitum certum tempus, aut nondũ elapſum.

327 Regularium Conſeruatoriæ non expirant morte concedentis, ſed vt perpetuæ, cum aliquib. ſeqq.

328 Gratia facta quando dicatur, vt non expiret morte concedentis etiam quoad negotia non cœpta.

329 Executio acceſſoria gratiæ factæ non expirat re integra morte concedentis.

330 Facultas eligendi Conſeruatorem in priuilegijs conceſſa, vel deputatio Conſeruatoris priuilegiorum an ſit acceſſoria priuilegij, ita, vt etiam re integra non expiret morte concedentis, cum num. ſeq.

Digitized by Goog

331 Executor mixtus an contineatur in c. ſi ſuper, de off. deleg. in 6. & an conueniat Conſeruatori priuilegiorum.

332 Facultas eligendi Conſeruatorem ad beneplacitum conceſſa expirat morte etiam ciuili concedentis quoad negotia quoque cœpta. ſecus tamen in excommunicatione, aut furore, vel ſi ſit ad beneplacitum dignitatis. num. 333.

334 Litteræ Conſeruatoriæ conceſſæ ad certum tempus, quod labatur ante mortem concedentis, per talem lapſum expirant etiam quoad negotia cœpta. Niſi partium conſenſu iuriſdictio prorogetur. nu. 335. aut ſolum agatur de executione ſententiæ. num. 336. aut tempus ſit præfixum iudici, non iuriſdictioni. num. 337.

338 Tempus certum profixum Conſeruatoriæ quando incipiat currere.

339 Iuriſdictio ad certum tempus data eo lapſo expirat, licèt dolo partis intra illud tempus cauſa non ſit terminata.

340 Munus Conſeruatoris ſuſcipere cogitur is, qui deputatus eſt, & ſuſceptum ſine iuſta cauſa dimittere non poteſt, & num. ſeq.

341 Delegationem inuitus quis cogitur ſuſcipere, & ſuſceptam retinere. & num. 343.

342 Subdelegatio quando fieri non poſsit etiam ex iuſta cauſa.

343 Delegatus puniri poteſt, niſi retineat delegationem.

344 Subconſeruator cogitur ſuſcipere delegationem, eamq́ retinere, iuſta cauſa ceſſante. debet tamen delegans eum cogens deferre dignitati Subconſeruatoris, ſi Epiſcopus ſit. num. 345. & ſeruare ſeruanda in cenſuris ferendis, ſi ijs vti velit. num. 346.

347 Verba accipienda ſunt cum effectu.

348 Deputatus Conſeruator neque tacitè poteſt deputationem declinare, aut acceptatam dimittere abſque iuſta cauſa.

349 Subconſeruator nec tacitè poteſt detrectare ſubdelegationem, aut acceptatam ſine iuſta cauſa dimittere.

350 Deputationem ex iuſta cauſa poteſt Conſeruator, & Subconſeruator non ſuſcipere, aut ſuſceptam dimittere, & quæ illa ſit. num. 343. & 351.

352 Cauſa dimiſsionis delegationis non excuſat, ſi nota fuit ante ſuſceptionem. & quid ſi poſtea incidat. num. 353.

354 Facultati quam quis habet eligendi Conſeruatorem renuntiare poteſt, vt non eligat, & qui non habet, vt eam non impetret, cum aliquot num. ſeqq.

355 Renuntiare iuri futuro an, & quando quis poſsit. & quomodo. num. ſequent.

Digitized by Google

356 Renuntiatio electionis, vel impetrationis Conſeruatoris debet fieri expreſſè, & in ſpecie.

357 Officium Conſeruatoris non ſuſpenditur cum eius electioni, aut impetrationi, quæ fieri poſſet, renuntiatur.

358 Renuntiare impetrationi, & electioni Conſeruatoris poteſt etiam Prælatus, & beneficiatus, & num. ſeq.

359 Prælatus ſine conſenſu ſuperioris validè repudiat legatum. & an requiratur conſenſus Capituli in Eccleſia Collegiata. num. 360.

361 Prælatus ſolus an præiudicet Eccleſiæ ſuæ in quæſitis, vel acquirendis, aut in omittendo, vel faciendo.

362 Renuntiare litteris Conſeruatorijs impetratis, vel præſentatis poteſt perſona priuata, vel Collegium non pium. ſufficitq́; generalis renuntiatio. num. 363.

364 Renuntians priuilegio eligendi Conſeruatorem alijs non præiudicat. nec ſibi in alijs. num. 365. nec Principis reſtitutioni. num. 366. nec ſibi, donec renuntiatio à concedente ſit acceptata. num. 367.

368 Renuntiatio non extenditur ad priuilegia, & alia iura ignorata.

369 Prælatus nequit in totum renuntiare priuilegio eligendi Conſeruatorem. & duob. num. ſeqq.

370 Taciti, & expreſſi an ſemper eadem ſit vis.

371 Eccleſia læſa etiam in quærendis à Prælato poteſt per eum intra quadriennium petere reſtitutionem in integrum.

372 Renuntians priuilegio, ſeu gratiæ quando nequeat ampliùs his vti, remiſſiuè.

373 Facultas eligendi Conſeruatorem quando cenſeatur expreſſè, vel tacitè reuocata per Principem, remiſſiuè. poſſitne reuocari. num. 375.

374 Facultas eligendi Conſeruatorem quando ſit realis, & tranſeat ad hæredem, vel perſonalis, remiſſiuè.

376 Regulares in Italia quando poſſint reuocare, vel mutare ſuum Conſeruatorem ſemel electum, vel electi nomen indicare locorum Ordinarijs, & duob. num. ſeqq.

377 Regularium Conſeruator electus cenſetur à Papa deputatus.

378 Inferior an poſſit ſe ingerere, vbi ſuperior manum appoſuit.

379 Iuriſdictio, & officium Conſeruatoris priùs electi non expirat, vbi adſit clauſula; Articulum verò ab altero Conſeruatore inchoatum, &c ſecus ſi non adſit, & tamen plures dati ſint Conſeruatores. num. 384.

380 Mutari

Digitized by

380 *Mutari quando poßit primus Conſeruator vbi plures dati ſunt ſiue ſimul. ſiue in ſolidum, ſiue aliter.*

381 *Impedito inchoante delegato quando poßit collega datus in ſolidum procedere, vel ipſe inchoans cauſam reſumere.*

382 *Lex non obligat niſi promulgata ſit. & vſu recepta. num. 383. & an præſumatur vſu recepta. num. 384.*

385 *Lex non recepta, aut abrogata quando dicatur.*

386 *Regularium nomine veniunt regulariter omnes, qui trium votorum ſolemnem profeßionem emittunt. Clerici etiam Societatis Ieſu. num. 387.*

388 *Equites Hieroſolymitani, & quotquot ſolemniter voueñt paupertatem, caſtitatem, & obedientiam ſunt veri Religioſi, ac Regulares. Immò & ſoli inter Equites. num. 389.*

390 *Religioſum eſſe, & gaudere priuilegijs Religioſi non idem eſt.*

391 *Nouitius Religionis approbatæ licèt clericus non ſit, aut Religioſus, gaudet tamen priuilegio canonis, & fori.*

392 *Equites an veniant nomine Religioſorum in materia fauorabili, vel odioſa.*

393 *Equites etiam tria vota profitentes non comprehenduntur quibuſdam ſacræ Congregationis, & Conc. Trid. decretis. Nec ſunt clerici, ſed laici Religioſi. num. 394.*

395 *Præceptum generale ſuperioris non habens vim legis, eius morte expirat.*

396 *Reuocari, aut mutari quando poßit Conſeruator primò electus ab eo, cui non datur facultas plures eligendi. & trib. num. ſeqq.*

397 *Argumentum à conſtitutione procuratoris ad deputationem iudicis an procedat.*

398 *Procurator expreſſè, & tacitè reuocari quando poßit, aut cenſeatur.*

399 *Facultatem habens eligendi Conſeruatorem, an poßit eligere duos.*

400 *Impetrans litteras Conſeruatorias contra certam perſonam poſt annum ijs vti non poteſt, parte opponente.*

401 *Reſcriptum ſecundum, in quo mentio non fit de primo, quando valeat, & ex num. ſeqq.*

402 *Præſentans priùs reſcriptum quando præferatur, & num. ſeq.*

403 *Data attenditur in reſcriptis gratiæ.*

404 *Reſcriptum primum quando reuocetur per ſecundum in prima inſtantia, & ibi intellectus cap. ſi autem, & cap. plerumque, de reſcript. & duob. num. ſeqq.*

Digitized by Google

405 *Proteſtatio an ſit facienda à primo impetrante, cum non habet copiam iudicis, vt expectetur per annum.*

406 *Impetrans Conſeruatoriam contra certam perſonam poteſt poſt annum ea vti, ſi pars non opponat.*

407 *Litteræ poſteriores Conſeruatoriæ non facientes mentionem de primis poſt annum reconualeſcunt.*

408 *Negligentia, & dolus primi impetrantis in præſentando non præſumitur.*

409 *Annus, quo expectatur primus impetrans quando incipiat currere.*

410 *Litteræ impetratæ durant poſt annum, ſi poſteriores non impetrentur.*

411 *Concurrente facultate eligendi Conſeruatorem cum deputatione, vel duabus facultatibus, aut deputationibus, quæ præferatur, remiſſiuè.*

412 *Facultas eligendi Conſeruatorem habet vim priuilegij; deputatio reſcripti.*

413 *Surreptio, & obreptio quando vitiet reſcripta, diſpenſationes, & gratias.*

414 *Priuilegium finem accipit tempore in eo præſtituto.*

415 *Priuilegium regulariter ſecundùm cauſam eius expreſſam, vel tacitam.*

416 *Priuilegium eligendi Conſeruatorem, coram quo alios poſſit conuenire, ſemper durat, neque amittitur per non vſum etiam 40. annorum, & num. ſeq.*

417 *Priuilegium & reſcriptum ad aliquid faciendum eſt perpetuum.*

418 *Præſcribi non poteſt facultati aliquid faciendi, aut libero arbitrio ſiue tacito, ſiue expreſſo, & num. ſeq.*

419 *Intellectus l. 1. ff. de nund. & num. ſeq.*

420 *Priuilegio Eccleſiæ aliquid faciendi non niſi ſpatio 40. annorum præſcribitur, & num. 422.*

421 *Eccleſia an vtatur priuilegio legis, vel ſtatuti cum ſuis qualitatibus.*

422 *Priuilegium non amittit quis, quo vti nequit, quia caſus non euenit, aut fuit impeditus.*

423 *Priuilegium quando amittatur per actum contrarium, & multis num. ſeqq.*

424 *Priuilegium, vt nequeat niſi volens coram alio, quàm ſuo Conſeru. conueniri, Eccleſia non amittit per actus contrarios niſi ſpatio 40. ann. Priuatus etiam clericus per vnicum actum. nu. 425. & ſeq.*

426 Priui

Digitized by Google

426 *Priuilegium aliquid non faciendi an aliquando non amittatur per vnum actum.*

427 *Priuilegio contraueniens ſibi, non alijs præiudicat, quibus non poteſt in ceteris. & num. ſeq.*

428 *Monachus priuilegio Monaſterij contraueniens an ei præiudicet.*

429 *Priuilegio contraueniens vnico actu cum proteſtatione, quòd non intendit renuntiare priuilegio, an ſibi præiudicet.*

430 *Priuilegium cum clauſula decreti, vel alia prohibitiua an amittatur contrauentione, vel præſcriptione, ſeu conſuetudine.*

431 *Priuilegium non amittitur actu contrario, qui non ſit ſortitus effectum, aut coacto. num. 432.*

433 *Renuntiatio priuilegij in dubio non præſumitur.*

434 *Priuilegium quæſitum conſuetudine quot actibus contrarijs amittatur.*

435 *Error communis facit ius, & veritati præfertur, & multis num. ſequentibus.*

436 *Error Imperatoris facit communem errorem, & num. 442.*

437 *Error communis facit ius, licèt adſit ſcientia eius, ad cuius fauorem validandus eſt actus. Item in quauis inhabilitate de iure poſitiuo, ſiue præcedente, ſiue ſuperueniente. num. 438. & licèt lata ſit ſententia inhabilitatis. num. 439.*

440 *Error communis, vt ius faciat, requirit ſolùm duos actus, etiam per modicum tempus, vel longum ſine titulo.*

441 *Error communis in loco officij ius facit, licèt inhabilitas nota ſit in patria Officialis. immò etiam ſi nota olim fuit in loco officij. num. 442.*

443 *Error communis, vt faciat ius, debet eſſe probabilis. nec circa impedimentum iuris naturalis, aut diuini. num. 444.*

445 *Error communis, vt ius faciat, an, & qualem titulum requirat in inhabili, & num. 449.*

446 *Error communis ius non facit contra publicam vtilitatem. Eam tamen non requirit. num. 451. & 457.*

447 *Deputatio Conſeruatoris à Papa, vel Principe communi errore pro tali reputato valida eſt cum omnibus geſtis à delegato, & num. 449.*

448 *Error communis circa inhabilitatem ſimul delegantis, & delegati facit ius.*

449 *Error communis circa mortem dantis Conſeruatorem ipſi cognitam facit ius.*

450 Geſta

Digitized by Google

450 *Geſta à Conſeruatore, qui communi errore habebat qualitatem, cuius ratione deputatus eſt, valent, & num. ſeq.*

451 *Error communis facit ius etiam reſpectu delegati inhabilis.*

452 *Iudex inhabilis validè procedit concurrente communi errore ſiue vitium ſit in perſona, ſiue in reſcripto.*

453 *Notarij acta licet inhabilis concurrente communi errore valida ſunt.*

454 *Poſſeſſio dignitatis, cuius ratione quis deputatus eſt Conſeruator, requiritur vt error communis faciat ius, non poſſeſſio officij Conſeruatoris.*

455 *Impetrans Conſeruatorem tamquam Abbas, ſufficit ad actuum validitatem, vt communi errore pro Abbate habeatur. Idem in eo, qui tutorio, vel curatorio nomine Conſeruatoriam impetrauit. num. 456.*

457 *Vtilitas publica an requiratur, vt error communis ius faciat, & num. 451.*

458 *Teſtis toleratus reſpectu alicuius criminis aliàs eum inhabilitantis an repellatur; & ibi intellectus cap. ſuper eo, il 1. & cap. teſtimonium, de teſt.*

459 *Aduerſarius impetrantis Conſeruatoriam communi errore præditus ea qualitate, cuius ratione contra eum impetrata eſt, opponere nequit nullitatem cum eo geſtorum, ſicut nec impetrans poteſt.*

CAPVT

Digitized by Google

Cap. X. & vltimum.

Quomodo expiret Iuriſdictio, & Officium Conſeruatoris.

EX iis decem Capitibus, in quæ hunc tractatum de Conſeruatoribus Iudicibus in eius initio diſtribuimus, reliquum nunc illud vnum eſt, vt de iis modis agamus, quibus Conſeruatoris iuriſdictio, & officium expiret, ac finiatur; atque adeo ex hoc cap. Deo dante, vnde etiam initium ſumpſit, finem hic tractatus accipiet. In hoc porrò cap. decem præcipuè diſputari poſſe exiſtimauimus, quæ ſingulis quæſtionibus propoſitis explicabimus. Primò an, & quomodo Conſeruatoris iuriſdictio, ſeu officium expiret per auocationem cauſarum. Secundò per mortem naturalem, vel ciuilem concedentis. Tertiò an, & quando expiret in Conſeruatore per mortem naturalem, vel ciuilem Subconſeruatoris aut ipſius Conſeruatoris. Quartò an, & quando expiret in Subconſeruatore per mortem naturalem, vel ciuilem Conſeruatoris, aut ipſius Subconſeruatoris. Quintò an, & quando expiret per mortem naturalem, vel ciuilem impetrantis, vel aduerſarij. Sextò per lapſum quinquennij, vel alterius temporis in litteris Conſeruatoriis præſtituti. Septimò, an per renunciationem expreſſam, vel tacitam ipſius officij factam à Conſeruatore. Octauò, an per renunciationem impetrationis ſeu electionis Conſeruatoris ab impetrante factam. Nonò, an per reuocationem expreſſam, vel tacitam alicuius Conſeruatoris iam priùs electi ab impetrante factam. Decimò, & vltimò, an Conſeruatoris iuriſdictio, & officium expiret per non vſum.

QVÆRO *igitur primò, an, & quando iuriſdictio, vel officium Conſeruatoris expiret per auocationem cauſarum ab eo factam.*

Nemo, vt reor mirabitur, cur quæſtionem hanc in hoc potiùs cap. quàm præced. locauerimus, vbi de impedimentis iuriſdictionis Conſeruatoris egimus, quoniam, vt infra in hac ipſa quæſt ſuo loco dicemus, facta ſemel cauſæ auocatione ita

Ccccc

ligantur manus iudicis, à quo auocatur, vt de illa cognoſcere ampliùs abſque noua commiſſione non poſſit, atque adeo ceſſet prorſus quoad huiuſmodi cauſam iudicis illius iuriſdictio. Nunc verò antequam ad concluſiones more noſtro veniamus, aliqua de huiuſmodi auocatione generatim ſunt præmittenda.

Præmitto igitur primò cauſæ, ſeu litis auocationem, vt loquitur Trid. Concil. ſeſſ. 24. cap. 20. de reform. & eam appellat Mandoſ. in form. commiſſ. auocator. & commiſſ. cauſ. cum clauſ. auocatoria, & habere videtur communis ſtylus Romananæ Curiæ; vel, vt Veſt. in Prax. Rom. Cur. lib. 3. cap. 9. & ibi Grauat. in addit. Marant. in ſpec. aur. par. 4. diſt. 16. 58. 59. & 60. ac nonnulli alij Doct. loquuntur, aduocationem, quibus fauet tex. in l. 3. in princ. vt quidam legunt, ff. de act. empt. nec non l. 1. in fin. C. qui ætat. vel profeſſ. ſe excuſ. lib. 10. ſed melior text. in l. 2. C. vbi cauſ. fiſcal. vel, vt loquitur text. in cap. vt noſtrum, de appel. & cap. Eccleſia S. Mariæ, il 2. vt lit. pend. reuocationem, vel denique euocationem cum Rebuff. tom. 1. comment. ſuper leg. reg. tract. de euocat. quæſt. 2. & Couar. lib. pract. quæſt. cap. 9. in punc. & num. 1. licet is ibi, & paſſim in eo cap nomine quoque communiori auocationis vtatur; definiri poſſe cum eod. Couar. d. num. 1. quòd ſit † litis pendentis coram inferiore ad Principem, vel ſuperiorem abſque appellatione facta tranſlatio. Dicitur tranſlatio abſque appellatione ad Principem, vel ſuperiorem loco generis; per quod comprehenditur remiſſio cuiuſque negotij ſiue iudiciale ſit, ſiue extraiudiciale, quod citra appellationem transfertur ad Principem, vel alium per relationem, vel ſponte factam eidem, à quo tamen reſponſum, vel conſilium non expectatur, ſed negotium ſit per eum expediendum, iuxta text. in cap. licèt, de offic. leg. vel ex iuris neceſſitate, vt in poſtulatione Prælati, iuxta cap. bonæ memoriæ, il 2. de poſtul. Prælat. Ex quibus etiam iuribus habetur, nullum eſſe quod fit poſt hanc relationem; quæ in hoc differt ab ea relatione, quæ Principi fit, ab eo expectando reſponſum, ſeu conſilium, de qua in l. 1. C. de relat. & latius in cap. præced. quæſt. 2. in 2. præmiſſ. ſubditur in definitione (litis) licèt enim auocari poſſit per Principem negotium extraiudiciale; tamen de hac auocatione nos nõ loquimur, ſed de auocatione negotij iudicialis, hoc eſt litis.

1 *Quid ſit auocatio cauſæ, vel litis.*

Ideo

Digitized by Google

Ideo autem dicitur (litis pendentis) quoniam, niſi pendeat lis, † non dicitur propriè auocari, vt d. num. 1. adnotauit Co- 2
uar. per text. in d. cap. Eccleſia S. Mariæ, vbi tamen, ſicut & d. cap. vt noſtrum, nulla litis mentio fit, ſed negotij; ſed cum in hoc quidem text. mentio fiat iudicum, in illo verò ordinis iuris, ſatis deprehenditur, litem, ſeu cauſam vtrobique negotij nomine comprehendi, quamuis alioqui hæc nomina, † lis, 3
controuerſia, cauſa, iudicium, negotium inter ſe differant, vt patet ex cap. forus, de verb ſig. cum notat. per Doct. ibi, & inter Practicos per Marant. in ſpec. aur. 2. par. princip. à num. 1. ad 14. & par. 5. num. 1. vbi de iudicio, & num. 63. cum duobus ſeqq. vbi de lite num. 66. & duob. ſeqq. vbi de cauſa, controuerſia, & negotio. verùm, quòd regulariter auocatio fiat de lite pendente, præterquam quod ſupponunt Doct. d. cap. vt noſtrum, & cap. Eccleſia S. Mariæ, Marant. d. num. 60. ac Rebuf. d. quæſt. 2. expreſsè quoque tradiderunt Veſtr. d. cap. 9. num. 2. & Mandoſ. d. form. commiſſ. cauſ. cum clauſul. auocator. in princ. ac verbo, quatenus forſan, cum ſeq. & patet ex ipſa forma. qui etiam vterque, ille num. 3. hic verò in gloſ. d. form. in princ. aſſerit, quòd, † vbi lis pendeat, eiúſque mentio non 4
fiat, reſcriptum eſſet ipſo iure nullum poſt Caſſad. deciſio. 1. de reſcript. quod idem ex Innoc. Hoſt. & Io. An. in cap. ex litteris, tradit Fel. in cap. ad audientiam, il 2. fall. 10. de reſcript. qui tamen ibi in contrariam ſententiam alios allegat, quam etiam ipſe ſequi videtur per ea, quæ ipſe tradit in cap. ceterum, præſertim num. 10. & 11. & ad tit. concludens, quòd ſecundum reſcriptum contra primum non facta huius mentione non ſit nullum, niſi ope exceptionis ex communi Doct. ſententia; pro qua eſt text. in cap. plerumque, eodem tit. niſi velimus hanc regulam ex præd. fallentia limitare. Sed quicquid ſit, in eo omnes conueniunt, tale reſcriptum eſſe ſubreptitium, quod etiam docet Menoch. de arbitrar. iudic. caſ. 202. ferè per totum, qui num. 6. idem probat ſi ſolùm impetratur collega, ſeu adiunctus priori iudici. Non leue autem dubium eſt, quando dica- 5
tur lis pendere ad effectum, vt vbi ſubſit, de ea mentio ſit facienda, vt valida ſit auocatio ad partis inſtantiam. nam licèt † quoad effectum, vt lite pendente nihil debeat innouari, lis pendere dicatur per citationem ea continentem, vnde pars plenè inſtrui poſſit, ſuper quo conueniatur, quæ legitimè per-

Lis auocari quando dicatur.

Litis, cõtrouerſiæ, cauſæ, iudicij, negotij differentia.

Litis pẽdẽtis mentio facienda in reſcripto, alias nullum.

Lis pendere ad effectum vt nihil innouetur, quãdo dicatur.

uenit ad partem, niſi per eam ſteterit, quo minùs perueniret, vt diſertè cauetur in Clem. 2. vt lit. pend. immo in hoc caſu quo ad actorem non requiritur executio citationis, vt poſt alios probat Lancellot. d. tract. de attent. 2. par. cap. 4. in præfat. num. 36. qui num. 41. id ampliat, num. autem 42. 43. & 47. trib. mo-
6 dis limitat. Ad effectum verò, vt † perpetuetur iuriſdictio de-
Et quando, vt perpetuetur iuriſdictio delegati. legati non obſtante morte naturali delegantis, ſufficiat citatio, vt expreſsè dicitur in cap gratum, de off. deleg. & quoad mortem ciuilem in cap. vlt. de off. leg. & quoad ſubdelegatum, vt eius iuriſdictio per ſolam citationem perpetuetur poſt mortem naturalem delegati, ſatis colligitur ex cap. licèt, de offic. deleg. & cap. ſi delegatus, eodem tit. in 6. dum illud ſolùm requirit, quòd ſubdelegatus iuriſdictione vbi cœperit, hoc eſt, qualitercumque etiam per ſolam citationem, vt ibi explicat
7 gloſ. & Doct. quod idem etiam dicendum eſt † fauore libe-
Quid fauore deliberationis, aut quoad vitiũ litigioſi. rationis, vt poſt Salic. in l. poſtquam liti, C. de pact. docet Fel. in cap. ſuper quæſtionum, num. 6. de offic. deleg. atque item quoad inducendum initium litigioſi, vt per Auth. litigioſa, C. de litig. & gloſ. d. cap. ſuper quæſtionum, docet Fel. d. num. 6. quam etiam quoad hos quatuor caſus ſequitur Maran. d. 5. par. princip. num. 65. qui hiſce caſibus exceptis num. 64. poſt Fel. d. num. 6. Bart. & alios l. cauſas, C. de tranſact. ex communiori
8 tradit, † regulariter litem non dici pendere, niſi poſt litis con-
Quid in ceteris caſib. teſtationem, pro quo eſt opt. text. d. cap. ſuper quæſtionum, in fine, & cap. ex parte, il 2. de verb. ſig. necnon Clem. ſæpe, ibi, litis exordio iuncta communi interpretatione eodem tit. ex communi. Lancell. d. præfat. num. 154. & ſeq. licèt inquam hæc
9 ita ſint; tamen ad effectum, de quo agimus, † nihil in iure ex-
Lis pendere quãdo dicatur vt eius mẽtio fiat in auocatione. preſſum reperio: quamuis enim ex cap. inter Monaſterium, de re iudic. habeatur, quòd non valent ſecundæ litteræ non facientes mentionem de proceſſu primi iudicis, etiam ſi is Ordinarius ſit, vt probat Fel. d. cap. ceterum, num. 2. & ex cap. quoniam contra, de probation. & cap. prudentiam, in princip. de offic. deleg. quòd citatio eſt de proceſſu; tamen propriè citatio, oblatio libelli, & alia, quæ fiunt ante litis conteſtationem, dicuntur iudicis proœmia, ſeu præparatoria, vt ſatis oſtendit Fel. d. num. 2. & d. cap. ſuper quæſtionum, num. 6. de offic. deleg. Quo attento non immeritò dixit Bal. in l. 1. C. de relat. litem non pendere, niſi poſt eius conteſtationem ad effe-

ctum,

Digitized by Google

ctum, vt litis pendentiæ mentio facienda ſit in impetratione reſcripti; quem ſecutus eſt Barb. in cap. prudentiam, §. ſexta, col. 4. de off. deleg. & ſuſtinere nititur Fel. d. num. 2. ſaltem in caſu, quo mentio facta ſit prioris reſcripti. Magis verò vrget illud, cui non benè ſatisfacit ibi Fel. quòd impetrare nouum iudicem eſt innouare, vt voluit gloſ. 3. d. Clem. 2. quam ibi nonnulli ſequuntur; necnon Anchar. conſ. 13. viſo proceſſu, & alij tenere videntur, quos refert Lancellot. d. tract. de attent. 2. par. cap. 4. in præfat. num. 631. immò in ſpecie, quòd non ſit facienda mentio litis tunc ſolùm, cùm eſt conteſtata ſed etiam ante, hoc eſt cum per ſolam citationem fuit mota, præter Archid. & Gemin. in cap. iuduciæ, §. ſpatium, 3. quæſt. 3. tenuerunt etiam alij, quos refert Lancellot. d. cap. 4. in præfat. num. 641. & Ant. Gabr. commun. concluſ. libr. 2. tit. de iudic. concluſ. 4. num. 26. ac ſequitur Menoch. d. caſ. 202. num. 4. & tribus ſeqq. licèt adhuc non ſit executa; idque quoad actorem, vt idem poſt alios tradit num. 8.

Verùm neque Lancellot. aut alij ab eo relati d. num. 631. volunt quòd impetrare iudicem lite pendente ſit innouare, ſed ſolùm, quòd id non licet non facta litis mentione; Gab. verò, & alij per eum allegati d. num. 26. loquuntur in conceſſione alteri præiudiciali, vt patet ex eius concluſ. inſcriptione; neque gloſ. loquitur de impetratione reſcripti ad lites, ſed priuilegij, quod magis eſt odioſum, communiſque opinio eſt, quòd in impetratione reſcripti ad lites, præcedentis litis mentio facienda non ſit, niſi conteſtata fuerit, vt teſtatur Curt. iun. conſil. 174. ſacratiſſime, num. 4. quod etiam aduertit Lancell. d. num. 641. qui ideo dicit, illud non eſſe abſolutè tenendum, cum contrarium tenuerit Curt. ſupra de communi atteſtans; quam teneri omnino dicendum eſt ab iis omnibus, quos idem Lancell. allegat in d. præfat. num. 152. & tribus ſeqq. & aliis, quos paulò ante retulimus aſſerentes, litem non dici, niſi ſit conteſtata, quorum opinio communis eſt teſte etiam Blanc. tract. de compromiſſ. quæſt. 1. princ. num. 6. & Miſynger. conſ. 60. 6. decad. num. 4. cum hic non ſit ex illis quatuor caſibus, quos ibidem attulimus. Sed quicquid ſit de hoc, certè † mentio facienda eſſet de toto ſtatu cauſæ, nec ſufficeret dicere, litem pendere, vt generatim de impetratione reſcripti ad lites tradit poſt alios Lancell. in d. præfat. num. 646. & Menoch. d. caſ.

10 *Status cauſæ mẽtio facienda in auocatione.*

202. num.29. & ſeqq. & in ſpecie auocationis Fel.d.cap. ceterum. num. 2. limit. 7. verſic. intellige primò, vbi dicit, quòd quando commiſſio auocat iuriſdictionem in totum à primo iudice, non ſufficit dicere, quòd committitur cauſa in eo ſtatu, quo erat coram primo iudice, niſi adſit clauſula, cuius litis ſtatum, & merita cauſæ dignetur habere pro expreſſis; tunc enim non eſt neceſſaria alia expreſſio vt poſt Rot. deciſ. 20. de reſcript. in nou.tradit in hac ſpecie Fel.ibi. & Veſtr.d.cap.9.nu. 7.& 8. lib.3. Alias limitationes petere poteris ex Gabr. d. concluſ.4. quæ à fortiori militant in noſtro caſu, & Fel.d.cap. cæterum. Menoch.d.conſ.202. à num. 13. ferè ad finem, & Lancellot.d.præfat.à num.651.ad fin. ampliationes verò ex eodem Menoch ſupr. num. 10. cum duobus ſeqq. & Lancellot. in d. præfat. num. 643.644. 649. & ſeq. qui licèt vt plurimum loquantur de impetratione commiſſionis cauſæ alteri iudici, quàm coram quo pendebat; tamen ſatis ad rem faciunt; cum hæc quoque ſit tacita auocatio vt mox dicemus.

11 *Auocatio cauſæ quotuplex.*

Præmitto igitur 2. auocationem cauſæ † quandam eſſe expreſſam, de qua d.cap.vt noſtrum, de appel. & d. cap. Eccleſia S.Mariæ, il 2.vt lit.pend. vbi Doct.communiter, & alibi ſæpe. alia tacita, quæ duplex eſt; altera cùm Princeps, vel alius ſuperior committit cauſam pendentem coram iudice inferiore ſibi ſubdito alteri iudici abſque vlla mentione expreſſa auocationis, de qua in cap. ceterum, de reſcript. cum ſimil. nam eo ipſo cenſetur cauſam à priore iudice auocare, vt plerique adnotarunt, d.cap.ceterum, & ferè omnes,d.cap. vt noſtrum,ac præterea Veſtr. d. lib.3. cap. 9. num. 5. Couar. d. cap. 9. pract. quæſt. num.4. verſ.his equidem, vbi in id allegat etiam cap.ſanè, il 1.de offic.deleg. & cap.paſtoralis,§.vlt. de reſcrip.optim. text. in cap.paſtoralis, § præterea, de off.deleg.& præter Doct. ab eo citat. eandem tacitam auocationem agnoſcit Lancell. d. tract. part.2. cap.10. num.45. & ſatis probat Mandoſ. d. form. commiſſ.auocator. verſ. ſed ſupereſt, vbi ſubdit aliam ſpeciem tacitæ auocationis, cùm nimirum Princeps, vel alius ſuperior cognoſcere incipit de cauſa, quæ pendet coram ſuo inferiore, ex Archid.in cap.quamuis, ad ver. reuocetur, de off.deleg. in 6. Io.An. in cap. intimaſti, col. 2. de appel. Calder.conſ.7. de præbend. Innoc. & aliis, in cap. cum M. Ferrarienſis, de conſtit. & ibi Rip. num.197. de communi atteſtante, quam etiam tacitam

tacitam auocationem poſt alios agnouit Abb. d. c. vt noſtrum, num.21. Grauat. ad Veſtr. d. c. 9. num. 18. & Lancell. d. cap. 10. num. 9. & 10.

12 Præterea auocatio † poteſt fieri vel motu proprio, vel ad partis inſtantiam, vt poſt Guid. Pap. deciſ. Delphin. 440. & ibi Add. docet Mandoſ. de for. commiſſ. auocator. verſic. quærit, Guid. Pap. vbi dicit, id clarum eſſe per d. cap. vt noſtrum, & ibi omnes, de appellat. ſubdens differre auocationem motu proprio & ad partis inſtantiam. quòd illa magis fauorabilis eſt, & ab omni ſubreptione, & obreptione immunis cap. ſi motu proprio, de præbend. in 6. cum aliis, quibus id latè comprobat Ant. Gabr. commun. concluſ. lib. 6. tit. de clauſul. concl. 2. num. 1. in qua concl. & hunc effectum huius clauſulæ & alios 27. latiùs explicat, 47. verò ponit Rebuf. ſuper concord. in form. mand. Apoſtoſ. Denique aliam diuiſionem auocationis indicat Mandoſ. d. verſ. quærit, Guid. Pap. in fine, vt alia † ſit auocatio ſimplex, & abſoluta, alia euentualis, ſeu conditionalis, de cuius virtute latiùs agit idem Mandoſ. d. form commiſ. cauſ. cum clauſul. auocator. verbo, quatenus forſan; eius verò exemplum ponit in ipſa forma commiſſionis cum clauſula auocatoria, his verbis (cum opportuna auocatione à quibuſcumque iudicibus de partibus etiam delegatis Apoſtolicis quatenus forſan cauſa & cauſæ huiuſmodi coram illis pendeant indeciſæ;) alterum exemplum poni poteſt quando in auocatione ponitur illa clauſula, (dummodo cauſa ſit inſtructa) iuxta ea, quæ tradit Veſtr. d. cap. 9. num. 8. Mandoſ. ibidem, verbo, pendeant indeciſæ, ad finem, & Lancellot. d. cap. 10. num. 16. & multis ſequentibus.

Auocatio cauſa quomodo fiat.

13 *Auocatio alia ſimplex & abſoluta, alia conditionalis.*

Præmitto 3. non ſolùm Papam, aliúmve ſuperiorem Principem, ſed etiam † alium his inferiorem, ſed ſuperiorem aliis iudicibus, qui poteſt in quacumque parte litis iuriſdictionem tollere, & eam reuocare, ac tandem quicumque alium iudicare iuſſerit, poſſe ab huiuſmodi iudicibus, qui à ſe iuriſdictionem agnoſcunt, cauſas etiam expreſſim reuocare, vt optimè adnotauit Couar. d. cap. 9. num. 1. in princ. per text. in l. iudicium ſoluitur, ff. de iudic. ait enim ibi Paulus I. C. iudicium ſoluitur vetante eo, qui iudicare iuſſerat, vel etiam eo, qui maius imperium in eadem iuriſdictione habet. Hinc verò deducitur primò cum Couar. poſt alios d. num. 1. verſic. primò hinc dedu

14 *Auocare cauſam qui poſſint.*

deducitur, epiſcopum poſſe auocare cauſam pendentem coram eius Vicario. Secundò infertur non poſſe Metropolitanum auocare cauſas ab Epiſcopo eius ſuffraganeo vt idem Couar. latè probat d. cap. 9. num. 2. & nos infr. concluſ. 3. oſtendemus. Infertur 3. non poſſe ſupremam curiam Principis, ad quam non niſi per appellationem cauſa deducitur ab inferioribus iudicibus ſine ſpeciali facultate Principis cauſas auocare, vt poſt alios docet Couar. ſupr. num. 3. in princip. quinimmo neque Duces, Marchiones, Comites, aliive inferiores qui iura Principis non habent, cauſas auocare poterunt ab inferioribus iudicibus ordinariis, licèt ij iudices ad plebis electionem ab ipſis confirmentur, vt idem Couar. oſtendit vbi ſupr. num. 4. in prin. Infertur denique neque Legatum de latere poſſe auocare cauſas non ſolùm à delegatis Apoſtolicis, vt apertè colligitur ex cap. ſtuduiſti, de off. leg. dum ibi dicitur, quòd Legatus non poteſt ſe intromittere in cauſa alteri à ſede Apoſtolica ſpecialiter delegata, verùm etiam ab ordinario iudice, vt probat Couar. d. num. 3. ad fi. tum quòd inter eos eſt locus præcautioni cap. ſi à ſede, de præbend. in 6. tum quod ita in ſpecie tradit Spec. Abb. Gemin. & Rip. in locis ibi à Couar. allegatis. Quid autem ſtatuendum ſit de Apoſtolico delegato reſpectu ſui ſubdelegati, dicemus infra concl. vltima.

15 Præmitto quartò, & vltimò, cauſam auocationis † licèt ad eiuſdem auocationis effectum, ſeu ad ſuſpendendam iuriſdictionem nulla præciſè requiratur, vt oſtendemus concl. 1. ampl. 1. tamen vbi auocatio preſertim ad inſtantiam partis fit multiplicem eſſe, vt per Veſtr. d. cap. 9. paſſim, præcipuè verò, ac loquendo regulariter, eſſe duplicem; alteram per horreſcentiam aduerſarij, propter quam non ſperat quis habere iuſtitiæ complementum; de qua agit Veſtr. dict. cap. 9. num. 2. 4. & 10. latius Mandoſ. de form. commiſſ. cauſ. cum clauſul. auocator. verbo, propter aduerſarij præſertim potentiam, cum duob. ſeqq. alteram, quia iudex, coram quo cauſa pendet, nimis differat cauſam terminare, vt puta vltra triennium, vt patet ex forma commiſſionis auocatoriæ, quam ponit Mandoſ. in formular. commiſſ. commiſſ. 6. in iis verbis cupientes liti & cauſæ, quæ vltra triennium coram diuerſis iudicibus pependit, &c. finem imponere, cauſam, & cauſas prædictas à quibuſcumque iudicibus auocamus. Hinc etiam Trid. Concil ſeſſ. 24. cap. 20. de reform. poſt

Auocationis cauſa quæ dicantur.

Digitized by Google

poſtquam ſtatuerat in cauſa omnes ad forum Eccleſiaſticum quomodolibet pertinentes, etiam ſi beneficiales ſint, in prima inſtantia coram Ordinariis locorum dumtaxat cognoſcantur, atque omnino ſaltem intra biennium à die motæ litis terminentur, ſtatim ſubiicit; alioquin poſt id ſpatium liberum ſit partibus, vel alteri illarum iudices ſuperiores adire, qui cauſam in eo ſtatu, quo fuerit, aſſumant, & quamprimum terminari curent, nec antea aliis committantur, nec auocentur; An verò Conſeruatores comprehendantur in dict.cap.20. Concil. Trid.diximus ſupra hoc eodem tract. cap.præced.quæſt.5.concluſ. 3. Nunc verò his præmiſſis ad huius quæſt. concluſiones veniamus.

Prima concluſio. Auocatio cauſæ à Conſeruatore † ab eo aufert iuriſdictionem in ea cauſa; & quicquid poſtmodum in ea fecerit, eſt attentatum, ac nullum. Ita expreſsè conſtat ex d. cap.vt noſtrum, de appellat. ibi, iudicibus dedimus in mandatis, vt ſi poſt ſecundum mandatum, per quod totius cognitionem negotij ad noſtrum iudicium reuocauimus, traditionem ſigilli dicto N. à ſe cognoſceret eſſe factam eam decernerent irritam & inanem & d.cap.Eccleſia S Mariæ, il 2. vt lit. pend. ibi, nos quicquid ab aliis factum fuit poſtquam Prædeceſſor noſter ad curiam ſuam idem negotium reuocauit, irritum decernimus, & inane; idque adnotauit gloſ.& Doct. d.cap.vt noſtrum, Lancell.d.cap.10. num.1.& 4.cum ſeqq.vbi id multis ſimilibus comprobat. 16 *Auocatio cauſæ à Cõſeruat. quid operetur.*

Ampliatur autem primò hæc concluſio † vt ea multò magis ſint attentata, & nulla, quàm quæ appellatione pendente fiunt, quod indicat text.d.cap.vt noſtrum, ibi, cum plus ſit Romanum Pontificem ad ſe aliquod reuocare negotium, quàm quemquam ad eum ſuper aliquo negotio prouocare, hoc autem plus conſiſtit in eo præcipuè, quòd appellatio, niſi ſit legitima de cauſa interpoſita, non ſuſpendit, cap.cum appellationibus, de appell.in 6.at verò auocatio ſiue iuſta, ſiue iniuſta tollat iuriſdictionem, & reddat actum poſtea factum nullum; cum hæc factum ſolum reſpiciat, illa verò ius; & hac præcipuè ratione hanc ampliationem comprobant Abb.& alij d.cap.vt noſtrum, Lancellot. d. cap.10. num.6. & 7. num.autem 2. aliud affert, in quo auocatio magis afficit, quàm appellatio, quia nimirum hæc non impedit executionem actus præambuli, cap. 17 *Auocatione cauſæ facta magis nulla cẽſetur quã quæ pendẽte appellatione geruntur.*

conſtitutus, de appellat. quod tamen impedit auocatio, Præpoſ.cap. vt noſtrum, Innoc. d.cap. cum M. Ferrarienſis, num. 20.de conſtit. & Aufrer.in addit.ad Capell. Tholoſ. deciſ.480. col.2.

18 Huic affinis ampliatio altera eſt, quòd auocatio † impedit poſſeſſorem vti ſua poſſeſſione. Pariſ.conſ.39. num.7.& 11.lib. 1. cum aliis adductis per eumdem Lancell.d.2. par. cap.4.in 4. declarat.princ. num.35.quamuis aliàs lite pendente quàm non ſit priuandus ſua poſſeſſione vt latè per Lancell. in præd. declar 4. & ſoleat dici, quòd continuans non attentat,vt in regula poſita per eundem Lancell.d.cap.4. limit.1. princip. num.4. quæ regula non habet locum ſtante auocatione vt per eundem d.limit.1.num.69. & hanc ampliationem 2.affert ipſemet dict. cap.10.num.8.

Poſſeſſorem turbat auocatio cauſa magis quã litis pendẽtia:

Ampliat. 3. vt auocatio non ſolùm magis efficiat attentatum, quàm appellatio aut litis pendentia vt in præd. duabus
19 ampl. verùm etiam, quàm † relatio; hac enim pendente ſaltem de partium conſenſu poteſt validè procedere vt poſt alios docet Lancell. d.2.par.cap.8. num.12. quod tamen non poteſt auocatione pendente vt per text. d. cap. bonæ, il 2. de poſtul. prælat. & Aufrer.d.deciſ.480. verſ. plus operatur etiam,docet Lancell.d. cap.10. num.3. quamuis,vt ſupr. initio huius quæſt. admonuimus, ille text. neque loquatur de auocatione, neque de relatione propriè ſumpta, quæ ſit,vt expectetur reſponſum, aut conſilium, ſed de tranſlatione negotij ad Principem, qui illud expediat.

Immò quã relatio.

Ampliatur igitur veriùs quartò, vt præmiſſa procedant
20 † etiam in auocatione tacita, cuius ſupr. præmiſſ. 2. mentionem fecimus,ſiue ea, quæ contingit per commiſſionem ex certa ſcientia factam aliis iudicibus,vt ſatis colligitur ex d.cap.paſtoralis,§.præterea, verſ. nos autem,de offic.deleg.vbi de commiſſione ex certa ſcientia appellationis interpoſitam à delegato dato cum clauſula, appellatione remota,ait Romanus Pontifex,nos autem inquiſitioni tuæ taliter reſpondemus,quòd cũ appellationis cauſam ex certa ſcientia iudicibus aliis committimus cognoſcendam, appellationem videmur recipere,ac iuriſdictionem priorum iudicum reuocare, vt interim executio ſententiæ ſuſpendatur, donec appellationis merita pleniùs fuerint diſcuſſa: quod idem ſentiunt Doct. ibidem per nos citati

Prædicta de auocatione tacita intelligũtur.

tati ad confirmationem huiuſmodi tacitæ auocationis, necnon in iuribus ibi ad id allegatis; ſiue ea etiam tacita auocationē quæ contingit ex eo, quòd ſuperior ipſe incœpit cauſam cognoſcere; Id quod ſentiunt Doct. ibidem pro eius comprobatione allegati; præſertim verò id in ſpecie, & expreſſim pluribus comprobat Lancell.d. cap. 10. num. 9. & 10. qui num. 11. hanc ampliationem declarat dupliciter: primò, vt † hæc tacita 21
auocatio operetur effectus ſuos ſolùm quoad ipſas partes litigantes, non quoad tertium, poſt Innoc.d. cap. cum M. in fin. cum tamen expreſſa auocatio etiam quoad tertium operetur ſecundùm Præpoſ. d.cap. vt noſtrum, quem ad id allegat Aufrer. d.deciſ. 480. ad medium verſic. dicit tamen Præpoſitus. Secundò quòd operetur effectum ſuum ſuſpenſiuum ſolùm quoad cauſam, quam ſuperior incipit cognoſcere, non autem quoad alias, Aufrer.d. Addit.ad deciſ. 480. verſic. & ideo etiam quilibet poſt Innoc. d.cap. cum M. & alios, duas alias ampliationes ſubiicit Lancellot. d. cap. 10. num. 13. & duobus ſeqq. quas vt parum ad rem noſtram facientes conſultò prætermittimus.

Auocatio cauſa an operetur attentata etiã quoad tertium.

Limitatur autem principalis noſtra concluſio primò, † niſi 22
in auocatione eſſet appoſita clauſula, quæ ſolet apponi (quatenus cauſa non ſit inſtructa) nam ſtante dicta clauſula, ſi tempore executæ citationis cum inhibitione vigore dictæ commiſſionis emanatæ cauſa eſſet inſtructa, iudex primus procedens non attentat, vt poſt Cap. par. 2. deciſ. 41. & Mohedan. deciſ. 75. ſub rubr. vt lit. pend. docet Lancell. d.cap. 10. num. 16. licèt in contrarium alleget deciſ. Put. 9. ſub rubr. vt lit.pend. & Archid. Craſſ. 61. ſub rubr. de commiſſ. quas intelligit Lancell. vbi primus iudex ſciens auocationem factam, ex arte & nimis feſtinanter cauſam inſtruxerit. Ipſa verò limitatio extenditur, vt † dicatur cauſa inſtructa licèt in inſtructione adeſſet aliqua 23
nullitas, puta quia termini eſſent malè ſeruati & poſt Creſcent. deciſ. 113. ſub rubr. de iud. & Mandoſ. tract. de inhibit. quæſt. 32. num. 4. tradit Lancell ſupr. num. 17. qui num. 18. eandem limitationem declarat poſt Creſcent. d. rubr. de iud. num. 18. vt ſi actor obtinuerit in curia committi cauſam cum iſta clauſula (& cum auocatione quatenus cauſa in partibus non ſit inſtructa) quamuis actor non probet, cauſam non fore inſtructam, nihilominus iuriſdictio tributa cenſetur; ſecus verò ſi non ſit di-

Auocatio cũ clauſula, quatenus cauſa non ſit inſtructa, quid operetur.

Cauſa inſtructa quãdo dicatur quoad auocationem.

ctum (cum opportuna auocatione,) ſed ſimpliciter petatur cauſam in partibus pendentem auocari. Inſtructa autem dicitur cauſa quando de ea liquet, liquet autem quando eſt concluſum in cauſa, vel poteſt concludi, vel renuntiatum probationibus. ita, vt poſſit pro vna parte ſententia ferri, vt poſt alios probat Lancellot. d. cap. 10. num. 19. & 20. quibus adde Veſtr. d. c. 9. num 9. & Mandoſ. d. quæſt. 32. num. 4. & duob. ſeqq. Subdit autem Veſtr. ibid quòd, quia ambiguus eſſet ſtatus cauſæ, ſi ſtante hac clauſula, quæſtio contingeret, an eſſet cauſa inſtructa, & diſſolutio plurimùm penderet à iudicis arbitrio, ideo inoleuit practica, vt loco dictæ clauſulæ dicatur, † coram priore iudice ad nonnullos actus fuiſſe proceſſum, citra tamen concluſionem in cauſa. cuius clauſulæ vtilitas eſſet, quòd impetrans per commiſſionem ſuam cauſam etiam inſtructam auocaret, & certiorem, ac vlteriorem exprimit cauſæ ſtatum: concluſio enim expreſsè fieri ſolet & ſequitur poſt probationes vtrinque factas, & per eam vlteriori probationi renunciamus, ad cap. cum dilectus, de fid. inſtrum. cap. 2. de reſtit. in integrum in 6. Clem. ſæpe, de re iud. traditque (inquit Veſtr.) Staphil. de litt. grat. & iud. fol. 161. omnium verò maximè ſalutaris eſt clauſula illa (quatenus cauſæ coram iudicibus pendeant indeciſæ) cum per eam non modò cauſa inſtructa auocetur, vt poſt Staphil. ſupr. fol. 172. verſ. è contra cauſa iam incœpta in partibus, monet Mandoſ. in d. form. commiſſ. cauſ. cum clauſ. auocator. verbo, pendeant indeciſæ, ad fin. verùm etiam, vbi concluſum ſit in cauſa, & ſic vſque ad ſententiam excluſiuè, vt de ſe patet, cum cauſa per ſententiam decidatur, & apertè conſtat ex text. in cap. paſtoralis, §. ſi verò, de cauſ. poſſeſſ. & propr. dicitur enim ibi, ſi verò renunciatum fuerit, vel concluſum, vt iam poſſit cauſa proprietatis definitiuæ ſententiæ calculo terminari, cum iis verbis, cauſa non deciſa poſſeſſorio non erit vtendum.

24 *Clauſularũ in auocatione cauſæ poſitarum vis.*

Limitatur nunc 2. principalis concluſio quoad tacitam auocationem per commiſſionem alteri ex certa ſcientia, quòd † valet proceſſus factus per iudicem reuocatum, donec excipiatur per partem, vt ex communi reſoluit Lancell. d. cap. 10. num. 9. in fine, pluribúſque relatis probat Fel. d. cap. ceterum, num. 11. de reſcript. num. autem 12. infert poſſe ſecundum impetratorem renunciare ſuo reſcripto num. 13. excommunicatio

25 *Proceſſus iudicis reuocati quandiu valeat.*

Digitized by Google

cationem inflictam ante præſentationem ſecũdi reſcripti † validam eſſe, num. 14. vt valeat proceſſus etiam poſt notam reuocationem, ſi cognito per primum iudicem, an ſua ſit iuriſdictio, pronunciauit ſe competentem, & pars non appellauit, num. 15. ſi partes procedant coram iudice reuocato. num. denique 16. infert po. 5. corollario quòd ſecundæ litteræ facientes quoque mentionem de primis reconualeſcant, ſi ſecundus impetrator iis non vtatur, dicens id eſſe de mente omnium Doct. d. cap. ceterum, dum volunt, quòd primæ non corruant, niſi per vſum ſecundarum. 26

Excommunicatio lata ante præſẽtationẽ ſecũdi reſcripti valet.

Limita 3. eandem princip. concluſ. † in proceſſu poſt auocationem cauſæ à primo iudice, facto per iudicem ſubdelegatum ab eodem primo iudice ante auocationem. Proceſſus enim huiuſmodi à ſubdelegato tunc factus etiam poſt talem auocationem à delegato per Principem factam eſt validus, vt tradidit Lancellot. ſupr. num. 36. dicens, ita fuiſſe dictum in vna ſalmantina canonicatus coram Baren. vt eſt deciſ. 77. in recollect. Guidob. ſub rubr. de iud. 27

Proceſſus ſubdelegati an valeat, auocata per Principẽ à delegato cauſa.

Limita 4. vt non procedat, † ſi iudex ex noua cauſa poſt auocationem intromittat ſe in negotio ſpecialem alteri delegato, quia ex noua cauſa, puta ad tollenda ſcandala, poteſt ſe intromittere, vt poſt Abb. in cap. ſtuduiſti, de offic. leg. tradit Mandell. Alb. conſ. 78. in princ. lib. 1. quem refert, ac ſequitur Lancellot. ſupr. num. 37. quod tamen intelligerem verum, vbi eſſet periculum in mora, ſi adiretur ſecundus iudex. 28

Iudex reuocatus an ex noua cauſa poſſit ſe in negotio alteri commiſſo intromittere.

Limita 5. & poſtremò vbi prædicta auocatio aliqua ex cauſa eſſet nulla, ita Lancellot. ſupr. num. 38. qui etiam ibi aliam limitationem addit, ſicut ſub num. 21. aliam ponit, quam latiùs proſequitur vſque ad num. 35. ſed illam quidem libenter omittimus, quia parum ad rem noſtram conducere videtur; de hac verò, quia latiori explicatione indiget, propriam concluſionem, ſequentem nimirum conſtituemus.

Secunda concluſio. Proceſſus per Conſeruatorem à quo cauſa eſt auocata, † ante notitiam auocationis factus eſt validus. Ita enim generaliter de geſtis per iudicem, à quo cauſa eſt auocata, quicquid voluerit Gemin. conſ. 47. tradit in ſpecie Mandoſ. d. form. commiſſ. auocator. in fine, ac Lancellot. d. cap. 10. num. 21. & 25. & expreſsè ſentiunt plerique quos refert ac ſequitur Couar. d. cap. 9. pract. quæſt. num. 7. verſ. igitur, 29

Proceſſus iudicis ante notitiã auocationis validus, &

ex prædictis aſſerentes auocationem etiam motu proprio factam non auferre iuriſdictionem donec ea ignoretur. idem quoque probatur ex iis, quæ ad prædictam regulam confirmandam quoad tacitam auocationem affert Fel. d. cap. cæterum, num. 11. & quinque ſeqq. de reſcript. & quoad auocationem generatim adducit Couar. d. cap. 9. nu. 7. concl. 2. Thom. Sanchez de matrim. lib. 3. diſp. 22. num. 58. & ſeq. & diſput. 30. num. 11. 12. 13. ac præterea Lancellot. d. cap. 10. num. 22. cum duobus ſeqq. qui quidem ex Franc. in cap. ſuper eo, il 2. de appell. per text. in cap. audita, de reſt. ſpol. prædictam regulam extendit † vbi etiam in ſecundis litteris eſſet clauſula, quòd deberet reuocari quicquid à tempore datæ ſecundarum litterarum fuerit innouatum. de quo tamen & quidem non immerito ait Lancell. videri ſubſiſtendum per ea, quę ſtatim ipſe affert num. ſeq. & nos quoque paulò poſt de decreto irritante, & limit. vlt. princip. huius concluſ. in ſpecie d. clauſulæ dicemus; maximè quia ex d. cap. audita, non ſatis elicitur hæc ampliatio; ſolùm enim, quod ad hanc rem attinet, ibi dicitur, quòd vbi mandatum fuiſſet in poſterioribus litteris, vt reuocetur quicquid immutatum fuiſſet poſt diſceſſum impetrantis à priori iudice intelligendum eſt de immutatione præſumptiua, & violenta, non autem vigore priorum litterarum, quarum auocatione quicquid actum fuit per iudicem ante præſentationem poſteriorum, mandat Pontifex obſeruari. vnde nõ poteſt ex eo text. colligi prædicta ampliatio; ſed potiùs altera, quam elicit Fel. d. cap. ceterum, nu. 17. vt nimirum † ſi primi iudices ſciant reuocationem aliunde, quàm per partis exceptionem, valeat proceſſus; quam etiam firmat Abb. d. cap. audita, col. pen. & tenet Innoc. Card. & alij d. cap. cæterum, ſic intelligentes cap. 2. quod eſt ſanè il 1. de off. deleg. verbo, innotuerit. Ampliatur præterea quòd † vbi facta ſit auocatio ad inſtantiam partis, quamuis iudex habeat notitiam auocationis, tamen poteſt validè procedere quouſque pars vſa non fuit auocatione, cum habeat hæc auocatio eam tacitam conditionem, ſi is, qui illam obtinuit, voluerit ea vti. ita poſt alios Lancell. d. cap. 10. num. num. 34. atque ex communi reſoluit Rip. d. cap. cum M. num. 196. de conſtitut. Couar. d. cap. 9. num. 9. in princ. licèt contrarium alij teneant, quos refert Couar. ibid. & receptum in curia Romana teſtetur Barbat. d. cap. cum M. & ibi Rip. dict. num. 196.

30 Quid, ſi litteris auocatorijs contineatur vt reuocetur innouatum poſt earum datam: aut

31 Iudex primus auocationẽ ſcierit aliàs quàm per partis exceptionẽ.

32 Quid ſi pars auocatione non vtatur.

Digitized by Google

196. Amplia denique vt in omnibus reſtrictionibus maximè 2. ſeq. limitat.

Limitatur nunc primò eadem concluſio † vbi in auocatione adſit decretum irritans, tunc enim etiam ſi iudex vel pars ignoret auoca ionem, tamen ab eo geſta inualida erunt. ita in ſpecie docet Mandoſ. in d. form. commiſſ. auocator. in fin. Lancell. d. cap. 10. num. 27. & Couar. d. cap. 9. num. 7. qui ad id allegat Abb. & Imol. d. cap. cæterum, & ibi Fel num. 19. Dec nu. 6. de reſcript. Rip. d. cap cum M. num. 196. Abb. in cap. audita, de reſt. ſpol. Gemin. in cap. 1. §. ex parte, de conceſſ. præbend. in 6. probant autem id omnes prædicti, quoniam clauſula decreti irritantis ligat etiam ignorantes vt eſt opt. text. in cap. 1. §. adiiciebatur, de conceſſ. præbend. in 6. cap. dudum, §. conſiderantes, & cap. quodam, quod eſt pen. de præbend. in 6. gloſ. recepta d. cap. 1. verbo, referri, & cap. ſi eo tempore, verbo, ignoranter, de elect. in 6. cum aliis adductis per Lancell. Mandoſ. & Couar. ſupr. necnon per Ant. Gabr. comm. concl. lib. 6. tit. de clauſul. concl. 3. num. 1. 33 *Proceſſus Conſer. ante notitiā auocationis inualidus per decretum irritans.*

Extenditur autem † hæc limitatio à Couar. ſupr. ex Abb. Imol. Fel. Dec. Rip. & Gemin. in præd. locis ab eo cit. vt procedat ſiue clauſula iſta decreti irritantis fuerit appoſita motu proprio ſiue ad partis inſtantiam extendi poteſt 2. quamuis in decreto irritanti non ſint illā verba, ſcienter vel ignoranter, ex traditis per Gabr. d. concl. 3. num. 2. 34 *Quid ſi decretum illud appoſitū ſit ad partis inſtantiam:*

Præterea etiam † vbi diſpoſitio fieret ab ignorante in fauorem ignorantis, vt per text. in d. cap. quodam, & ibi Franc. ampliat Gabr. d. concl. 3. num. 6. qui nu. 3. & duob. ſeqq. alias duas ampliationes affert ad prædictum effectum decreti irritantis, quæ quia noſtræ ſpeciei deſeruire non poſſunt, conſultò à nobis prætermittuntur. 35 *Aut actus fieret ab ignorāte pro ignorante.*

Reſtringitur autem primò † vbi decretum irritans appoſitum fuerit ab inferiore auocante cauſam, vt in hac ſpecie voluit Lancell. d. cap. 10. num. 30. quoniam, inquit, hoc non ligat ignorantes ex deciſ. Rot. Roman. quæ in recollect. Sarnen. eſt 6. vbi in fine de prædicta magis communi Doct. ſententia teſtatur, quod etiam patet ex relatis per Gabr. dict. concluſ. 3. num. 9. 10. & 11. licèt dict. num. 11. referat Soc. conſ. 112. vol. 3. de communi contraria teſtantem & Card. Clem. 1. not. 6. de conceſſ. præb. aſſerentem contrarium communiter teneri. 36 *Decretū irritās appoſitū ab inferiore auocāte an liget ignorantes.*

Reſtrin

Digitized by Google

37 *Quid, ſi quis renunciauit auocationi.* Reſtringit 2. Couar. d. num. 7. † vbi is, cuius cauſa, & in cuius fauorem cauſæ auocatiò fit, ea nolit vti, aut eidem renunciauerit; tunc enim valet quod à iudice factum fuerit non obſtante decreto, ex Gemin d. §. ex parte, col. pen. quem inquit ſequi videtur Fel. & Dec. d. cap. ceterum; & eorum opinio ſatis comprobatur ex iis, quæ ipſe tradidit in relect. cap. quamuis pactum 2. par. §. 2. num. 6. de pactis lib. 6. vbi probare conatus
38 *Decreto irritanti an poſſit quis renunciare.* eſt † poſſe quem renunciare his, quæ in eius fauorem inducta ſunt, licèt iis acceſſerit Principis decretum, quo acta in contrarium irrita decernuntur; quod etiam plerique tenuerunt, quos in id refert Gabr. d. concluſ. 3. num. 23. & ſeq. vbi inter alios allegat Caſſad. deciſ. 12. de regul. cancell. ſub num. 7. aſſerentem, ita communiter teneri; & alij, quos nos retulimus cap. 7. quæſt. 8. concluſ. 3. quibus nunc addo Mandoſ. ad reg. 7. Cancellar. quæſt. 4. num. 6. & reg. 31. quæſt. 11. num. 2. vbi alios refert. quamuis contrarium alij quamplurimi voluerint, quos ibidem recenſuimus poſt Gabr. ſupr. num. 18. cum ſeq. & alios. Quas inter ſe diſſidentes opiniones illius inter cœteras diſtinctionis fœdere conciliauimus, quòd affirmans, poſſe renunciari, procedat vbi diſpoſitio habens clauſulam decreti ſit ſaltem principaliter inducta in priuatum fauorem, & commodum; negans verò locum habeat vbi eadem diſpoſitio vel magis, vel ſaltem æquè principaliter in fauorem publicum ſit introducta. quæ diſtinctio, ſicut præter allegatos d. concluſ. 3. probatur etiam ſatis apertè à Mandoſ. vbi ſupr. ſic maximè fauet præſenti 2. reſtrictioni primæ huius limitat. quam habemus præ manibus. Cui etiam reſtrictioni adſtipulatur opinio eorum, qui dixe-
39 *Quid, ſi decretũ ſit appoſitum reſcripto.* runt, † decretó irritanti appoſito in reſcripto poſſe renuntiari, relati à Gabr. d. concluſ. 3. num. 32. nimirum Petr. Anchar. in cap. ſtatutum, de præbend. in 6. Io. Selu. tract. de benef. par. princ. quæſt. 9. & 48. Aret in l. nemo poteſt, col. 3. cum ſeq. & ibi Claud. col. 4. ff. de leg. 1. Hæc autem ipſa reſtrictio huius limitationis, cum procedat data ſcientia, potiùs erit ampliatio ad ipſam principalem concl. quam ad hanc primam eiuſdem concluſ. limitationem coarctandam. quamuis ad hoc quoque per-
40 *Decretũ irritãs an liget ignorãtes quoad pœnam.* tinere dici poſſit, quatenus fingi poteſt ſcientia in parte, non in iudice.

Omnino verò poteſt eadẽ prima limit. reſtringi tertiò quoad pœnam. nam † quoad eam decretum irritans non ligat igno

ignorantes, vt poſt alios docet Mandoſ.d.reg.7.quæſt. 4 num. 7. loquens etiam de cenſuris, pluribúſque relatis comprobat Gabr.d.concl.3. num.8. & in hac ſpecie ſenſit Fel.d.cap. ceterum, num.18.& 19. Reſtringi etiam poteſt 4. vt contrauentio decreto irritanti ab ignorante facta ſit excuſabilior, ita,vt † de poſſeſſione capta contra tale decretum ſit facienda mentio, vt poſt alios docet Gabr. ſupr. num. 13. qui num. 14. aliam affert reſtrictionem, quæ à ſimili ſatis adaptari poſſet noſtræ ſpeciei, vbi nimirum decretum non ſit appoſitum ſuper certa re, † vt voluit gloſ.d.cap.1. verbo, valebat,& verbo, referri, atque alij relati per Gabr. d.num.14. qui num.15. cum duob. ſeqq.id tripliciter extendit tribus aliis relatis exemplis. Huic affinis eſt reſtrictio, quæ colligitur ex gloſ.ab aliis approbata dict.verbo, valebat, & verbo, referri, vt prædicta regula, quòd decretum irritans ligat ignorantes, non procedat, † vbi diſpoſitio, cui adiicitur, non ſit abſoluta, ſed quodammodo conditionalis, ſeu ſub modo, expectans nimirum alium actum faciendum, puta acceptationem; etenim ſuum effectum non ſortitur decretum, niſi adueniente tali actu, ſeu conditione.

41 *Quid, quo ad poſſeſſionem captam ab huiuſmodi ignoráte.*

42 *Quid ſi appoſitum ſit ſuper re non certa: aut*

43 *in diſpoſitione conditionali.*

Limitatur nunc ſecundò principaliter noſtra hæc ſecunda concluſio ſecundùm aliquorum opinionem, † vt proceſſus Conſeruatoris ante notitiam auocationis factus ſit inualidus, vbi facta ſit auocatio motu proprio. ita enim generatim in iudice voluerunt Imol. d. cap. cæterum, & cap. cum contingat, poſt Innoc. ibi,de reſcript. Abb.d.cap. cum M. col.fin. de conſtit. Franc.d.cap.vt noſtrum, num.8.de appell. Gemin. d.conſ. 47. & Steph.Aufr. in addit.ad Capell.Tholoſ.deciſ.480.verſic. auocatio, poſt Innoc.in cap.1.vt lit pend. Achil. Graſſ. deciſ.7. alias 64. ſub tit.de commiſſ. Mandoſ.d.form.comm.auocator. in fin. ac ſentit Lancellot. d. cap. 10. num. 30. qui etiam hanc magis communem aſſerunt, de qua teſtatur quoque Villalob. in collect.commun.opin. litt A. num.158. & ſeqq. verſic. auocatio cauſæ, alios quoque pro hac ſententia refert Gabr. d. tit. de clauſul. concluſ.2.num.78.licèt ibidem pro contraria nonnullos referat. quam contrariam etiam præter Innoc.Barbat.& Butr.relatos ab Aufrer.ſupr. tenuerunt idem Abb. & Dec. d. c. cæterum, & ibi Fel.num.18. idem Innoc.in d. cap.1. quod incipit, quia cunctis, de conceſſ.præb. in 6. Præpoſ.d.cap. vt noſtrum, col.vlt.& Petr.Rebuf. d. tract. de auocat. quæſt. 3. quos

44 *Proceſſus Conſer. ante notit. auoc. motu proprio facta an valeat.*

refert ac ſequitur Couar.d. cap.9. num.7. verſic. ſecunda concluſio; qui id comprobat, tum ex eo, quòd nullibi in iure tantus huius motus proprij effectus probetur; tum ex l.ſi fortè, ff. de offic.Præſid.l.hæc autem, §.non defendit, ff. quibus ex cauſis in poſſeſſ. eat. tum aliis, quæ apud eum videri poſſunt. Ex quibus hæc poſterior ſententia probabilior redditur; quamuis vtraque opinio diſtinctionis fœdere conciliari poſſe videatur, ſiue eius,quam affert Fel.d.num.18. vt prior procedat quando res eſt integra, poſterior verò quando primæ litteræ iam dediſſent cauſam proceſſui; ſiue eius,quam poſt Dec.d.cap.cum M col.fin. de conſtitut. affert Gabr.dict. concluſ.3. num.80.vt prior procedat in expreſſa reuocatione, poſterior in tacita.

45 *Quid, ſi auocationis notitiã habeat Conſer. ſine intimatione: aut*

Reſtringi autem omnino debet poſterior ſententia † vbi reuocatio iuriſdictionis, ſeu cauſæ auocatio fiat motu proprio, cuius ſcientiam iudex aliquo modo habeat; neque enim tunc neceſſaria eſt reuocationis ſolemnis præſentatio. ita poſt Butr. & Abb.d cap.cæterum, & ibi Fel. num.18.& Dec.num.7. tradit Couar. d. cap. 7. num. 8. verſic. tertia concluſio ſic intelligens d.verſic.ſecunda concluſio Rip. dum d. cap. cum M. poſt num. 196. aſſerit communem eſſe Doct. ſententiam, proceſſum ab ignorante factum poſt auocationem cauſæ nullum eſſe.

46 *Auocatio fiat ob delictum.*

Reſtringenda præterea eſt † vbi auocatio cauſæ motu proprio fiat ob delictum; tunc enim omnino operatur effectum ſuum etiam ante notitiam, vt ex d.cap.1. §.adiiciebatur, de conceſſ. præbend.in 6. poſt Fel.d.cap.cæterum, num.24.& alios, tradit Couar. d. num. 7. verſ.igitur ex prædictis. Fel. tamen non loquitur de auocatione motu proprio facta. Vnde ex eius ſententia, & illorum, quos allegat, poſſet ex hac reſtrictione conſtitui tertia limitatio principalis ad 2. hanc principalem concluſ.vt nimirum reuocatio iuriſdictionis facta ob delictum iudicis operetur effectum ſuum ante notitiam.

47 *Proceſſus Conſer. ante notit. reuocationis à data reſcripti nullus, &*

Limitatur nunc quartò hæc ipſa principalis concluſio, † vbi nemini noceret imitatio proceſſus iudicis reuocati; nam tunc imitatio proceſſus operatur effectum ſuum à die datæ ſecundi reſcripti ante eius notitiam, vt poſt Abb. & Innoc. docet ſatiſque probat Fel.d.c.cæterum,num.20.

48 *Quid, quo ad tertios.*

Limitatur quintò, quòd licèt quoad partes reſcriptum ſecundum non operetur effectum ſuum ante præſentationem,& ſic ante notitiam; tamen † quoad proceſſum factum contra tertios

tertios

Digitized by Google

tertios trahitur retro eius virtus, & reddit eum nullum à die datæ. ita per text. in cap. ex litteris, de offic. deleg. & ibi Innoc. Butr. Imol. & Abb. d. cap. cæterum, tradit ibid. Fel. nu. 21. communem aſſerens hac in re Doct. opinionem.

Limitatur denique, vt non procedat hæc ſecunda concluſio † quando reuocatur non ſolùm iuriſdictio, ſed etiam quicquid eſt actum per ipſum; nam ſtandum tunc eſt mandato Papæ, ex quo reuocat omnia ſiue iuſtè, ſiue iniuſtè attentata, vt poſt Abb. d. cap. audita, col. vlt. de reſtit. ſpol. atque ex gloſ. in Clem. 1. verbo. pro infectis, de immun. Eccleſ. & aliis tradit Fel. d. cap. cæterum, num. 25. vbi id temperat † dummodo verba reuocatoria geſtorum ſint clara, ſecus ſi ambigua vt quia mandatur reuocari quod à certo tempore eſt immutatum, quia tunc intelligitur de mutatione iniuſta, non autem de attentatis legitimè, per text in d. cap. audita.

49 *Quid, ſi Papa reuocet innouatum poſtea,*

50 *per verba clara.*

Tertia concluſio. Legatus etiam de latere, aut alius inferior, à quo Conſeruator iuriſdictionem ſuam non agnoſcit, † non poteſt ab eodem cauſam auocare. Probatur tum ex eo, quod ſupr. hac ipſa quæſt. præmiſſ. 3. illat. vlt. docuimus etiam Legatum de latere non poſſe auocare cauſam à delegato, præcipuè ex cap. ſtuduiſti, de off. leg. vbi habetur, Legatum non poſſe ſe intromittere in cauſa alteri ſpecialiter à ſede Apoſtolica delegata; ex quo text. præter pleroſque Doct. ibi alij quoque Doct. quos retulimus cap. 8. concl. 2. tradiderunt delegatum hunc maiorem eſſe Legato etiam de latere in cauſa ſibi delegata. tum ex eo, quod poſt Bal. & Ang. in l. iudicium ſoluitur, docet inter cæteros Dec. d. cap. vt noſtrum, num. 1. de appell. quem refert etiam ac ſequitur Lancellot. d. 2. par. tract. de attent. cap. 10. num. 39. vt is ſuperior, qui auocare cauſam vult, debeat eſſe ſuperior in eadem ſpecie iuriſdictionis eius, à quo cauſa eſt auocanda. Tum denique ex eo, quod poſt Curt. iun. conſ. 2. Caſſan. in conſuet Burgund. rubr. 1. §. 4. verſic. fui interrogatus, docet Couar. d. libr. pract. quæſt. cap. 9. num. 2. † Metropolitanum non poſſe auocare cauſam ab aliquo Epiſcopo ſuorum ſuffraganeorum, ob eam præcipuè rationem quòd † Archiepiſcopus non habet poteſtatem in ſubditos ſuorum ſuffraganeorum, niſi vel per appellationem ad eum interpoſitam cap. 1. de off. leg. cap. paſtoralis, in princ. de offic. ord. cap. 1. de for. compet. in 6. cap. Romana, de appell. & cap.

51 *Auocare cauſã à Cõſeruat. quis nequeat.*

52 *An Metropolitanus ab Epiſcopo?*

53 *Archiepiſc. quã poteſtatẽ habeat in ſuffraganeos.*

Digitized by Google

venerabilibus, de ſent. excom. eod. lib. vel in actu viſitationis cap. 1. & fin. de cenſ. in 6. vel in aliis caſibus à iure expreſſis de quibus in prædictis iuribus præſertim cap. 1. cap. paſtoralis, & cap. Romana, & ibi per gloſ. & Doct. quos colligit, & latiùs eſt proſecutus inter alios Stephan. Quarant. in ſua ſumm. Bullar. verbo, Archiepiſcopi auctoritas, & Lancellot. Conrad. in templ. omn. iudic. lib. 2. cap. 4. num. 21. Extra caſus verò in iure expreſſos nullam habet Archiepiſcopus auctoritatem in ſubditos ſuorum ſuffraganeorum, vt plerique tradiderunt quos refert Quarant. ſupr. num. 10. & 12. ac ſequitur Iacob. Sbroz. tract. de off. Vicar. lib. 2. quæſt. 59. & lib. 3. quæſt. 57. ferè per tot. & Reuerendiſſimus D. Anaſtaſ. Germon. in tract. de ſacrorum immunitat. lib. 3. cap. 7. num 47. Melior autem videtur illa ratio, quam innuit idem Couar. d. cap. 9. num. 1. quoniam poteſt dumtaxat ab eo cauſam auocare cui iuriſdictionem tribuit; Epiſcopus verò ſuffraganeus non agnoſcit iuriſdictionem ſuam à Metropolitano neque à Legato de latere, ſed à ſolo Papa, quod multò magis dicendum eſt de Apoſtolico delegato, qui vices Papæ gerit, cap. ſanè, il 2. de off. deleg. cum ſimil. atque adeo etiam de Conſeruatore, quem delegatum eſſe Apoſtolicum. patet ex d. cap. 1. & fin. de off. deleg. in 6. cum ſub hac rubr. de off. deleg. ponatur, quod ibi gloſ. & Doct. communiter adnotarunt, & nos latiùs oſtendimus ſupr. cap. 1. quæſt. 2. & cap. 8. quæſt. 1 concl. 2. & quo cap 8 quæſt 8. ſuppoſ. 3 docuimus etiam regulàriter à delegato Apoſtolico ad Apoſtolicum Conſeruatorem iure poſſe ſumi argumentum.

54 *Legatus à latere an poſſit auocare cauſam à Conſer. etiã tacitè.*

Ampliatur verò hæc concluſio, vt procedat † non ſolùm in expreſſa cauſarum auocatione, ſed etiam in tacita, quæ reſultat ex eo, quòd Princeps cœpit de ea cauſa cognoſcere, iuxta ea, quæ ſupr. hac eadem quæſt. 3. loco præmiſimus. Nam etiam hoc modo nequit Legatus de latere cauſam auocare à Conſeruatore, tum propter generalem diſpoſitionem d. cap. ſtuduiſti, de off. leg. quòd nequit Legatus de latere ſe intromittere in cauſa ſpecialiter demandata Apoſtolico delegato; tum per id, quod tradit Lancellot. d. cap. 10. num. 9. poſt Hier. Gigant. tract. de penſ. Eccleſ. quæſt. 69. in princ. & num. 4. non poſſe Legatum quoque de latere in hoc caſu ſe intromittere in cauſa inferioris iudicis. quod tamen intelligendum eſt excepta cauſa ab ipſo Legato, vel alio inferiore delegata per ea quæ in ſimili reſolue

ſoluemus concluſ. quæ mox ſequitur.

Quarta, & poſtrema concluſio. Poteſt Conſeruator Apoſtolicus qui alteri vices ſuas ſubdelegauit donec eos ad ſe duxerit reuocandas, † auocare ab huiuſmodi Subconſeruatore cauſam, ſeu vices ſuas ei ſubdelegatas. Patet, id enim omnino debet operari illa clauſula (donec vices ſuas duxerit reuocandas,) quam approbat text. in cap. ſi delegatus, de offic. deleg. in 6. vbi etiam habetur, poſſe tunc delegantem re integra reuocare vices ſuas ante quemlibet actum ſaltem, qui diuidi nequeat, à ſubdelegato faciendũ; dicitur enim ibi; nam talis commiſſio (hoc eſt cum d. clauſula) per quam cenſetur etiam ſententiæ prolatio (niſi antea fuerit reuocata) committi, &c. Probatur etiam ex l. iudicium ſoluitur, ff. de iud. vbi Paulus I. C. ait, ſolui iudicium vetante eo, qui iudicare iuſſerit, vel maius imperium in eadem iuriſdictione habet; per quem text. præter Doct. ibi Couar. d. cap. 9. num. 1. docet eum, qui liberè iuſſit iudicare, & cui liberum fuit cauſæ cognitionem huic, vel illi committere, & iuriſdictionem dare, poſſet eandem reuocare, & quocunque in ſtatu cauetur prohibere, ne iudex ab eo datus de cauſa illa cognoſcat. Et hæc eſſe poteſt prima ampliatio ad hanc concluſ. quæ ampliatur 2. vt procedat, † quamuis non adſit prædicta clauſula, (donec vices ſuas duxerit à ſe reuocandas,) vt probant ea, quæ modò adduximus, præſertim text. d. cap. iudicium ſoluitur, quæque mox adducemus. Hæc autem ampliatio extenditur, vt locum habeat etiam ſi ſubdelegatio facta ſit in totum, dummodò reuocetur iuriſdictio à ſubdelegato, antequam is eadem iuriſdictione vti cœperit, vt expreſsè diſponitur in cap. quamuis, de offic. deleg. in 6. dicitur enim ibi, quamuis alicui vices tũas in cauſa tibi à ſede Apoſtolica delegata in totum commiſiſſe noſcaris, ſi tamen antequam ille iuriſdictione vſus fuerit, commiſſio huiuſmodi per ſe reuocetur ab ipſo, vel eum rebus eximi contingat humanis, cauſam ipſam reſumere poteris, cum iuriſdictio, ex quo ipſa vſus non extitit, non cenſeatur in eum efficaciter tranſiuiſſe; & hoc ibi adnotauit gloſ. communiter recepta, & ante hunc textum tenuerat etiam Hoſt. in ſumm. rubr. de offic. iudic. deleg. §. quæ delegari poſſunt poſt medium, dum ait, quòd ſi delegatus nihil retinuerit, & ſubdelegatus ab eo iuriſdictione vti cœperit reuocare non poteſt.

55 *Conſeruator qui ſubdelegauit cum clauſula,* donec vices, *&c. an queat reuocare cauſam ante omnem actum.*

56 *Quid, ſi ſine dicta clauſula vices reuocentur, priuſquã vſus ſit iuriſdictione.*

Digitized by Google

57 *Iuriſdictione Conſeru. vti cepiſſe cenſetur per citationem.*

Dicitur autẽ ſubdelegatus † cœpiſſe vti iuriſdictione etiam per ſolam citationem vt gloſ. docet d. cap. quamuis, verbo, vſus fuerit, & d. cap. ſi delegatus, verbo, vti cœperit, quam cæteri ſequuntur. Sicque ſimul habemus limitationem, ſeu reſtrictionem ad prædictam extenſionem; nam ſi ſubdelegatus in totum vti cœperit iuriſdictione ante reuocationem, † non valebit prædicta reuocatio, niſi tamen adſit prædicta clauſula donec vices ſuas duxerit ad ſe auocandas; tunc enim puto quòd in actu quidem indiuiſibili, vt eſt probatio ſententiæ, reuocatio fieri nequeat, niſi re integra per text. paulò ante ad id allegatum d. cap. ſi ſubdelegatus, dum ibi dicitur, quòd per commiſſionem cum d clauſula, donec vices, &c. cenſetur etiam ſententiæ prolatio committi, ita, vt poſſit à ſubdelegato ſententia proferri, niſi huiuſmodi commiſſio antea fuerit reuocata; in actu verò ſubdelegati, qui reciperet diuiſionem, prout eſt examen teſtium, & ſimilia, & ſi ea pars examinis, quæ facta fuerit poſt reuocationem, non valebit, atque in reuocatione contineri poterit, aut debebit propter eandem rationem text. pars nihilominus illa remanebit valida, quæ ante reuocationem facta fuit, per text. d. cap. quamuis à contrario ſenſu totius illius diſpoſitionis ſimul ſumptæ; quoniam ibi loquitur Pontifex de ſubdelegatione facta in totum; at verò ſubdelegatio cum d. clauſula, donec, &c. licèt non ſit determinata ad aliquos actus, atque adeo videatur in totum, tamen verè vel non dicitur facta in totum, cum ſit facta reſeruatio iuris reuocandi vices ſuas; vel certè comparatur ſubdelegationi factæ non in totum, ſeu eius, in qua quis reſeruat ſibi aliquid de iuriſdictione, vt conſtat ex d. cap. ſi delegatus, verſic. ad eum quoque, cum ibi adnot.

58 *Subdelegatus in totum ſi vti cœpit iuriſd. ante reuoc. an valeat reuocatio.*

59 *Proceſſus delegati quãdo nullus.*

Denique quod diximus de nullitate geſtorum à ſubdelegato poſt hanc reuocationem, † intelligendum regulariter exiſtimo, dummodo ſubdelegatus reuocationem huiuſmodi notam habeat, per ea, quæ de reuocatione iuriſdictionis delegati, ſeu auocatione cauſæ ab eo facta, & poſtea ab eodem geſtis, diximus ſupr hac ead. quæſt. concl. 2.

Quòd ſi quis plura cupiat de vniuerſa hac materia auocationis cauſæ ſeu reuocationis iuriſdictionis præter Doct. d. l. iudicium ſoluitur ff. de iud. d. cap. vt noſtrum de appell. d. cap. Eccleſia S. Mariæ il 2. vt lit. pend. d. c. audita, de reſtit. Spol. cap. cæterum & cap. ad audientiam il 2. de reſcript. Couar. d. cap. 9.

Lan

Digitized by Google

Lancellot. d. cap. 10. veſtr. d. lib. 3. cap. 9. conſulat etiam Doct. cap. ſuper litteris, de reſcript. cap. ex litteris, de offic. deleg. c. paſtoralis §. præterea, eod. tit. & Io. Bapt. Marcheſan. de commiſſ. & reſcript. par. 1. commiſſ. 2. per totum. Quatenus verò facultas Conſeruatoris cōceſſa ſit per viam priuilegij, per quod detur facultas eligendi Conſeruatorem, quando ceſſet per reuocationem à Principe factam, aliquid dicemus remiſſiuè infra quæſt. 9. ſtatim in princip. & generatim † quando vitietur impetratio huiuſcemodi reſcripti, vel priuilegij propter ſubreptionem, vel obreptionem, præter Doct. cap. 1. c. cæterum, & cap. ſuper litteris, de reſcript. videri poteſt Sanchez tractat. de Matrim. lib. 8. diſput. 21. Nunc autem alias huius capit. quæſt. proſequamur. 60 *Priuilegiū Conſeruatorium quādo vitietur.*

QVÆRO *ſecundo, an & quando per mortem, vel naturalem, vel ciuilem concedentis expiret iuriſdictio, ſeu officium Conſeruatoris etiam quoad negotia cœpta.*

Pro faciliori tam huius, quàm ſequentium quatuor quęſtionum intellectu, ac reſolutione quædam præmittenda cenſui.

Præmitto igitur primò † mortem duplicem eſſe, aliam naturalem, aliam ciuilem: quam diſtinctionem Doct. paſſim agnouerunt, præſertim in l. 2. ff. de publ. iudic. cap. placuit, 16. quæſt. 1. cap. licet, de off. deleg. & cap. ſuſceptum de reſcript. in 6. atque aliis locis mox allegandis. Ciuilis, (vt de naturali taceam, quam quotidie in aliis videmus, & aliquando in nobis quoque experiemur, atque vtinam cum æterna ſalute, ac vita commutemus) propriè, ac ſtrictè † non niſi de ea intelligitur, qua vel ciuitas ſimul cum libertate, & maxima capitis diminutio; vel ſola ciuitas amittitur, & minor, ſeu media capitis diminutio nuncupatur, l. 2. in princip. l. amiſſione in princ. & §. 1. l. tutelas §. ſi libertate & §. item cum ciuitas qui eſt fin. & l. vlt. ff. de capit. diminut. l. 1. §. capitis, ff. ad Tertull. nec non Inſtit. eod. tit. §. 1. & duobus ſeqq. cum ſimil. Definitur autem † capitis diminutio, (prout etiam minimam comprehendit, cuius poſtea mentionem faciemus,) à Caio Iuriſconſulto in l. 1. ff. eod. prioris ſtatus permutatio, & ab Imperatore Iuſtin. Inſt. eod. in princ. prioris ſtatus commutatio. Prædictam vero maximam, & mediam capitis diminutionem dumtaxat nomine ciuilis mortis propriè & ſtrictè comprehendi, præterquā quòd nomen ipſum ciuilis mortis indicat, quaſi per eam quis ciuitatem amittat, apertè

61 *Mors quotuplex.*

62 *Mors ciuilis ſtrictè accepta duplex.*

63 *Capitis diminutio quid ſit, & quotuplex.*

Digitized by Google

apertè ſentit etiam Farinac. quæſt. 19. crimin. num. 1. & de deportatione eſt text. in l. 1. §. pen. ff. de bon. poſſ. contra tab. & §. cum autem Inſtit. quib. mod. ius patr. poteſt. ſolu. vbi gloſſ. id adnotauit, allegantes etiam ad idem text. in l. actione, §. publicatione, & l. verum §. ſocietas, ff. pro ſoc. & de ſeruitute ſuperueniente eſt text. in §. ſi vero, il. 1. Auth. de nupt. coll. 4. ibi, poſtea verò apparens ſeruitus ſeparat eos ab inuicem tanquam morte ſecuta quoniam præcedentes nos dicunt, ſuperuenientem ſeruitutem non procul à morte differre. Sanè antiquitus ciuiliter moriebatur maxima capitis diminutione quicumque

64 ſeruus fiebat pœnæ † atrocitate ſententiæ, vt dicitur in §. quod autem prius Auth. de nupt. & apertè diſponitur Inſtit. de cap. dimin. §. maxima; quique imponebat titulum, aut vela regia rebus ab alio iuſtè poſſeſſis, vel iniuſtè, vt in l. 2. vt C. nemo priuat. nam hic deportabatur, vt ibid. dicitur, hoc eſt in metallum, vt ibi gloſſ. in verbo libertate, exponit, per deportationem enim, ſeu damnationem ad metallum amittit quis ciuitatem ſimul, & libertatem, vnde ſeruus pœnæ efficitur, vt dicitur in §. cum autem, & § pœnæ, Inſtit. quibus mod. ius patr. pot. ſol. l. aut damnum, §. eſt pœna, & l. quidam, ff. de pœn. ſicut & qui beſtiis ſubiiciuntur ſeu ad beſtias damnantur d. §. pœnæ necnon d. l. aut damnum, §. quicumque in ludum, & §. ſeruos & l. qui vltimo, ff. de pœn. & omnes qui vltimo ſupplicio damnantur; vt d. §. qui vltimo, quod idem dicendum de iis, qui ad ſalinas damnantur, per d. l. aut damnum, §. in miniſterium, idem de iis, qui damnantur vt cretam, aut allumen effodiant, Alciat. lib. 1. parerg. iur. cap. 39. quive in calcariam, vel ſulphuriam, ibid. §. in calcariam. ad hoc tamen, vt aliquis deportatus, ſeu damnatus ad metalla, & ſalinas, ac ſimilia ſeruus pœnæ efficiatur, atque adeo libertatem ſimul cum ciuitate amittat, debet talis deportatio, ſeu damnatio fieri in perpetuum, vt ſatis colligitur ex d. §. in miniſterium, & l. capitalium, §. Diuus, ff. de pœn. ac præterea locum habet hæc ſeruitus ſolùm in liberto, quoad caſum d. l. 2. vt ſentit ibi gloſ. verbo, libertate, in aliis verò caſibus etiam ſeruus alicuius poteſt fieri ſeruus pœnæ, vt expreſsè habetur d. l. aut damnum, §. fin. quamuis alioquin eo, qui iam ſeruus erat, non poſſit habere locum capitis diminutio, cum caput non habeat, l. liberos, in fin. ff. de capit. diminut. & §. ſeruus, Inſtit. eod. tit. quoad bene autem natum ſeu ingenuum,

Serui pœnæ quinam efficiantur, & quomodo.

Digitized by Google

mum, quòd ſeruus pœnæ non fiat, habetur d.§. quod autem, Auth. de nupt. vbi cauetur quòd nemo bene natus, ſeu ingenuus fit ſeruus ex ſupplicio. Remanet autem ei, ſicut & aliis ſeruitus, quæ ſuperuenit † ex eo, quòd liber homo captus eſt ab hoſtibus, l.ſeruitutem, ff.de reg.iur. §.ſed ſi ab hoſtibus, Inſt. quibus mod. ius patr. pot. ſolu. idque ſiue in bello, ſiue etiam in pace, vt declaratur in l.poſtliminij ius, ff.de captiu. & poſtlimin.reuerſ.quæque † ſuperuenit libertis, vt ingratis circa patronos condemnatis, iuxta tex. iuncta gloſ. d.l.tutelas, §. ſi libertate, ff. de capit. dimin. & eſt expreſſum in dict.§.maxima, cum ſimilib. de quibus ibi per gloſ. in verbo, libertis, ac denique ſeruitus † ſuperueniens iis, qui ſe ad pretium participandum venundari paſſi ſunt, vt in dict.§.maxima, vbi gloſ.in verbo paſſi ſunt ait ad id multa eſſe neceſſaria, de quibus in §. pen.Inſtit. de iur.perſon. Ciuiliter quoque moritur, & propriè media, ſeu minore capitis diminutione, † is, cui olim aqua, & igni interdicebatur, vt dicitur in §. minor. Inſtit. de cap. dimin.& l.amiſſione, in princ.ff.eod. tit. cuius pœnæ loco poſtea ſucceſſit deportatio, vt adnotarunt vtrobique gloſ.& Doct.per l.2.§.conſtat, ff.de pœn.& l.3.ff. ad leg. Iul. pecul. quibus adde text.in §.deportatio auoc. de nupt. Præterea ciuiliter moriuntur hac media capitis diminutione qui deficiunt d. l. amiſſione §.qui deficiunt, iuncta gloſ.ff. de cap.diminut. deficere autem dicuntur qui ab his quorum ſub imperio ſunt, & in hoſtium numero ſe conferunt, vt dicitur in d.§ qui deficiunt, vbi idem ſubditur de iis, quos Senatus hoſtes iudicauit, vel legati, aliàs relegati. Inter relegatos verò præcipuum locum obtinent deportati in inſulam, de quibus, quòd ciuitatem amittant, cauetur in d.§.minor, Inſt.de cap.dimin l.inter pœnas, in princ. ff. de interd. & releg. & l.quidam, ff.de pœn. atque etiam deportati in metallum ad tempus vt d.§.in miniſterium, & §.diuus, item damnati in opus publicum perpetuò, dict. l. quidam, ff. de pœn.

65 Serui fiunt liber homo captus ab hoſtibus,

66 Libertus vt ingratus erga Patronũ condemnatus, &

67 qui ſe ad pretiũ participandum venundari paſſus eſt.

68 Mori ciuiliter media capitis diminutione qui dicantur.

Sumitur autem, † nomen relegati in d.§.qui deficiunt, largè, & genericè; vt ibi adnotauit gloſ. recepta, quoniam inquit relegati ſpecificè, ac propriè ſumpti etiam in inſulam iuxta l. relegati, & l. relegatorum in princip.ff. de interd.& releg.non amittunt ciuitatem, vt in l relegatorum, §.hæc differentia, cum ſeq. ff. de interd. & releg. vbi idem dicitur ſiue relegatus quis

69 Relegati qui cẽſeatur, & quomodò diſcernantur à deportatis. vide nu.72.

ſit in perpetuum, ſiue ad tempus. Quomodo autem differrent relegati à deportatis, tradit poſt alios Menoch.de arbitrar.iud. caſ. 330. cui num. 1. poſt alios placet ea ſententia, vt relegatio eſſet pœna exilij reſeruato eis bonorum ſuorum vſu, vt probatur in d.l.relegati, & l.exilium,ff.de interd. & releg. facit §. relegati, Inſt. quib. mod. iud. patr. poteſt.ſolu. deportati verò ea conditione,& lege vocabantur,vt nihil è ſuis bonis poſſiderent iuxta §.quod autem, Inſtit.de cap. dimin.& d.l.tutelas,§.vlt.ff. eod.tit cum ſimil. Hodie verò damnatio in metallum † receſ-

70 *Dănationis in metallum & deportationis loco quæ pœna ſtatuantur.*

ſit ab aula, & eius loco ſucceſſit damnatio ad triremes, vt poſt alios tradit Clar. §. fin. quæſt.67. verſic. item damnatio ad metallum, & pluribus relatis ex communi reſoluit Farinac. dict. quæſt. 19. num. 14. Deportatio, ac relegatio in inſulam ferè apud omnes in vſu non eſt, vt poſt Couar. monet Menoch. d.cap. 330. num.4. Et vbique præterquam in locis à quib. non longè admodum abſunt inſulæ vt in regno Neapolitano & dominio Veneto. receſſiſſe ab aula poſt alios admonuerunt Clar. d quæſt.67. verſic.deportatio etiam ſeu num.8.& Farinac.dict. quæſt. 19. crimin. num. 15. ſed deportationis loco ſucceſſit exilium,& bannum perpetuum iuxta plurimorum ſententiam, quos refert Clar. d. verſ. deportatio etiam, & Farinac. d. num.

71 *Relegationis loco quæ pœna ſucceſſeris.*

15. multos allegans idem aſſerentes † de pœna relegationis; quam Clar. d. quæſt. 17. num. 9. ſeu verſic. relegationis etiam pœnæ partim admittit dicens, relegationis loco hodie ſucceſſiſſe in foro ciuili pœnam exilij, ſeu confinationis; quoad pœnam verò deportationis idem Clar.d.num.8.credit, quòd non poſſit dari certa doctrina; ſed quòd loco deportationis hodie iudex poſſit imponere pœnam iuxta qualitatem facti,& perſonæ, prout ſibi conuenire videbitur. ſ. vel triremium in perpetuum, vel ad tempus, vel exilij. quod idem non modò quoad pœnam deportationis, verùm etiam relegationis poſt alios docuit Menoch. d. caſ. 330. num. 5. & Farinac.d. num.15. ad finem.

72 *Exilij nomine quid aliàs intellectũ, & quid nunc.*

Quicquid autem ſit, quid † nomine exilij antiquitus veniret, de quo poſt alios Farinac. ſupr. num. 17. ſicut non modica vtilitas eſt illius articuli; An banniti noſtri temporis æquiparentur deportatis, an relegatis; cum illi ciuitatem amittant, hi verò non, vt pèr text.in d.l.inter pœnas, in princ.& l.relegatorum,§.ſiue ad tempus,ff.de interd.& releg.præter gloſ.& Doct. ibi

ibi adnotarunt Clar. d.§. fin. quæſt. 71. verſic. dixi autem, ſeu num. 12. & Farinac.d.quæſt.19. num.16. deportatúſque amittit teſtamenti factionem actiuam, & paſſiuam, non ſic relegatus, vt per Clar. §.teſtamentum,q.22.quod idem dicendum de patria poteſtate actiua, & paſſiua, vt conſtat ex §. cum autem, & §.relegati,Inſt.quib.mod.ius pat pot.ſolu.præter alia ſimilia, de quibus paulò poſt dicemus.Ita non leuis eſt prędicti articuli difficultas.In quo licèt inter varias ſententias,quæ ad hoc referuntur ab Oſcaſc.deciſ.Pedem. 105. nu.9. & 10.Clar.d.nu.12. & Farinac.d.num.16.probabilis ſit eorundem opinio ibi,quam etiam tenet Bonacoſſ.in commun. opin. part. 1. verſic. banniti
† noſtri temporis,quem refert ac ſequitur ibidem Farin. quòd 73
nimirum banniti noſtri temporis quocunque modo ſint banniti, ſcilicet ſiue perpetuò,ſiue ad tempus; & ſiue cum publicatione bonorum, ſiue ſine publicatione; & ſiue extet ſtatutum, quòd poſſint impunè offendi,ſiue non extet; neque ſimpliciter æquiparantur deportatis,neque relegatis, ſed eſt quædam tertia ſpecies de per ſe; & propterea, quòd non licet arguere de deportato, aut relegato ad bannitum, ſed ſtandum eſt vel deciſionibus Doctorum de bannitis in ſpecie loquentium, vel conſuetudini, hoc eſt opinioni, ſecundùm quam ſolitum eſt in ea prouincia in ſimilibus caſibus iudicari, &omnino vera ſit hæc eadem opinio vbi hæc conſuetudo adſit, eáque legitimè inducta ſit & ſpecifica,vel hac ceſſante illæ Doctorum deciſiones ſint in terminis banni,de quo tunc agitur, id eſt, temporalis,vel perpetui; cum publicatione bonorum,vel ſine;cum ſtatuto, ſeu legitimo decreto, quòd bannitus poſſit impunè offendi,vel abſque huiuſmodi ſtatuto,ſeu decreto; neque iis deciſionibus aliqua lex,vel vrgens ratio aduerſetur.Nihilominus ceſſantibus huiuſmodi conſuetudine iudicandi,vel Doctorum deciſionibus, probabiliorem, & omnino tenendam puto illorum ſententiam,qui voluerunt, bannitos æquiparari relegatis, & fuit opinio Bart. quam dicit communiter approbari Soc. iun.conſ.147. num. 20. lib.2. & illam communem appellat Alex.in l.ex facto, §.ex facto, num.7. & ſeq.ff. ad Trebell. prout illum refert Curt.iun.conſ.182.num.8.& Sapia.in l.imperium, num.58.ff.de iuriſdict. omn. iudic. Aret. in §.relegati, num.7. Inſtit.quib.mod ius patr. pot. ſolu. quem refert Pract. Conrad. tit.de conſum.& bann.num.31. & magis communem Rip. d.§.

Banniti noſtri temporis quibus comparentur.

ex facto, num. 13. Natt.conſ.472. num. 19. Villalob.in comm. opin.litt.B. num.3. Iacob.Rimin.conſ.crimin.diuerſ.100.num. 16.& Farinac.d.num.16. pro qua eſt text. in l.exilium, ff.de interd.& releg l.ſed & ſi quis,§.dixerit,ff. ſi quis caut. & l. nemo, C.de Epiſc. aud. vbi per exilium relegatio intelligitur. ita verò accipienda eſt hæc opinio, vt procedat ſiue bannum, ſeu exilium ſit in perpetuum,ſiue ad tempus, quicquid velit gloſ. d. l. exilium, per d.l.ſed & ſi quis,circa princip. quæ hoc non dicit, nec diſtinguit; & relegati ſiue ad tempus, ſiue ad perpetuum ciuitatem non amittunt, d. l. relegatorum, §. ſiue ad tempus; temperanda verò omnino eſt, vt locum habeat, ſi exilium ſit ſine bonorum publicatione, vt voluit gloſ.d.§.relegati, verbo, retinent, quam poſt alios ſequitur Marant. in ſpec. aur. diſt. 2. num.7. Blanc.tract. de compromiſſ.quæſt.2. princ. num. 15. & quæſt.7. num.6. & alij relati per Farinac.d.num.16.ex quorum ſententia dicit, quòd vbi cum perpetuo banno fiat publicatio bonorum,& præſertim cum hoc,quòd impunè poterit offendi, tunc banniti æquiparantur deportatis; cuius etiam ſententiæ poſt Petr.Crinit. Cœl.Rodig.& Rober.Aurel.eſt Menoch.dict. caſ.330. num.2.& 3.pro qua eſt optimus text.in l.qui cum maior,§.is demum.ff. de bon. liber. ibi, ſupplicium, aut exilium, quod ſit vice deportationis,vbi ciuitas amittitur, &c. Ita etiam intelligo text.in l.2.ff.de publ.iudic. vbi capitalia ſunt, ex quibus pœna mors, aut exilium eſt, hoc eſt aquæ & ignis interdictio; per has enim pœnas eximitur caput de ciuitate, iuncta l. 2.§.conſtat,ff.de pœn.& l.3.ff.ad leg.Iul.pecul. vbi habetur, vt ſupra etiam vidimus, in locum prædictæ interdictionis ſucceſſiſſe deportationem.Sic etiam intelligo d.l.ſed & ſi ſeruus,§.rei capitalis,qui eſt 1.dum ibi dicitur, rei capitalis condemnatum accipi debere qui morte, exilióve coercitus eſt. Sic denique accipienda eſt communis illa opinio, quòd exilium perpetuum hodie pœna capitalis cenſetur, de qua teſtatur Eman. Soarez in ſuis recept.opin.verbo,capitalis,num.8. quem etiam refert, ac ſequitur Bonacoſſ. in commun. opin. crimin. part. 1. verſic.capitalis pœna,vt nimirum procedat ſi exilium fiat cum publicatione bonorum,quæ vt plurimum annectitur perpetuo exilio. Doct.verò, qui dixerunt, bannitos noſtri temporis neque relegatis,neque deportatis comparari,ſed tertiam ſpeciem conſtituere,vt Bal.in l.1.num.4.C.de hæred.inſtit.relatus à Farinac.

rinac.ſupr. num. 17. qui ad idem refert Nell.tract. de bannit. 1. par.ſecund. tempor. num.4. Caſſan.in conſuet. Burgund. verbo, des confiſcations, num.8. & 9. & Alex. conſ. 116. num.7. lib.2.vbi ait, quòd omnes id fatentur,intelligendi ſunt de bannitis noſtri temporis abſolutè ſumptis, cum eorum quidam nimirum banniti cum publicatione bonorum præſertim cum hoc quòd impunè offendi poſſunt, æquiparentur deportatis; alij verò relegatis,vt dictum eſt.

Præmitto ſecundò quoad bonorum priuationem attinet † non modo damnatos ad mortem, vel in metallum, 74 aut ſeruos factos, ſed etiam deportatos in inſulam priuatos eſſe *Bonis quinā* bonis, vt apertè dicitur in l.1.in princ. ff. de bon. damnat. & l. *priuati.* in metallum, iuncta l. deportati, C.eod. tit. quoad deportatos verò idem dicitur in l.3 ff. ad leg. Iul. pecul. in fin. & quamuis gloſ.tam ibi, quàm d.l.1. velit,id eſſe correctum per §.fi. Auth. vt nulli iudic. tamen id ſolùm ibi habetur, quòd † bona dam- 75 natorum ob crimen propter quod venit imponenda mors, vel *Bona dānatorū quibus* deportatio, non iudicibus, aut eorum officiis, ſed venienti- *applicentur.* bus ab inteſtato aſcendentibus, deſcendentibus, vel lateralibus vſque ad tertium gradum; iis verò non extantibus, & in crimine læſæ maieſtatis fiſco applicentur. Vnde quòd etiam nunc damnatus ad mortem naturalem † nequeat hæres inſti- 76 tui probat Mich.Craſſ.tract.de ſucceſſ.§. Inſtitutio quæſt. 5. & *Dānati ad* de damnato ad metallum, aut perpetuas triremes quæſt.6.Sed *diuerſa ſup-* neque habet teſtamenti factionem l. eius, qui §.1.ff.de teſtam. *plicia an* cum aliis, de quibus Clar.§.teſtamentum, quæſt. 21. & Craſſ. *poſſint haredes inſtitui,* ſupr.§.teſtamentum, quæſt.28. num.1. qui num.2.idem docet *vel teſtari.* de damnatis ad beſtias, & num. 3. de condemnatis ad perpetuos carceres, de captiuis, vel obſidibus apud hoſtes idem quæſt.25. de damnatis ad mortem quæſt.26. vbi id declarat. Deportatus quoque † non habet teſtamenti factionem acti- 77 uam, vt latè probat Clar.d.§.teſtamentum, quæſt. 22. num.1. *Deportatus* Craſſ.d.§. teſtamentum, quæſt. 17. num. 1. vel paſſiuam, latè *neque actiuè,neq; paſ-* Clar.ibid.num.2. & Craſſ.ſupr.num.2. & latiùs d. §. Inſtitutio, *ſiuè teſtari* quæſt.2. qui etiam §.legatum, quæſt.10. idem docet de legato. *poteſt.* Relegatus verò ſiue ad tempus, ſiue in perpetuum † non 78 amittit teſtamenti factionem,l.relegatorum, §.ſiue ad tempus, *Relegatus* ff.de interd.& releg.l.eius, qui §.1.ff.de teſtam. per quem text. *an habeat* id probat Clar.d.quæſt.22. num.3. ſubdens idem eſſe,quamuis *teſtamenti factionem.*

Digitized by Google

in ſententia bonis priuetur, quod fieri poſſe probat per text. l. relegati, & l. relegatorum, § ad tempus, ff. de interd. & releg. de quo tamen eſt melior text. in l. deportatorum, in fin. C. de pœn. ſimúlque oſtendens quæ ſit vtilitas in habendo teſtamenti factionem, vbi bonis priuetur. Cæterum ipſo iure † non

79 *Relegatus in perpetuũ amittit bona.*

amittit bona relegatus, niſi ſit in perpetuum relegatus, l. relegati, in fin. iuncta d. l. relegatorum, § ad tempus, ff. de interd. & releg. & vtrobique gloſ. ſit intelligens text. in l. 1. ff. eodem tit. dum ſimpliciter ibi indicatur, relegatos bonis non priuari. ſed verè ex ea lege ſolùm habetur, relegatorum bona non applicari fiſco, quod ſtatuebant leges antiquæ.

80 *Banniti noſtri temporis an poſſint teſtari.*

Quoad bannitos verò noſtri temporis tenendum eſt, † eos poſſe teſtari ſecundùm ius commune, non ſecundùm ſtatuta ciuitatis; vt voluit Bart. d. l. eius, qui §. 1. ac quæſt. ſua 1. quæ incipit, ſtatuto ciuitatis, num. 28. cuius ſententiam communiter receptam teſtatur Nell. d. tract. de bannit. 1. part. 2. tempor. num. 52. & alij, quos refert, ac ſequitur Craſ. d. §. teſtamentum, quæſt. 17. vbi poſt Clar. eod. §. teſtamentum, quæſt. 19. (qui tamen paulò aliter diſtinguit,) declarat, vt procedat vbi quis bannitus ſit ob contumaciam, dicens, hanc eſſe communem opinionem teſte Corn. conſ. 55. lib. 2. Boer. deciſ. 278. num. 11. & Viu. in ſuis comm. opin. verbo, reus pro crimine; ſecus quando bãnitus ſimul eſt cõdemnatus ad mortẽ naturalem ſecundùm formam ſtatuti, vel conſuetudinis. quia tunc, ſi quidem damnatus ſit cum ea conditione, ſi venerit in fortiam iudicis, nullo modo teſtari poteſt poſtquam venerit in fortiam, cum tunc fiat ſeruus pœnæ, Boer. ſupr. num. 12. quòd ſi abſolutè condemnatus ſit ad pœnam mortis, ex tunc nullatenus poteſt teſtari, vt per Clar. Boer. & Craſſ. d. locis. alios quoque ad id refert Aurel. Corb. tract. de cauſ. ex quibus emphyt. iur. ſuo priu. tit. de cauſ. priuat. ob mort. ciuil. num. 72. qui num. ſeq. & ſeptem præced. multa ad hanc rem ponit. Similiter bannitus

81 *Bãnitus an poſſit capere ex teſtamẽto.*

noſtri temporis † capere ex teſtamento poteſt quæ illi deferuntur ſiue ex beneficio iuris municipalis, vel communis, vbi non poſſit ex ſtatuto illius ciuitatis impunè offendi; ſed ſi poteſt impunè offendi, tunc non poterit ſuccedere in hæreditate ſibi delata ex beneficio ſtatutorum illius ciuitatis; erit tamen capax iurium, & ſucceſſionum, quæ illi deferuntur de iure communi, vt poſt plurimos ab eo relatos ex magis communi

muni reſoluit Craſſ.d.§.legatum, quæſt.8. num.1. & §.Inſtitutio, quæſt.3. &§.ſucceſſio ab inteſtato, quæſt.7.& Clar.d.§.teſtamentum, quæſt.20. nu.1.& 2. in fine, ídque procedit etiam quoad bona ſibi delata à iure communi, ſita intra territorium bannientium; nam adhuc ea retinet bannitus etiam cum hoc, quòd poſſit impunè offendi, vt ex magis communi tradit Clar. d.quæſt.20. num.2. Craſ.d quæſt.8. num.2. necnon d quæſt.3. &7. non capiet tamen bannitus cum hoc, quòd poſſit impunè offendi, ſibi delata beneficio iuris communis ſita in territorio bannientium vbi ſtaret ſtatutum excludens expreſsè bannitum ab omni iure, & ſucceſſione, vt adnotauit Clar.d.num. 2.multò verò magis vbi ſtatutũ poneret talem bannitum extra protectionem iuris communis, vt poſt alios ex magis communi tradit Craſ.d.quæſt.8. num.2. Bannitus verò imperij Romani, cum deportato æquiparetur ex conſtitutione pacis publicæ, amittit ea, quæ ſunt iuris ciuilis, vt ex communi poſt Iaſ. in apolog.& And.Gaill. de conſtit. pac, publ.lib.2. cap.12. docet Craſ.d.quæſt.7. qua etiam de re videndus Menoch.de præſumpt. lib.5.præſumpt. 45.& Sfort. Odd. loco paulò poſt allegando.

Quoad recuperationem verò bonorum, & iurium, quæ prædicti amiſerunt, ſupponimus, captos quidem ab hoſtibus † iure poſt liminij omnia iura recuperare, cùm reuertuntur, 82
§. ſed ſi ab hoſtibus cum duobus ſeqq. Inſtit.quibus modis ius patr.pot.ſolu. l.1.& tot.tit. ff. de captiu.& poſtlim. reuerſ. vbi etiam habetur, quando quis dicatur reuerſus. de aliis verò, qui bonis priuantur propter delictum, regula eſt, quòd † ſi quis Principis beneficio reſtituitur,non recuperat bona, niſi id 83
exprimatur ſaltem generaliter, l.2.& 3.ff.de ſent.paſſ.& l.1.ac tot. ferè tit. C. eod.& vtrobique gloſ.& Doct. De qua reſtitutione fusè atque eleganter egerunt eruditiſſimi viri D. Menoch. lib.5. præſumpt.46. per totam, & D.Sfort.Odd.in tract. de reſtit.in integrum quæſt.91.& ſeqq.per totas. qui quæſt.98. art.3. in ſpecie agit de recuperatione officij, & iuriſdictionis. An verò hodie qui capiuntur in bello † ſerui indiſtinctè efficiantur,dubitant Doct. communis autem ſententia videtur, vt 84
capti ab hoſtibus barbaris, & barbari à noſtris ſerui efficiantur, vt ſatis patet ex l.hoſtes,ff.de captiu.& poſtlimin.reuerſ. noſtri verò à noſtris capti ſerui non fiunt, vt patet ex Bart.d.l.hoſtes, num.

Capti ab hoſtib. reuerſi omnia iure poſtliminij recuperant.

Quid de priuato bonis.

Capti in bello an hodie ſerui efficiantur.

num. 16. & aliis relatis per Menoch. de præſumpt. libr. 4. præſumpt. 192. num. 7. & Couar. in relect. reg. peccatum 2. part. §. 11. num. 6. licèt ipſe quoad noſtros captos à Barbaris diſſentiat.

Præmitto tertiò quòd ſi nomen mortis ciuilis largè ſumatur, prout nimirum comprehendit qualecumque mortis genus
85 *Minima capitis diminutione an mori quis dicatur.* præter naturalem, alij quoque præter prædictos mori dicuntur ciuiliter quales ſunt † qui minimam capitis diminutionem patiuntur, cùm quis emancipatur, vel arrogatur, per quam familiæ ſolùm iura amittuntur, §. minima, Inſtit. de capit. dimin. l. nam & cætera, l. tutelas, & l. fin. ff. eod. tit. cum ibid. adnot. per Doct. Præterea mori ciuiliter dici poteſt, † qui non
86 *Mori ciuiliter quis dicatur.* ſtatu, ſed dignitate moritur, quique beneficium, aliúdve officium amittit, aut etiam ei renuntiat, cap. in apibus, §. ecce, 7. quæſt. 1. cum aliis quibus id de renunciante beneficio latè comprobat inter cæteros Flamin. Pariſ. tract. de reſign. benefic. lib. 1. quæſt. 16. num. 27. & lib. 3. quæſt. 3. num. 10. & quæſt. 5. num. 32. quod idem dicendum eadem ratione eſt de aliis modis quibus vacare dicitur beneficium, de quibus nos inf. quæſt. ſeq. vbi magis proprius erit locus, quàm hîc: ſic etiam ingreſ-
87 *Religionem profeſſus, &* ſus religionem † pro mortuo habetur, l. Deo nobis, C. de epiſc. & cler. cap. placuit, il 2. 16. quæſt. 1. & Doct. vtrobique & in cap. in præſentia, de probat. Excommunicatus quoque † pro
88 *Excommunicatus pro mortuis habentur.* mortuo haberi poteſt, cum excommunicatio mors ſpiritualis dicatur, vt poſt alios admonet Vgol. tract. de cenſur. tab. 2. cap. 33. §. num. 7. & Farinac. d. quæſt. crim. 19. num. 12. per text. in cap. per venerabilem, verſic. tria quippe, circa medium, qui fil. ſint legit. ad quod etiam eſt optimus text. in cap. abſit, cap. nemo, & cap. nihil ij quæſt. 3. & ex eo facilè probari poteſt quòd excommunicatio gladius nuncupatur ſeu mucro Epiſcopi, vt poſt alios probat Vgol. ſupr. num. 6. per text. in cap. viſis, 16. q. 2. & cap. quoniam in pleriſque, de off. ord. quibus adde, cap. dilecto, de ſentent. excom. in 6. & Concil. Trid. ſeſſ. 23. cap. 3. de reform. vt non immeritò nonnulli Doctiſſimi viri illud Act. 10. occide, & manduca, dictum Petro Apoſtolorum Principi in miſtica illa viſione animalium immundorum quæ in linteo erant, ad excommunicationem traduxerint. Atque adeo excommunicatum dici mortuum ciuiliter voluit glo. Abb. & cæteri in cap. licèt, de off. deleg. & docuit Franc. & alij in cap. 1. de off. Vicar. in 6. in cap. ſi is, cui, de off. deleg. in 6. vbi optimus

mus text. & in § euidenter, 11. quæſt. 3. & §. quia enim, Auth. de priuil. dot. hæred. mul. non præſt. facit etiam text. in cap. vnico, in princ. & §. 1. ne ſed. vac. in 6. vbi excommunicatus, & ſuſpenſus mortuo æquiparatur. Et quoad depoſitum realiter, ſeu degradatum † eſt text in cap. qualiter, & quando, il 2. §. 1. de accuſat. in illis verbis, vt criminalis accuſatio, quæ ad diminutionem capitis, id eſt, degradationem intenditur, per quem text. id adnotauit Hoſt. in ſumm. tit. de recuſat. iud. deleg. §. vlt. verſ. quid de depoſito, quod etiam voluit gloſ. quam alij ſequuntur cap. licèt vndique, verbo, re integra, de off. deleg. Reliqua verò, quæ de excommunicato, depoſito, & ſuſpenſo prænotari hoc loco poſſent quæſt. ſeq. necnon 4. & 5. reſeruamus quibus magis hæc tractatio conuenire videtur. 89 *Degradatus mortuo æquiparatur.*

De interdicto autem nihil nobis dicendum ſiue in hac, ſiue in ſeqq. quæſt. quoniam hæc cenſura ad eas pertinere non poteſt, cum † nihil operetur circa iuriſdictionem; nam ſolùm priuat diuinis officiis, certis ſacramentis, & Eccleſiaſtica ſepultura, vt poſt alios docuimus in tract. de diſtribut. quotid. 2. part. quæſt. 15. num. 11. & tradit etiam Vgol. in tract. de cenſur. Eccleſ. tab. 5. ferè per tot. præſertim cap. 5. §. 2. vbi etiam docet in ſpecie, per interdictum non priuari aliquem iuriſdictione. Hîc verò illud adnotaſſe ſufficiet, quod ad hanc, & quatuor ſeqq. quæſt. pertinet, mortis ciuilis nomen in iiſdem quæſt. à nobis ſic largè ſumi, prout non eam modò per quam libertas cum ciuitate, aut ſola ciuitas amittitur, ſed qualemcumque præter mortem naturalem comprehendit, quæ aliquo modo mortis notionem, aut rationem habet. 90 *Interdictus iuriſdictione non priuatur.*

Præmitto nunc quartò, quòd licèt mortem ciuilem naturali æquiparari † in caſibus tantùm à iure expreſſis, adnotarint duæ gloſ. ſolemnes, altera in d. cap. placuit, il 2. 16. quæſt. 1. verbo, mortuus, altera in cap. ſuſceptum, verbo, non morte, de reſcript. in 6. quæ inquit, optimè ad hoc facere text. in l. ex ea parte, §. in inſulam, ff. de verb. oblig. & l. ſed ſi mors, §. cum autem, ff. de donat. inter vir. & vxor. quas gloſ. præter pleroſque ſcribentes vtrobique ſecutus etiam eſt Nauar. tract. ſeu Man. de orat. & hor. canon. Miſcell. 18. num. 4 vbi eas gloſſ. celebres, & approbatas appellat; quam etiam communem ſententiam aſſerit pluribus relatis Mandoſ. ad reg. 30. Cancellar. quæſt. 7. num. 17. necnon Boer. deciſ. 232. num. 6. & Fern. Vaſq. de ſuc- 91 *Mors ciuilis, naturali quando æquiparetur.*

Digitized by

ceſſ.progreſſ.§.26.num.40. quos duos refert Mich.Craſſ.tract. de ſucceſſion.§.fideicommiſſum, quæſt.41. Bart.tamen.d.§. in inſulam,Butr.Imol.& Fel.in cap licèt,de off.deleg & poſt alios Euerard.in loc.ab æquipoll. nu. 10. & Farin quæſt. crimin. 34. num.49. tenent, quòd æquiparatur etiam vbicunque tantum operaretur in caſuoc currenti, quantum naturalis,& hanc ſententiam eſſe communem plurimos allegans teſtatur Mandoſ. d.quæſt.7.num.16.idem etiam apertè ſenſit Franc.d.cap.ſuſceptum,dum ait, quòd, ſi fiat mentio de vacatione per mortem, comprehenduntur quoque alij modi vacationis etiam in materia pœnali, & odioſa, vbi eſſet eadem ratio in vno modo vacationis,quæ in alio, ad id allegans gloſ.in cap.2.verbo,renuntiet, de renunc. in 6.multò verò magis ſi materia non eſt odioſa,de quo eſt gloſ.in cap. pen. verbo, ſed capitulum, de ſuppl. neglig.prælat.eod. lib gloſ.2.in cap. vnico, in princ.ne ſed.vac. eod.lib.Clem. ne Romani, §.ſanè,verbo, moriente,de elect. & Clem.1.verbo, mori, vt lit.pend. prædictam quoque Bart. opinionem communem eſſe dicit Aret.d.§.in inſulam, Galiaul. in l.Gallus,§.& quid ſi tantum,ff.de lib.& poſth.num.10.& Crot. num.14. quos refert, ac ſequi videtur Craſſ.ſupr. Quæ poſterior opinio mihi omnino tenenda videtur vbi ſimus in materia fauorabili, vel ſaltem indifferenti, ſeu non odioſa, & eadem ratio militet; huic enim conſonat, quòd vbi eadem eſt ratio, eadem eſſe debet diſpoſitio, l.illud, ff.ad leg. Aquil. & l.à Titio,ff.de verb.oblig. cum ſimil. De hac porrò æquiparatione ſi quis plura cupit, conſulat præter Doct. in prædictis iurib.Cyn. & alios in l.Deo nobis,C.de epiſc.& cler.Bart.Bal.& Doct.in l. cum pater, §.hæreditatem,il 1.ff.de leg.2.l.3.§.hæc verba,ff de negot.geſt. & Auth. ſi qua mulier,C.de ſacroſ.Eccleſ.l.1. ff. de teſt.l.ſi cum dotem,& l inſulam,ff.ſol.matr.Abb.& alios in cap. cum ſis,de conuerſ.coniug.

92 *Cœptum negotium, vt perpetuetur delegata iuriſdictio, per ſolã citationem dicitur.*

Præmitto vltimò, quòd negotium † ad effectum, vt morte delegantis iuriſdictio deleganti non expiret, ſed perpetuetur, cœptum dicitur etiam per ſolam citationem. tex.eſt quoad delegatum reſpectu primi delegantis in cap.gratum de offic. deleg.ídque adnotarunt gloſ.& Doct.communiter, ibi necnon in cap.relatum, & cap.licet, eod.tit. & cap.vlt.vbi opt.text.de off. leg. Ideo d.cap.gratum, dicitur per citationem negotium quaſi cœptum, non autem cœptum, quia licèt ſit cœptum quoad

perpe

perpetuandam iuriſdictionem, non tamen quoad litis conteſtationem, & effectus ex ea manantes, vt tradit gloſ. communiter approbata ibid. verbo, quaſi cœptum. quoad ſubdelegatum verò reſpectu delegantis text.eſt in dict.cap.licèt,& cap.ſi delegatus, de off. deleg. in 6. dum vtrobique dicitur, quòd ſi ante mortem delegati, qui ſubdelegauit, ſubdelegatos vti cœpit iuriſdictione, non expirat in ſubdelegato iuriſdictio. ac denique quoad delegatum reſpectu ſubdelegati etiam in totum, vt per huius mortem non expiret in delegato iuriſdictio, ſed eam poſſit reſumere, ſi ſubdelegatus antequam moreretur, vti non cœpit iuriſdictione, eſt text.in cap.quamuis,de off. deleg. in 6. verùm de hoc caſu ſeorſim,& latiùs agemus q.ſeq.ſicut de caſu ſtatim præced.ſpeciatim diſſeremus q.4.

Quod autem diximus de delegato reſpectu primi delegantis, procedit † non ſolùm de iure canonico, d.cap.gratum, de off deleg,& cap.vlt.de offic.leg.faciúntque cap.licèt,de off.deleg.cap.cum plures,& cap.pen.eod.tit. in 6. verùm etiam de iure ciuili, vt contra gloſ.in cap.relatum, de off.deleg.poſt Mart. antiquum gloſat. iuris ciuilis tenuit inter alios Abb.d.cap.relatum, num.4. ad id allegans text.in l.& quia, ff. de iuriſd. omn. iud. vbi tex ſolùm requirit, quòd is, cui mandata eſt iuriſdictio. incœperit vti iuriſdictione, vbi Bart.id adnotauit. faciunt etiam alia iura, in quibus dicitur, quòd ſola conuentio ſufficit, ad hoc,vt res integra non dicatur, vt in l.ſicut in rem,& l. cum notiſſimi, in 1.reſponſ.ibi. id eſt, etiam per ſolam conuentionem, C.de præſcript. 30. ann. quem text. ad id allegat Hoſt. in ſumm. tit.de off. iud. deleg. §. vlt. circa medium; nam text. in l.1.§. cœpiſſe, ff.de pollicit. quem ipſe, & alij ad id adducunt, nihil facit, ſicut etiam text.in l.& ſi non ſunt,§.quid ergo, & §. ſi cui, ff.de aur. & arg.leg. allegatus per gloſ.pen. d.l.& quia.ſed & parum facit d.l.ſicut,& l.cum notiſſimi; ſolùm enim volunt per conuentionem interrumpi præſcriptionem. facit etiam ſecundùm d gloſ.penult.tex.in l.poſthumus, §.fin & l. ſeq. ff. de inoffic. teſt. ſed hæ leg. loquntur ſolùm ad effectum, vt quis tranſmittat ad heredes querelam inofficioſi, quam intentauit. Denique text.in l.ſed & ſi lege, §.ſi ante litem, ff. de petit. hæred.allegatus pariter à d.gloſ.pen. non vrget; ſolùm enim dicit ad effectum conſtituendi quem in mala fide quoad petitionem hæreditatis ſufficere motam ei fuiſſe controuerſiam, nec re-

93 *Iuriſdictio delegati quomodo & quo iure perpetuetur.*

quiri litis conteſtationem : magis autem facit tex. in l. ſi quis poſteaquam ff. de iud. vbi habetur quod per ſolam citationem inducitur præuentio & l. vbi cœptum ff. de iud. iuncta interpretatione gloſ.& Doct.ibi exponentium eſſe cœptum etiam citra litis conteſtationem per ſolam citationem ſed neq; iura, quæ allegat pro ſua opinione gloſ. d.cap.relatum,probant eius intentionem, quod de iure ciuili ad perpetuandam iuriſdictionem requiratur litis conteſtatio non tex. in l. ampliùs ff. rem ratam haber. vnde colligi apertè videtur, iudicium cœptum non dici per ſolam citationem. Nam præterquam quod pleriq; codices habent, non iudicium cœptum,ſed acceptum, quod ex vi vocabuli ſupponere videtur partis reſponſionem, per quam litis conteſtatio inducitur,l. 1. C.de lit. conteſt. cum ſimil.& in ſpecie in d.l.amplius, per iudicium acceptum gloſ. recepta ibi,in verbo,iudicium, exponit id eſt lis conteſtata, licèt fatear,aliquando in iure ſumi acceptum iudicium pro cœpto; adhuc reſpondeo, ex d. l. ampliùs ſolùm concludi,quòd iudicium cœptum non dicitur per citationem ad effectum, vt committatur ſtipulatio, ampliùs non peti; non autem ad effectum, vt iuriſdictio iudicis perpetuetur; cuius etiam reſpectu dici poteſt iudicium acceptum per ſolam citationem, quatenus eam ipſe decernit. Non obſtat etiam §. omnem Auth. de litig. Nam ſolùm inde ad ſummum concluditur, regulariter litem non dici cœptam, niſi per conteſtationem, quod admiſimus etiam ſupr.quæſt. 1. huius c.in 1. præmiſſ. circa medium; docentes tamen poſt alios & litem propriè à iudicio differre,& eam regulam fallere quoad perpetuandam iuriſdictionem. Non obſtant etiam iura, quæ ad idem citat d.gloſ. pen. in d. l. & quia:nam ad §. ſi verò initium auth. de litigios.perperam ab ea allegatum, (eſt enim verſ. ſi verò apud iudicem initium, qui habetur in d. §. omnem,) nunc ſatis reſpondimus & ad §. fin.auth.vt in medio lit.vel potiùs, (vt debuit allegare,) in medio lit.non fiet.ſacr.form.reſpondetur, quòd nihil ibi,aut toto eo tit.ad hanc rem confirmandam habetur. Denique ad l ante litem, & l. poſt litem ff de procur.nec non l. nihil, & l.procuratoribus,C.eod.tit.reſpondemus, inde ſolùm fieri procuratorem, reuocari, ac mutari poſſe ante litem conteſtatam, poſt autem non niſi ex cauſa, & hac cognita : quatenus verò ex d.l. nihil,iunctis prædictis alijs iuribus colligitur cœptam litem dici cùm

ci cùm eſt conteſtata; id fatemur eſſe regulare, & ſpeciale in mandato extraiudiciali, ac præſertim procuratorio, vt perpetuetur mandatarij poteſtas mortuo mandante poſt litem conteſtatam, & non ante, vt etiam conſtat ex l.nulla, ff eod. Et in hoc differt mandatum procuratorium à iudiciali, quòd illud non niſi poſt litem conteſtatam; hoc etiam poſt citationem re integra morte mandantis expirat, vt paſſim tradiderunt Doct. præſertim verò d.cap.gratum, cap.relatum, & cap. licèt vndique, de offic.deleg. ſed vbi etiam dici poſſit, ex dd. iuribus ciuilibus per vtramque gloſ. adductis, reddi hunc articulum dubium, an de iure ciuili mandatum iuriſdictionale expiret morte delegantis ante citationem, vel ſolùm ante litis conteſtationem, maximè propter d.l.& quia; quæ conformis videtur iuri canonico; hoc † ſeruandum eſt in omni foro vbi ſit expreſſum & certum ſtante iure ciuili dubio, per regulam, quam tradunt Doct.communiter in l. omnes populi, ff. de iuſt. & iur. l. cunctos populos, C.de ſacroſanct.Eccleſ. cap.Eccleſia S.Mariæ, de conſtit.cap. Raynutius, de teſtam. & cap. 1. vbi optimus tex.de nou.oper. nuntiat. per quam rationem id ipſum poſt Imol. docet Fel. d. cap. gratum, num. 11.& ſentit poſt alios Marant. in ſpec.aur. part. 4. diſt. 5. num. 61. & generatim per ſolam citationem perpetuari iuriſdictionem, pluribus relatis docet, & probat Sanchez de matrim. lib.8. diſp.28.nu. 10. Stet igitur ex prędictis tam de iure ciuili, quàm canonico mandatum delegationis expirare morte concedentis ante citationem præcipuè per tex.d.c.gratum; & d.l.& quia, ff.de iur.omn.iud. vt immeritò gloſ. dict.cap. relatum, illum text. qui † aduerſari videtur d.cap. gratum, dum in hoc apertè dicitur per citationem perpetuari iuriſdictionem delegati morte delegantis, d.verò cap. relatum, apertè decidere videtur, requiri ad hoc litis conteſtationem, dixerit loqui, ac procedere ſecundùm leges, at verò cap.gratum, ſecundùm canones; quod etiam voluit gloſ.d. l.& quia, verbo, antequam aberit, l.more, num.20. & ibi Bellapert. num. 14.ff.de iuriſdict.omn.iud. Id autem ab his Doct. perperam dictum fuiſſe, ex eo quoque facilè poteſt perſuaderi, quòd ridiculum eſt dicere, Papam voluiſſe canonem conditum ſecundùm leges, qui vnicam deciſionem contineat repugnantem iuri canonico, ponere in eadem ampliatione; præſertim cum in prooemio Decretalium Gregor. IX. §. ſanè

94 *Iu i canonico vbi & quando ſtãdum.*

95 *Intellectus c. gratũ, & cap. relatũ, de off. deleg.*

Digitized by Google

proteſtatur ſummus Pontifex, non ſolùm in his contrarias conſtitutiones, ſed etiam ſuperfluas fuiſſe reſecatas; nihílque contrarium in iure debeat reperiri, l.tanta, §. contrarium, C. de vet. iur. enucl. cap.cum expediat, de elect. in 6. cum ſimil. propter quam rationẽ recipienda non eſt interpretatio Tancr. Goffr.& Dec.d. cap.gratum, Zaſ.d l.more, num.35.& gloſ. d. cap. relatum in figuratione caſus, initio dicentium, per eum canonem, cap.gratum correctum fuiſſe cap. relatum; ſed potiùs admittenda eſt expoſitio Abb.Fel. & aliorum eodem cap. gratum, vt præcedens cap. relatum per ſequens cap. gratum ſuppleatur. vnde cum per Luc.3. prædeceſſorem in d. cap. relatum, ſolùm ſtatutum fuerit per litis conteſtationem perpetuari iuriſdictionem delegati poſt mortem delegantis,poſtmodum Vrban.3. Lucij 3. ſucceſſor in d. cap. gratum decreuerit, vt perpetuetur etiam per ſolam citationem, atque hanc ipſam conciliationem poſt Innoc. & Hoſt.cap.relatum, initio Io.An. num.2.& ferè omnes, ſequitur Sanchez d.num.10.dum ex iiſdem auctorib. ait,d. cap.relatum,ſupplendum eſſe per verbum, maximè, cum etiam per citationem deſinat eſſe res integra, iuxta d. cap. gratum. Sed quia hæc ſuppletio vim infert litteræ d.cap.relatum, vbi dicitur, quòd ſi delegans deceſſit ante litis conteſtationem, non eſt à delegato procedendum; dicerem, conteſtationem ibi ſumi pro intimatione, iuxta l. ſi maior la 1. C.de tranſact. l.præſcriptionem, & l.ſi quidem, C. de except.l. metum, C.quod met.cauſ. & §.ſi autem, Auth. de temp. non ſol.pecun. ſup.dot.verſic. conteſtationem verò, coll. 8. huiuſmodi autem litis intimatio, ſeu notificatio fit proculdubio per citationem. vnde prædictam ſuppletionem impugnat Dec. d. cap.gratum,num.1. ratione à nobis ſuperius allata; cui & illam addimus in hac Gregoriana compilatione nullam decretalem eſſe debere ſuperfluam, vt in proœm. Decretal. habetur; ſuperfluum autem foret d.cap. relatum, ſi ſolùm ſuppleretur ex d. cap. gratum, cum in eo cap. relatum, nil aliud habeatur, quàm modus, quo delegati iuriſdictio perpetuetur. Quicquid autem ſit de hac antimonia ſeu iurium contrarietate,hoc iure nunc vtimur, vt per ſolam citationem perpetuetur iuriſdictio delegati morte delegantis. quæ deciſio, & regula ex eo confirmatur, quòd citatio, immò ſola commiſſio de citando eſt quædam ſententia, gloſ.in l.cum clericis,C.de epiſc.& cler.

&

Digitized by Google

& Bart.ibi & in l.omnes,C.eod.tit.& l.in ſacris,C.de prox.ſacr. ſcrin. lib. 12. Ex quo dicendum eſt † etiam per ſolam commiſſionem de citando induci hanc perpetuationem,ita, vt ſufficiat, quòd citatio emanauerit à iudice licèt non peruenerit ad partes,vt per tex. d.cap.gratum,ibi,propoſito citationis edicto, & gloſ. in Clem.2. vt lit.pend. docet Abb. d. cap. gratum, num.3. & ibi Apoſtill.poſt Rom.conſ. 330. & ſatis probat Sanchez quem non niſi poſt penè paratam huius operis editionem legimus, d.diſput.28. num.13. Dec.d.cap.gratum, num.2. & Fel.num.1. qui tamen ibid. num.2. & cap.relatum, num.10. & 11. nonnullos refert contrarium ſentientes. d.autem num. 5. ex Rot. deciſ. 11. de dol. & contum. in antiq. tradit, † quòd, licèt perpetuetur iuriſdictio delegati per ſolam commiſſionem reſpectu delegati,non tamen reſpectu partis,vnde dicetur præueniſſe eum iudicem,qui commiſit,& citauit partem. Præuentio enim † fit non niſi per citationem executam, latè Farinac. quæſt.7. crim. num.60. Quòd autem omnino requiratur citatio, ita, vt † non ſufficiat quilibet actus ante iuriſdictionem, vt puta ſubdelegatio,(quicquid voluerit gloſ.in cap.ſi à ſubdelegato,quod eſt pen.de off.deleg.in 6. & Hoſt.in cap.licèt,ext. eod.tit.) latè oſtendit Sanchez ſupr.d.num.10. & 18. Abb. d.c. relatum, num.5. & 6. necnon d.cap.licèt, num.4.& d.cap.gratum, num.5. & ibi Dec.num.2.& 3. Fel.d.cap. relatum, num. 11.& 12. communem hanc opinionem aſſerens, quòd per ſolam citationem, non autem per alium actum, qui eam præcedat, perpetuetur iuriſdictio eueniente morte delegantis,neque obſtat d.c.pen. dum ad perpetuationem ſolùm requirit, quòd per delegatum ſit in aliquo proceſſum, & cap.cum plures eod. tit.& lib.quòd inchoauerit, & cap licèt, extr.eod.tit. quòd vti cœperit iuriſdictione. nam dicitur cum cæteris Doct. nullum horum fieri niſi per citationem,aut ſaltem actum,licèt præambulum, qui geſtus ſit cum ipſa parte,vt ſingulariter docet Fel. d cap.relatum, dum num.13. poſt Paul. de Eleaz.& Gemin. in cap. quamuis, de off. deleg. in 6. limitat huiuſmodi communem opinionem, vt non procedat, † vbi iudex huiuſmodi actum ante citationem faceret cum parte, quæ fortè amicabiliter venit ad iudicium ſimul cum impetratore. At verò in d. cap.gratum, num 5. eandem ampliat, vt etiam citatio † non ſufficiat,ſi ſit anomala,vt ea,quam facit creditor debitori fugitiuo

96 *Iuriſd.delegati perpetuatur per citationem decretã: ſed*

97 *reſpectu iudicis, non partis.*

98 *Præuentio per quid inducatur.*

99 *Iuriſd.delegati an perpetuetur per actũ præuiũ citationi.*

100 *Quid ſi actus ille ſit cum parte.*

101 *Citatio anomala an perpetuet iuriſdictionem.*

tiuo, aut nulla, vt idem probat nu. 41. niſi citatus nulliter ſpontaneè compareat, & perſeueret in iudicio, aut in eo pars præſens ſit, vt ibidem latiùs oſtendit.

Quòd ſi iuriſdictio conceſſa fuit alicui ſub conditione, vel in diem & ante diem, vel conditionis aduentum incipiat de-
102 *Iuriſdictio ſub cõditione, vel ad tẽpus, quomodo perpetuetur.* legatus de partium conſenſu vti iuriſdictione, † non perpetuatur tunc iuriſdictio, vt pluribus oſtendit gloſ. quam alij ſequuntur in cap. cum plures, verbo, quo poteſt, poſt initium, de off. deleg. in 6. præcipuè vero per cap. prudentiam, in princ. ext. eod. tit. vbi dicitur, quòd ſi cauſa committitur tribus delegatis cum clauſula, quòd ſi non omnes, &c. priuſquam appareat de impotentia tertij, duo procedere non poſſunt, &, ſi procedant, nihil agunt. Alias quoque huius regulæ, ſeu communis opinionis, quòd ad perpetuandam iuriſdictionem requiratur, ſatíſque ſit citatio, tam ampliationes, quàm limitationes affert poſt alios Sanchez d. diſp. 28. num. 11. & 14. cum ſex ſeqq. Ex qui-
103 *Præſentatio reſcripti iuſtitiæ an ſufficiat ad iuriſd. perpetuandam.* bus † præcipua illa eſt ampliatio num. 19. vt non ſufficiat præſentatio reſcripti iuſtitiæ: illáque limitatio, num. 14. vt citatio non debeat neceſſariò eſſe trina, vel peremptoria, & num. 20. vt in reſcriptis gratiæ, (qualis in caſu noſtro eſſe poteſt generalis facultas alicui conceſſa deligendi ſibi Conſeruatorem iuxta dicenda infra quæſt. vlt. concluſ. 1.) licèt non ſufficiat præſen-
104 *Gratia perpetuatur per primũ actũ iudicialem poſt præſentat. reſcripti.* tatio, † ſat tamen ſit primus actus iudicialis, qui fit poſt præſentationem; niſi dicemus tamquam gratiam factam etiam re integra non expirare morte concedentis, iuxta cap. ſi ſuper, de offic. deleg. in 6. & cap. ſi cui, de præb. eod. lib. Quòd ſi quæras, an, vbi alicui ſit commiſſio plurium cauſarum perpetuata iuriſdictione quoad vnam cauſam, cenſeatur perpetuata etiam quoad alias. Reſpondeo cum Abb. d. cap. licèt, nu. 5. poſt Goff.
105 *Iuriſdictione perpetuata in vna cauſa, quãdo ſit perpetuata quoad omnes.* quòd † ſi citatio emanauit ſuper vna cauſa tantùm regulariter non perpetuatur iuriſdictio quoad alias, quod etiam ex communi tradit, & comprobat Fel. in cap. paſtoralis, §. fin. nu. 2. de reſcript. quod fallit in cauſis connexis, vt per Abb. ſupr. Alias fallentias ponit Sanchez ſupr. num. 22. & multis ſeqq. & Fel. d. num. 2. cum ſequ. inter quas Fel. ponit illam verſ. Fallit quartò quoad res, vel perſonas contentas ſub clauſula generali reſcripti, de qua Abb. d. cap. licèt, num. 6. poſt Hoſt dicit, quòd ſi citatio emanauit ſuper declaratione rerum facienda, eſt perpetuata quoad omnes alias; nec diſtinguendum, an cauſa

ſit

Digitized by

ſit connexa, necne. Fel. verò de ea fallentia dubitat, quoniam in delegatione ad vniuerſitatem cauſarum † iuriſdictio perpetuata quoad vnam cauſam non eſt perpetuata quoad aliam, vt tenent nonnulli, quos allegat, & ſequitur ibid. & d. cap. gratum, num. 13. vbi etiam Abb. num. 7. idem vult, & probat per locum à ſpeciali ex cap. ne aliqui, de hæret. in 6. vbi fauore fidei iuriſdictio Inquiſitoris (qui cenſetur delegatus ad vniuerſitatem cauſarum) quoad vnam cauſam perpetuata, cenſetur perpetuata etiam quoad alios. licèt contrarium in hoc alij teneant, quos Fel. recenſet. d. num. 13. & probat Sanchez ſupra num. 27. cum ſeq. Sequitúrque communem innuens Marant. d. part. 4. diſt. 5. num. 61. ſed malè ad id allegat Abb. d. cap. relatum; nam oppoſitum omnino vult d. num. 7. & paulò ante vidimus.

106 *Quid in delegatione ad vniuerſitatẽ cauſarum.*

Illud autem omnino certum eſt, quòd † cum plures delegati ſunt, iuriſdictione perpetuata mandatore viuente per vnum eo caſu, quo poteſt, ex iudicibus delegatis, perpetuata intelligitur quoad omnes, prout totidem verbis cauetur in cap. cum plures, in fin. de offic. deleg. in 6. cuius diſpoſitionem locum quoque habere in Conſeruatore, docet gloſ. recepta d. c. fin. verbo, expirare, eod. tit. & lib. Dicitur autem poſſe † vnus ex iudicibus delegatis ſine aliis iuriſdictionem perpetuare, vbi ſcriptum eſt cum clauſula, vos, vel alter, aut cum clauſula, quòd ſi non omnes, & collega etiam actui perpetuationis intereſſe non poterat, vt ibid. gloſ. recepta, in verbo, non poteſt, adnotauit, & de poſteriori horum caſuum tex. eſt ibid. in princ. de priori verò eſt tex. in cap. prudentiam, in princ. de off. deleg. de vtroque verò, & aliis ſimilibus caſibus aliquid diximus c. 8. q. 4. concl. vlt. Nunc verò hiſce omnibus præmiſſis ad huius q. concl. tranſeamus.

107 *Plurib. iudicib. datis ſi perpetuetur iuriſd. per vnum, quid de aliis: &*

108 *quãdo perpetuare poſſit vnus ſine aliis.*

Prima concluſio. Officium Conſeruatoris Apoſtolici † expirat per obitum concedentis quoad negotia non cœpta. Patet ex text. d. cap. fin. §. ſeu verſic. officium autem, de off. deleg. in 6. Dicitur enim ibi, officium autem quorumcumque Conſeruatorum ipſo iure quoad non cœpta negotia per obitum concedentis volumus expirare. Confirmatur autem id ipſum ex l. & quia, ff. de iuriſdict. omn. iudic. cap. relatum, & cap. gratum, de offic. deleg. vbi habetur, quòd per mortem delegantis re integra expirat iuriſdictio delegati. Dum autem d. cap. fin. dicit

109 *Officiũ Cõſer. Apoſtolici per quid & quoad quid expiret.*

Digitized by Google

tex.officium, inde ampliatur primò propoſita à nobis concluſio, vt † non modò iuriſdictio Conſeruatoris Apoſtolici in aliqua ſpeciali cauſa, quæ cœpta non ſit ſaltem per citationem, iuxta ea, quæ vltimo loco præmiſimus, verùm etiam in aliis cauſis comprehenſis in Conſeruatoria, de quibus aliàs, ſi viueret Pontifex concedens, poſſet Conſeruator cognoſcere, atque adeo totum officium eiuſdem Conſeruatoris per concedentis mortem expiret. pro quo faciunt quæ ibidem paulò ante diximus de perpetuatione vnius cauſæ ad alias extendenda.

110 *Intelligitur quoad omnes omnino cauſas non cœptas.*

111 *De quibus Conſeruatorib. intelligenda præmiſſa concluſio.*

Dum verò in eodem text. dicitur quorumcumque Conſeruatorum; Ampliatur 2. prædicta concluſio, † vt procedat in Conſeruatoribus ſiue datis ad conſeruationem priuilegiorum, ſiue ad defendendum à manifeſtis iniuriis, ſiue alio modo, vt gloſ. ibid. communiter recepta in verbo, quorumcumque, adnotauit: quæ etiam ibid. verbo, expirare, admonet, quòd, licèt poteſtas executoris dati ſuper gratia nō pereat re integra mortuo Papa, vt in cap. ſi ſuper gratia, de off. deleg. in 6. tamen poteſtas Conſeruatoris priuilegiorum, in quibus continentur gratiæ, benè perit quoad non cœpta morte concedentis, vt hîc d. §. officium. de cuius tamen vtriuſque dicti veritate aliquid diſſeremus infra quæſt. 6. concl. 3. de dictis autem variis ſpeciebus Conſeruatorum agunt gloſ. & Doct. d. cap. 1. de offic. deleg. in 6. & nos ſupr. cap. 2. quæſt. 1. ac præterea in Conſeruatoribus datis per Legatos à latere, iuxta eorum ſententiam, qui voluerunt, Conſeruatores poſſe dari ab huiuſmodi Legatis, de quo nos latiùs diſputauimus, cap. 4. quæſt. 4. vel à Collegio Cardinalium ſede vacante, vbi idipſum ei permittatur, de quo d. cap. 4. quæſt. 3. Item ſiue datis ad tempus incertum, ſiue certum, nondum tamen elapſum iuxta ea, quæ latiùs adducemus infra quæſt. 6. concl. 2. idque propter vim illius verbi, quorumcumque, iuxta ea, quæ tradit Euerard. in loc. à generalit. num. 2. & nos adduximus in tract. de diſtribut. quotid. 3. par. quæſt. 5. num. 11. & ſeq. non tamen ſaltem ex vi comprehenſiua includuntur Conſeruatores dati à Principe ſeculari; qua de re ſeorſim in ſeq. concl. agemus. Ampliatur tertiò, vt † expiret iuriſdictio & officium Conſeruatoris abſque vlla ope exceptionis, ita, vt, ſi poſtea procederet Conſeruator in non cœptis, proceſſus eſſet nullus, vt tenet gloſ. communiter recepta, d. cap. fin. verbo, ipſo iure, & Sanchez loco mox allegando propter verba illa (ipſo iure

112 *Iuriſd. Cōſ. expirat per mortē conferētis quoad negotia non cœpta ipſo iure ſine exceptione.*

Digitized by Google

iure) quæ in d. §. officium habentur, ſignificantia, vt nôn requiratur exceptio, per ea, quæ tradit gloſ. & Doct. in cap. 1. verbo, ipſo iure, de reſcript. in 6. & alibi paſſim, & in ſpecie perpetuandæ iuriſdictionis mortuo concedente ſatis oſtendit Fel. d. cap. gratum, num. 12. ad fin. & ibi Dec. num. 6. circa initium, gloſ. & Doct. in c. cum veniſſet, de teſtib. ac poſt alios latè Sanchez. tract. de Matrimon. lib. 8. diſput. 28. nu. 40. contra quoſdam relatos, num. 39. iuncto maximè fine d. cap. fin. vbi quicquid contra aliquod præmiſſorum in d. cap. contigerit attentari, omnino decernitur irritum, & inane, iuxta expoſitionem glo. communiter receptæ ibi in verbo, omnino. Ex quibus verbis finalibus, vnde inducitur decretum irritans. Ampliatur quartò eadem concluſio, vt † neque ex partium conſenſu poſſit Conſeruator procedere poſt mortem concedentis in negotiis non cœptis; hoc enim decretum irritans excludit partium conſenſum quoad ea, quæ aduerſantur diſpoſitioni d. cap. fi. vt ſupr. d. cap. 7. quæſt. 8. concluſ. 3. latiùs oſtendimus. Neque obeſt quod quæſt. præced. concluſ. 2. limit. 1. diximus, poſſe ex conſenſu partium renuntiari decreto irritanti appoſito in auocatione cauſæ, ſeu reuocatione iuriſdictionis; nam cum hæc principaliter fiat ad fauorem partis, nil mirum, ſi conſenſus partium operatur; quod non contingit in decreto appoſito d. cap. fin. quod ſaltem æquè principaliter reſpicit publicum fauorem, iuxta ea, quæ adduximus d. limit. 1. iuncta d. concl. 3. immo ſecluſo etiam decreto irritante id ipſum oſtendit Fel. & Dec. loco paulò ante cit. idem Dec. cap. ſi duob. num. 12. de appellat. & tradit gloſ. & Doctor. in cap. cum veniſſet, de teſtib. Marant. d. part. 4. diſt. 5. num. 61. & Sanchez dict. diſput. 28. num. 41.

113 *Nec prodeſt partium cōſenſus.*

Non poteſt tamen † ex eodem decreto irritante colligi, quòd etiam ignorante Conſeruatore, vel parte mortem concedentis, poſt eam nullus ſit proceſſus Conſeruatoris in negotiis non cœptis, quamuis enim decretum irritans liget ignorantes, vt per text. in cap. 1. verſ. adiiciebatur, de conceſſ. præb. in 6. cap. quodam, de præb. & cap. ſi eo tempore, de elect. eod. libr. cum aliis, quibus id docuimus d. limit. 1. & latiùs cumulatis per Gabr. commun. concluſ. lib. 6. tit. de clauſul. concl. 3. num. 1. qui etiam d. lib. 6. tit. de leg. & conſtit. num. 9. idem poſt alios ſentit in decreto irritante appoſito aliqui legi, tamen id acci-

114 *Quid ſi Cōſer. vel pars ignoret mortem concedentis.*

piendum eſt quoad ignorantiam ipſius conſtitutionis, vt loquitur Gabr. d. num 9. vel geſta contra decretum irritans adiectum ſpeciali alicui diſpoſitioni, puta reſcripto gratiæ, vel iuſtitiæ, vt videre eſt ex prædictis iuribus, & Doct. per Gabr. d. concl. 3. num. 1. & nos d. concl. 2. limit. 1. allegatis. niſi dicere velimus, quòd, cum lex ſemper loquatur, decretum irritans appoſitum in d. cap. ſi. in fine operatur effectum ſuum ligandi etiam ignorantes, quoties aliquis vtitur litteris Conſeruatoriis per eum impetratis, quoniam ipſis litteris adiectum cenſeatur. Puto tamen, id aliunde etiam fore admittendum; & ſic ampliatur quintò propoſita concluſio, vt etiam ignorante Conſeruatore, vel parte mortem concedentis, nullus ſit proceſſus, nimirum propter prædicta verba, ipſo iure, &, omnino, quæ hanc vim habere author eſt inter cæteros Dec. d. cap. gratum, num. 6. circa initium, & d. cap. ſi duobus, num. 12. de appel. vbi dum allegat text. in d. §. officium, verbo, ipſo iure ſentit in ſpecie Conſeruatoris prædictam ampliationem, quam generatim in iudice delegato latè defendit Io. Bapt. de S. Seuerino in repet. d. l. & quia quæſt. 21. ff. de iuriſdict. omn. iudic. tenéntque ibi Bart. in gloſ. fin. gloſ. d. cap. gratum, verbo, maximè, & ibi Dec. num. 6. Abb. num. 10. dicens eſſe communem Doct. ibi & cap. cum veniſſet, de teſt. communem quoque aſſerit Alex. in l. eius, qui in prouincia, ad verbum, ignoraſſent, ff. ſi cert. pet. qui text. ſicut & l. fundi venditor, ff. de acquir. poſſeſſ. & §. rectè, Inſtit. de mandat. qui contrarium probare videntur, non obſunt huic ampliationi; nam vt ait gloſ. d. verbo, maximè, & poſt eam cæ-
115 teri ferè omnes, procedit hoc † in procuratorio mandato, in quo diuerſa eſt ratio; nam aliàs mandatum ei eſſet damnoſum; quinimmò etiam in procuratore mandatum expirat re integrá morte mandatoris, ſed non actio mandati contra hæredem, vt apertè conſtat ex d. §. rectè, verſ. item ſi adhuc, Inſtit. mand. necnon l. inter cauſas, & l. ſi præcedente, in princ. ff. eod. ídque præter Doct. ibid. adnotauit Fel. d. cap. relatum, num. 7. qui tamen dum ibid. ſubdit, quòd mandatum delegati non finitur, niſi habita notitia de morte mandantis, ac delegantis per text. d. cap. gratum; fallitur primò, quia text. in d. cap. gratum, id non probat; ſolùm enim dicit, quòd vbi negotium eſt quaſi cœptum per citationem, maximè ſi delegatus non ſit certus de morte delegantis, poteſt, & debet in cauſa procedi, tenebitque

Mandatũ procuratoriũ an expiret morte mandantis.

bitque quod iuſtitia fuerit præuia definitum;ſenſus enim communiter receptus per gloſ.& Doct. ibi eſt, vt etiamſi eſſet delegatus certus de obitu delegantis, vbi tamen negotium eſt cœptum, poteſt procedere,ſecus ſi negotium non ſit cœptum. Quatenus tamen negari non poteſt,quin incertitudo,ſeu ignorantia, quam habet delegatus de obitu delegantis, aliquid efficere debeat, alioquin tam dictio, maximè, quàm verba ſtatim ſequentia, (ſi delegatus non ſit certus de obitu delegantis,) eſſent ſuperflua; nihilque operarentur, quod eſſe non debet, c. ſi Papa, de priuil. in 6. & accipienda ſunt verba cum effectu, cap.relatum, de cler. non reſid. cum ſimil. ſatis congruè dici poteſt, adiecta ea eſſe, non quia per ſe hæc ignorantia ſufficeret, vbi negotium non eſſet cœptum, ſed vt Romanus Pontifex, qui omnia iura cenſetur in ſcrinio pectoris ſui habere, c. 1.de conſt. in 6. vim aliquam adderet ei caſui, in quo cœptum eſt negotium, ex prædictis iurib. ciuilib. in quibus probari videtur,mandatum non expirare morte mandantis,ſi mors ignoretur. Deinde quia contra eundem Fel. vt mox vidimus, eſt communis aliorum opinio, quam etiam præter citatos tenet Alberic. in l.more, num.22. Bellapert. num.21. Bart.Soc.num. 73.ff.de iuriſdict.omn. iudic. Specul.tit. de iud. deleg. §. reſtat videre, num. 5. & ibi Io. An. in addit. Marant. in ſpecul. aur. par.4.diſt.5. num.61. Couar. pract.quæſt. cap.11.num. 2. quos ad id refert quoque Thom.Sanchez in tract. de Matrim. lib.3. diſput.22. num. 55. & num. 59. ſequitur, vbi non concurrat etiam communis error, ſecus eſſe oſtendens, † vbi is concurrat, iuxta l,Barbarius, 2. de off.prætor. quia nimirum mors delegantis ignoretur non ſolùm à delegato, & parte, ſed etiam communiter ab aliis;quod præter Doct.ab eo citatos ſentit expreſsè Dec.d.cap.gratum, num.6. prope finem; ſuppoſito, diſpoſitionem d.l.Barbarius, ac ſimilium, nimirum cap.nihil, de elect. cap. infamis, quod eſt 1.§. verumtamen,3.quæſt.7.l.1.C. de teſt.& §.ſed cum aliquis, Inſtit.eodem tit. vnde ſumitur regula, quòd communis error etiam in iuriſdictionalibus facit ius, ac præfertur veritati,de qua nos latiùs fortaſſis infra quæſt. vlt. poſtremi cap.agemus, locum habere non ſolùm in ordinario, ſed etiam in delegato;id quod contra Innoc.in cap.cum dilecta, de reſcript. & alios tenet ibi Abb.& d.cap.gratum, nu. 11. Dec.d.num.6. cum aliis pluribus relatis pariter, ac laudatis

116 *Intellectus l. Barbarius, ff. de &c. & aliarũ quarundã legũ.*

per Ant. Gabr. commun.concluſ.lib. 1. tit. de probat. concl.8. num.33. verſ.contrarium, & Thom.Sanchez d.diſp. 22. num. 16. vbi id ipſum nonnullis iuribus confirmat; ſicque ſoluitur quod contra prædictam regulam, nimirum iuriſdictionem iudicis delegati expirare morte delegantis re integra, etiam vbi mors ignoretur, atque adeo contra præſentem quintam ampliationem propoſitæ concluſionis obiici poterat ex d.l.Barbarius, cum ſimil.prout optimè confutata reſponſione Abb.dict. cap.gratum, num.11.reſpondet ibi Dec.d. num.6. Ad text.verò in l.ſi fortè, ff.de off. præſid. vbi dicitur, quòd valent geſta præſidis quando ignorauit aduentum ſucceſſoris vſq; ad quem durat eius iuriſdictio, vt colligitur ex eod. text. & apertius ex l.vnica, ff.de off.præfect. Auguſtal.& l. meminiſſe, vbi gloſ. & Bart.ff.de off. proconſ.reſpondendum vel cum Dec.d.cap.gratum, num.6.poſt alios text. in d.l.ſi fortè procedere in ordinario, non item in delegato, vel cum eod. d.cap.ſi duobus,num. 12.circa initium, de appell. hoc ideo eſſe quia iuriſdictio non ceſſat mero iure per aduentum ſucceſſoris, ſed ope exceptionis; quomodo etiam tollitur cum eodem Dec.loco more allegato quod contra prædictam regulam obiicere quis poterat,ex cap. audita, de reſtit. ſpol. vbi in cauſa principali valet proceſſus agitatus vigore primi reſcripti reuocati per ſecundum, quod iudex ignorabat, ex quo, & aliis quæſt. præced. concl. 2. docuimus iudicem procedentem poſt auocationem cauſæ ſiue tacitam, ſiue expreſſam à ſe tamen ignoratam validè procedere. hoc enim ideo eſt,quia huiuſmodi cauſæ auocatio non tollit iuriſdictionem mero iure, ſed ope exceptionis quod non contingit in caſu propoſito mortis mandantis re integra,in quo ipſo iure expirat iuriſdictio,vt dictum eſt. Ampliatur nunc ſextò,& vltimo principalis concluſio, vt † non ſolùm procedat in morte naturali Pontificis concedentis litteras Conſeruatorias, ſed etiam in qualibet morte ciuili, per quam amittit Pontificatum, vt in renuntiatione, iuxta text. in cap. 1. de renunt. in 6.vel in caſu cap. ſi Papa, 40. diſt. cum ibid.notat.& traditis per Nauar. in repet. cap.nouit, num.78. not. 3. & Vgol. tract. de cenſur.Eccleſ.tab.1. cap.17.§.6. num.9.poſt alios, in quo illud pro conſtanti tenendum, Papam, primámque ſedem à nemine iudicari, vt dicitur d. cap. ſi Papa, necnon in cap. nemo, cum quatuor ſeqq.9.quæſt.3.& cap.nunc autem,21.diſt. Atque hanc

117 *Offic. Conſ. Apoſt. quo ad neg. non cœpta per mortẽ ciuilẽ Põtificis expirat.*

hanc ampliationem ſatis tenet, & probat Sanchez d. tract. de Matrim. lib. 8. diſput. 28. num. 32. dum poſt alios docet, iuriſdictionem delegatám, ſicut morte delegantis, ſic etiam finito eius officio re integra expirare; pro quo etiam facit quod de gratia conceſſa ad beneplacitum, vt expiret quoque per mortem ciuilem, ac ceſſationem officij, ſatis oſtendit idem Sanchez num. 56. Probatur autem hæc ampliatio tum ex cap. vlt. de off. leg. vbi dicitur, quòd iuriſdictio delegati ab eo expirat, re integra exiſtente, hoc eſt non tranſmiſſa per delegatum citatione, antequam Legatus officium legationis dimittat per diſceſſum à prouincia, vbi gloſ. recepta verbo, expiret, adnotauit, quòd in hoc pro mortuo reputatur. tum, quia vbi militat eadem ratio, mors ciuilis æquiparatur naturali, vt ſupr. in 4. præmiſſo docuimus poſt alios, præcipuè multas gloſſ. inter quas etiam eſt gloſ. in Clem. ne Romani, §. ſanè, verbo, moriente, de elect. vbi in ſpecie tradit de renuntiatione Pontificatus, quòd æquiparetur eius morti naturali in caſu illius Clem. quoniam eſt vtrobique eadem ratio; at verò non poteſt congrua diſcriminis ratio aſſignari in caſu expirationis iuriſdictionis re integra per mortẽ naturalem concedentis: ſiue enim dicamus huius rationem eſſe, quoniam ex morte naturali delegantis inducitur tacita reuocatio delegationis, quam aſſignãt Abb. & alij in cap. licèt vndique, de offic. deleg. & alij Doctor. partim ibi, partim d. cap. relatum, & cap. gratum, eod. tit. quaſi tunc cùm ſtatim dimiſſurus eſt Eccleſiæ gubernationem, reuocare velit iuriſdictionem iudicum, qui ea vti non cœperunt per citationem, quoniam ampliùs non ſit futurus Paſtor Eccleſiæ, cuius ab eo delegati ſunt quaſi miniſtri; quæ tamen non dicitur propriè reuocatio mandati, ſed extinctio, vt ſatis probat Menoch. de arbitrar. iud. quæſt. 69. num. 14. & tract. de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 36. num. 28. ſiue illam, quòd per mortem ceſſet voluntas, & beneplacitum, iuxta text. in cap. ſi gratioſè, de reſcript. in 6. cum ibid. adnot. & ſimil. ſiue potiùs dicamus, eam eſſe, quòd cum per delegationem non tranſeat efficaciter iuriſdictio in delegatum, niſi poſtquam hic iuriſdictione vti cœperit, (hoc eſt, per citationem, vt ſupr. latiùs deduximus,) ſed reſideat penes delegantem, vt quoad ſubdelegatum eſt text. expreſſus in cap quamuis, de off. deleg. in 6. & quoad delegatum ſatis idem ſentiunt Abb. & alij d. cap. licèt,

cap.

cap. gratum, & cap. relatum, extr. eod. tit. Statim ac mortuus eſt, qui delegauit, extinguitur tam in eo, quàm in delegato, iuriſdictio quoad cauſam non cœptam per mortem delegantis, vnde non poteſt ampliùs tranſire efficaciter in delegatum, qua potiſſimum ratione poſt hæc ſcripta reperi vti Sanch. d. libr. 8. diſput. 28. num. 30. omnes hæ rationes militant, & locum habēt quocumque modo Papa dimittat officium, quoniam nihil tunc commune habet cum regimine Eccleſiæ, cuius ampliùs non eſt Paſtor; dimittens enim aliquam Eccleſiam nihil commune amplius habet cum ea, cap. ſi quis iam tranſlatus, 21. q. 2. Et deſinit eſſe illius Paſtor; quique ei ſuccedit, tanquam defuncto ſuccedit, cap. in apibus, §. ecce, 7. quæſt. 1. atque adeo neque minùs reuocare cenſendus eſt ſtatim, ac dimiſſurus eſt, ceſſatve in eo iuriſdictio ſtatim, ac dimiſit Pontificatum per renunciationem, aliúmve modum citra naturalem mortem, quàm mox ante, vel poſt eandem mortem naturalem. Pariter in vtraque morte ceſſat voluntas, & beneplacitum; ſicut & iuriſdictio, quæ remanſerat re integra, penes delegantem, quia in delegatum efficaciter nō tranſiit, per vtramque mortem extinguitur æqualiter in delegante, vt optimè deducit Sanchez d. diſput. 28. quoad primum num. 56. quoad ſecundum verò num. 32. Quæ omnes rationes cum ceſſent, vbi Papa captus ſit

118 ab hoſtibus, † debet etiam ceſſare prædicta iuris diſpoſitio, quòd eo caſu expiret iuriſdictio delegati, atque adeo Conſeruatoris etiam quoad negotia non cœpta tunc, cùm captus fuit Papa concedens, cap. cum ceſſante, de appell. cum ſuis concor. ibid. allegat. licèt alioqui caſus hic morti naturali comparetur, vt in caſu Epiſcopi ad hoc, vt ei Capitulum † in iuriſdictione ſuccedat, eſt text. in cap. ſi Epiſcopus, quod eſt pen. de ſuppl. negl. prælat. in 6. vbi id adnotauit gloſ. recepta, verbo, ſed capitulum, & cap ſeq. quod eſt fin. verbo, vacanti; necnon in cap. vnico, verbo, vacante, de maior. & obed. eod. libr. pro quo etiam faciunt quæ de captis ab hoſtibus, quòd ſerui fiant, tradit gloſ. approbata, d. cap. ſi Epiſcopus, verbo, libertati, & nos ſupr. in 1. præmiſſ. paulò poſt initium docuimus per text. in §. ſed ſi ab hoſtibus, Inſtit. quibus modis ius patr. poteſt. ſolu. l. ſeruitutem, ff. de reg. iur. §. ſerui autem, il 1. & il 2. Inſtit. de iur. perſon. cum ſimil. ſimul ibid. admonentes quòd mortuis æquiparentur, mortuíque ciuiliter dicantur. Quòd autem in eo caſu

Quid ſi Papa captus ſit ab hoſtibus.

119 *Epiſcopo ab hoſtib. capto ſuccedit capitulū in iuriſdictione, quam*

caſu ceſſent omnes prædictæ rationes, patet, quoniam tunc Papa non deſinit eſſe Papa, neque abſque eius conſenſu poteſt eligi ſucceſſor, vt etiam me alias admonuiſſe memini, cap. 4. quæſt. 2. & 3. quinimmò pleroſque Pontifices legimus, cum capti eſſent, vel deportati, aut aliàs damnati, litteris datis rexiſſe Eccleſiam; maximè cum liberati ab hoſtibus liberam regiminis poſſeſſionem recuperent, iuxta ea, quæ ſupr. præmiſſ. 2. adduximus; & in prædicto caſu † Epiſcopi à paganis, vel ſchiſmaticis capti, eſt optimus text. in d. cap. ſi Epiſcopus, vbi gloſ. quam cæteri ſequuntur in verbo, libertati; & de Epiſcopo tranſlato propter hoſtilitatem text. eſt d. cap. in apib. §. ecce, & cap. ſeq. 7. quæſt. 1. Quod idem eadem ratione dicendum eſt, † vbi Papa eſſet deportatus, vel bannitus, vel aliàs ita damnatus, vt amittat ciuitatem, & pro mortuo ciuiliter habeatur iuxta ea, quæ hac quæſt. primò, & ſecundò præmiſimus. De depoſitione verò reſpectu ſummi Pontificis non eſt, cur loquamur, cum, vt ſupra diximus ex cap. ſi Papa, 40. diſt. & aliis iuribus, prima ſedes à nemine, ſed à Domino iudicetur. Ratio autem communis his caſibus eſt, quoniam Papa habet à Chriſto poteſtatem, Matth. 16. tibi dabo claues, &c. & Ioan. 21. paſce agnos meos, vt communiter exponunt SS. Patres, ac Doct. Similiter excommunicatio, & ſuſpenſio † locum in ſummo Pontifice habere nequeunt; quamuis enim poteſtas in Eccleſia excommunicandi, & ſuſpendendi ſit de iure diuino, quod colligitur ex illo Matth. 18. ſi Eccleſiam non audierit, ſit ſibi ſicut Ethnicus & Publicanus, Amen dico vobis, quæcumque alligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cœlis, ex aliiſque ſacræ ſcripturæ locis, quæ hoc loco commemorare non eſt neceſſe; tamen ipſe Romanus Pontifex non incurrit cenſuram ſiue ab homine, ſiue à iure latam, vt probat inter alios Vgol. d. tab. 1. cap. 17. §. 6. num. 8. & 9. ſed nec ſe ipſum excommunicatione irretire poteſt, vt tenet gloſ. recepta in cap. nunc autem, verbo, Marcellinus, 21. diſt. probatúrque ex traditis per Vgol. d. tab. 1. cap. 2. §. 8. ferè per totum, neque alteri ſe ſubiicere, vt cenſura irretiatur, vt idem oſtendit eod. cap. 2. §. 17. num. 6. Interdictum verò Eccleſiaſticum neque ad hanc, neque ad ſequentes quæſt. pertinet, cum nihil operetur circa iuriſdictionem, vt ſupr. præmiſſ. 3. ad finem admonuimus. Ex his porrò, quæ de Papa ab hoſtibus capto, damnato, bannito, deportato, déque

120 *reuerſus recuperat.*

121 *Quid ſi Pontifex aliàs ciuiliter moriatur.*

122 *Papa excõmunicationem non incurrit.*

depoſitione, excommunicatione, ſuſpenſione, & interdicto mox diximus, ſumi poſſunt totidem limitationes huius primæ concluſ. quæ limitari etiam aliquot aliis modis poſſet. Sed quoniam hæ poſteriores limitationes non ad hanc ſolùm, verùm etiam ad ſtatim ſeq. concluſionem accommodari poſſunt, eas ibi prope finem afferemus.

Secunda igitur concluſio ſit. Iuriſdictio quoque, & officium
123 † Conſeruatoris creati à Pontifice ſeculari, (vbi poſſit, de quo egimus c. 4. quæſt. 6.) expirat quoad negotia non cœpta morte naturali ipſius Principis. Probatur; Quamuis enim id directè non conuincatur ex diſpoſitione text. d. cap. fin. § officium, de off. deleg. in 6. Eo etiam non obſtante, quod ibid. dicatur, officium quorumcunque Conſeruatorum expirare morte concedentis; quoniam licèt dictio, quorumcunque, omnes comprehendat etiam quos aliàs non comprehenderet, l. 1. cum gl. fin. & l. quicumque, C. de ſeru. fugit. cum aliis adductis per Mandoſ. ad regul. Cancell. reg. 5. quæſt. 3. num. 3. & reg. 30. q. 8. num. 2. tamen verba quantumcunque generalia recipiunt reſtrictionem de habilitate perſonæ, vt per text. in l. 1. iuncta gl. in verbo, vnuſquiſque, C. de ſacroſ. Eccleſ. & l. vt gradatim, §. 1. ff. de muner. & honor. cum ſimil. tradit Euerar. in loc. legal. à vi geminat. num. 3. de quo etiam latè per Iaſ. in prælud. feud.
124 col. 19. verſic. tertiò limita. Et ſpecies præcedens † reſtringit genus ſequens, l fin §. cui dulcia, ff. de vin. tritic. & ol. leg. l. iubemus, C. ad Velleian. cap ſedes, de reſcript. cap. qui ad agendum, de procur. in 6. & ibid. Doct. cum aliis, quibus id latè probat inter alios Euerard. in loc. à generalit. num. 4. & 5. vbi idem docet, licèt adſint verba vniuerſalia, & geminata; ac denique verba intelligi debent iuxta ſubiectam materiam, l. damni infecti, in princ. ff. de damno infect. l. ſi vno, vbi Bart. & alij ff. locat. cap. ſolitæ, & ibi Canoniſtæ, de maior. & obed. quod pluribus exornat Euerard. in loc. à ſubiect. mater. per totum. At verò in d. cap. fin. agitur dumtaxat de Conſeruatoribus à ſede Apoſtolica deputatis, vt patet ex eius initio, ex quo ſumenda eſt legis totius interpretatio, vt per text. in l. cum ij, in princip. ff. de tranſact. l. 1. & ibi Bart. ff. ad Maced. l. regula, in fine, vbi Bald. ff. de iur. & fact. ignor. & alia tradit Menoch. de præſump. lib. 6. præſumpt. 2. num. 2. & 3. neque de laicis iudicibus, aut Principibus in dubio cenſetur Pontifex diſponere, quorum iuriſdi

Iuriſdictio Conſeruatoris delegati à Principe ſeculari, eius morte naturali expirat quoad negotia non cœpta.

Species præcedens reſtringit genus ſequens.

Digitized by Google

riſdictionem ſaluam eſſe velle proteſtatur in cap. licèt, & cap. ex tenore, de for.compet. cap.nuper, §.quod autem, de donat. inter vir.& vxor. & cap.cauſam, quæ, il 2. qui fil. ſint legit. & alibi ſæpe; neque enim hîc agitur de ſpiritualibus, rebúſve Eccleſiaſticis, aut aliis ſimilibus, in quibus etiam laici ſubduntur canonum diſpoſitioni, vt in ſimili ſatis docuimus ſupr.d.cap.4. quæſt. 6. concluſ. 1. & in ſpecie, quòd diſpoſitio illius text. d. cap.fin. non procedat in Conſeruatore dato ab alio, quàm à Papa, tradit Io.An. Butr.Franc.d. cap. fin. in princ. & ibi Gemin. num.6. nóſque docuimus cap.4.quæſt.vlt. in fin. ſimul cum iis Doct. id probantes ex d. initio illius cap. ibi, Conſeruatores, qui plerumque à ſede Apoſtolica conceduntur. Quamuis inquam id ita ſit, vt d.cap. fin. non procedat ex vi comprehenſiua in Conſeruatoribus à Principe ſeculari deputatis, quomodo intelligo Io.An. Butr Franc. & Gemin. mox allegatos. Tamen vera adhuc eſt prædicta noſtra concluſio, ſiue quia non ſolùm iure canonico, ſed etiam ciuili iuriſdictio delegati re integra, ſeu quoad negotia non cœpta expiret morte delegantis, vt probatur in d.l.& quia, ff.de iuriſdict.omn. iud. intelligendo etiam negotium cœptum quoad hoc dici per ſolam citationem, vt ſupr. in hac ipſa quæſt. vltimo loco præmiſimus: ſiue quia, † vbi ius ciuile in hoc ipſo poſtremo articulo dubium eſſet, 125 ſtari debeat in foro ciuili iuri canonico, quod certum ſit, iuxta id, quod ibid. docuimus, præcipuè per text. in cap. 1. de nou. op.nunc. gloſ. & Doct. ibi & in cap. 2. eod. tit. cap. Eccleſia S. Mariæ, de conſtit. & cap. Raynutius, de teſtam. quibus nunc addo tex.in cap. Euphemium aliàs Euthemium, ad fin.2. quæſt. 3.cap.ſi inter, 6.quæſt.4. & cap.ſummoperè, 11.quæſt.3. Auth. vt clerici apud propr.Epiſc.ad fin.coll. 6.& Auth.de Eccleſ.tit. in princ. coll.9.cum not. per Doct.ibi, in Auth.caſſa, C. de ſacroſanct.Eccleſ. & Inſtit. de nupt. cap.1. cap.lege, & cap. ſi in adiutorium, 10.diſt.cap.ex antiquis, 54. diſt.cap.nemo, 32.q.4. cap.hiſtoria, & cap.inter hæc, 33. quæſt.2. cap. fin. de reb. Eccleſ. non alien. cap.ſi duob. de appell. cap.1. & rubr.de conſtit. cap. quod clericis, de for. compet. cap. 2. de arbitr. in 6. cap. poſſeſſor, de reg.iur.eodem lib.cum ſimil. Ex quibus etiam colliget quis, quòd, cum in ſpecie Conſeruatorum nihil à iure ciuili ſtatutum ſit quoad hunc articulum, an eorum iuriſdictio, vel officium expiret per mortem concedentis re integra, ſtan-

Iuri canonico quando ſtandum.

dum in eo erit iuri canonico etiam in foro ciuili, quæ tamen illatio eſt temperanda iuxta id, quod paulò poſt dicemus; aliàs non eſt admittenda. ſicut è conuerſo ex pleriſque citatis iurib. præcipuè d.cap. 1. de nou.op.nunc.d.cap lege, cap.ſi in adiutorium, cap.hiſtoria, & cap.ex antiquis, cum adnotatis ibi, & d.c. Eccleſia S.Mariæ, colligitur ſtandum eſſe legib.ciuilibus etiam in foro canonico, vbi canones deficiunt; vi nimirum non comprehenſiua, quoniam leges ciuiles non ligant ex ſua natura clericos, vt probant Doct.communiter d. cap. Eccleſia S. Mariæ, ſed extenſiua, quatenus iura ciuilia receperunt canones, quibus etiam laici ſubſunt in materia peccati ſpirituali, Eccleſiaſtica; & his etiam omnibus circumſcriptis ſubſunt, vbi deficiat lex ciuilis, vt ex prædictis iuribus cum ibi, & alibi ſæpe traditis per Doct. licet colligere. atque adeo in hoc poſtremo caſu dicendum erit, quòd licèt vi comprehenſiua laici in canone d. cap. fin. non includantur, tamen ad eos porrigatur vi extenſiua, quatenus deficiente lege ciuili, aut dubia exiſtente canon vbique, & quoad omnes ſit attendendus ex ſupradictis. Quę tamen extenſio non procedit vi d.cap.fi.ſed quia id ipſum genericè habetur in delegato, d.l.& quia, ff.de iuriſdict. omn. iudic. & cap.gratum, cap.relatum, cap.licèt, de off.deleg. nam in d.c.fin.potiùs excipiuntur Conſeruatores ab aliis dati, quàm à Papa, iuxta id, quod cap. 4. quæſt. vlt. in fin.deduximus. Ex quibus conſtat quoque hanc concluſionem ampliandam fore omnibus ferè modis, quibus præcedens, hoc eſt, iis, qui ex d.c. fin.§.officium, ac ſimul aliquo alio iure deducuntur, quique prædictæ huic concluſioni poſſunt accommodari. primum nimirum, vt expiret non iuriſdictio modò, ſed & totum officium Conſeruatoris quoad negotia non cœpta per citationem. 2. quoad omnes ſpecies Conſeruatorum ab eodem Principe ſeculari deputatos, id eſt, ſiue ſint ab eo deputati ad conſeruandum priuilegia à ſe conceſſa, (quoniam de conceſſis à Papa non niſi ipſe, vel ab eo delegatus nequit cognoſcere, cap.cum veniſſent, de iudic. cap. 1.& 2. de confirmat. vtil.vel inut. cum ibid.adnotatis, & ſimil.) ſiue ad defendendum à manifeſtis iniuriis, & violentiis, ſiue alio ſimili modo. 3. vt non ſit neceſſaria partis exceptio. 4. vt non poſſit poſt mortem Principis iudex inchoare negotium etiam ex partis conſenſu. 5. vt locum habeat etiam ſi ignoretur à parte, vel iudice mors Principis,

Digitized by Google

cipis, niſi concurrat communis error.

Denique, vt procedat † etiam in morte ciuili per renuntiationem, vel quouis modo vacet Principatus huiuſmodi, qui non recognoſcat ſuperiorem in temporalibus, per ea, quæ in præced. concluſ. docuimus de Papa renuntiante, vel alio modo dimittente Pontificatum. Et quoad Principatum ſecularem locum id habebit, vbi ille valet etiam per depoſitionem, ſeu priuationem à ſummo Pontifice factam, cap. ad abolendam, de hæret. Ob eam quoque dumtaxat cauſam, quòd is inutilis ſit, iuxta tex. in cap. alius, 15. quæſt. 6. & tradita per Doct. ibi, & cap. ſi Papa, 40. diſt. & cap. nouit, vbi inter cæteros Dec. & Nauar. de iudic. Idem dicendum eſt, vbi Princeps ſeruus fiat, condemnetur, banniatur, aut aliàs ita Principatum amittat, vt ſucceſſor ſit eligendus; nam, † cùm aliquis habet ſucceſſorem in dignitate, is, cui alius ſuccedit, licèt viuat naturaliter pro mortuo habetur, vt per text. in l. actione, §. publicatione, ff. pro ſoc. tradit gloſ. recepta, d. cap. in apibus, §. ecce, vbi etiam eſt ad id optimus text. verbo, defuncto, 7. quæſt. 1. ſecus verò erit vbi eum retineat, & per miniſtros ſuos regat; tunc enim ſaltem quoad cauſarum commiſſiones ab eo factas, quoniam ad regimen pertinent, non erit pro mortuo cenſendus. Quòd † ſi excommunicatus ſit Princeps, qui quidem excommunicationem poteſt incurrere ſiue à iure latam, vt docet in ſpecie Vgol. d. tab. 1. cap. 17. §. 1. ſiue ab homine tam Epiſcopo proprio, quàm Papa, vt probatur ex cap. duo ſunt, 96. diſt. & aliis allatis per Vgol. d. §. 1. vbi oſtendit, locum id habere tam in Imperatore ipſo, quàm in Regibus, & aliis Ducibus; ſtatuendum eſt, quòd, cum excommunicatus ſaltem denuntiatus, & notarius percuſſor clerici eo ipſo amittat iuriſdictionem, vt quæſt. ſequ. latiùs demonſtrabitur, etiamſi is laicus ſit, vt per text. in cap. decernimus, ibique Doct. de ſent. excomm. in 6. & alia fusè inter ceteros docet Vgol. d. tract. de cenſur. tab. 2. cap. 11. §. 3. per totum, Conſeruator ab eo delegatus eandem amittet quoad negotia non cœpta, vt in delegato poſt Io. An. Hoſt. Gemin. & Franc. in cap. 1. de offic. Vicar. in 6. Tabien. verbo, Vicarius, num. 8. docet Sanchez d. tract. de matrim. lib. 3. diſput. 31. num. 7. quibus adde inter alios Archid. d. cap. 1. circa medium, Abb. d. cap. licèt, num. 8. de off. deleg. quem ſequitur Vgol. d. tract. de cenſur. tab. 2. cap. 11. §. 3. num. 2. verſic. altera concluſio:

126 *Officiũ Cõſeru. creati à Principe ſeculari eius morte ciuili expirat, & quomodo.*

127 *Succeſſorem habẽs in dignitate quo ad eam pro mortuo habetur.*

128 *Excõmunicato Principe, an eius delegati iuriſdictio ceſſet.*

licèt hic in delegato ordinarij loquatur, & Gemin. aliter ibi diſtinguat; ſed idem probat Suar. de cenſur. diſput 2. ſect. 3. num. 14. cum ſeq. & ſect. 4. num. 4. Non expirabit tamen tunc iuriſdictio delegati, ſed ſuſpendetur, donec ſequatur abſolutio; ſic diſtinguit Hoſt. in ſumm. tit. de recuſ. deleg. §. vlt. verſic. quid de excommunicato; ſic etiam loquuntur Io. An. Gemin. Hoſt. Franc. Sanchez, & Abb. mox allegati, idem Sanchez lib. 8. diſput. 28. nú. 57. eodem tract. & Vgol. d. num. 2. verſic. ego autem, loquentes in quolibet delegante excommunicato, quod idem docuerat tab. 1. cap. 4. §. 4. num. 7. ſic denique intelligo Spec. tit. de iudic. deleg. §. reſtat videre, num. 7. & Io. An. ibi in addit. & meliùs d. cap. 1. in gloſ. verbo, ipſius, verſ. quæri ſolet, quam ibi plerique ſequuntur, necnon gloſ. & alij in cap. licèt, de offic. deleg. dum ſimpliciter aſſerunt, non expirare iuriſdictionem delegati per excommunicationem delegantis. Quoad

129 ſuſpenſionem verò attinet, licèt † ea, quæ cenſura Eccleſiaſtica eſt, cuius mentio fit in cap. quærenti, de verb. ſignific. locum habere in laico non poſſit, vt ſatis comprobat inter alios Vgol. d. tract. de cenſur. tab. 4. cap. 11. in princ. num. 3. quia tamen poſſet in Principe ſeculari, qui Conſeruatorem dederit habere locum ſuſpenſio ab officio laico, de qua in cap. ſi aduerſus, de hæret. l. Imperator, & l. ex ea cauſa, ff. de poſtul. cum ſimilib. itémque à dignitate, ſeu adminiſtratione Principatus ſiue à ſummo Pontifice propter delictum, vel inhabilitatem, ſumpto argumento à fortiori ex eo, quod paulò ante diximus de priuatione, cum ex vulgata iuris regula, cui licet quod plus eſt, liceat etiam quod eſt minùs, ſiue ab aliis, ad quos de iure, vel præſcripta conſuetudine id pertinere poteſt; quinimmò, vbi hic Princeps ſit perſona Eccleſiaſtica, quia nimirum ad clericum iure ſucceſſionis venerit Principatus, vel ad hunc aliquis, qui clericus ſit, fuerit electus; quod vtrumque fieri poſſe nemo iure dubitabit, poterit quoque in eo locum habere ſuſpenſio illa quæ cenſura Eccleſiaſtica eſt. Si quis à me quærat, an in hoc vtroque caſu Principis iuriſdictio, atque adeo etiam

130 delegati ab eo re integra ſuſpendatur. Quoad primum † breuiter reſpondeo affirmatiuè, quoniam per ſuſpenſionem huiuſmodi laicam cum impediatur adminiſtratio, impeditur quoque exercitium iuriſdictionis, ſeu efficax transfuſio iuriſdictionis in delegatum, quæ non contingit, niſi cum delegatus

Suſpẽſio cẽſura non cadit in laicũ, nec eius officiũ ſuſpẽdit.

Quid in laica ſuſpenſione.

ipſe

ipſe incipit vti iuriſdictione, cap. quamuis, cum ibi not. de off. deleg. in 6. Quoad ſecundum † reſpondeo, quòd, ſi dicamus, 131 talem Principem, qui ſit perſona Eccleſiaſtica, per ſuſpenſionem Eccleſiaſticam amittere vſum etiam ſecularis iuriſdictionis, vel eius iuriſdictionem maximè in clericum translatam dici poſſe Eccleſiaſticam, cuius tamen vtriuſque contrarium mox oſtendemus, tunc dicendum foret per talis Principis ſuſpenſionem, † ſuſpendi quoque in Conſeruatore ab eo dato 132 iuriſdictionem, per id, quod de quolibet delegato tradit Sanchez d. num. 57. poſt Franc. in cap. ſi gratioſè, num. 12. de reſcript in 6. verùm quoad hunc poſteriorem articulum omnino reſpondendum puto negatiuè; licèt enim tunc Princeps ſit perſona Eccleſiaſtica, & capax ſuſpenſionis Eccleſiaſticæ; tamen, cum hæc cenſura † iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, non au- 133 tem ſecularis vſu, & exercitio priuet, vt fusè probat Vgol. d tab. 4. cap. 5. §. 3. num. 1. 3. & ſeqq. iuncto cap. 6. in princ. & §. 1. num. 2. non cenſebitur tunc talis clericus Princeps priuatus vſu tali iuriſdictionis, quæ ei ratione Principatus conuenit; cum certi iuris ſit eam ſecularem fore non Eccleſiaſticam iuxta tradita per Doct. in cap. fin. ne cler. vel mon. in 6. in cap. cæterum, de iudic. cap. ex tranſmiſſa, & cap. verum, de foro compet. & cap. ſi duobus, de appellat. & per Feudiſtas in rubr. de feud. & alibi ſæpe in lib. feud. præcipuè verò per gloſ. & alios in rubr. tit. de cleric. qui inueſtit. fec. Clar. §. feudum, quæſt. 3. 78. & 90. & nos in tract. de decim. cap. 8. quæſt. 1. concluſ. 1. & 4. Ex his porrò, quæ de Principe ſeculari, qui Conſeruatorem dedit, ſeruo facto, condemnato, bannito, excommunicato, & ſuſpenſo hucuſque diximus quoniam candidus lector per ſe aliquas ampliationes, & limitationes huius 2. concluſionis facilè poteſt colligere, ne tempus fruſtra conteramus, ad limitationes, quæ tam ad hanc, quàm præcedentem concluſionem pertinent, iuxta id, quod ibi ſumus polliciti, veniamus.

Quid ſi Princeps ſit perſona Eccleſiaſtica.

Suſpẽſio cẽſura ſuſpendit iuriſdictionem in delegato,

Eccleſiaſticã, non ſecularem.

Limitatur ergo primò tam hæc, quàm præcedens concluſio, vt, † ſi negotium ſit cœptum à Conſeruatore per citatio- 134 nem tempore mortis naturalis eius, qui Conſeruatorem dedit, tunc morte concedentis non expiret iuriſdictio Conſeruatoris. Probatur ex d. cap. fin. §. officium, de off. deleg. in 6. ibi, quoad negotia non cœpta volumus expirare, necnon ex d. l. & quia, ff. de iuriſdict. omn. iud. dum ait, quòd, ſi is, qui mandauit

Officiũ Cõſeru. morte concedentis non expirat quoad negotia cœpta.

dauit iuriſdictionem, deceſſerit, antequam res ab eo, cui mandata eſt iuriſdictio, geri cœperit, ſoluitur mandatum delegationis; ídque ſumpto argumento à contrario ſenſu, quod in iure validiſſimum eſt, l. 1. §. huius rei, ff. de offic. eius, cui mand. eſt iuriſdict, l. qui teſtamento, l. 2. §. mulier, ff. de teſtam. l. ſi quis locuples, in fin. ff. de manumiſſ. teſtam. cap. cum Apoſtolica, in fin. de his, quæ fi. à præl. ſin. conſ. capit. & cap. cum virum, de regular. faciunt etiam alia ad id adducta per Euerard. in loc. à contrario ſenſ. num. 1. & 2. vbi etiam oſtendit, illud, quod colligitur à ſenſu contrario ex lege, vel canone, vel cenſeri expreſſum, vel ſaltem eſſe de illius mente. qui licèt num. 4. & ſeqq. nonnullos afferat caſus, in quibus ceſſat hoc argumentum; tamen eorum nullus hîc locum habere poteſt. vt facilè cuique patebit eos perpendenti. verùm hæc ipſa prima limitatio in ſenſu quoque directo probatur in d. cap. gratum, de offic. delegat. vbi generaliter de delegato dicitur, quòd, cum citatione facta negotium ſit quaſi cœptum, poteſt, & debet in cauſa procedi, tenebítque quod iuſtitia præuia fuerit ab eo definitum.

Ex hac porrò limitatione infertur, ſeu potiùs ipſa limitatio extenditur primò, quòd † ſi Conſeruator delegatus ſiue à Papa, ſiue à Principe ſeculari in aliquibus cauſis cœperit vti iuriſdictione in iis omnibus perpetuatur eiuſdem iuriſdictio. quod probatur, quoniam ex vna quidem parte text. d. §. officium, vtitur hoc nomine officij, quod aptum eſt comprehendere plures cauſas, vt de ſe patet, præcipuè ex tit. de offic. ordin. de off. iudic. delegat. & ff. de offic. eius, cui mand. eſt iuriſdict. de offic. prætor. cum ibidem not. & ſuis ſimilib. colligitúrque ex traditis per Vgol. d. tab. 4. cap. 6. ferè per totum, vbi de ſuſpenſione ab officio agit. Ex alia verò parte Doct. ferè omnes, ex quibus ſupr. præmiſſ. vltim. ad finem oſtendimus, iuriſdictionem perpetuatam quoad vnam cauſam per citationem non perpetuari quoad alias, ſi quoad eas citatio non emanauit, ſimul etiam expreſsè dicunt, quòd, ſi emanauit, quoad eas quoque perpetuatur. Extenditur 2. idem dicendum de quibuſcumque Conſeruatoribus quouis modo à quibuſcumque legitimè datis, iuxta ea, quæ ſup. concl. 1. & hac 2. concl. ampl. 2. diximus. Extenditur 3. non requiri † ad hanc perpetuationem partis conſenſum, neque illi obeſſe eiuſdem partis exceptionem, cum eo ipſo fiat

135 *De omnib. quotquot ſint, negotijs intelligitur præmiſſa limitatio.*

136 *Nec requiritur partiũ cõſenſus, neque obeſt exceptio.*

fiat talis perpetuatio quoad negotia cœpta ex iuris ſaltem taci-
ta diſpoſitione. Extenditur 4. eandem perpetuationem tali ca-
ſu fieri † etiam ſi certus ſit Conſeruator, vel vterque litigans 137 *Quid ſi Conſeruator vel pars certi ſint de obitu conferentis.*
de morte concedentis;& hoc directè probat quoad delegatum
text. iuncta gloſ.recepta d.cap.gratum,verbo, maximè, de off.
deleg. dum dicit text quod cum citatione facta negotium ſit
quaſi cœptum, & maximè, ſi delegatus non ſit certus de obi-
tu delegantis, poteſt,& debet in cauſa procedi, & gloſ.à ceteris
approbata d. verbo, maximè, ait, hîc bene dici, maximè,quia
idem eſſet, ſi delegatus eſſet certus præmiſſa citatione, quia
tunc poteſt procedere, etiam ſi eſſet certus de morte delegan-
tis. Extenditur 5. idem quoque ſtatuendum † vbi aliàs vacet, 138 *Vacet dignitas propter quam datus eſt.*
quàm per mortem naturalem officium,ſeu dignitas,ratione cu-
ius deleganti competebat poſſe delegare, & alteri iuriſdictio-
nem tribuere, per ea, quæ præced.concluſ.docuimus de Papa
renuntiante, vel aliàs Pontificatum dimittente, & hac ipſa
concluſ. de Principe ſeculari renuntiante, vel aliàs amittente
Principatum etiam per priuationem, ſeu depoſitionem,præci-
puè verò per text.in cap. vlt.de offic. leg. arguendo à contrario
ſenſu, dum ibi dicitur, quòd iuriſdictio delegati à Legato ex-
pirat, ſi ante Legati diſceſſum delegati citatio non præceſſit.
Extenditur denique † nec expirare, nec ſuſpendi iuriſdictio- 139 *Excommunicatione Principis, qui dedit Conſer. non ſuſpenditur.*
nem Conſeruatoris quoad negotia cœpta ſuperueniente ex-
communicatione in Principe ſeculari; vt in delegante,qui ex-
communicationem incurrit poſt cœpta negotia, expreſsè te-
nent Sanchez,& alij Doct citati ſupr.hac ipſa concl. vbi de ex-
communicatione egimus; quod idem multò magis ſtatuen-
dum erit de laica ſuſpenſione ſuperueniente in eodem Princi-
pe poſt negotia ab eius delegato cœpta per citationem, ex iis,
quæ paulò ante hanc priorem limitationem de tali ſuſpenſio-
ne,quæ citationem delegati præceſſit,breuiter docuimus.

Reſtringitur porrò hæc eadem prima limitatio, † vt etiam 140 *Officiũ Cõſer. datũ ad beneplacitũ morte concedentis expirat.*
quoad cœpta negotia expiret iuriſdictio in Conſeruatore, ſiue
per delegationem,ſiue per modum gratię datæ à Papa,vel Prin-
cipe ſeculari ad beneplacitum ſuę voluntatis,vt in vtroque per
text. in cap. ſi gratioſè, de reſcript. in 6. contra quoſdam poſt
alios tenet Sanchez de Matrim.lib.8.diſp.28.num.50.& 54 qui
num.52.& 54.probat † hoc non procedere in gratia facta do- 141 *Quid ſi dictũ ſit, donec reuocauero.*
nec concedens reuocauerit;nam tunc niſi reuocetur ante mor-

tem, perpetua ſit. At vbi delegatio ſimplex, donec reuocauero, facta ſit, ſi quidem res integra ſit, ceſſat iuriſdictio in delegato; ſi cœpta, perpetuatur. quòd ſi eſſet per modum gratiæ, tunc
142 † eius conceſſio, donec reuocauero, duraret fortè etiam re integra, (dummodo ſit facta,) etiam poſt mortem, vt colligitur ex traditis per eundem Sanchez eod. núm. 52. Quod autem hac in re dicimus de morte naturali, eſt quoque dicendum quacumque ratione finiatur officium, ratione cuius potuit iuriſdictionem dare, vt patet ex allatis ab eodem Sanchez ibidem num. 56. Limitatur nunc 2. principaliter propoſita concluſio,
143 quod, † vbi plures Conſeruatores dati ſunt, & iuriſdictio perpetuata eſt quoad vnum, in caſibus, in quibus poteſt vnus ex pluribus delegatis procedere ſine alio, (quos ſup. hac ipſa quæſt. præmiſſ. vlt. in fin. retulimus,) perpetuata intelligitur quoad alios etiam, qui vti non cœperint iuriſdictione. Probatur hæc limitatio tum ex text. in cap. cum plures, in fin. de offic. deleg. in 6. vbi id expreſsè cauetur quoad delegatum, à quo ad Conſeruatorem rectè argui poſſe, paucis quibuſdam caſib. exceptis, quibus per gloſ. receptam d. cap. fin. §. pen. verbo, edita, ex quibus tamen id non eſt, vt patet legenti, iam ſæpiùs admonuimus, & ſatis probatur ex iis, quæ ad id adduximus cap. 8. quæſt. 8. ſuppoſ. 3. tum quod per eum text. in ſpecie id ipſum de Conſeruatore tradidit gloſ. à communiter approbata d. cap. fin. §. officium, verbo, expirare, de off. deleg. in 6. Quæ limitatio † in-
144 telligenda quoque eſt quocumque modo deſinat iuriſdictio, & poteſtas in delegante, cum neque text. ibi, neque Doct. diſtinguunt: dummodo tamen negotium ſit cœptum per citatio-
145 nem; ſic enim iuriſdictio perpetuatur iuxta d. cap. gratum, de off. deleg. & cap. vlt. de off. leg. & alia ſuperiùs ad id allegata in 3. præmiſſ. huius 2. quæſt. Limitatur tertiò † in Conſeruatoriis conceſſis per modum generalis priuilegij, ſeu gratiæ, iuxta ea, quæ latiùs adducemus infra quæſt. 6. Limitatur denique tam
146 hæc, quàm præcedens concluſio, quòd, † licèt moriatur Papa, vel Princeps, qui Conſeruatorem dedit re quoque integra exiſtente reſpectu Conſeruatoris, dummodo Subconſeruator vti cœperit iuriſdictione, non expirat in Subconſeruatore iuriſdictio. ita in materia delegati tenet Sanchez de Matrim. libr. 8. diſput. 28. num. 37. poſt Gemin. in cap. ſi à ſubdelegato, quod eſt pen. de off. deleg. in 6. & ibi Franc. num. 2. & Imol. cap. licèt

vndi

Quid ſi per modũ gratiæ, donec reuocauero, conceſſum ſit officium.

Perpetuata iuriſd. quo ad vnum è pluribus, an perpetuata ſit quoad alios.

Quid ſi deſinat iuriſd. in delegãte.

Nõ expirat iuriſdict. per modũ gratiæ morte cõcedentis.

Quid ſi res quouis modo cœpta, ſit integra quoad Conſeru. aut Subconſeruatorem.

vndique, num.2. ext. eod.tit. Idémque probat Sanchez num. 38. vbi res ſit integra quoad ſubdelegatum cautum, poſt gloſ. d.cap.pen. Verbo, proceſſum, & Ferret.conſ.158. num.1. & 2. vol.1.& per text.d.cap.pen. vbi Pontifex ad hoc, ne iuriſdictio delegata expiret mortuo primo ordinario delegante, ſolùm requirit, eſſe proceſſum in aliquo per delegatum, vel ipſius ſubdelegatum. Et hæc de præſenti quæſt.

QVÆRO *igitur tertiò in hoc cap. An, & quando per mortem naturalem, vel ciuilem Conſeruatoris, aut Subconſeruatoris expiret in Conſeruatore illius officium ſeu iuriſdictio.*

Quæſtio hæc, vt videre eſt, plures habet inſpectiones, quas breuitatis gratia non recenſebimus, ſed ſingulis concluſionibus proſequemur; hîc habentes pro repetitis, quæ præced concluſ. de morte naturali, vel ciuili, & iuriſdictionis perpetuatione præmiſimus. Sit igitur

Prima concluſio. Per mortem naturalem Conſeruatoris † in eo expirat omnis eius poteſtas, & iuriſdictio, quam à concedente acceperat, etiam quoad negotia cœpta. Patet ex illo vulgato dicto, mors omnia ſoluit, §. deinceps, Auth. de nupt. ſoluit enim mors omnia iura, quæ alicui competebant, vt homo viuus eſt, atque adeo ſoluit etiam iuriſdictionem; & cum homo interierit, non ſumet omnia, neque deſcendet cum eo gloria eius Pſalm. 48. Putarem tamen, quòd, † ſi ſtatim à mortuis quis diuinitus excitaretur, prout in Lazaro contigit, quẽ Chriſtus Dominus ſuſcitauit, recuperaret iuriſdictionem, per ea, quæ † de cæteris bonis poſt gloſ. in l. ex his, ff. de leg. communter approbatam teſte Alber. ibi, & Alex. in l. ſi marito, in princ. num. 5 iff. ſol. matr tradit Clar. in §. teſtamentum, quæſt. 86. Et ſpeciale eſt in matrimonio carnali, vel ſpirituali, vt non recuperetur vxor à marito, Eccleſiáve Cathedralis ab Epiſcopo, & religio ab eo, qui erat profeſſus in illa, prout de religioſo, & marito tradidit inter ceteros Abb. in cap. fraternitatis, de frigid. & malefic. cum aliis adductis per Petr. Nauar. tract. de reſtitut. lib. 1. cap. 2. à num. 3. ad 9. idem docentem de Epiſcopo reſpectu ſuæ Eccleſiæ Cathedralis, ad quos, & Doct. d. l. ex his, ſeu l. nam ad ea, ff. de leg. & l. 1. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Silueſtr. & ceteros Summiſtas, verbo, reſuſcitatus, necnon Tiraq. quem non niſi poſt hæc ſcripta vidi in repet. l. ſi vnquam, verbo, ſuſceperit liberos, num. 170. C. de reuoc. donat. & ab eo citatos, quoniam

147 *Morte naturali Conſeru. definit in eo omnis iuriſdictio.*

148 *Quid, ſi reſurgeret.*

149 *Mortuus ſuſcitatus, an recuperet bona.*

caſus hic eſt de valde rarò contingentibus, candidũ lectorem remiſiſſe ſufficiat; ſi illud tamen admoneamus, quòd, cum matrimonium carnale omnino, & irreuocabiliter diſſoluatur per mortem, vt ſatis colligitur ex illo D. Pauli 1. Corinth. 7. mulier alligata eſt legi, quanto tempore vir eius viuit; quòd ſi dormierit vir eius, liberata eſt, cui vult nubat, tantùm in Domino; per quem locum & alium Rom. 7. vbi adhuc verba magis clara habentur, colligunt Doct. præcitati, & poſt alios Tiraquel. de leg. connub. gloſ. 6. num. 19. coniugem reſuſcitatum non reſtitui ſuperſtiti. cúmque matrimonio carnali æquiparetur illud ſpirituale, quod fit inter Epiſcopum, & Eccleſiam, vt conſtat ex cap. inter corporalia, cap. quanto, & cap. licèt, quod eſt fin. de tranſlat. Epiſcop. cum ſuis concord. quódque fit per profeſſionem Religionis, arg. cap. 2. cap. viduas, cap. quæ Chriſto, cap. hi, qui, 27. quæſt. 1. & cap. ex publico, de conuerſ. coniug. cum traditis per Doct. ibid. aliíſque iuribus mox cit. & ſuis ſimilib. adnotauítque etiam poſt alios Euerard. in loc. à matr. carn. ad ſpirit. num. 4. & Petr. Nauar. d. num. 9. quoniam per profeſſionem fit traditio, & mancipatio Deo. dum verò ibid. idem, quod in Epiſcopo, tenet in Curato, ſeu rectore animarum, non puto rectè dicere, cum ex nullo iure colligatur, quòd is cum ſua Eccleſia matrimonium ſpirituale contrahat. Vnde videmus, ſicut alios beneficiarios præter Epiſcopum, religionem ingredi, cedereque beneficiis ſuis abſque licentia ſummi Pontificis, vt praxis docet, ac monet poſt alios Io. Azor lib. 11. Inſtit. moral. cap. 16. quæſt. 3. præcipuè per text. in cap. duæ, 19. quæſt. 2. & cap. licèt, de regular. cum tamen prohibitum ſit Epiſcopo cedere ſuo Epiſcopatui abſque licentia Papæ, d. cap. inter corporalia, cum duobus ſeqq. de tranſlat. Epiſcop. & cap. niſi ſpecialis, de off. leg. & alibi ſæpe. Cum hæc, inquam, ita ſint, certum erit, quòd vbi aliquis Conſeruator deputatus ſit ratione Prioratus, aut Abbatiæ in aliqua religione, talis poteſtas in eo non reuiuiſcit, ſi à mortuis diuino miraculo fuerit excitatus. Idémque dicendum videtur † de Epiſcopo, vbi epiſcopatus non imprimat characterem diſtinctum à ſacerdotio; tunc enim obſtat huic reſumptioni iuriſdictionis, & officij Conſeruatoris, quòd Eccleſiam non recuperat propter coniugium ſpirituale, quod omnino ſolutum fuit per mortem, neque aliquid retinet, per quod talis reſumptio fieri poſſit. Quod ſi teneamus cum

150 *Epiſc. mortuus, qui erat Conſer. reſurgẽs recuperat iuriſdictionẽ, præſertim ſi Epiſcopatus characterẽ imprimat.*

Cano

Canoniſtis in Epiſcopatu tanquam ordine diſtincto characterem imprimi, prout tradiderunt Abb.& ceteri in cap. 1. de ordin.ab Epiſc. qui renunc. Epiſc. de qua re Couar.lib. 1. var. reſol.cap. 10. num. 15. Theol. in 4. diſt. 24. gloſ. & Doct. in cap. cleros, 21.diſt.cap. perlectis,25.diſt.cap. 1. 32. diſt.c.cum contingat, de ætat.& qualitat. Nauar.in Man. cap. 22. num. 18. & Cucch.Inſtit.maior.iur. canon. lib.2.tit.1. num 10. cum duob. ſeqq. & tit. 6. num. 20. cum trib. ſeqq. & quotquot de ordinis ſacramento tractauerunt, tunc omnino putarem, ab eo recuperari talem poteſtatem per reſurrectionem, maximè ſtatim ſecutam; Cum enim character imprimatur in anima, quæ immortalis eſt,non deletur per mortem hominis,atque adeo eum retinet is, qui à mortuis excitatur, vt in ſpecie adnotarunt Doctor. communiter d.cap.fraternitatis, & Petr.Nauar. d. cap. 2. num. 4. vnde recuperabit quoque poteſtatem, & iuriſdictionem; quoniam, licèt morte ſoluta ſit, cum tributa fuerit homini, qui moriens deſinit eſſe homo; tamen cùm reſurgit, eſt idem homo, iuxta illud Iob 19. in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum, & rurſum circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum Saluatorem meum, quem viſurus ſum ego ipſe, & oculi mei conſpecturi ſunt, & non alius. quem locum SS. Patres, ceteríque interpretes de mortuorum reſurrectione intelligunt, & facultas Conſeruatoris competit ratione dignitatis, & characteris epiſcopalis; vnde Epiſcopi etiam ſolummodo titulares, & carentes diœceſi poſſunt eſſe Conſeruatores, vt docuimus ſupr. cap. 5. quæſt. 4. concl. 1. Immò hac ratione,ſi vera eſt communis opinio, de qua infr.concl.4.vt ſuffiiciat, qualitatem in delegato adeſſe tempore commiſſionis, poterit, qui erat Epiſcopus,reſurgens,iuriſdictionem ei datam recuperare,licèt epiſcopatus characterem non imprimat.

Idem verò erit omnino ſtatuendum † de iis,qui Conſeruatores erant ratione dignitatis, vel perſonatus in Eccleſia Cathedrali,vel Collegiata, iuxta text.in d.cap.fin. in princ. de off. deleg.in 6. & latè per nos tradita d.cap. 5. quæſt. 7. vel ratione Abbatiæ,Prioratus, & Commendæ ſecularis, de quo eod. cap. 5. quæſt.6. neque enim his obſtat quòd reſurgens non recuperet beneficium, vt voluit gloſ. extrau.ſuſcepti, in princ. verbo, vacantium, ne ſed.vac.ſat enim eſt,quod illud habuerint tempore deputationis,vel electionis. neque adeſt coniugium ſpiri-

151 *Obtinẽs dignitatẽ aut Conſeruatoriã ſi mortuus ſuſcitetur, iuriſd. recuperat.*

tuale; Et hi alioqui per reſurrectionem huiuſmodi recuperant
152 bona, & iura ſua, ex prædictis, inter quæ † numerari etiam iu-
Iuriſdictio delegata inter iura recenſetur. riſdictionem, nemo iure poteſt dubitare, etiam propter ſolum text. in cap. quoniam, quod eſt pen. in fin. de immunit. eccleſ. in 6. vbi, poſtquam ſummus Pontifex prohibuerat, ne quis impediret litigantes, ſeu litigare volentes coram iudice Eccleſiaſtico, ſiue ordinario delegato, aut querelantes coram eo, ne iuſtitiam obtineant ſuper cauſis ad forum Eccleſiaſticum de iure, vel conſuetudine pertinentes, adiicit; ſi quis verò contra præſumpſerit, excommunicationi ſe ipſo facto nouerit ſubiacere, à qua niſi tam iudici, cuius cognitio fuerit impedita, vel iuriſdictio vſurpata, quàm parti, quæ turbata in proſecutione fuerit ſui iuris, de iniuria, damnis, expenſis, & intereſſe priùs per eundem integrè fuerit ſatisfactum, nullatenus abſoluatur. dum enim ſupponit ſaltem iniuriam fieri iudici etiam delegato, ſi eius cognitio fuerit impedita, vel iuriſdictio turbata, ſupponit quoque iuriſdictionem etiam delegatam eſſe ius quoddam conſiderabile in iudice. Non fieret tamen talis recupera-
153 tio iuriſdictionis quoad negotia non cœpta † vbi concedens
Mortuus reſurgens quando non recuperet iuriſdictionem. re integra deceſſiſſet, aut alias amiſiſſet Pontificatum, vel Principatum, aut ab eius exercitio ſuſpenſus Princeps fuiſſet iuxta latiùs deducta in præced. quæſt. quoad negotia verò etiam cœpta, vbi concedens ſucceſſorem defuncto Conſeruatori dediſſet, vt eſt optimus text. in l. mortuo iudice, ff. de iud. cap. quoniam Abbas, de offic. deleg & melior in c. paſtoralis, § præterea, de off. ordin.

Secunda concluſio. Si duo Conſeruatores ſimpliciter ſunt
154 dati, † mortuo vno, illorum officium in altero quoque expi-
Offic. Conſ. expiret-ne in altero ex duob. datis per mortem alterius. rauit. Probatur per text. qui loquitur in delegato in cap. vno delegatorum, quod eſt pen. de offic. deleg. inquit enim ibi Pontifex, quod ad rem hanc attinet; vno delegatorum rebus humanis exempto, officium eorum expirauit; ratio eſt, quia neuter illorum erat iudex in ſolidum, vt iudicare poſſet, quia loco vnius tantum ſunt, & omnes iudicare iuſſi ſunt, l. duo ex tribus, ff. de re iudic. cap. cauſam matrimonij, cap. cum cauſa, de off. deleg. cum ſimil. Porrò hæc concluſio cum ſuis ampliationibus eſt admittenda, ſi verum eſt, etiam duos delegatos ſimpliciter ad cauſarum vniuerſitatem cenſeri datos ſimul, non in ſolidum, de quo ſupr. cap. 7. quæſt. 1. concl. 3. illat. 1. Ampliatur

tur ergo hæc concluſio primò vt idem ſit, † vbi eorum iudicum alter fiat infamis, aut aliàs de iure inhabilis ad iudicandum, vt in delegato tenet gloſ. recepta, d. cap. pen. per text. in cap. ſciſcitatus, de reſcript. vel † vbi non à Principe amoueatur; (tunc enim in collega conſolidatur iuriſdictio, vt per text. in l. cum prætor, & ibi Caſtr. ff. de iudic. tradit Dec. d. cap. cauſam, num. 3.) ſed vbi ille via iuris tanquam ſuſpectus remoueatur, per text. in cap. licèt, de off. deleg. quibus adde ſimiles text. in cap. cauſam, quæ, & cap. inſinuante, & cap. cum ſuper, eod. tit. quæ tamen iura non loquuntur in caſu, de quo in cap. pen. vbi ſimpliciter facta ſit delegatio pluribus, ſed † cum clauſula, ſi ambo, vel clauſula, ſi non omnes; eatenus verò probant hanc duplicem ampliationem, quatenus, vbi adſit in commiſſione hæc clauſula, nequit alter ſine altero procedere, niſi conſtet de impotentia, cap. prudentiam, in princ. eod. tit. cui impotentiæ locus eſt in caſu inhabilitatis, aut remotionis ob ſuſpicionem, vt in prædictis iuribus, ſicut ex duobus delegatis ſimpliciter altero nequit validè procedere, vt d. l. duo, & d. cap. cauſam, & cap. cum cauſa, maximè cum caſus mortis hac in re æquiparetur caſui prædictæ inhabilitatis in d cap. ſciſcitatus, & caſui recuſationis in d. cap. licèt. Ampliatur ſecundò, vt procedat iſta concluſio † etiamſi alter Conſeruatorum ſimpliciter datorum commiſiſſet alteri vices ſuas, & antequam Subconſeruator vti cœperit iuriſdictione, ipſe Conſeruator deceſſerit vt in delegato eſt text. apertus d. cap. cum cauſa, & adhuc melior d. cap. licèt, de offic. deleg. & vtrobique Doct. adnotantes tunc per mortem condelegati expirare iuriſdictionem in ſuperſtite. Secus verò erit, (& hæc ſit limitatio prima huius ſecundæ concluſionis) vbi Subconſeruator ante mortem Conſeruatoris, qui ſubdelegauit, cœperit vti iuriſdictione; nam tunc non expirabit, ſed ſuperſtes cum tertio ſubdelegato poterit procedere, iuxta text. d. cap. cum cauſa loquentem in duobus delegatis ſimpliciter ibi, nec vices ſuas ſuper hoc committente, ſumpto argumento à contrario ſenſu, vel etiam poterit procedere ipſe ſolus ſuperſtes, ſi collega defunctus in eum fecerit ſubdelegationem, vt apertè & in ſenſu directo diſponitur in d. c. licèt, in fine, ibi, ſi verò ante mortem illius iuriſdictione vti cœperit taliter demandata, vices ſuas, & illius poterit adimplere.

155 *Quid ſi de iure inhabilis fiat ad iudicādum: aut*

156 *remoueatur tanquā ſuſpectus.*

157 *Offic. Conſ. an & quādo expiret in aliquo ex plurib. datis cū clauſula, ſi nō omnes, vel, ſi ambo.*

158 *Quid ſi alter iudicum ante mortē vices ſuas alteri commiſit.*

Limi

169 *Clauſula, ſi non omnes, aut ſi ambo, limitatio.*

Limitatur nunc ſecundò propoſita concluſio, † vbi plures Conſeruatores dati ſint cum clauſula, quòd ſi non omnes, &c. aut, ſi ambo, &c tunc enim eorum altero, aut aliis defunctis ſuperſtites, vel ſuperſtes ſolus poteſt procedere, atque adeo per i[illegible]im mortem non expirat iuriſdictio, & officium. ita in delegatis tenet glo. communiter recepta d. cap. pen. per illum tex. in fin. extr. de off. deleg. ibi, niſi aliud in delegatione fuerit expreſſum, & l. non diſtinguemus, §. cum in plures, ff. de arbitr. & cap. Raynaldus, de teſtam. quæ duo iura loquuntur in arbitris quibus in hac re pares facit delegatos Pontifex in d. c. pen. Et ratio huius limitationis eſt, quoniam de impotentia collegæ cum tali clauſulá dati dicitur conſtare, ſi mortuus is fuerit, vt apertè conſtat ex d. cap. ſciſcitatus, de reſcript. & cap. licèt, de off. deleg. Et ſic cum purificata ſit iuriſdictio, quæ conditionalis erat per d. clauſulam iuxta gloſ. & Doct. d. cap. prudentiam, in princ. de off. deleg. & cap. cum plures, verbo, forma, eod. tit. in 6. procedere poterit ſuperſtes, nec expirauit iuriſdictio, & officium illorum iudicum.

160 *Quid de Conſeruatoribus datis cũ clauſula, vt omnes, aut duo, vel vnus eorũ.*

Multò verò magis † idem erit diendum, ſi plures Conſeruatores dati ſint cum clauſula, vt omnes, aut duo, vel vnus eorum mandatum Apoſtolicum exequantur, aut alia conſimili, (hoc eſt, vt ibi explicat gloſ. & Doct. d. cap. cum plures, verbo, conſimili, de off. deleg in 6. ſi dicatur, quòd quilibet eorum in ſolidum, & per ſe iudicare, & exequi poſſit, aut ſi dicatur, quòd alter alterum non expectet vel non requirat;) tunc enim per obitum talis collegæ, aut collegarum Conſeruatoris, in eo iuriſdictio, & officium non expirabit, cum ſtante tali delegatione, quilibet delegatorum liberè poſſit ſine alio iniunctum adimplere mandatum, vt dicitur d. cap. cum plures, in princ. hoc eſt (vt ibi exponit glo. recepta, in verbo, liberè,) etiam non requiſito collega.

161 *Officiũ Cõſer. nõ expirat ſi collega qui moritur, habet ſucceſſorẽ in dignitate cuius ratione datus ſit.*

Limitatur tertiò, † vbi ille Conſeruator datus ſimpliciter collega, qui moritur, habet ſucceſſorem in dignitate, cuius ratione, & ſub cuius nomine facta eſt deputatio; nam tunc per eius mortem non expirat officium, & iuriſdictio, ſed tranſit eius delegatio in ſucceſſorem, iuxta text. in cap. quoniam Abbas, de off. deleg. & aliis iuribus allegatis in fin. præced. concluſ. atque adeo erit expectandus ſucceſſor, quia ſuperſtes per ſe non poteſt procedere, cum ſit datus ſimul cum alio iuxta d. c. cauſam matrimonij, & alia iura adducta initio huius 2. concluſ.

ſi verò

ſi verò ſint dati plures cum clauſula, ſi non omnes, &c. tunc puto non fore expectandum ſucceſſorem, cum iam ex eo, quòd purificata eſt iuriſdictio, ea in ſolidum remaneat penes ſuperſtitem, vt ſupra ſatis oſtendimus. Verùm de hoc articulo, an, & quando deputatio Conſeruatoris tranſeat ad ſucceſſorem in dignitate, ratione cuius eſt facta deputatio, ſeorſim dicemus infra concl. 5. ſicut de illo, an ſi vnus ex pluribus iudicibus ſimul datis, dicta ſua opinione coram aliis, receſſit, quia eos trahere non potuit in ſuam, & illorum ſententiæ noluit intereſſe, an hæc inquam ſententia valeat, videndus Fel. cap. cauſam, nu. 9. Abb. num. 8. Dec. num. 10. de off. deleg. latè concludentes eam non valere. Nunc ad alia tranſeamus.

Tertia Concluſio. Si Conſeruator † ſeruus efficiatur, non expirat ipſo iure eius iuriſdictio, & officium, ſed ſolùm ſuſpenditur, donec libertati reſtituatur. Probatur quamuis enim ſeruus iudex eſſe nequeat, l. cum prætor, §. non autem, ff. de iud. l. ſeruus, iuncta gloſ. C. eod. tit. cap. 1. verſic. morib. 3. quæſt. 7. & cap. ſciſcitatus, de reſcript. ita vt etiam nullus ſit proceſſus ab eo factus, niſi aliud concurrat puta communis error, vel certa Principis ſcientia, vt ſatis colligitur ex l. Barbarius, ff. de offic. prætor. tamen id ita intelligendum eſt, vt à principio ſit incapax iuriſdictionis, non autem quòd eam poſtea amittat, ſi ſeruitus ſuperueniat. Nam neque furioſus iudex eſſe poteſt d. §. non autem, & tamen ſi furor ſuperueniat, non tollitur iuriſdictio, l. iudex datus, ff. de iudic. Et cæcus nequit habere beneficium, & tamen eo non priuatur, propter ſuperuenientem cæcitatem, vt latè oſtendimus in tract. de option. canon. cap. 4. concl. 4. amittet ergo ſolum exercitium, prout de furioſo dicitur d. l. iudex datus, & ſic retinebit iuriſdictionem in habitu, donec eſt ſeruus, alioqui iure poſtliminij ſeruus captiuus iuriſdictionem non recuperaret, quod tamen † generatim de omnibus iuribus cauetur in §. ſed ſi ab hoſtib. Inſtitut. quibus modis ius patr. poteſt. ſolu. & l. poſtliminij, ac toto ferè tit. ff. de captiu. & poſtlim. reuerſ. Et in ſpecie iuriſdictionis de Epiſcopo capto ab hoſtibus, quòd eam reuerſus recuperet, eſt text. in cap. ſi Epiſcopus, quod eſt 3. idémque pen. de ſuppl. neglig. prælat. in 6. Ratio autem huius concluſionis eſt, quoniam in hoc caſu non militat eadem ratio in morte ciuili, quæ in naturali; nam hæc tollit omne fundamentum iuriſdictio-

162 *Conſeruatoris effecti ſerui an expiret officiũ.*

163 *Liber factus Cõſer. iuriſdictionis vſum recuperat.*

Digitized by Google

nis, quæ eſt vita, non ſic mors ciuilis, quæ relinquit potentiam, ſeu iuriſdictionem in habitu, licèt tollatur eius exercitium, & vſus; quod tamen ſufficit ne quis in alium tranſmittere efficaciter poſſit iuriſdictionem per ea, quæ poſtea de excommunicatione, & ſuſpenſione trademus; atque adeo nil mirum, ſi quæſt. præced. docuimus, per mortem etiam ciuilem concedentis expirare iuriſdictionem, qua vti non cœpit eius delegatus.

164 *Capitulum ſede vacante an ſuccedat in iuriſdictione.*

Ne putes tamen, † exercitium iuriſdictionis Conſeruatoris, quæ erat in Conſeruatore Epiſcopo interim, donec captus manet apud hoſtes, aut etiam eo mortuo, donec ſucceſſor datur in Epiſcopatu, reſideat penes Capitulum, ſicut

165 *Quando in ipſum tranſeat iuriſdictio ordinaria.*

† de ordinaria iuriſdictione cauetur quoad mortem naturalem cap. illa, & cap. fin. ne ſed. vac. cap. ad abolendam de hæret. cap. cum olim, & cap. his, quæ de maior. & obed. cap. 1. eod. tit. in 6. d. cap. pen. & vlt. de ſuppl. neglig. prælat. cap. vnico de inſtit. cap. cùm nullus de temp. ord. eod. lib. Clem. ſtatutum, de elect. quoad mortem ciuilem per ſeruitutem, quia captus ſit ab hoſtib. decernitur d. cap. pen. aut etiam quouis modo vacet Epiſcopatus per renunciationem, tranſlationem, depoſitionem, vel alio modo, vt voluit gloſſ. ab aliis approbata d. cap. pen. verbo mortem.

166 *Iuriſdictio delegata à iure Epiſcopo, nõ tranſit in Capitulum ſede vacante.*

Nam illud certiſſimum eſt, † ad capitulum ſede quouis modo vacante non tranſire iuriſdictionem delegatam, ſed ſolùm ordinariam, vt ſatis colligitur ex prædictis iurib. ibique Doct. adnotarunt, ac pluribus inter cæteros oſtendunt Franc. Pauin. tract. de poteſt Capit. ſed. vacant. par. 1. quæſt. 19. Fed. ſen. conſ. 30. & Papa Auguſt. in addit. ad Steph. Quarant. in Compend. Bullar. verbo capitulum ſede vacante in princ. vbi etiam poſt Io. An. & cæteros dict. cap. ad abolendam de hæret. Franc. de communi atteſtantem d. cap. vnico de maior. & obed. in 6. Pauin. ſupr. & alios docet idem eſſe in iuriſdictione delegata generaliter Epiſcopo etiã à iure, qualis eſt illa, de qua, d. c. ad abolendum in fin. nimirum quam habẽt Epiſcopi in exemptos quoad crimen hæreſis quod etiam

167 *An ſi ordinario iure Epiſc. cõpetat iuriſdictio, ſuccedat Capitulum.*

poſtmodum reperi ex communi teneri à Sanch. de matrim. lib. 8. diſput. 2. num. 10. At verò in verſ. ſubſequenter idem Proſper ex Rebuf. in prax. benef. tit. de deuolut. nu. 68. & Doct. in cap. verùm, de for. compet. quibus adde Abb. & alios d. cap. ad abolendam Fel. latè in cap. eam te num. 17. de reſcript. docet † capitulum ſede vacante ſuccedere Epiſc. in iis tantum, quæ

quæ ei competunt iure communi, & proprio Epiſcopi, ſcilicet eo ipſo, quòd eſt Epiſcopus, ſecus verò vbi competeret aliquo iure ſpeciali, ſeu accidentali. Sanchez tamen d.nu. 10. id etiam admittit in ſpeciali ordinario, non delegato. Neque obſtat ſi dicatur, Epiſcopo, vt Epiſcopus eſt, competere, quòd deputetur Conſeruator, vt habetur in d.cap.fin.in princ.ibi Epiſcopus; nam ſtatim reſponderi poteſt ex d.cap.fin.ſolum haberi, quod Epiſcopus ſit ex illis perſonis, quæ deputari poſſunt in Conſeruatore. Non obſtat etiam, quòd capitulum ſede vacante contineat pleraſque perſonas, quæ deputari poſſunt Conſeruatores, nimirum obtinentes dignitatem, vel perſonatum in Eccleſia Cathedrali iuxta text.d.cap.fin.in princ. Reſpondetur enim primò eodem modo, vt ad præcedens motiuum, aliud eſſe, quòd aliqua perſona ſit ex iis, quæ poſſint deputari Conſeruatores; aliud quod ei, vt ſic competat eſſe Conſeruatorem; deinde quod poſſint deputari tales perſonæ de capitulo, conuenit eis, vt ſingulis, non vt vniuerſis, aliud autem ſunt ſinguli, aliud vniuerſi l.2. & l.ſicut, §.ſi quid, ff. quod cuiuſq. vniu.nom. l.ſed ſi hac §.qui manumittantur, ff. de in ius voc.c.qui manumittitur, 12.q.2.opt.tex.in c.fi.de præb.in 6.vbi gl.&Doct.latè Fel.& alij in cap.eam te, de reſcr.& Ant.Gabr.commun.concl. lib. 6. tit. quod cuiuſque vniuerſ. nom.à num.1. ad 13. præſertim verò cum multi, immò maior pars illorum de capitulo regulariter non ſint de illis perſonis quæ poſſint eſſe Conſeruatores; neque enim ſimplices Canonici etiam Cathedralis regulariter eſſe poſſunt Conſeruatores, vt tradit gloſ. recepta c. ſtatutum, in princ. verbo, Canonicis, de reſcript. in 6. & d c. fin.verbo, obtinentes, & verbo, edita, de offic.deleg.eodem lib. nóſque ſup.cap.4. quæſt.8.latiùs oſtendimus. Verùm de principali hoc articulo aliquid etiam dicemus concl. 4. prope finem. Ex hoc porrò, quod poſtremo loco dixi, incidenter colligo, non ſolùm vacante ſede epiſcopali, verùm etiam plena capitulum Cathedralis, nedum alterius inferioris, non poſſe deputari in Conſeruatorem. Ex illis verò, quæ paulò ante deduximus, colligitur, quod ſicut non reſidet penes capitulum ſede vacante iuriſdictio delegata, quamuis generalis, quæve ſpeciali iure, ſaltem delegato Epiſcopo competebat, atque adeo etiam poteſtas Conſeruatoris, ita & multò magis non reſidebit penes idem capitulum quando ſedes non vacat, ſed ſolùm Epiſcopus

Digitized by Google

habet ſuſpenſam iuriſdictionem, èo quia captus ſit, & in ſeruitutem redactus. Tunc igitur † ſiue ſolus quis deputatus ſit
168 *Conſeruatore ſeruo effecto aut eius Collega quid agendum.* tutem redactus. Tunc igitur † ſiue ſolus quis deputatus ſit Conſeruator, ſiue ſimul cum alio; durante in ipſo, vel collega tali ſeruitute, quæ ſuperuenit poſt electionem illius in Conſeruatorem, erit expectandus ſucceſſor in dignitate in caſibus quibus ad illum eo ipſo tranſeat iuriſdictio Conſeruatoris, qua de re infr. concl. 5. agemus, vel recurrendum eſt ad collegam, vbi Conſeruatores dati ſint cum clauſula, quòd ſi non omnes; tunc enim ſolus poterit procedere propter impotentiam alterius; multò verò magis, ſi datus ſit in ſolidum, iuxta dicta ſup. concl. præced. vel ſi id in facultatibus habeat, poterit pars alium Conſeruatorem eligere; vel, ſi hiſce rationib. occurri tali incommodo non poſſet, confugiendum eſſet ad ſummum Pontificem, cap. ſi is, cui cauſa, de off. deleg. in 6. cum ſimil. qui forſan dabit alium delegatum, vel adiunctum. Putò verò hæc omnia procedere ſiue negotium fuerit cœptum tempore ſuperuenientis ſeruitutis, ſiue non, cum prædicta iura, atque Doct. non diſtinguant, & militet eadem ratio; & quoad caſum paulò ante commemoratum de duobus delegatis in ſolidum diſponit
169 *Impedito vno ex Conſ. alius cauſã proſequitur: niſi* text. d. cap. cum plures, §. ſeu verſic. porrò, quòd † vno taliter delegatorum negotium commiſſum inchoante alij poterunt ſe intromittere de eadem, ſi vel infirmitate, vel alia iuſta cauſa illum contigerit impediri; niſi † impeditus ſubdelegatum dediſſet: qui iam vti cœpiſſet iuriſdictione; tunc enim requiritur,
170 *impeditus dederit ſubdelegatũ &* quòd denuò ſubdelegatus impediatur, ad hoc, vt ſine eo collega ſubdelegantis non impeditus procedat, vt tradit ibid. gloſ. & Doct. Si verò † adſit clauſula, quòd ſi non omnes, tunc impeditus etiam poſt cœptum negotium ceſſante impedimen-
171 *Quid ſi adſit clauſula, ſi nõ omnes.* to foret admittendus, vt docet Io. An. ibid. in gloſ. verbo, nequibunt per not. in cap. quoniam Abbas in gloſ. 2. & cap. coram, gloſ. pen. de offic. deleg. & facit cap. ſciſcitatus, cum ibi not. de de reſcript. Id autem adnotandum eſt pro omnibus aliis caſibus, in quibus iuriſdictio Conſeruatoris ſuſpenditur, puta per excommunicationem, & ſuſpenſionem, vt inf. concl. 6. oſtendemus. Quod autem diximus de ſeruitute, dicendum multò magis eſt de damnatione ad metallum, deportatione, banno perpetuo, & ſimilibus, quibus ciuitas amittitur dumtaxat, non item libertas, quod fit regulariter per ſeruitutẽ, iuxta ea, quæ ſupra quæſt. 2. præmiſimus, vt nimirum per hæc iuriſdictio non

Digitized by Google

non amittatur ſed ſuſpendatur.

Quarta concluſio. Vacante per renuntiationem, tranſlationem aut alio ſimili modo dignitate, ſeu beneficio, cuius ratione quis electus, ſeu deputatus eſt Conſeruator, † neque expirat ipſo iure poteſtas, & officium Conſeruatoris, neque ſuſpenditur ſiue quoad negotia cœpta, ſiue etiam fortaſſe quoad non cœpta, modò tempore electionis, ſeu deputationis talis qualitas adeſſet. Probatur hæc concluſio. quoniam licèt id nemo in ſpecie Conſeruatorum dixerit, quoad delegatum tamen Apoſtolicum † id expreſsè tradit gloſ. in cap. ſtatutum, in princ. verbo, Canonicis, in fin. de reſcript. in 6. quam ibi Archid. Gemin. Franc. & cæteri communiter ſequuntur, alia etiam gloſ. in Clem. 2. verbo, principalis, de reſcript. quæ ab aliis ibid. approbatur, non tamen exprimit, an tempore commiſſionis, vel præſentationis, ſed id ſatis exprimunt Doct. ibi & tam gloſ. d. cap. ſtatutum, verbo, Canonicis, quàm Doct. omnes volentes, quòd ſufficit, Canonicum Cathedralis delegatum ratione canonicatus fore Canonicum tempore commiſſionis, licèt non ſit tempore præſentationis, atque adeo procedere poſſe, pro hoc allegantes text. in l. feminæ, ff. de Senat. l. cæcus, ff. de iudic. cap. dudum, cum ibi not. de elect. cap. 1. & cap. ſi eo tempore, de reſcript. in 6. id ipſum etiam pluribus relatis tenet communem opinionem aſſerens Dec. in cap quoniam Abbas, num. 6. circa initium, de offic. deleg. Et huius rei ratio, quam adducit inter alios ibi Dec. & indicant Doct. d. c. ſtatutum, & Clem. 2. ea eſt, quia cùm diſponens requirit aliquam qualitatem certo tēpore, ſufficit quòd ea adſit illo tēpore, vt præter citata iura probatur ex aliis, quæ allegat inter cæteros Imol. d. Clem. 2. nu. 14. & Tiraq. tract. cauſ. ceſſ. limit. 4. nu. 1. & 3. & Thom. Sanch. tract. de Matrim. lib. 8. diſp. 27. nu. 28. vbi rem hanc latè probat. at verò d. c. ſtatutum, in princ. apertè videtur talem qualitatem, quòd ſit Canonicus Cathedralis, vel obtineat dignitatem, aut perſonatum, ſolùm requirere tempore commiſſionis, dum decernit quòd cauſæ à ſede Apoſtolica, vel eius Legatis de cætero nullis committantur, niſi dignitate prædictis, &c. qua prorſus formula vtitur idemmet ſummus Pontifex Bonif. VIII. in d. cap. fin. in princ. de off. deleg. in 6. dum ait, quòd non poſſint de cætero deputari Conſeruatores, niſi Epiſcopi, vel eorum ſuperiores, aut Abbates, ſeu dignitates, vel perſonatus in Cathe-

172 *Vacante per renūt. trāſl. &c. beneficio eius Cōſeru. iuriſd. an & quādo expiret.*

173 *Delegati qualitas propter quā datus eſt, ſufficit quod adſit tēpore electionis.*

dralibus, vel Collegiatis Eccleſiis obtinentes, atque adeo ſufficiet habere aliquam ex dictis qualitatibus tempore deputationis, vel electionis in Conſeruatorem, licèt ea careat toto tempore proceſſus. quòd ſi eodem cap. fin. verſic. vices quoque, decernitur, vt Conſeruatores non poſſint committere vices ſuas, niſi habentibus prædictas qualitates; ſîcque videtur quòd idem facere debeant Conſeruatores in quacumque parte iudicij velint vices ſuas committere; idem etiam planè quoad delegatos ſtatuitur in d. cap. ſtatutum, verſic. in nullo quoque, & ſic vel in vtroque caſu erit admittenda prædicta communis opinio, vel in neutro, hoc eſt, vel etiam in Conſeruatore, vel neque in delegato; quod alicui tenendum eſſe fortè videretur, tum per rationem, quam mox attigimus; quæ etiam ex eo roborari poteſt, quòd inconueniens videtur, quòd aliquis nullam habens ex qualitatibus requiſitis, ſi eam dimiſit poſtquam ei commiſſa fuit cauſa, vel electus, ſeu deputatus fuit in Conſeruatorem, teneatur committere vices ſuas aliquam ex illis qualitatibus habenti, & ſic ſubdelegatus debeat eſſe dignior delegante, & Subconſeruator Conſeruatore contra mentem etiam Pontificis, qui in vtroque eandem qualitatem requirit; tum etiam per motiuum, quod affert Dec. in cap. quoniam Abbas, num. 6. de offic. deleg. & Imol d. Clem. 2. num. 13. ex eadem gloſ. d. cap. ſtatutum, in princ. verbo, committantur; quia nimirum ideo voluit Pontifex, vt cauſæ committerentur

174 talibus perſonis qualificatis, ne † per pannoſum clericum Papa repræſentetur, quod tenderet in vilipendium ſedis Apoſtolicæ, arg cap. in ſacerdotibus, 61. diſt. cum ſimil. quæ quidem ratio concludit non ſolùm reſpectu principij delegationis, ſed etiam reſpectu medij, & finis, & cuiuſlibet partis proceſſus; præſertim cùm cauſæ in curia committantur, & proceſſus vt plurimum ſit agitandus in partibus, vbi ſi commiſſarius dimiſit illam qualitatem ignorari facilè poteſt, quòd cauſa fuerit ab initio commiſſa perſonæ qualificatæ; & ſic adhuc vilipenditur ſedes Apoſtolica. Retenta tamen communi opinione, quam in delegato tenet etiam Bal. in l. generaliter, circa medium, C. de epiſc. & cler. ac Tiraqu. d. limit. 4. tract. cauſ. ceſſ. num. 4. vbi de communi, & conſequenter admittere debemus etiam in Conſeruatore per prædicta, cum par ſit in ea ratio, ac in delegato Apoſtolico, atque ab eo argui rectè poſſit, quoniam

Qualificatæ perſonæ cur eſſe debeant Conſeruatores Apoſtolici, aut delegati.

&

& ipſe delegatus eſt Apoſtolicus, vt iam ſæpè admonuimus. Ad primum motiuum in contrarium reſponderi poteſt, quòd non eſt inconueniens aliquam perſonam non qualificatam tempore ſubdelegationis, quæ tamen talis fuit tempore delegationis, teneri propter ſpecialem canonis diſpoſitionem ſubdelegare alicui perſonæ qualificatæ, cum † etiam hæc, ſi dimittat 175
talem qualitatem retentura ſit ſubdelegationem, ob rationis identitatem, & delegatus, licèt dimiſerit ſuam qualitatem, aliquando tamen eam habuit, & aliquem adhuc retinet fulgorem, l. Senatorem, ff. de Senator. l. fin. ff. de decurion. cum aliis in id adductis per Tiraq. in tract. cauſ. ceſſ. limit. 15. per totam. Idque præſertim dicendum eſt, cum ratio, & cauſa finalis, ob quam ſummus Pontifex eas fore perſonas qualificatas voluit, quibus cauſę à ſede Apoſtolica committerentur, fuit illa, quoniam communiter in dignitate poſiti reperiuntur habiles, & intelliguntur honeſtiores, & fideliores, cum iam fuerint in aſſumptione dignitatis approbati, cap. nihil, de elect. & cap. iam dudum, de præbend. vt ſatis etiam ſentit gloſ. recepta d. verbo, Canonicis, verſic. nota ergo, vbi alia ad id iura adducit; atque adeo illa ratio, ne ſedes Apoſtolica in vili & pannoſo iudice vilipendatur, eſt ſolùm impulſiua, non finalis; & ſic ſoluit ſecundùm motiuum in contrarium adductum Imol. d. num. 14. & Dec. in cap. quoniam Abbas, num. 6. de offic. deleg. Ex hac porrò communi opinione videtur inferri † malè Spec. tit. de 176
iud. deleg. § fin. verſic. quid ſi cauſa, inſinuaſſe, quòd ad hoc, vt talis qualificatus dimittens qualitatem poſſit eſſe delegatus, requiri citationem, quod etiam Franc. voluit in Canonico remoto à canonicatu d. cap. ſtatutum, in princ. verſic. ſecus autem, & verſic. & aduerte primò; in quo parum ſibi conſtat, cum paulò ante eum cæteris dixerit, ſufficere eam qualitatem adeſſe tempore delegationis, licèt non adeſſet poſtea tempore præſentationis; de quo tamen aliquid ante fin. huius concl.

Quid ſi perſona nō qualificata ſit tēpore ſubdelegationis ſed delegationis.

Qualitas requiſita in delegato dimitti poteſt ante citationem.

Limitatur autem noſtra concluſio fundata in prędicta communi opinione primò, ſecus dicendum fore † ſi ob delictum 177
quis amoueatur à dignitate, quod ſatis apertè voluit Imol. vbi ſupr. & magis expreſsè docuit Franc. d. cap. ſtatutum, in princ. verſic. ſecus autem, Dec. d. cap. quoniam Abbas, num. 6. in fin. poſt Bal. ſupr. per text. in l. Caſſius, ff. de Senator. vbi habetur, quòd Senator amotus à dignitate ob turpitudinem iudex eſſe nequit,

Amiſſa ob delictū qualitate requiſita, nō amplius procedit poſt ſententiā Conſ.

Digitized by Google

nequit, quod idem probari videtur in l.eo, ff.ad leg.Iul. repet.
l.1.ff.ad leg.Iul.de vi priu. l.2.& l.iudices, C.de dignit.cap.ſci-
ſcitatus,de reſcript. Et confirmatur ex eo,quòd tunc,qui dimi-
ſit dignitatem, nullum retinet ex eius priuilegiis, vt notant
Doct. d. l.Senatorem, & l. fin. ſupr. tit. Idem poſt alios tenet
Sanchez de Matrim. lib.8. diſput.27. num.26. quod tamen eſt
reſtringendum, niſi foret toleratus; nam interim, donec re-
pellatur, poteſt procedere, per gloſ. ſingularem in ſumma, 3.
quæſt.7. facit cap.vlt.15.quæſt.vlt. cap.inter dilectos,de exceſ.
prælat. cap. ad probandum, de re iud.cum aliis, quæ adduce-
mus infr. quæſt.6.& 7. Similiter reſtringendum eſt cum Franc.
178 ſupr. † vbi à dignitate remotus fuerit, non autem ſolum ab
adminiſtratione,vel ab ea ſuſpenſus,ex not.per Archid.in cap.
audiuimus,24.quæſt.1.& traditis per Doct.in cap.ſi vno,§.1.de
cler.ægrot.in 6.

Quid ſi amotus ſit vel ſuſpenſus ab adminiſtratione.

Limitatur ſecundò principaliter † niſi ſuperueniret aliqua
179 qualitas totaliter oppoſita primæ qualitati, vt ſi habens digni-
tatem Eccleſiaſticam contraheret matrimonium; tunc enim
quicquid aliter diſtinxerit Specul.tit.de iudic.deleg.§.fin. verſ.
quid ſi cauſa, poterit cognoſcere de cauſa temporali, non au-
tem de ſpirituali, vt poſt Paul.d.Clem.2. tenet ibi Card. num.
7. Imol.d.num.14. Franc.Gemin.& alij d.cap.ſtatutum,in prin.
quin etiam abſolutè in eo expirare iuriſdictionem poſt alios
docet Sanchez ſupr.num.27.

Delegatus depoſita dignitate tráſiens ad ſtatũ incõpatibilẽ non poteſt procedere in cauſa delegata.

Limitatur denique, vt procedat dummodo delegatio, ſeu
deputatio, vel electio in Conſeruatorem facta fuerit ſub no-
mine proprio, ſecus verò;ſi ſub nomine dignitatis, per ea, quæ
dicemus in ſeq. concluſ. ſi duo tamen priùs adnotemus. Alte-
180 rum, quod negari non poſſe videtur, † quin retenta etiam
prædicta communi opinione in eo, quòd non expiret iuriſdi-
ctio delegati, atque adeo Conſeruatoris per dimiſſionem qua-
litatis ad delegationem, vel deputationem in Conſeruatorem
requiſitæ,ea temperẽda ſit, dummodo tempore dimiſſionis ta-
lis qualitatis ſaltem fuerit tranſmiſſa citatio, atque adeo perpe-
tuata iuriſdictio, tum propter auctoritatem Specul. loco cit.
cum quo ſentit etiam Io. de Deo ab eo allegatis ibi, & verſic.
quid ſi fiat Monachus, necnon Franc.vbi ſupra, id quod inſi-
nuant quoque aliqui Doct. tam d.cap.ſtatutum,in princ.de re-
ſcript. in 6.quàm d. Clem. 2. de reſcript. tum quòd ratio alle-
gata

Quid ſi delegatio facta ſit ſub nomine proprio, non ſub nomine dignitatis.

gata per gloſ. d. verbo, Canonicis, in fin. quòd expectandum ſit initium, ſaluatur propriè non niſi poſt citationem, cum tunc iudex dicatur incipere vti iuriſdictione, cap. licèt vndique, de offic. deleg. cap. quamuis, & cap. ſi delegatus, eod. tit in 6. vbi id notant Doct. communiter; tum quia iuriſdictio non transfertur efficaciter per commiſſionem; niſi poſtquam commiſſarius ea vti cœpit, vt expreſsè cauetur in d. cap. quamuis, hoc eſt per citationem, vt mox diximus. tum ex illo optimo ſimili, quia non niſi per citationem perpetuatur iuriſdictio poſt mortem concedentis ſiue ciuilem, ſiue naturalem, cap. gratum, de off. deleg. cum aliis, quibus id latiùs oſtendimus ſupra quæſt. præced. ferè per totam, præſertim verò præmiſſ. vlt. tum denique quia ſic meliùs ceſſant motiua contra prædictam communem opinionem adducta, & alia abſurda, quæ ex ea indiſtinctè, & abſque hac moderatione admiſſa poſſent deduci. & ob hanc cauſam in concl. diximus, (fortaſſe etiam quoad negotia non cœpta,) cum tamen quoad cœpta eam abſolutè propoſuerimus.

Alterum, quod hoc loco adnotamus, eſt, quòd ſaluis prædictis limitationibus hæc concluſio eſt admittenda quouis modo citra naturalem mortem vacet beneficium, aut dignitas, ratione cuius aliquis eſt capax, & aptus, vt in Conſeruatorem deputetur, vbi tamen in eo talis commiſſarius, ſeu Conſeruator ius perfectum haberet, quod ius in re vocant, & non tantum ius imperfectum, ſeu ad rem. Omnes autem vacationis modos † inter ceteros recenſent, & enumerant Staphil. tract. 181 de litt. Apoſtol. grat. & iuſt. verſic. In hac parte ſubiiciam, ſeu titul. de mod. vacat. & Rebuf. in Prax. benefic. 3. part. titul. 1. qui eſt de modis amittendi beneficia. cuius ordinem ſequentes dicimus

Beneficium quib. modis vacet.

Primum modum talis vacationis, ſeu amiſſionis † eſſe per 182 priuationem ob crimen ipſo iure, vel per ſententiam, vt per eum ibi num. 2. & 3. Priuatur autem ipſo iure quis beneficio primò per hæreſim, cap. ad abolendam, de hæret. cum limitationibus, & extenſionibus, de quibus per tex. & Doct. ibi, ac Rebuf. ſupr. à num. 4. vſque ad 27. idémque multò magis dicendum eſt de apoſtata à fide, Rebuf. ſupr. num. 47. arg. tex. in cap. pen. & fin. 50. diſt. Secundò propter Schiſma, Rebuf. ibid. num. 29. per tex. in cap. nos conſuetudinem, 12. diſt. & cap. quia

Beneficio quãdo quis priuetur ipſo iure.

Digitized by Google

diligentia, de elect. vbi etiam cum duobus num. ſeqq rationem affert, & declarat, quid propriè ſit ſchiſma, quod faciunt quoque Doct. in rubr. de ſchiſmat. & alibi ſæpe. Tertiò qui vi ingreditur poſſeſſionem, ius, quod in ea habet, ipſo iure amittit, cap. eum, qui de præbend. in 6. vbi Doct. & Rebuf. vbi ſupra num. 27. Quartò addit Rebuf. num. 32. propter crimen læſæ maieſtatis. Sed cum in id nullum ius alleget, neque extet, quòd ſciam, & priuatio ſit pœna, réſque odioſa, debet reſtringi, non ampliari ex vulgatis iuris regulis, cuius loco ſubſtituimus falſantes litteras Apoſtolicas cap. ad falſariorum, de crimin. falſ. Quintò ſimoniacus ipſo iure priuatur beneficiis cap. inſinuatum, vbi Fel. & alij de ſimon. Extrauag. cum deteſtabile, de ſimon. in commun. qua etiam in re extat Conſtit. Pij V. quæ incipit, cum primum, item quoad confidentiam beneficialem conſtitutio Pij IV. Romanum Pontificem, & alia Pij V. quæ incipit intolerabilis, quas latè explicat Flam. Pariſ tractat. de confident. benefic. ferè per totum. & alio tract. de reſign. benefic. libr. 14. quæſt. 6. num. 6. Nauar. in Man. cap. 23. num. 109. cum duabus ſeqq. & in pleriſque conſil. ſub tit de ſimon. quod tamen declara, vt per Doct. ibi & Rebuf. ſupr. num 33. vſque ad 37. Sextò qui crimen Sodomiæ commiſerit Rebuf. ſupra num. 38. allegans cap. mulier, 15. quæſt. 1. vbi tamen id non habetur. Extat autem ea de re conſtitutio Pij V. quæ incipit, horrendum, quam breuiter explicat Nauar. in Man. cap. 27. num. 249. & ſeq. Septimò percutiens Cardinalem, cap. felicis, de pœn. in 6. Octauò percutiens, capiens, aut banniens Epiſcopum, hæcve mandans, aut ſuo nomine geſta rata habens, Clem. 1. de pœn. Nonò homicida qualificatus, puta aſſaſſinus, & conductus pretio ad interficiendum, Rebuf ſupr. num. 41. poſt Alex. conſ. 166. vol. 7. per text. in cap. 1. de homic. in 6. aut 51. alterum parentem, vel fratrem occiderit, ſic intelligens cap. inquiſitionis, in princ. abſolutè loquens de homicidio vbi id adnotarunt Fel. & alij de accuſat. Decimò beneficiati alicuius Eccleſiæ; qui alium beneficiatum eiuſdem Eccleſiæ per ſe, vel alios occidere, vel mutilare præſumpſerint, cap. in quibuſdam, § ſacri, de pœn. Vndecimò clerici prælatis inferiores, qui procurant capi viros eccleſiaſticos, vt renuncient beneficiis, vel vt citati non vadant ad curiam, ipſíque citati, qui ſe capi procurant, Clem. multorum, de pœn. Duodecimò obtinens beneficium

Digitized by Google

ficium parochiale, ſi non promoueatur intra annum, cap. licèt canon, de elect. in 6. qua de re præter Doct. ibi, & Clem. vt ij, qui, de æt. & qual. plura idem Rebuf. d. Prax. benefic. 2. part. in diſpenſat. de non promou. & Mandoſ. in Prax. ſign. grat. hoc eod. tit. Denique qui receperint dignitatem, vel perſonatum, ſeu officium aut aliud beneficium curam animarum habens annexam, ſi antea ſimile beneficium obtinebant, niſi primum ſtatim ſub teſtimonio publico verbaliter, realiter, & cum effectu in Ordinariorum manibus dimiſerint ipſo iure. Secundò priuati exiſtunt, vt diſponitur in extrauag. execrabilis, verſic. qui verò deinceps, de præbend. in commun. quæ per ſingulos Romanos Pontifices in ſuis Regul. Cancellariæ confirmatur, cum tamen iam primo ipſo iure pariter priuati noſcantur, poſtquam ſecundi poſſeſſionem habuerint, vel per eos omni dolo, & fraude ceſſantib. ſteterit quò minùs eam habeant, vt d. verſ. qui verò necnon cap. de multa, de præbend. cauetur. Alij quidam recenſentur à Io. Azor lib. 7. Inſtit. moral. cap. 17. par. 2. Sed hi dempto quarto ſunt præcipui caſus, in quibus ipſo iure quis incurrit priuationem beneficij, illúdque impetrari poteſt ante ſententiam declaratoriam, vt ait Rebuf. d. tit. 1. num. 4. quam tamen † requiri exiſtimo, ad hoc, vt quis iuriſdictionem illi 183
beneficio annexam, vt propter illud datam amittat, arg. c. vlt. 18. quæſt. vlt. cap. inter dilectos, de exceſſ. prælat. cap. ad probandum, de re iudic. cum ſimil. In caſibus verò, in quibus priuatio non ipſo iure inducitur, requiritur ſententia, per quam criminoſus priuatur, vt de ſe patet; huiuſmodi autem caſus

Sentẽtia declaratoria requiritur ad amiſſionem iuriſdictionis.

† nonnullos refert Azor d. lib. 7. cap. 18. & Rebuf. ſupr. à num. 184
50. vſque ad 60. ſubdens num. 61. generalem regulam, quòd clericus priuari debet beneficio pro quocunque graui delicto, non aliàs, per text. in cap ſatis peruerſum, 56. diſt. & cap. inuentum, 16. quæſt. 7. Abb in cap. ex ſuæ, de pen. & Doct. in cap. at ſi clerici, §. adulteriis, & cap. cum non ab homine, de iud. & num. 62. cum tribus ſeqq. docet priuationem beneficij non debere infligi à iudice, niſi id à iure exprimatur, aut condemnaret, clericum eſſe degradandum, & traderetur curiæ ſeculari. 185
neque per ſententiam ſuper crimine cenſetur quis priuatus beneficio, niſi id exprimat ſententia, aut hæc pœna eo ipſo à iure irrogetur. Hæc quoad priuationem, qui eſt primus modus amittendi beneficium. Secundus modus † eſt per profeſſionẽ

Beneficio quãdo quis priuandus ſit.

Beneficium amittitur per profeſſionem, mortẽ naturalẽ, renũciationẽ.

cap.beneficium, de regular. in 6.ita vt collatio antea facta nulla ſit, licèt poſtea ſequatur profeſſio, vt præter Doct.ibi adnotauit Rebuf.ſupr.num.44. poſt Caſtr. conſ.432. vol.1. Tertius eſt per mortem naturalem, de quo in cap. ſuſceptum, de reſcript. in 6. & paſſim in iure canonico. Quartus per renuntia-
186 tionem,de quo tot.ferè tit.de renunt. & alibi ſæpe;& hæc † vel eſt expreſſa, vel tacita; expreſſa alia eſt pura, quæ ſimplex vocatur, fitque ex mera liberalitate, vt d.tit. de renunt.alia conditionalis vel quia fiat ad fauorem alicuius, vel ex cauſa permutationis, vel cum regreſſu, cùm quis reſignat cum hoc, quòd, ſi reſignatorius præmoriatur, reſignans regrediatur ad beneficium; vel cum ingreſſu, vt ſi Papa contulerit alicui beneficium, & antequam is accipiat poſſeſſionem, illud reſignet, idémque Papa concedat, vt ſi reſignatarius præmoriatur, reſignans idem beneficium reſignatum ingrediatur; vel cum acceſſu, quando quis reſignare vellet Petro, ſed quia is incapax eſt, reſignat eius præceptori cum hoc tamen,quòd poſt ætatem legitimam Petrus propria auctoritate poſſit accedere ad tale beneficium. de quibus omnibus conditionalibus renunciationibus Rebuf.d.3. part.tit.2. qui eſt de reſignat. 4. qui eſt de regreſſibus,& 7. qui eſt de reſignat. condition. quam in fauorem vocant, & Flamin. Pariſ. tract.de reſignat. benefic. propriis locis, vbi præcipuè agit de pura, de qua etiam latè idem Rebuf. ead.3. part. tit.5.& 6.8.& multis ſeqq. de reſignatione verò ex cauſa permutationis ead.3.part.tit.de permut. Doct. in rubr. & tot.forè tit.de rer.permut. Feder. ſen. & alij in tract. de permu-
187 tat. benef. Reſignatio † verò tacita, quæ ipſo iure fieri intelligitur abſque alia verborum expreſſione, nonnullos habet caſus, ex quibus præcipui ſunt hi. Primus, cùm quis litigat ſuper decanatu v.g. cum aliquo, & eum nominat, vel aliter honorat tanquam Decanus, Rebuf. d. 3. part. tit. 3. qui eſt de tacita renunc. verſic.quartò dicitur, per text.in cap.ex ore, de his quæ fi.à maior.part. cap.aut etiam poſtulando pro eo,Rebuf.ibidem verſic. quintò poſtulando per cap.ex litteris,de tranſact.iuncta l.vlt.ff.de inoffic.teſtam. & Hoſt.in ſumm.tit de renunc.§.qualiter, in fin. & ibid.verſic. Octauò dando idem docet Rebuf. ſi litigans det collationem ſuam parti aduerſæ, vel eam incidat, arg.l.Labeo,ff. de pact. Secundus caſus ſumi poteſt ex eod.Rebuf.ſupr.verſic. ſeptimò impugnando, nimirum vbi beneficiatus

Renunciatio beneficij quotuplex ſit, eiuſq; ſubdiuiſio.

Reſignatio beneficij tacita quibus modis fiat.

tus impugnat poteſtatem eius, qui ei contulerat; nam ex eo, quod quis viſus eſt impugnare, non debet commodum reportare, cap. ex eo, de reg. iur. in 6. Tertius cedendo liti motæ ſuper beneficio, Rebuf. ſupr. verſ nonò cedendo liti, arg. l. poſtquam, C. de part. & l. filius, ff. de minor. Quartus, ſi quis adipiſcatur pacificè beneficium, cenſetur renunciare gratiæ, quam quis habebat, vt ſibi prouideretur de beneficio, quod de iure cum hoc eſt incompatibile, vt eſt text. in Clem. gratiæ, de reſcript. Item ſi quis litigat ſuper beneficio, & capit pacificam poſſeſſionem beneficij cum primo incompatibilis, cenſetur renunciare illi primo, vt poſt gloſ. & Doct. d. Clem. gratiæ, tradit Rebuf. vbi ſupr. verſic. tertiò qui litigat. Quæ autem incompatibilia beneficia dicantur, † conſulendi ſunt Doct. d. cap. de 188
multa, cap. referente, & cap. præterea, de præbend. & d. extra- *Beneficia*
uag. execrabilis, necnon cap. dudum, il 2. de elect. cap. quia *incōpatibilia*
nonnulli, & cap. conquerente, de cler. non reſid. cap. cum no- *quæ ſint.*
ſtris, & cap. litteras, de conceſſ. præbend. cap. 1. de conſuet. in 6. cap. licèt Epiſcopus, de præbend. & cap. gratia, de reſcrip. eod. lib. Io. de Lign. de plural. benef. Nauar. in Man. cap. 25. à num. 115. vſque ad 127. Alphonſ. Hoied & alios in tract. de incompatibil. benef. Quatuor autem potiſſimum de cauſis beneficia incompatibilia dicuntur, nimirum ratione qualitatis, vt dignitas, perſonatus, & beneficium curatum cum alio ſimili, vt d. c. de multa, d. cap. licèt, & d. extrauag. execrabilis; ratione perſonalis reſidentiæ, cap. quia nonnulli, & cap. relatum, de cler. non reſid. cap. adhæc, & cap. cum non ignores, de præb. cum ſimil. & Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 17. de reform. circa medium; ratione ſufficientiæ, cap. conquerente, de cler. non reſid. cap. cum teneamur, de præbend. & Concil. Trid. loco cit. ob id nimirum, quia vnum eorum, vel plura ſufficiant, notauítque inter ceteros Nauar. d. cap. 25. num. 125. & duobus ſeqq. & denique ratione eiuſdem tecti, quia vtrumque beneficium ſit in eadem Eccleſia, vt d. cap. litteras, de conceſſ. præbend. & d. cap. de multa, verſ. idem iuncta gloſ. & alios ibi, de quo etiam inter ceteros Hier. Gig. tract. de penſ. Eccleſiaſtic. quæſt. 50. niſi adſit ſtatutum, vel conſuetudo; tunc enim duo, ſed non plura poterit quis obtinere; ſic intelligo text. in cap. 1. de conſuet. in 6. dum ibi dicitur, quòd ſine diſpenſatione Apoſtolica quis non poteſt in eadem Eccleſia tenere, niſi vnicum perſonatum, vel

dignitatem, aut officium perpetuum cum præbenda, arguendo à rubrica, quæ eſt de conſuet. ſed ad idem gloſ. ibi, verbo, vnicum, allegat alia iura tam quoad ſtatutum, quàm quoad conſuetudinem; vbi etiam idem putat fieri poſſe ex diſpenſatione inferioris à Papa, per d.cap.1. in verbis mox relatis; ſicque approbari opinionem gloſ. dict. cap. litteras, de conceſſ. præbend. alia ſimilis gloſ. in cap.ſuper eo, verbo, diſpenſatio, de præbend. in 6. ſic intelligens illum text. vbi etiam habetur ampliatio ad hanc reſtrictionem, & reſtrictio ad id, quod paulò ante diximus de retentione dignitatis, vel perſonatus, aut beneficij curati cum alio ſimili ex d.cap.de multa, & extrauag. execrabilis, dum d cap.ſuper eo habetur, quod habens perſonatum, cui annexa eſt cura, poteſt ſimul etiam in eadem Eccleſia abſque diſpenſatione Apoſtolica obtinere præbendam, cui annexa ſit cura; tunc enim cura non eſt principalis, ſed acceſſoria, vnde etiam per alium deſeruire illi poteſt, nec tenetur in ea reſidere, gloſ.recepta ibid. verbo,non obuiet,ad quod etiam allegat text. in cap.extirpandæ, §.qui verò, vbi optimus text. & gloſ. ac Doct. adnotarunt, de præbend. idem quoque probatur in d.extrauag.execrabilis,ad finem,§.ſeu verſic.quantum autem, de præbend.in commun. Sed quamuis ex his omnibus inducatur incompatibilitas ad effectum, vt talia beneficia ſimul quis tenere nequeat, non tamen inducitur vacatio primi per adeptionem ſecundi, niſi in beneficiis curatis,perſonatibus, ac dignitatibus, cùm quis habet pacificam poſſeſſionem ſecundi ſimilis, vel per eum ſtat, quin habeat, vt d. cap. de multa, & d.extrauag.execrabilis; item quoad duas præbendas in eadem Eccleſia, vt d.cap.litteras, iuxta communiorem, ac veriorem intellectum, pro quo optimè facit text. d. cap. 1. vel etiam vbicumque ſit de iure incompatibile, ſi ſuperior decernat primum vacare ſiue in collatione ſecundi, ſiue aliàs, vt ex prædictis iuribus; præſertim verò cap.relatum, & cap. præterea,de præb. cum ibi notatis colligitur, habétque praxis. Sícque in his caſibus habemus quintum modum vacationis,nimirum per incompatibilitatem beneficiorum, de qua latiùs inter ceteros Hoied.tract.de incompat. benefic. Gonzal. ad regul. 8. Canc.gloſ.10. à num.32. & gloſ.15. in 3. vacat. modò. Sextus erit huic ſimilis † per tranſlationem quando nimirum quis ab vna Eccleſia ad aliam transfertur, de qua in cap. in apibus 7. quæſt.

149 *Trãſlatione quomodo amittatur beneficiũ, aut cõſecratione Epiſcopi.*

quæſt. 1. cap. ſi quis iam tranſlatus, cap. inter corporalia, & toto ferè tit. de tranſlat. Epiſc. habétque locum ſiue vtrumque beneficium ſit ita de iure incompatibile, vt per adeptionem ſecundi primum vacet, ſiue quia aliàs ſimul retineri non poſſunt iuxta prædicta, ſiue alia ratione iuſta de cauſa in ipſa tranſlatione ſuperior decernat primum beneficium vacare, vt ex mox citatis iurib. cum ibi traditis, communíque praxi ſatis colligitur. Huic affinis eſt vacatio per conſecrationem Epiſcopi, vel lapſum temporis ad conſecrationem à iure præſtituti, prout cauetur in cap. cum in cunctis, §. cum verò, de elect. Septimus eſt † per aſſumptionem ſtatus incompatibilis; puta ſi matrimonium contrahat iuxta cap. 1. cap. ſanè, il 1. cap. quod à te, cap. diuerſis, & cap. cum decorem, de cleric. coniug. vbi Doct. & in cap vnico, eod. tit. in 6. & Rebuf. d. tit. de tacit. renunt. verſic. vndecimò contrahendo, & in l. Paulus, ff. de verb. ſignific. Nauar. d. cap. 25. num. 120. vbi de communi Hier. Gig. d. tract. de penſ. eccleſ. quæſt. 54. latè Thom. Sanchez tract. de Matrimon. lib. 7. diſput. 42. per totam. Idem eſt ſi quis beneficiatus in minoribus ordinibus conſtitutus militiæ adſcribitur, vt in ſpecie adnotauit Hieron. Gig. d. tract. de penſ. quæſt. 55. & Rebuf. ſupr. verſ. duodecimò tacitè renuntiat, per text. in cap. in audientia, de ſent. excom. & Curt. ſen. conſ. 80. quamuis in eo text. nihil in ſpecie de beneficiorum amiſſione præſertim eo ipſo dicatur, ſed ſolùm quòd ſi clerici à Prælatis ſuis tertiò commoniti arma noluerint militaria deponere, de priuilegio clericorum ſubſidium aliquod habere non debent. Sed certè id omnino dicendum puto, ſiue quia laicus ſine diſpenſatione Apoſtolica eſt incapax beneficiorum cap. 2. de Inſtit. cum adnotatis ibid. & d. cap. diuerſis, de cler. coniug. immo & cuiuſuis iuris ſpiritualis, cap. bene quidem, 96. diſt. & cap. cauſam, quæ, de præſcript. cum ſuis concord. ſiue quia etiam per ſolam habitus dimiſſionem amittit clericus beneficium, ſi non attento iure antiquo, vt patet ex cap. fin. de vit. & honeſt. cler. & cap. contingit, il 2. de ſent. excommunic. niſi enormibus ſe immiſceat, iuxta cap. cum non ab homine, & cap. perpendimus, eod. tit. ſaltem iure nouo conſtitutionis fel. rec. Sixti V. quæ incipit, cum ſacroſanctam, editæ anno 1588. vbi clerici omnes beneficiati, qui tonſuram, & habitum clericalem, veſtes ſcilicet talares non geſtauerint abſque vlla monitione, citatione,

190 *Matrimonij cōtractu, aut militiæ aſſumptione beneficium amittitur.*

Digitized by Google

ne iudicis decreto, aut miniſterio, illarum litterarum ſerie ex certa ſcientia, déque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine priuati ipſo facto declarantur omnibus beneficiis, omníque iure ſibi in eis, vel ad ea quomodolibet competente, & per priuationem huiuſmodi vacant, & liberè aliis conferri poſſunt.

Ex his igitur modis omnibus quib. vacat beneficium, dempto eo, qui eſt per mortem, & per aſſumptionem ſtatus incompatibilis non expirat ipſo iure, aut etiam ſuſpenditur † iuriſdictio, & officium Conſeruatoris, qui ratione talis beneficij fuerit deputatus; ſaluis tamen limitationibus circa principium huius concluſ. adductis, vt dicebamus initio præſentis 2. notab. quo etiam loco ideo diximus (vbi tamen in eo talis Conſeruator ius in re, ſeu perfectum, quod per plenam collationem quis obtinet, non ad rem, ſeu imperfectum habeat, quod † acquiritur per expectatiuam, regreſſum, ingreſſum, acceſſum, coadiutoriam, nominationem, poſtulationem, electionem, præſentationem, & ſimilia, vt patet ex Nauar. in Manual. cap. 17. num. 69. & latè traditis per Lud. Gomeſ. & alios in regul. Cancel. de iur. quæſ. non tollen. quæſt. 1. ad fin. Hier. Gonzal. ad reg. 8. Cancellar. gloſ. 9. § 1. à num. 87. Rebuf. d. tit. de reſignat. tit. de regreſſ. & alibi ſæpe in Prax. benefic. & tract. de nominat. Doct. rubr. & tot. ferè tit. de elect. de poſtulat. Prælat. & de iure patron. cap. quoniam, de conceſſ. præbend. in 6. d. extrauag. execrabilis, § porrò, extrauag. ad regimen §. necnon ſi forſan, de præbend. in commun. nam licèt ius hoc vacare poſſit, vt d. extrauag. ad regimen, necnon d. cap. gratia, de reſcript. in 6. & Clem. gratiæ, eod. tit. cum ſimil. Et acquiri poſſit, vt in aliis prædictis iuribus. tamen ad hoc, vt quis ratione beneficij eſſe poſſit Conſeruator, † non ſufficiet tale ius ad rem, vt colligere licet tum ex iis, quibus cap. 5. quæſt. 4. concluſ. 2. oſtendimus Epiſcopos electos, non confirmatos deputari non poſſe Conſeruatores, tum quod d. cap. fin. in princ. de offic. deleg. in 6. quod ad dignitates, & perſonatus pertinet, requiritur, quòd Conſeruator deputatus eos obtineat; obtinere verò importat titulum perfectum, ſeu ius in re, quod per collationem habetur, vt in ſpecie tenet Alber. verbo, obtinere, poſt Archid. ſatiſque colligitur ex l. clam poſſidere, ff. de acquir. poſſeſſ. cap. vnic. de eo, qui mitt. in poſſeſſ. necnon ex cap. ſtatutum, in prin. & cap. ſi gratioſè, de reſcript. in 6. cap. 1. de conſuet. & cap. quodam,

191 *Iuriſd. Conſ. quãdo expiret, aut ſuſpendatur ipſo iure, beneficio vocãte.*

192 *Ius ad rẽ in beneficialib. quomodo acquiratur, & an vacet:*

193 *Nec ſufficit quoad beneficiũ ratione cuius electus Conſeru. ſed*

Digitized by Google

dam, de præbend. eod. lib. Clem. 2. de reſcript. & Clem. 2. de æt. & qual. & aliis iuribus, in quibus de obtinentibus beneficium, aut beneficiis oſtentis ſit mentio, præcipuè verò ex d. extrauag. execrabilis, §. per hoc iuncto §. qui verò deinceps, ſed meliùs ex d. Clem. 2. de æt. & qual. ibi, pacificè obtinent, vel obtinuerint in futurum; ex quibus etiam colligi videtur, quòd † per d. verbum, obtinere, importetur poſſeſſio cum titulo, qui 194
ſaltem præceſſerit; pro quo eſt optimus text. in cap. 1. de regul. iur. in 6. vbi id ſatis ſenſit gloſ. ab aliis recepta, in verbo, obtineri, & voluit Spieg. in Lexic. iur. ver. obtinere, & ratio eſt, quoniam poſſeſſio, quæ titulum non habeat, vel ſaltem habuerit immediatè, potiùs eſt detentio, vt tradunt Doct. in l. 1. & rubr. de acquir. poſſeſſ. cap. cum noſtris, de conceſſ. præbend. cap. poſſeſſor, de reg. iur. in 6. cap. licèt, de præbend. eod. lib. & d. extrauag. execrabilis, & alibi ſæpè; ſi verò titulo deſit poſſeſſio, non dicitur quis tenere, ſed ius habere, vt ex prædictis iuribus, & cap. quoniam, quod eſt fin. de conceſſ. præbend. in 6. & d. cap. 1. de reg. iur. in 6. cum vtrobique not. & aliis adductis per Mandoſ. & Gonzal. quos poſt hæc ſcripta vidi, illum ad Reg. 3. Cancell. quæſt. 13. num. 1. & 2. hunc ad Reg. 8 gloſ. 15. §. 1. num. 25. & 58. ſatis deduci poteſt. Ex quo probabilius puto, Conſeruatorem deputari non poſſe, niſi cum titulo poſſideat aliquod ex beneficiis illis, ratione quorum deputandus eſt iuxta diſpoſitionem d. cap. fin.

requiritur poſſeſſio cum titulo ſaltē præcedenti.

Illud denique omnino videtur certum in hac quarta concl. (vt ei finis tandem imponatur) quòd, † ſi quis fuiſſet deputatus Conſeruator ratione Archidiaconatus, aut alterius inferioris dignitatis & deinde fiat Epiſcopus, aut etiam obtineat aliam ex dictis qualitatibus in Conſeruatore per d. cap. fin. requiſitis, omnino manebit Conſeruator, & poterit in negotiis ſiue cœptis, ſiue non cœptis procedere; nam vbi qualitas aliqua aſſumitur ob aliquam diſpoſitionem, ita, vt permanere debeat, licèt regulariter ceſſante qualitate ceſſet diſpoſitio l. ſi cui balnei, ff. quib. mod. vſufruct. amit. cum aliis ad id adductis per Imol. d. Clem. 2. num. 14. & ibi Apoſt. de reſcript. tamen id fallit, vbi qualitas illa mutetur in melius, vel alteretur in qualitatem non mutantem rationem diſponentis; vt in ſpecie de qualitate requiſita ad delegatum iuxta terminos dict. Clem. 2. de reſcript. & d. cap. ſtatutum, adnotauit Imol. d. num. 195

Qualitatē requiſitā ad Conſer. mutans poteſt procedere ſiue in cœptis negotiis ſiue non.

14.per text.in l.filia, §.1.ff.de cond. & demonſtr. ad hoc etiam allegans l.pen.ff. ſi ex noxal. cauſ. ag. & cap.ſi pauper, cum ibi not. de præbend. in 6. Verùm notabiliter id venit temperan-
196 dum, vbi † commiſſio,ſeu deputatio in Conſeruatorem eſſet

Quid ſi deportatio facta ſit ſub nomine dignitatis.

perſonalis, & dignitas conſideraretur ſolùm tanquam qualitas requiſita in delegato iuxta d.cap.ſtatutum, vel Conſeruatore, vt d.cap.fin. nam ſi id diceremus,vbi commiſſio facta ſit dignitati, planè deſtrueretur diſpoſitio d. cap. quoniam Abbas, & eſſet expreſsè contra communem ſententiam Doct.vt patet ex relatis pariter, ac probatis per Sanchez,quem non niſi poſt hæc ſcripta legi, d.tract. de Matrim. lib. 8. diſput. 27. num. 23. qui etiam num.31. poſt Anchar.d. Clem.2. num. 4. & Imol. num.
197 11. de reſcript. docet, quòd † ſi Vicarius, cui facta eſt com-

Vicario facta cõmiſſio apud eũ factũ Epiſcopũ non manet.

miſſio ſub nomine dignitatis, ſeu officij, fiat Epiſcopus eiuſdem diœceſis, non poterit de illa cauſa cognoſcere, ſed commiſſio tranſibit ad ſucceſſorem in vicariatu. Cognoſcet autem † idemmet, qui deputatus ſit Conſeruator tanquam Vicarius, licèt Epiſcopus tunc ſit excommunicatus; licèt enim per
198 excommunicationem Epiſcopi ſuſpendatur iuriſdictio Vica-

Vicarius, excõmunicato Epiſc. amittit vsũ iuriſdictionis

rij, quam agnoſcit ſolùm ab Epiſcopo,non tamen quam aliunde, vt probat in ſimili text.in cap. 1. de off. Vic. in 6. & præter Doct. ibi notat poſt alios Sanchez ſupr.lib.3. diſput.30.num.9. vbi docet, † manere tunc Vicarium Epiſcopi, habitualémque iuriſdictionem retinere, ſicut & Epiſcopus; & num. 11.
199 iuncta diſput.22. num.59. nonnulla tradit ex quibus idem ſtatuẽdum eſt vbi Vicarius reuocatus ſit,ſed eius reuocatio communiter ignoretur, licèt à Vicario ſciatur. Mortuo autem Epi-

Ordinaria, non delegata: &

ſcopo † licèt Vicarij iuriſdictio ceſſet,ita, vt deſinat eſſe Vica-
200 rius, vt inter alios oſtendit latè Sanchez d. diſp. 30. num.2. &

quid Epiſcopo mortuo.

3.tamen id eſt intelligendum, modò eius mors communiter ſciatur, vt patet ex allegatis per Sanchez d.diſput.22. num.58. & 59. quare interim poterit ei committi cauſa vti Vicario, &
201 vti talis deputari,& eligi Conſeruator,& procedere in negotiis etiam non cœptis.

Perſonalis delegatio Conſ. vacãte dignitate ſibi cõmiſſa nõ tranſit in ſucceſſorem.

Quinta concluſio. Vacante † dignitate,ſeu beneficio, cuius ratione aliquis deputatus fuit Conſeruator, per renunciationem, aut alio modo etiam per mortem naturalem,ſi deputatio, ſeu electio Conſeruatoris facta ſit ſub nomine proprio, aliáſvè perſonalis ſit, tunc non tranſit eius iuriſdictio, & offi-

cium

cium in ſucceſſorem illius dignitatis, ac beneficij, ſed citra caſum mortis naturalis poteſt ipſe procedere. Quòd ſi facta ſit electio, ſeu deputatio ſub nomine dignitatis, ac beneficij, quouis modo vacet tranſit iuriſdictio, & officium in ſucceſſorem.

Prior pars concluſionis probatur, tum quia ita in ſpecie ſentit Confett. in ſummar. mater. priuileg. ord. Mendic. tit. 4. cap. 5. verſic. Canonici quoque tum ex gloſ. dict. cap. ſtatutum, in princ. verbo, Canonicis, in fine de reſcript. in 6. dum de canonico delegato ſedis Apoſtolicæ indiſtinctè ait, quòd dummodo ſit canonicus tempore datæ, id eſt, commiſſionis, licèt non ſit tempore præſentationis, poterit procedere; quam gloſæ doctrinam præter pleroſque relatos, & laudatos à Sanchez de Matrim. lib. 8. diſput. 27. num. 28. & nobis initio præced. concluſ. amplectuntur dict. cap. ſtatutum, Doctores communiter; qui omnes illam intelligunt, vbi delegatio facta ſit ſub nomine proprio, quatenus quod de canonico ibi dicit, ponit gratia exempli, quod non reſtringit: ſed idem meliùs probatur ex alia gloſ. d. Clem. 2. verbo, principalis, quam pariter ibidem alij Doct. approbarunt, ff. de reſcript. dum aſſerit abſolutè, quod ſi officialis, ſeu Vicarius Epiſcopi principalis deſinat eſſe Vicarius, non expirat delegatio illi facta ſub nomine proprio. Ex quo apertè ſequitur, quòd non tranſit in ſucceſſorem in officio, aut dignitate, quod expreſsè voluit gloſ. Bern. in cap. quoniam Abbas, verbo, ſubſtitutum, de offic. deleg. ab omnibus Doct. ibidem recepta, docens delegationem alicui ſub nomine proprio factam non tranſire ad ſucceſſorem delegati præmortui, aut dignitatem amittentis, vt per Sanchez d. diſput. 27. num. 22. & cum prædictæ gloſ. & Doct. non diſtinguant quoad hoc † de negotiis cœptis, vel non cœptis, immò tempore com- 202 *Quoad negotia etiam non cœpta intelligitur.* miſſionis non dicatur negotium cœptum, quoniam ſecuta non eſt citatio; & in vtriſque eadem planè ratio eſſe videatur, dicendum quoque erit hanc priorem concluſionis partem procedere, tam quoad negotia cœpta, quàm non cœpta, prout in ſpecie poſt Franc. tenet Sanchez, ſatiſque probat d. diſput. 27. num. 25. Dicetur autem facta ſub nomine proprio, † ſi fiat 203 *Perſonalis commiſſio quando dicatur.* etiã ſub cognomine proprio, vt voluit gl. quæ neminem habet contradictorem, d. verbo, ſubſtitutum. Item licèt nomen proprium iungatur dignitati, vt ſi dirigatur reſcriptum Martino

Epiſcopo, vt in ſpecie docet Abb. & alij in cap. licèt, de offic. deleg. & plerique tradiderunt d. cap. quoniam Abbas, vbi ad id eſt bonus text. à contrario ſenſu, ibi, quia ſub expreſſis nominibus locorum, & non perſonarum commiſſio emanauit, dum ad declarandam commiſſionem ſub nomine dignitatis duo coniunguntur, quòd exprimatur nomen dignitatis, & non exprimatur nomen perſonæ. Qua tamen de re videndum eſt quod infra in fine huius concuſionis ſecundo loco adnotabimus.

204 *Deputatio Conſ. ſub nomine dignitatis, tranſit ad ſucceſſorẽ ea vacante: etiam*

Poſterior pars concluſionis † probatur primò, quia ita in Conſeruatore tenet Confett. ſupr. in delegato ſentiunt expreſsè gloſ. & Doct. d. cap. quoniam Abbas, & d. Clem. 2. necnon Canoniſtæ d. cap. ſtatutum, in princip. nonnulli Iuriſtæ in l. & quia, ff de iuriſdict. omn. iudic. & plerique in l. mortuo iudice, ff. de iudic. & poſt alios Menoch. de arbitrar. iud. lib. 1. quæſt. 68. num. 21. Goff. in ſumm. rubr. de offic. deleg. num. 33. id probans in tranſlato, & depoſito. Secundò idem probatur manifeſtè quoad vacationem dignitatis per mortem ex d. l. mortuo iudice, vbi ait Paulus Iuriſconſultus, mortuo iudice quod cum iudicare oportuerat, idem eum, qui ſubditus eſt, ſequi oportere; quod idem habet ferè Imperator, §. ex hoc verò iubemus, Auth. vt nulli iud. col. 9. ibi enim dicitur, & hoc verò iubemus obſeruari ab omni adminiſtratore, vt ſi contigerit in ſcriptis noſtram iuſſionem fieri ad aliquem iudicem, & interea iſte quieſcat ab adminiſtratione, is, qui poſt illum ſuſcepit dignitatem, accipiat eam, & inſinuet: & ſi quidem priuata eſt cauſa, implere eam, & aſſequi, quemadmodum ad eum promeruit reſcriptum; idem etiam colligitur apertè ex cap. paſtoralis, §. præterea, de offic. ordin. vbi dicitur, quòd mortuo delegato, qui excommunicauit, nemo abſoluere poterit, niſi Papa, (per ſe, vel alium, vt ſupplet gloſ.) aut ille qui tali delegato ſuccedit in onere, & honore. ſed omnium optimus text. qui ad id ab omnibus allegatur, eſt in d. cap. quoniam Abbas, vbi habetur, quòd facta delegatione duobus ſimpliciter ſub nominibus dignitatum, ſeu locorum, ſi eorum altero præmortuo ſuperſtes

205 *Vbi plures delegati ſint ſimpliciter: &*

ſucceſſorem ſibi in cauſæ cognitione adiungat, rata, & firma eſt eorum ſententia ex capite iuriſdictionis. Ex quo text. ſimul habetur prima ampliatio huius poſterioris partis propoſitæ concluſionis, † vt nimirum procedat etiam in deputatione

Con

Digitized by Google

Conſeruatoris facta duobus ſimpliciter, ita, vt eorum altero decedente eius iuriſdictio ad ſucceſſorem in dignitate tranſeat, ſub cuius nomine commiſſio emanauit, ſeu deputatio facta fuit. iuxta id, quod ſupr. hac ipſa quæſt. concluſ. 2. in initio, & latiùs cap. 7. quæſt. 1. concluſ. 3. illat. 1. deduximus, & ſimul explicuimus.

Ampliatur autem 2. vt procedat † ſiue res ſit integra, ſiue non, hoc eſt, ſiue negotium eſſet cœptum, ſiue ſecus, vt in ſpecie poſt Bero. d. cap. quoniam Abbas, & Dec. in l. more, num. 54. ff. de iuriſdict. omn. iudic. ex communi contra Ang. tradit Menoch. de arbitr. iud. lib. 1. quæſt. 68. num. 22. & poſt Butr. Card. & Imol. d. cap. quoniam Abbas, tenet ibi Dec num. 3. & poſt alios Sanchez poſt hæc ſcripta viſus d. diſput. 27. num. 7. & 24. fundamentum eſt, quia ratio illa, quòd dignitas numquam moritur, cap. ſi gratioſè, de reſcript. in 6. in qua præcipuè fundatur iſte tranſitus delegationis ad ſucceſſorem etiam militat re non integra. 206 *Siue res ſit integra, ſiue non.*

Ampliatur 3. vt locum habeat poſterior pars concluſionis † non ſolùm vacante dignitate per mortem naturalem, verùm etiam per renuntiationem, & quouis alio modo; tum quod ita deducitur ex text. d. §. & hoc verò iubemus, Auth. vt nulli iudicum, dum, vt paulò ante vidimus, abſolutè dicitur, ſi delegatus Principis, quieſcat ab adminiſtratione; tum quod id apertè ſentiunt Doct. d. cap. quoniam Abbas, d. cap. ſtatutum, & d. Clem. 2. & in tranſlato in ſpecie adnotauit Hoſt. in ſumm. tit. de recuſat. iud. deleg. §. vlt. circa medium, per tex. in cap. ſi quis iam tranſlatus, 21. quæſt. 2. cap. de multa, de præbend. cap. relatum, il 2. de teſtam. quib. adde cap. in apibus, §. ecce, 7. quæſt. 1. tum denique quia cum eadem militet ratio in morte ciuili, quæ in naturali idem de vtraque dicendum eſt, vt ſupr. quæſt. præced. quarto loco præmiſimus, latè Sanchez ſupr. num. 22. 207 *Quid ſi vacet dignitas.*

Ampliatur quartò idem dicendum in Commendatario qui ſit deputatus Conſeruator: nam ad eius ſucceſſorem in commenda tranſit delegatio facta ſub nomine commendæ, vt poſt alios docet Dec. d. cap. quoniam Abbas, num 4. de quo etiam Purpurat. in l. 1. num. 274. ff. de offic. eius, cui mand. eſt iuriſdict.

Ampliatur denique vt procedat etiam † in Vicario Epiſcopi, vbi is Conſeruator deputetur quatenus Vicarius; quamuis 208 *Vicario Epiſcopi facta deputatio traſit in ſucceſſorem Vicariatus.*

enim quoad delegationem factam Vicario ſub nomine vicariatus, quòd ea non tranſeat in ſucceſſorem, voluerit quidam Simon Burſanus relatus à Card.d.Clem.2. num.6. & Imol. nu. 11. cuius opinionem tenet Bart in l.& quia, ff.de iuriſdict.om. iudic. & l. ſi quis Imperatorem, vbi Fulgoſ. C. qui teſtam.fac. poſſ. Gemin. & Franc.d.cap.ſtatutum, & alij quos referunt, ac ſequuntur Imol.d. Clem.2. num.12. Fel. d. cap. quoniam Abbas, num.7. Dec.num.3. & 9. Menoch.de arbitrar. iudic.libr. 1. quæſt. 68. num. 24. & de præſumpt libr. 4. præſumpt. 121. num. 10. quorum etiam opinio communis eſt teſte Franc. & Dec.ſupr. & nititur præcipuè text.in l. ſi Auguſtæ, ff. de leg.2. vbi legatum factum Auguſtæ non tranſit ad aliam vxorem Imperatoris, quæ ei ſucceſſit, quoniam non habet propriam dignitatem, hoc eſt ex perſona propria, ſed mariti. Contrarium tamen tenet gloſ.d.Clem.2. verbo, principalis, quam ibi ſequitur Paul.Zenzel. & Card.ibid. num.6. dicens communiter obſeruari opinionem gloſ. quod verum eſt, &, cum redoleat ſtylum Curiæ, ius faciet, cap.quàm graui, de crim.falſ.cum ſimil. ſed idem quoque voluit Abb.d.cap quoniam Abbas, num.10. & 11. poſt Card.ibi, qui congruam diſcriminis rationem afferunt inter Auguſtam, & Vicarium Epiſcopi;quoniam Auguſta participat de dignitate mariti paſſiuè, quia nihil agit, ſed ex perſona mariti honoratur, ſed Vicarius participat ex iuriſdictione Epiſcopi actiuè; nam habet iuriſdictionem, quam exercet & communiter tenetur, quòd habeat ordinariam vt patet ex relatis pariter, & laudatis per Iacob. Sbroz. tract. de offic. Vic. lib.2.quæſt.55.num.9.& Thom.Sanchez tract.de Matrim. lib.3. diſput. 29. num 3. qui & ipſe eod. tract. lib. 8. diſput.27. num.9. & 10. pro poſteriori ſententia alios refert. eámque tan-
209 quam vſu receptam amplectitur, quicquid ſit, an Vicarius propriè habeat ſucceſſorem, de quo Sanchez d.num.9.& nos ſupr. cap 1. quæſt. 5. concluſ. 1. Extenditur autem hæc ampliatio primò, vt in fin. præced. concluſ. Secundò, vt † tranſeat ad Vicarium capituli ſede vacante commiſſio facta Vicario ſiue Cordubenſi, ſiue Epiſcopi Cordubenſis, vt ſatis probat Sanchez d.diſput.27. num.32. & ſeq. Tertiò, vt immò talis com-
210 miſſio † tranſeat in Vicarios Prælatorum habentium iuriſdictionem quaſi epiſcopalem in ſua tamen diœceſi, quæ nulli ſubſit Epiſcopo, vt idem docet num. 10. & probat num. 34.

Vicarius capituli ſede vac. ſuccedit Vicario Epiſcopi.

Cõmiſſio Vicario Epiſc. facta, cui præſentãda.

Deni

Denique huiuſmodi commiſſio † tranſit etiam in Vicarium Epiſcopi confirmati adhuc, non conſecrati, vt idemmet ſufficienter oſtendit num. 35. Quid autem dicendum, † ſi duo ſint officiales ęquè principales, vel ſecus, videndus Sanch. num. 36. cum duob. ſeqq. ex quo num. 41. colliges quid ſi Vicarius alium ſibi ſubſtituat.

211 *Quid in Vicario Epiſc. confirmati: vel*

212 *Vicarijs Epiſc. plurib. exiſtentib.*

Limitatur nunc eadem pars concluſionis, vt non procedat † in Canonico: nam ſi fiat deputatio Conſeruatoris in Canonicum ex ſpeciali facultate, ſicut ipſe vidi litteras Conſeruatorias quorumdam Regularium directas vniuerſis Canonicis Eccleſiarum Cathedralium &c. quo caſu dubium non eſt impetrantem poſſe eligere quemlibet ex prædictis Canonicis, ſi electus in Conſeruatorem cedat Canonicatui, vel decedat, alitérve deſinat eſſe Canonicus; tunc poterit nihilominus in cauſa procedere, licèt non ſit expreſſum nomen alicuius Canonici. Ita in delegatione, quòd ſiue in ea exprimatur nomen alicuius Canonici, ſiue ſecus, nihilominus, ſi deſinat eſſe Canonicus, ipſe procedat, nec delegatio tranſeat in eum, qui deinde obtinet illum Canonicatum, ſenſit gloſ. d. cap. ſtatutum, verbo, Canonicis, dum abſolutè aſſerit, quòd qui erat Canonicus tempore datæ, licèt non ſit tempore præſentationis, poteſt procedere; ſed expreſsè cum hac extenſione ſiue exprimatur nomen proprium Canonici, ſiue ſecus, de iure veriùs putat Sanchez d. diſput. 27. mum. 12. licèt de mente Pontificis putet, quòd tranſiret in alium, cui ille Canonicatus collatus eſt, delegatio facta Canonico ſub nomine dignitatis. Sed indiſtinctè, quòd talis delegatio non tranſeat in eum, cui collatus eſt ille Canonicatus, ſed qui erat Canonicus, dimiſſo Canonicatu poſſit procedere in cauſa, tenent Franc. Gemin. & cæteri d. cap. ſtatutum, necnon Imol. & alij d. Clem. 2. Abb. Fel. Dec. & alij plerique d cap. quoniam Abbas, quorum ſententiam communem aſſerit Dec. ſupr. num. 7. & 8. vbi oſtendit etiam id procedere non ſolùm vbi Eccleſia eſt numerata, hoc eſt habet certum numerum præbendarum, & Canonicorum, iuxta c. cum M. Ferrarienſis, & cap. ex parte, de conſtit. cap. dilecto, de præbend. & cap. ſi. de conceſſ. præben. in 6. cum ibidem not. & ſuis ſimil. mouentur omnes prædicti quia Canonicus propriè non habet ſucceſſorem, vt tenent Doct. quos illi referunt, & nos allegauimus in tractat. de option. canon. cap. 4. num. 7. & 12. præcipuè

213 *Delegatio Canonici in Conſeruatorem an in ſucceſſorem tranſeat.*

Digitized by Google

cipuè gloſ. quam Innoc. & alij ſequuntur, in cap. quod ſicut, de elect. ad quod Abb. ſupr. num. 9. allegat text. in cap. relatum, il 2. de teſtam. qui tamen non admodum vrget, ſicut & illa ratio, quam Abb. & alij adducunt, quoniam delegatio fieri non poſſit Canonico, quin eius nomen exprimatur, aliàs incerta eſſet; & ſic ſemper erit perſonalis; nam præter reſponſionem Dec. dict. num. 8. negatur fieri non poſſe talem delegationem; poteſt enim dirigi delegatio omnibus, & ſingulis Canonicis, vt ſupra admonuimus fieri in Conſeruatoriis præcipuè Regularium vel ſub hac forma, vni ex Canonicis talis Eccleſiæ, prout fieri videmus in delegatione cauſarum ſedis Apoſtolicæ ſub hac forma: Dilecto filio vni ex iudicibus in ſynodo Diœceſana Mediolanen. deputatis. non eſt tamen, vt ait Dec. d. num. 8 in fi. ab hac communi opinione recedendum.

214 *Cõmiſſio vni facta ſub duob. nominib. appellatiuis in quẽ ſucceſſorem tranſibit.*

Limitatur ſecundò eadem poſterior pars concluſionis, † vt, ſi duplex nomen appellatiuum expreſſum ſit, quorum alterum non eſt capax delegationis, vt, ſi committatur Præpoſito, & Capellano noſtro tunc tranſibit delegatio in eum, qui ſit tantum ſucceſſor in Præpoſitura, vt contra Abb. antiquum & Butr. probat Abb. modernus, ſeu Panor. d. cap. quoniam Abbas, num. 12. cuius etiam opinionem ſequitur, & ſatis confirmat Dec. ibid. num. 10.

215 *Quid ſi vterq; ſit incapax delegationis.*

Limitatur tertiò, quòd † ſi cauſa ſit commiſſa vni habenti duas dignitates, ex quibus ſingulis quis capax eſt delegationis, puta Præpoſito, & Archidiacono, & eo mortuo illæ dignitates duobus conferantur; iſti duo ſuccedent in delegatione, vt poſt Abb. Panor. d. cap. quoniam Abbas, num. 13. Io. An. in cap. rationi, col. 3. verſ. tertiò verò caſu, de reg. iur. in 6. & Alex in l. qui liberis, §. pen. ff. de vulg. & pupil. tenet, ſatiſque tuetur Dec. d. c. quoniam Abbas, num. 11.

216 *Delegatio duob. facta, ſuperſtite præmortui beneficium impetrante, an in eum tranſeat.*

Limitatur quartò, quòd † ſi è contrario cauſa fuit commiſſa duobus ſub nomine appellatiuo, puta Præpoſito, & Archidiacono, contingat autem alterum decedere, alterum impetrare dignitatem collegæ ſua retenta, nequit hic ſuccedere in ſolidum in illa delegatione ſecundùm Gul. Cun. in l. de die, §. ſi fideiuſſor, ff. qui ſatiſd. cog. & ibi Alex. in fi. licèt probabilius, & verius fortaſſe ſit oppoſitum; quod tenet Io. An. in add. ad Specul. tit. de iudic. deleg. §. reſtat. verſic. quæſtiones autem, & d. cap. rationi, col. 4. verſic. circa ſecundum, & Lapp. alleg. 88. col.

Digitized by Google

col.1. quos refert, & ſequi videtur Dec. d. cap. quoniam Abbas, num. 12. pro qua opinione eſt optimus text. in cap. quamuis, & cap. licèt, cap. cum cauſa, & cap. ſuper quæſtion. §. ſi verò, de offic. deleg. ac ſimilib. in quibus habetur, quòd vbi duo ſunt delegati etiam ſimpliciter, poteſt alter iudicum ſuo coniudici cauſam delegare, vt ille ſolus tunc procedat.

Limitatur denique, vt † ſi Epiſcopus deputatus ſit Conſeruator, talis deputatio non tranſeat in capitulum ſede vacante. Patet quoniam concluſio à Doctoribus accepta eſt, vt in capitulum ſede vacante non tranſeat iuriſdictio Epiſcopo delegata, & quicquid ei iure ſpeciali competebat, vt inter ceteros tradit Fel. cap. eam te, de reſcript. Innoc. cap. cum in cunctis, num. 7. de elect. & Abb. cap. verum, num. 9. de foro compet. ſcribentes in cap. cum olim, & cap. his, quæ, de maiorit. & obed. & communem aſſerit Sanchez de Matrim. lib. 8. diſput. 2. num. 10. & Azor Inſtit. Moral part. 2. lib. 3. cap. 39. quæſt. 4. at verò poteſtas, & iuriſdictio Conſeruatoris eſt ſimpliciter delegata, vt ſupra cap. 1. quæſt. 2. & cap. 7. quæſt. 1. concluſ. 2. oſtendimus. & licèt generaliter competat Epiſcopo eſſe poſſe Conſeruatorem ex diſpoſitione d. cap. fin. de off. deleg. in 6. quæ verò competunt Epiſcopo iuriſdictione Apoſtolica generaliter à iure delegata, quòd tranſeant in capitulum, Innoc. Hoſt. & alij tradiderunt in cap. ad abolendam, de hæret. cum pleriſque ad id laudatis ab Azor d. quæſt. 4. & Sanchez d. num. 10. in hoc caſu cum multis id negans, admittit in competentib. Epiſcopo iure ordinario ſpeciali, hoc eſt, nouo, cum primæuo non competeret, vbi hoc ipſum ſatis probat. Tamen Epiſcopo non competit de iure eſſe actu Apoſtolicum Conſeruatorem, & habere huiuſmodi iuriſdictionem abſque ſpeciali delegatione Apoſtolicæ ſedis, vel facultate Conſeruatorem deligendi, quæ ſpecialiter ab eadem ſede emanarit. Verùm hac de re fuſiùs egimus ſupr. concl. 3.

217 *Deputatio Epiſcopi in Conſeru. an tranſeat in Capitulũ ſede vacante.*

Pro complemento autem huius concluſionis adnotandum eſt primò, quòd, licèt regulariter † quando expreſſum eſt ſolum nomen perſonæ, commiſſio cenſeatur perſonalis, ac proinde ad ſucceſſorem non tranſeat; ſicut & realis cenſetur, & ad ſucceſſorem tranſmittitur, quando expreſſum eſt ſolum nomen dignitatis, vt conſtat ex prædictis, & præcipuè ex d. cap. quoniam Abbas, vbi Doct. id adnotarunt, & Sanchez d. diſput.

218 *Delegatio realiſne ſẽper dicatur per expreſſionẽ dignitatis, aut perſonalis, ſi ſola dignitas exprimatur.*

Ooooo

Digitized by Google

27. num.6. tamen vbi etiam expreſſum ſit in commiſſione ſolum nomen dignitatis, ſi ex verbis, vel alio modo colligatur, committentem habuiſſe reſpectum ad perſonam, commiſſio cenſetur perſonalis, vt poſt alios ex communi reſoluit Dec.d. cap.quoniam Abbas, num.3. verſic. prima concluſio, ob eam præcipuè rationem, quia vna præſumptio aliam tollit, l.Diuus vbi Bart.not.2. ff. de in integr.reſt. & cap. litteras, vbi Abb. & alij, de præſumpt. cum ſimil. ſubdens ibid. Dec. quòd præſumptio ſpecialis tollit generalem, poſt Bart.in l.cum de indebito, in princ.ff. de probat.& alios; illaque præſumptio, quæ reſpicit perſonam, videtur magis ſpecialis, poſt Bald.l.1. quæſt.3. ff. de offic. Donſ. & l.executorem, col.6.verſic.hîc redeo, C.de execut.rei iud. ſicut contra, vbi ſubiecta materia reſpicit dignitatem, diſpoſitio ad ſucceſſorem porrigitur, licèt nomen proprium tantum exprimatur, vt pluribus probat Dec. d. num.3. verſ.ſecundò ex verbis, præcipuè per text.in cap.dilecti, & ibi Abb.in gloſ.2.de for.compet. Et vtrumque hoc dictum ponit, & probat Sanchez, quem non niſi poſt confectum penè totum hunc tractatum legi, d. diſput. 27. num.3. & 4. Subdit autem Dec.d.cap. quoniam Abbas, num. 3. verſic. ſed in hoc vltimo dicto, non ideo tamen tranſire indiſtinctè delegationem in ſucceſſorem Canonici Cathedralis, vel habētis dignitatem, quamuis materia delegationis reſpiciat dignitatem, vel Canonicatum Cathedralis, d.cap.ſtatutum, in princ.aliàs id eſſet contra d.cap.quoniam Abbas; ratio verò eſt, quia d.cap.quoniam, conſiderauit dignitatem, ſeu aliam ſimilem qualitatem in abſtracto, quæ nunquam moritur, & dict.cap.ſtatutum conſiderauit eam in contracto, vt cohæret perſonæ, quomodo conſideratur ad effectum, vt valeat commiſſio, & ex quadam neceſſitate habetur reſpectus ad dignitatem limitatè quantum ad validitatem commiſſionis, ſed non quoad perpetuitatem, quia in hoc attenditur intentio committentis, vt ibi latiùs per eum; quod idem proportionabiliter dici poteſt de qualitate requiſita in Conſeruatoris deputatione.

219 *Delegatio realiſne ſit, an perſonalis vbi exprimitur nomen propriũ & appellatiuum.*

Notandum 2. quod † ſi in commiſſione expreſſum eſt nomen proprium, & appellatiuum, ceſſantibus aliis coniecturis attendi debet quod præcedit, vt poſt Iaſ.in l.more, num.65.ff. de iuriſdict.omn.iud. & ibi Dec. num.53.Bero.d.cap.quoniam Abbas, num.91. tradit Menoch. de arbitrar. iudic.libr.1.quæſt. 68.

Digitized by Google

68. num. 16. atque etiam poſt Bart. in l. & quia, ff. de iuriſdict. omn. iudic. Abb. d. cap. quoniam Abbas, & alios tradit ibidem Dec. num. 5. dicens hanc communem, quam ſatis probat, & à contrariis tueri videtur, inferens, quòd quia in delegationibus communiter præponitur nomen proprium nomini dignitatis, dicendo Petro Epiſcopo Papienſi communiter etiam cenſetur commiſſio perſonalis cum nomen proprium & appellatiuum iungitur. Et hanc opinionem probabilem putat, licèt, quòd in hoc caſu potiùs attendatur nomen perſonæ latè defendat, Sanchez d. diſput. 27. num. 20. Hoc verò ſecundum notabile dupliciter limitat poſt alios Dec. d. num. 5. verſic. & retenta communi & ſeq. primum quidem, quòd quando ſuperior, qui cauſam committit exprimendo nomen proprium, & appellatiuum non haberet notitiam perſonæ; tunc expreſſio nominis proprij nihil operatur, ſed ſolum nomen dignitatis inſpicitur per text. in l. qui habebat, ff. de reb. dub. idem quoque poſt Iaſ. d. num. 65. docet Menoch. d. quæſt. 68. num. 17. & ſeq. & alij apud Sanch. ſupr. num. 10. licèt de hoc ipſe dubitem, tum quòd contrarium in ſimili nimirum in materia compromiſſum tenet Soc. d. l. qui habebat, num. 2. dicens illum text. id non probare, ad quod ab aliis allegatur, cum ſolum loquatur ad effectum demonſtrationis non quoad aliud effectum; & in ſpecie delegationis Sanchez d. num. 20. vbi etiam reſpondet ad text. in l. ſi ſeruus communis, ff. de ſtipul. ſeru. iuncta l. pen. ff. de reb. dub. vnde prior ſententia probari videbatur. & certè in materia delegationis eſſet valde periculoſum, ſi probanda ſemper eſſet hæc notitia delegantis, & deſtrui penè videtur diſpoſitio d. cap. quoniam Abbas, ex quo nulla ratione deduci poteſt hæc diſtinctio. Tutior autem eſt poſterior limitatio, quòd ſi commiſſio cauſæ, aliáve diſpoſitio eſſet inutilis altero nomine attento, in dubio iudicari debet, quòd illud nomen contemplatum ſit, quod facit valere diſpoſitionem; quam limitationem arg. l. quoties, ff. de verb. oblig. & l. quoties, ff. de reb. dub. ex Bart. in d. l. ſi communis ſeruus, ff. de ſtipul. ſeru. & aliis affert Dec. dict. num. 5. verſ. ſecundò limitatur, & Sanchez poſt hæc ſcripta viſus d. diſput. 27. num. 21. Iam ad alias concluſiones veniamus.

Sexta concluſio. Per excommunicationem, & ſuſpenſionem Conſeruatoris non expirat in eo, ſed ſolum ſuſpenditur

iuriſdictio, & officium Conſeruatoris vſque ad abſolutionem ab excommunicatione, & ſublationem ſuſpenſionis. Quoad

220 *Excõmunicatio Cõſer. non tollit ab eo iuriſdictionem, ſed vſum.*

† excommunicationem probatur, tum quòd ita in ſpecie de Vicario docet gloſ. ab aliis approbata in Clem. fin. verbo, conteſtata, de procur. & in delegato tradidit gloſ. recepta, in cap. ſciſcitatus, de reſcript. & cap. licèt vndique, de offic. delegat. éſtque text. expreſſus in cap. ad probandum, de ſent. & re iud. & optimus text. in cap. ſi is, cui, vbi gloſ. à cæteris approbata in verbo, excommunicari, de off. deleg. in 6. notauítque etiam Hoſt. in ſumm. tit. de recuſat. deleg. §. vlt. verſic. quid de excommunicato, vbi nonnulla iura allegat, quæ tamen parum ad rem faciunt, & Goffr. in ſumm. rubr. de offic. deleg. num. 33. arg. cap. nos ſanctorum, & cap. iuratos, 15. quæſt. 7. tum quòd generale eſt, vt per excommunicationem ſuſpendatur cuiuſque iudicis iuriſdictio, ſeu eius exercitium, & vſus tollatur, vt probatur in cap. audiuimus, 24. quæſt. 1. d. cap ad probandum, de ſent. & re iudic. cap. aduerſus, de immun. eccleſ. cap. excommunicamus, §. credentes, de hæret. cap. Romana, quod eſt 1. de offic. Vicar. in 6. cum aliis, quæ ad id allegant pluribus hanc rem comprobantes Vgol. tract. de cenſur. eccleſ. tab. 1. cap. 4. §. 4. tab. 2. cap. 11. in princ. Sayr. eod. tract. lib. 2. cap. 6. num. 1. & 2. Suar. diſput. 14. ſect. 1. num. 1. & 2. faciúntque adducta per Thom. Sanchez tractat. de Matrimon. libr. 3. diſput. 22. num. 23. 31. & 36. ac diſput. 30. num. 2. & rurſus libr. 8. diſput. 28. num. 57.

221 *Quid ſi laicus ſit Conſeruator vel* 222 *duo dati ſint ſimpliciter, vel cũ clauſula, ſi non omnes.*

Id autem ampliatur primò, vt etiam procedat † in iudice laico, vt ſatis probat Vgol. d. tab. 2. cap. 11. §. 3. num. 1. & Sayr. ſupr. num. 15. Ampliatur 2. vt † ſi duo ſint Conſeruatores dati ſimul, vel ſimpliciter, ſi alter eorum ſit excommunicatus, alter ſolus nulliter procedet, vt de delegato conſtat ex d. cap. ad probandum; ídque ſi verum eſt, etiam duos delegatos ad vniuerſitatem cauſarum datos ſimpliciter conſeri datos ſimul, & non in ſolidum; de quo ſupr. cap. 7. quæſt. 1. concluſ. 3. illat. 1. immò ſi dati ſint duo cum clauſula, ſi non omnes, licèt poſſit ille, qui non eſt excommunicatus, procedere ſine excommunicato, vt ſatis colligitur ex d. cap. ſciſcitatus, iúncta præcipuè gl. recepta ibid. tamen, ſi cum eo procedat, nulliter procedit, vt poſt Abb. in cap. cum ſuper Abbatia, num. 10. de off. deleg. & d. cap. ad probandum, num. 4. & Soc. in cap. ſacris, num. 269. de

ſent.

Digitized by Google

ſent.excomm. docet Sayr.ſupr.num.16.arg. d. cap. cum ſuper; latè Vgol.d.cap.11. §.1. num.3. niſi in hoc caſu adeſſet clauſula, & prædicta facimus tam coniunctim, quàm diuiſim,ſiue in ſolidum, & omni meliori modo &c. vt poſt Soc. d. num. 269. probat Sayr.d.num.16.& poſt alios Vgol.d.num.3.qui eod.cap. 11. §. 3. num. 3. infert primò poſt alios, ſententias latas ab excommunicato nullas eſſe, vt probatur d.cap.ad probandum,d. cap.aduerſus, & d.§.credentes, num.autem 4. infert ſecundò, idem eſſe dicendum in iis, quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis. num. 6. oſtendit, delegationem, ſeu iudicis dationem ab excommunicato factam nullam eſſe, quod etiam docuerat tab.1. cap.4. §.4. num.5. & ſatis probat Suar.d.num. 2. & Sayr. ſupra num.16. & ſatis colligitur ex cap. 1. de offic. Vicar. in 6. quod idem dicendum eſt de aliis actibus iuriſdictionis vt exemplificant prædicti Doct. ibi, ac præterea idem Vgol. dict. cap.11. §.2.& 5.

Declarantur autem hæc omnia, quæ de excommunicato 223
diximus, † vt procedant, dummodo ſit denuntiatus, vel notorius percuſſor clerici, vt paulò poſt dicemus hac ipſa concl. cum de ſuſpenſione egerimus, cui id commune eſt, per extrauag. ad euitanda ſcandala, cuius ibid. mentionem faciemus. Quoad ſuſpenſionem igitur pariter dicimus, † per eam non 224
expirare, ſed ſuſpendi iuriſdictionem Conſeruatoris, prout in delegato poſt Franc. in cap. ſi gratioſè, num. 12. de reſcript.in 6.tradit inter alios Sanchez d. num. 57. quoad ſuſpenſionem delegantis. Et quidem de ſpeciali ſuſpenſione à iuriſdictione dubitari non poteſt per ea, quæ tradit idem Sayr. d.tract lib.4. cap 4. num.20.& Vgol.d.tract.de cenſur. tab.4. cap.6. § vltim. iunctis ab eo traditis d. cap.11.ferè per totum. Sicut neque eſt ambigendum de ſuſpenſione ſimpliciter lata, cum hæc inducat etiam ſuſpenſionem à iuriſdictione, vt mihi probat text. in cap quia diuerſitatem, de conceſſ.præbend. & pluribus oſtendit idem Vgol.d.tab.4.cap.14.§.1.& Suar.eod. tract.diſput.25. ſect.2. num. 7. cum duobus ſeqq. dum docent, talem ſuſpenſum ſimpliciter cenſeri ſuſpenſum ab officio, & à beneficio,licèt in hoc aliter diſtinguat Sayr.d tractat.de cenſur. lib. 4. cap. 4. num. 2. & duob. ſeqq. qui tamen num.1. verſ. tertia eſt,plu- 225
res pro Vgol.ſententia refert. Suſpenſio autem ab officio † cõtinet etiam, & importat ſuſpenſionem à iuriſdictione, vt ex

Requiritur in præmiſſis denuntiatio vel notoria clerici percuſſio.

Suſpẽſio Cõſer.ab eo iuriſdictionis vsũ aufert.

Suſpenſio ab officio quid importet.

Digitized by Google

communi Doct.in cap.cum dilectus, de conſuet.tradit Vgol.d. tab.2.cap.11.in princ. & d.tab.4. cap.6.§.1. Gem.cap.2.num.8. de off.deleg.in 6. idem Sayr.d.lib.4. cap.5.num. 1. cum duobus ſeqq. & Suar. ſupr. diſput. 26. ſect.1. num.3. & 4. Ad quæ au-
226 tem loca extendatur † ſuſpenſio ſimpliciter ab officio lata,videri poteſt Suar.d. ſect.1. num.9. & 10. Sayr.d.lib.4.cap.5. nu. 7.& 8.qui duo ibidem agunt etiam de excommunicato;quoad durationem verò ſuſpenſionis ab officio conſulendi ſunt Vgol. d.tab.4. cap.15. Sayr. d.libr.4. cap.8. & Suar.d.ſect.1. num.13. vſque ad 17. Contrarium tamen de ſuſpenſo,ſicut & de remoto ab adminiſtratione in delegato tenet Goffr. in ſumm. rubr. de offic. deleg. num. 33. quòd intelligatur ſuſpenſus à iuriſdictione ordinaria, non delegata, & ſuſpenſus retineat prælaturam, ratione cuius facta eſt commiſſio. Sed cum primum gratis ab eo dicatur, gratis quoque à nobis negatur; & ſi quoque non omnino gratis, cum ſimpliciter iuriſdictionem amitti quoad vſum, & exercitium à ſuſpenſo Doctores mox à nobis relati & doceant, & ſatis probent. poſterius autem probatum nihil vrget; nam etiam excommunicatus retinet prælaturam, & tamen exercitium iuriſdictionis etiam delegatæ in eo ceſſat, donec eſt excommunicatus, vt paulò ante ex ipſo etiam Goffr. docuimus.

Suſpenſionis ab officio latæ extenſio, & duratio.

Illud verò hoc loco quoad excommunicationem,& ſuſpen-
227 ſionem adnotandum eſt, † quòd ad hoc,vt excommunicatus, vel ſuſpenſus amittat iuriſdictionis vſum, ſeu exercitium ſaltem quoad actuum validitatem, debet eſſe vel denunciatus, vel notorius clerici percuſſor. ita ſanè quoad excommunicatum adnotarunt poſt alios Vgol.d.tab.2. cap.10.§.2. num.3. & cap.11.§.1. num.1.& 2. & §.3. num.5. Suar.d.diſput.14.ſect.1. num.4. Sayr.d.lib.2. cap.6. num.1.& cap.12. num.6.cum multis ſeqq. & Thom.Sanchez tractat.de Matrimon.lib.3. diſp.22. num. 31.& 32. quoad ſuſpenſionem verò quòd requiratur denunciatio,idem Suar.d.diſput.26. ſect.2. num.2. Sayr.d.cap.12. num.21. Couar.in rel.cap.alma mater, part.1. §.2. num.6. §.6. num.8.& §.11. num.4. de ſent.excom.in 6.& Vgol. d. tract. de cenſur.tab.1.cap.13.§.7. num.1.& 2. quamuis ipſe, & nonnulli alij, quos nos infra referemus, & is ſequitur d.§.7. num.7. nec non tab.2. cap.11.§.1. num.2. & alibi ſæpe in eo tract. de cenſur. velit, non modò excommunicatum notorium ob clerici

Excõmunicatus & ſuſpenſus, ſi ſit denuntiatus vel notorius clerici percuſſor, iuriſdict. amittit vſum: &

percuſ

Digitized by Google

percuſſionem, ſed ob quamuis aliam cauſam eſſe vitandum, de quo nos paulò poſt. Interim verò illud admonendi ſumus, † iure optimo inductum eſſe, vt occultè excommunicatus, 228
aut ſuſpenſus non euitetur, prout de excommunicato, quòd *quæ ſit ra-*
non ſit repellendus, niſi ſit publicus, cauetur in cap. exceptio- *tio. vide etiã*
nem, de except. & cap. ad probandum, de ſent. & re iudic. qui *nu. 230.*
text. in ſpecie loquitur de iudice excommunicato; quoad vtrumque verò, ac ſimul de interdicto cauetur in extrauag. mox alleganda; ratio autem quam ferè omnes prædicti afferunt, duplex eſt; altera, de qua poſt alios Sanchez d. num. 31. propter bonum commune, ne plurima oriantur ſcandala, multìque detecta poſtea excommunicatione, de ſuo ſtatu dubitent; altera, quam aliis quoque ad id relatis affert Vgol. d. tab. 2. cap. 11 §. 1. num. 1. quoniam excommunicatus occultus eſt in quaſi poſſeſſione iuriſdictionis, & communi opinione pro non excommunicato habetur, ex quo publicè ligatus excommunicatione non tenetur, & ab Eccleſia toleratur; & vbi quis in legitima poſſeſſione iuriſdictionis eſt, & communi opinione pro habili habetur, ea, quæ iuriſdictionis ſunt ab eo acta valent, vt probatur ex l. Barbarius, vbi Doct. ff. de offic. prætor. cum aliis in ſimili per nos adducendis quæſt. vlt. vbi, quid communis error circa iuriſdictionem Conſeruatoris poſſit, latiùs agemus. Hìc autem illud ſciendum eſt, quòd, licèt iure veteri c. cum non ab homine, de ſent. excomm. ille, qui erat excommunicatus publicè, eſſet publicè vitandus, occultè verò excommuuicatus, occultè foret vitandus, & poſtmodum d. cap. exceptionem, in fine, de except. (qui text. iuxta quorumdam interpretationem loquitur etiam in iudice, ſecundum aliorum autem, ac veriorem, de actore tantum in iudicio repellendo) excommunicatus occultè repellendus eſſet per exceptionem partis, publicè verò excommunicatus etiam ex officio iudicis repellatur. tamen ex d. cap. ad probandum, de ſent. & re iudic. apertè conſtat, etiam iudicem delegatum tunc demum nulliter procedere, ſi publicè ſit excommunicatus; quod quidem neceſſariò non importat notorietatem, vt patet ex iis, quæ cap. 7. quæſt. 3. concluſ. 4. de notorio, & publico diximus; multò verò minùs denuntiationem, vt per ſe liquet, conſtátque ex traditis per Doct. cap. curæ, 11. quæſt. 3. d. cap. ad probandum, de re iudic. cap. ita quorumdam, de iudæ. Clem. 1. de pœn. & aliis iuribus

Digitized by Google

iuribus ad id adductis per Vgol.d.tab.1.cap. 21. §.2. & Suar.d. tract.de cenſur.diſp.3.ſect.14.

Iure autem nouo Extrauag. editæ ſub Martino V. quæ incipit, ad euitanda ſcandala,(quo iure paſſim vtuntur Doct.in hac materia iuriſdictionis iudicum, vt patet inter alios ex Suar. d. diſput.14. ſect.1. & diſput.26. ſect.2. Vgol.d.cap.11. §.1. num. 2. & aliis, quos referunt, ac ſequuntur Sayr.d.lib.2. cap.6. nu. 1. & cap.12. num.13. & Sanchez d.lib.3. diſput.22. num.32.& ſatis colligitur ex ipſa Extrauag. mox referenda, ibi, aut aliis quibuſcunque diuinis intus, & extra, vel vt alij legunt,diuinis, vel extra;) non quilibet publicus, aut etiam notorius excommunicatus, vel ſuſpenſus; aut interdictus vlla in re eſt euitandus,niſi ſit denuntiatus à iudice, vel ſit notorius clerici percuſ-

229 ſor. Eius enim Extrauag.tenorem † ex Concilio Conſtantienſi ſub prædicto Martino V. plerique ſtatim referendi ponunt ſub his verbis: *Inſuper ad euitandum ſcandala, & multa pericula, quæ conſcientijs timoratis contingere poſſunt, Chriſti fidelibus tenore præſentium miſericorditer indulgemus, quòd nemo deinceps à communione alicuius in ſacramentorum adminiſtratione, vel receptione, aut alijs quibuſcumque diuinis intus, & extra prætextu cuiuſcumque ſententiæ, aut cenſuræ Eccleſiaſticæ à iure, vel ab homine generaliter promulgatæ teneantur abſtinere, vel aliquem vitare, aut interdictum Eccleſiaſticum obſeruare, niſi ſententia, vel cenſura huiuſmodi fuerit lata contra perſonam, Collegium, Vniuerſitatem, Eccleſiam, Communitatem, vel certum locum, vel certam, à iudice publicata vel denuntiata ſpecialiter, vel expreſſè, Conſtitutionibus Apoſtolicis, & alijs in contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcumque; ſaluo ſi quem pro ſacrilega manuum iniectione in clericum ſententiam latam à Canone adeo notoriè conſtiterit incidiſſe, quòd factum non poſſit aliqua tergiuerſatione celari, nec aliquo ſuffragio excuſari; nam à communione illius licèt denuntiatus non fuerit, volumus abſtinere iuxta Canonicas ſanctiones.*

Extrauagãtis Martini V. ad euitãda ſcãdala, tenor, quem obſeruare debemus.

Hunc tenorem ſub hac forma poſuit inter Doctores primus omnium S. Anton.3.part.ſumm tit.25. cap.ſeu §.3. quem poſtmodum Silueſter excommunicatio.5. num.7. & paucis verbis mutatis retenta nihilominus eadem planè ſententia Summiſtæ ferè omnes, vt fatetur Nauar. in cap.1.§ laboret, de pœn.diſt. 6.& teſtatur inter alios Suarez d.tract.de cenſur. diſput.9.ſect. 2. num. 5. vbi alios pleroſque idem ſentientes refert, quod & faciunt

Digitized by Google

faciunt Sayr.d.cap.12. num.8. & Viuald.in Candelabr.aur.tit. de excommun. num.74 ſeu rubr. de excommun. in commun. num.39.qui etiam tres auctores ibidem cum num.ſeq.ſatis defendunt præfatum tenorem conſtitutionis, quatenus à tenore, qui ſumitur ex Concil Baſilienſi in eo differt, quòd hic loco illorum verborum (ſaluo ſi quem pro ſacrilega manuum iniectione in clericum ſententiam latam à canone adeo notoriè conſtiterit incidiſſe) habet hæc verba (aut ſi aliquem ita notoriè excommunicationis ſententiam conſtiterit incidiſſe,) ita, vt præter denuntiatum iuxta hanc poſteriorem litteram non eum ſolum, qui notoriè clericum percuſſerit, ſed quicumque notoriè excommunicationem quamlibet inciderit, vitandum eſſe caueatur; iuxta priorem verò litteram, dumtaxat notorium clerici percuſſorem; iis verò, quæ Suar. Sayr. & Viuald. afferunt pro defenſione prioris lecturæ, duo addimus; Alterum, quatenus Nauar. in Man. cap.9. num.8. & cap. 27. num. 35. & Vgol.d.tab.1.cap.13. §.7. num.1. & Miſcell.47. de orat. num.1.aſſerit poſteriorem lecturam approbatam fuiſſe in Concil. Lateran. ſub Leon. X. ſeſſ.11. quòd,cum, vt optimè adnotauit Suarez d. num. 5. non reperiatur generaliter approbatus ille tenor in aliquo canone, vel decreto reſpiciente ſtatum vniuerſalis Eccleſiæ,ſed ſolum in concordatis inter ſedem Apoſtolicam, & Regem Galliæ, non debuit illi allegari; ſicut neque ſtatutum Eccleſiæ Gallicanæ; prout idem Nauar. fecit d. num.35.& in repet. cap.1.§.laboret, num 10.de pœn.diſt.6.vbi & ipſe conatur poſteriorem lecturam tueri; quoniam tanquam locales conſtitutiones, non Eccleſiam vniuerſam, ſed ea dumtaxat loca afficiunt, iuxta notata per Doct. communiter in c. 1. de conſtit. l. omnes populi, ff. de iuſt. & iur. & l.cunctos populos, C.de ſacroſanct. eccleſ. cum ſimil. Alterum, quatenus Vgol. d. §. 7. num.7. pro ſua opinione, qua mordicus eandem poſteriorem lecturam nititur defendere, illam affert rationem, quòd nulla ratio ſuadet, quamobrem magis excommunicatum notorium ob clerici percuſſionem vitemus, quàm ob aliam cauſam excommunicatum; vnde ex quo eadem ratio in vtroque caſu eſt & eadem diſpoſitio de vtroque eſſe debet,arg. cap.cum dilecta, de confirm.vt. vel inut.& l.illud, ff.ad legem Aquil.

Ad confirmandam poſteriorem reſponſionem Suar. ſupr.

230 *Excõmunicatio ob clerici percuſſionem inſignis eſt.*

num.6. addimus, † excommunicationem, quæ incurritur ex percuſſione clerici, inſignem, & ſpeciali nota dignam ſemper fuiſſe habitam in Eccleſia; vnde per antonomaſiam in iure vocatur abſolutè ſententia canonis, vel canon, vel excommunicatio à canone, ſeu canonis, vel excommunicatio, vt in cap. ea noſcitur, cap. veniens, cap. quod de his, cap. nuper, cap. vt famæ, & cap. fin. de ſent. excommun. necnon cap. ſi clericos, eod. titul. in 6. & Clem. 1. in princip. de priuileg. cum ſimil. Et qui propter clerici percuſſionem incidit in excommunicationem, in canonem incidere communiter dicitur; vnde non improbabiliter quoque dici poſſet iuxta poſteriorem tenorem etiam d. Extrauag. nimirum, vt ſumpta ex Concil. Baſilienſi, nomine ſententiæ excommunicationis intelligi eam dumtaxat, quæ incurritur ex percuſſione clerici, iuxta cap. ſi quis ſuadente, 17. quæſt. 4. Sed quicquid etiam de hoc eſſet, cum communis vſus, & conſuetudo talem interpretationem adhibuerit præfatæ Extrauag. & induxerit, vt non vitentur excommunicati, ſuſpenſi, & interdicti, niſi in prædictis duobus caſibus, nimirum denuntiationis, & notoriæ percuſſionis clerici, iam tutò id ſeruari poteſt, vt etiam fatetur, ac teſtatur Nauar. d. cap. 9. num. 8. & cap. 27. num. 35. necnon dict. Miſcell. 47. de orat. num. 1. Certum igitur quoque eſt ex prædictis, Conſeruatorem etiam excommunicatum, vel ſuſpenſum validè procedere, niſi pro tali ſit denuntiatus, vel notoriè excommunicationem incurrerit, quia clericum percuſſerit, à qua non fuerit abſolutus.

231 *Conſeruator vsũ iuriſd. non amittit per excom. aut ſuſpẽſionẽ per duos teſtes probatam.*

Ex quo infertur primò, quòd, † licèt per duos teſtes conſtet, eum incidiſſe in excommunicationem, aut ſuſpenſionem, nõ ideo erit vitandus, vt generatim de excõmunicato in ſpecie ſatis comprobat Couar. d. cap. alma mater, 2. part. §. 2. num. 7. verſic. ſecundò deducitur, & poſt alios Sayr. d. libr. 2. cap. 12. num. 15. Et in caſu notoriæ percuſſionis clerici Suar. d. ſect. 2. num. 11. Secundò infertur, nec ſufficere, quod de excommunicatione conſtet per publicam famam, Couar. ſupr. verſic. tertiò hinc conſtat, & poſt alios Sayr. d. num. 15. Tertiò neque

232 *Quid ſi nominatim excommunicatus aut denuntiatus ſub conditione.*

† nominatim excommunicatum, niſi ſit ad denuntiationem proceſſum, vitare tenemur, licèt id ipſi ſciamus, vt poſt alios pluribus comprobat Couar. d. num. 7. verſic. quartò ex eadem conſtitutione, Vgol. d. §. 7. num. 8. Sayr. d. cap. 12. num. 16. & Suar. d. diſput. 13. ſect. 1. num. 16. & d. diſput. 9. ſect. 2. num. 8. & 10.

10. vbi etiam aliis ad id relatis oſtendit, non ſufficere excommunicationem latam contra certam perſonam de futuro,& ſub conditione eſſe publicatam; ſufficere tamen quòd quis nominatim declaretur incuriſſe crimen, cui certum ſit de iure annexam fore excommunicationem, de quo tamen ipſe dubitarem per ea, quæ infr. ampl. vlt. ad id afferemus. Illud verò certum eſt, † hanc denunciationem fieri debere publicè in eccleſia, vel per affixionem in locis publicis, vt inter alios optimè adnotarunt Sayr. d. cap. 12. num. 17. & Suar. d. num. 8. & conſtat ex traditis per Doct. in cap. curæ, 11. quæſt. 3. & aliis iuribus paulò ante tenorem d. extrauag. per nos allegat. 233 *Denunciatio cenſuræ quando facienda.*

Infertur quartò † quoad notorium percuſſorem vitandum ante denunciationem, non modò ad id non ſufficere teſtes, aut famam, vt in ſpecie probat Vgol. d. §. 7. num. 9. ad finem. Suar. d. num. 11. ſed neque quòd factum ipſum ſit notorium, ita, vt ſaltem maior pars populi, viciniæ, vel collegij teſtis oculatus ſit, quod in hac ſpecie neceſſarium eſſe ſentit Vgol. d. §. 7. num. 4. expreſsè verò docet Sayr. d. cap. 12. num. 18. iuncto ſeq. & iunctis iis, quæ nos de notorio tradidimus ſupr. cap. 7. quæſt. 3. concl. 6 quamuis ſuar. d. ſect. 2. num. 11. & 12. ſentire videatur, ſufficere, vt poſt factum publicetur d. percuſſio, ita, vt perueniat ad notitiam magnæ partis ciuitatis, vel oppidi; ſed malè, quoniam tunc poſſet celari tergiuerſatione probando contrarium per teſtes; quod autem importent hæc verba, quod nulla poſſit tergiuerſatione celari, aliquid tradit Suar. d num. 11. & nos d quæſt. 3. concl. 5. nec non habetur per Doct. & iura ibid. alleg. præcipuè cap. tua nos, & cap. fin. de cohab. cler. & mul. verùm etiam requiri, quòd notorium ſit, nullam excuſationem competere ei, qui percuſſiſſe dicitur, vt in ſpecie poſt Gabr. 4. diſt. 18. quæſt. 3. art. 1. not. 3. tradit Sayr. d. cap. 12. num. 18. Suar. d. ſect. 2. num. 13. & Vgol. d. § 7 num. 4. ad finem, dicens, de hoc à nemine dubitari. Puto tamen non requiri in hoc caſu declaratoriam ſuper notorio, per ea, quæ affert Couar. d. §. 2. num. 8. verſ. quintò perpenſa, licèt ipſe diſſentire videatur. Infertur denique, notorium percuſſorem, de quo in d. Extrauag. accipiendum eſſe de notorietate facti, non autem notorietate iuris reſultante ex ſententia, confeſſione iudiciali, teſtibus, & actis, de quibus nos latè d. quæſt. 3. concluſ. 10. & duob. ſeqq. quod ſatis patet ex ipſa Extrauag. ibi, ita notoriè, quòd factum non 234 *Percuſſor notorius Clerici vitãdus quando dicatur.*

poſſit tergiuerſatione celari, iuncto cap. cum olim, de verb. ſi-
gnific. & d. cap. tua nos, cap. veſtra, & cap. fin. de cohabit. cler.
& mul. cum aliis adductis per nos d. quæſt. 3. concluſ. 5. ſentit-
que Suar. d. num. 11. & magis expreſsè poſt alios Vgol. d. num.
9. ad fin. & Sayr. d. cap. 12. num. 20. Et colligitur etiam ex iis,
quæ paulò ante intulimus de teſtibus, & nominatim excom-
municato.

Ampliatur verò prædicta regula, & concluſio ex d. Extra-
235 uag. præcipuè deſumpta, Primò, vt † licèt ſecuta ſit denuntia-
tio, ſi tamen ea communiter ignoretur, non ſint neceſſariò vi-
tandi, vt ſatis voluit Suar. d. ſect. 2, num. 9. & diſput. 9. ſect. 1.
num. 16. ac diſput. 14. ſect. 1. num. 16. & probat aliis relatis
Sayr. d. lib. 2. cap. 12. num. 22. & fuſiùs Vgol. d. tab. 1. cap. 13. §.
7. num. 3. vbi iuncto num. 1. & 4. in fin. ait id eſſe receptum, ac
pro certo haberi; quod idem etiam ſentit Sanchez d. diſput. 22.
num. 33. dum ait, quòd licèt denuntiatus quis ſit in vno loco,
vel notorius clerici percuſſor, ſi tamen tantum temporis tranſ-
actum ſit, vt iam obliuioni mandata ſit ea denuntiatio, aut no-
toria percuſſio, probabilitérque ignoretur, valent geſta per il-
lum, quia concurrit titulus, & communis error iuſtus, & pro-
babilis, prout idem d. diſput. 22. num. 10. dixit de eo, qui fue-
rat notorius in eodem loco, & propter longi temporis lapſum
eſt iam occultus: quod etiam vtrumque docet Suarez d. diſp.
14. ſect. 1. num. 16. de hac tamen re, quando-nam communis
error, ſeu ignorantia ius faciat, & veritati proferatur, latiùs
Deo dante agemus infra cap. vlt. quæſt. vlt. ad fin.

Denũtiatio & notoria percuſſio cõmuniter ignorata vſum iuriſd. non aufert.

Ampliatur ſecundò, multò magis id admittẽdum eſſe quoad
alium locum, vbi non eſt denuntiatus, neque notorius percuſ-
ſor, per ea, quæ idem Sanchez d. nu. 33. poſt alios docet, quod
etiam facit Vgol. d. §. 7. num. 3. & d. tab. 2. cap. 11. §. 1. num. 2.
& Suar. d. diſput. 13. ſect. 1. num. 16. vbi in ſpecie loquuntur
ad effectum, vt valeant geſta à iudice in loco, vbi non eſt de-
nuntiatus, aut notorius percuſſor clerici. Hæc autem ſcientia
236 publicationis, ſeu denuntiationis † ſufficit, quòd habeatur per
teſtimonia fide digna, vel publicam famam; vt poſt alios tradit
Sayr. d. num. 22. & 24. & poſt Nauar. conſ. 54. de ſent. excom.
in ſpecie adnotauit Suar. d. ſect. 2. num. 9. id intelligens, & opti-
mè dummodo fama talis ſit, quæ probabilem, & moraliter cer-
tam notitiam conferat; alioquin quando res fuerit dubia, non
orietur

Scientia denuntiationis cẽſuræ irretiti quomodo habeatur.

orietur talis obligatio; tum quia in dubiis melior eſt conditio poſſidentis, cap. in pari, de regul. iur. in 6. cum ſimil. tum etiam quia intentio d. Extrauag. fuit tollere dubia, & tantum obligare in re certa, vt patet ex eius prooemio, vnde ſumitur intentio diſponentis, l. fin. ff. de hered. inſtitut. cum ſuis concord.

Ampliatur denique prædicta regula, & concluſio, vt † non ſufficiat quem eſſe denuntiatum, quòd admiſerit delictum, cui annexa eſt excommunicatio, vt quòd ſit hæreticus, ſed requiratur, quòd denuntietur excommunicatus, vt contra Sot. optimè probat Nauar. d. Miſcell. 47. de orat. num. 2. licèt contrarium velit Suar. d. diſp. 9. ſect. 2. nu. 10. qui etiam in eo fallitur, dum ad id allegat Couar. d. §. 2. nu. 9. 237 *Denũtiatus ob delictum cenſuræ annexũ, an ſit vitandus.*

Quòd ſi quærat aliquis, quid hac in re operetur appellatio, breuiter reſpondeo Primò, quòd † appellatio legitima præcedens excommunicationem ſecutam nullam reddit, cap. quoties, 2. quæſt. 6. cap. cum contingat, de off. deleg. cap. ad præſentiam, de appell. cap. per tuas, de ſent. excom, cap. ſolet, cap. licèt, & cap. venerabilibus, §. ſed ſi ex cauſa, §. poteſt, & §. fin. eod tit. in 6. quod idem in aliis cenſuris docet gloſ. recepta, d. cap. licèt, verbo, excommunicationis, & pluribus tradit Vgol. d. tract. de cenſur. Eccleſ. tab. 1. cap. 2. §. 23. num. 9. & cap. 13. §. 18. num. 8. cum ſeqq. vbi id multipliciter declarat. pro quo etiam videndi ſunt præcipuè text. d. cap. ſolet, cap. venerabilibus, & cap. licèt. 238 *Appellatio legitima præcedens nullam reddit cenſurã.*

Præterea à declaratoria, † quòd quis commiſerit crimen, ob quod ipſo iure impoſita eſt excommunicatio, aut alia cenſura, quæ quidem declaratoria omnino præmittenda eſt ante denuntiationem, vt ſatis comprobat inter ceteros Vgol. d. tab. 1. cap. 21. §. 2. num. 8. oſtendens, num. 9. ad eandem declarationem requiri partis citationem; niſi tamen notorium ſit delictum, & quòd reo nulla competat defenſio; ab ea inquam declaratoria datur appellatio, vt poſt Abb. & Dec. in c. peruenit il 1. de appellat. Fel. cap. Rodulphus, num. 78. de reſcript. & alios latè docet Vgol. d. §. 2. num. 10. & Ant. Gabr. commun. concl. lib. 6. tit. de reg. iur. concluſ. 3. num. 59. Tertiò appellatio ſequens excommunicationem, aut aliam cenſuram † eam non ſuſpendit, cap. ad reprimendam, de offic. ord. cap. adhæc quoniam, & cap. paſtoralis, §. fin. de appell. & cap. is, cui, §. fin. de ſent. excom. in 6. & Doct. ibi, & in rubr. de ſent. excomm. latè 239 *A declaratoria cõmiſſi delicti an fieri poſſit appellatio.* 240 *Appellatio ſequens cenſuram non ſuſpendit.*

Vgol.d.tab.1. cap.13. §.1. & duobus ſeqq. vbi eius rei rationes affert, eámque præcipuè probat, quam adducit Romanus Pontifex d.cap.paſtoralis, §. fin. quoniam excommunicatio, ſicut etiam alia cenſura executionem ſecum trahit, de qua etiam idem Vgol.eod. cap.13.§.1. per totum.

241 *Denũtiatio excommunicationis poteſt fieri poſt appellationẽ per delegatum: niſi*

Ex ea verò illud in hac concluſ. circa materiam hanc appellationis vltimo loco adnotandum eſt, quòd † denuntiatio excommunicationis fieri poteſt poſt appellationem, nec dicitur innouari, vt eſt text apertus d. cap.paſtoralis, §.fin. & ibi adnotarunt gloſ. & Doct. atque inter alios Vgol d tab. 1. cap.21. §. 2. num.4. & Robert.Lancellot.in tract.de attent. 2 part.cap.12. limit.21.nu.1. & 3.vſque ad 9. vbi hanc regulam pluribus confirmat. nu.autem 10. id extendit etiam in delegato poſt Franc. d.cap.paſtoralis, §. verùm, quæſt 7. num 28. quod tradit etiam Vgol.d. num. 4. poſt Mar.Soc.in cap.ſacro, num.101.cum ſeq. de ſent. excomm. & communem, de qua teſtatur Apoſtillator ad cap.Tholoſ.deciſ.299.

242 *detulerit appellationi, vel ſuperior eam receperit: vel*

243 *per denunt. excõmunicatus magis ligaretur: aut*

244 *contra ignorantem lata ſit excom.*

245 *A declaratoria incurſus excõmunicationis, &*

246 *ab excõmunicatione cõditionali appellatur.*

Limitat verò Lancellot. ſupr.nu.11.& 12 ac 28. ex Franc.d. num.28. poſt Innoc. necnon Vgol.d. num.4. poſt alios primò, † vbi delegatus detulerit appellationi, vel ſuperior eam receperit. Limitant 2. poſt alios Vgol.d.num.4. & Lancell. d. limit. 21. num.14. cum quatuor ſeqq. niſi † per denuntiationem excommunicatus in plus ligaretur, vt in caſu, cap.tua, de ſent.excom. Limitat 3. Lancell.ſupr.num.19.cum ſeq.& Vgol.d.num. 4. vbi † contra ignorantem lata ſit excommunicatio, quod plerique ſentiunt ab iis relati. Limitatur 4. & hæc cum duab. ſeqq. limitat. ſpectat etiam ad præced. 3. notabile, quando † quis appellaret à declaratoria incurſus excommunicationis à iure, vel ab homine latæ, prout de excommunicatione iuris aliis relatis docet Vgol.d.num.4 & de vtraque Lancellot.ſupr. num. 21. & tribus ſeqq. qui num. 25. poſt alios hoc temperat niſi factum eſſet notorium, num.26. niſi eſſemus in declaratoria, quæ ſolet fieri in obligationibus in forma Cameræ, & denique num.27. niſi eſſemus in declaratoria lata vigore executorialium, & rei iudicatæ. Limitatur 5. in appellatione † interpoſita ab excommunicatione conditionali ante impletam conditionem, vt ſatis probat Lancellot. ſupr. num. 30. vſque ad 35. pro quo etiam faciunt latè tradita per Vgol.d tab. 1.cap.13. §.18. num.9.& 10. vbi oſtendit ſententiam cenſuræ latam poſt appel

appel

appellationem interpoſitam pendente conditione nullam omnino eſſe. Limitat poſtremò Lancellot.ſupr.num.36. vt † talis denuntiatus pendente appellatione minimè fieri poſſit, quando eſſemus in appellatione interpoſita ab abſolutione à ſententia excommunicationis. 247

Denũtiatio excom.nõ fit pendẽte appell.ab abſolutione.

Quando autem † poſſit fieri abſolutio ab excommunicatione pendente appellatione, tractant Doct. in cap. qua fronte, de appell. & Lancellot d. cap.12. limit.23. Vgol. d. tab.1. cap.4. in princ. num.6. & §.2. per totum, necnon cap.19. §.6. num.6. & alibi ſæpe. Atque hæc de hac 6 concluſ. Iam ad 7. & poſtremam, quæ ad poſteriorem huius quæſtionis partem pertinet, veniamus. 248

Abſolutio à cẽſura quãdo poſſit fieri pendẽte appellatione.

Septima, & poſtrema concluſio. Iuriſdictio, & officium Conſeruatoris † in eo regulariter non expirat, aut ſuſpenditur per mortem naturalem vel ciuilem Subconſeruatoris. Probatur. Nam ſi quidem Subconſeruator datus etiam in totum, antequam decedat, vſus non fuerit iuriſdictione, poteſt per Conſeruatorem cauſa reſumi; quinimmò quotieſcumque Subconſeruator iuriſdictione vſus non fuerit, poteſt Conſeruator commiſſionem ad ſe reuocare, prout de Apoſtolico delegato quoad vtrumque expreſsè cauetur in cap. quamuis, de offic. deleg.6. vbi etiam ſubiicitur huius deciſionis illa ratio, cum iuriſdictio, ex quo ipſa vſus non extitit, non cenſeatur in eum efficaciter tranſiuiſſe. Si verò Subconſeruator vti cœpit iuriſdictione, & ſubdelegatio non eſt facta iu totum, ſed aliquid ſibi reſeruauit de iuriſdictione, tunc idem dicendum, prout in delegato ſatis cauetur in cap. ſuper quæſtionum, § porrò, & §. eius ergo, de offic. deleg. cap. iudex, & cap. ſi delegatus, de off. deleg. in 6. & adnotarunt gloſ. & Doct. ibid. necnon in cap. ſi pro debilitate, de offic. delegat. & alibi ſæpe. Idem quoque ſtatuendum, vbi Conſeruator, ſeu delegatus in ſubdelegatione etiam in totum appoſuit clauſulam, donec vices ſuas ad ſe duxerit reuocandas, vel quia dicatur tunc aliquid reſeruaſſe de iuriſdictione, vel certè hi caſus æquiparentur quoad retinendam ſaltem in habitu iuriſdictionem, vt ſatis colligitur ex dict. cap. ſi delegatus. Quòd ſi † ſubdelegatio facta eſt in totum, non adiecta prædicta clauſula, donec, &c. & Subconſeruator vti cœpit iuriſdictione, tunc expirat Conſeruatoris iuriſdictio, quoniam efficaciter tranſiuit in ſubdelegatum, vt conſtat ex text. 249 250

Subcõſeruatoris morte, in Cõſeruatore iuriſdictio nec expirat, nec ſuſpenditur.

Expirat præmiſſa iuriſdictio ſi cõmiſſa ſit in totum ſine clauſula, do-

text.d. cap.ſuper quæſtionum, §.porrò, & d.cap.quamuis ſumpto argumento à contrario ſenſu, quod in iure fortiſſimum eſt, l.1.§. huius rei rei, ff.de offic.eius, cui mand.eſt iuriſdict. cum aliis allegat. quæſt. præced. concluſ. vlt. limit. 1. facit etiam ad id text. d. cap. ſi iudex, vbi dicitur quòd ſi iudex datus à ſede Apoſtolica in totum commiſerit recuſari vlterius, aut facta per eum commiſſio impugnari nequibit, quòd poſſet,ſi de iuriſdictione ſibi aliquid reſeruaſſet, meliùs facit d.§.porrò, & d.cap. ſi delegatus, quatenus ibi habetur quod à ſubdelegato in totum non appellatur ad ſubdelegantem, id eſt, delegatum, ſed ad delegantem; & ad hoc melior text.eſt in cap. in litteris, de offic.deleg. ibi, ex quo iudex delegatus ſententiam executioni mandari præcepit eius auctoritas, & iuriſdictio ceſſat, quia ſemel eſt officio ſuo functus: omnium verò optimus text. eſt in cap. venerabili, de offic.deleg. ibi Archiepiſcopus ipſe cum iam ſuo functus eſſet officio, dicto Abbati committendo in integrum vices ſuas, huiuſmodi negotium dicto Theſaurario non potuit demandare; ídque adnotarunt gloſ.& Doct.ibi, & d.cap.ſuper quæſtionum, præſertim §.ſi verò. Si ergo hoc caſu moriatur naturaliter, vel ciuiliter etiam per excommunicationem Subconſeruator, non ideo perit, aut ſuſpenditur iuriſdictio in Conſeruatore, cum ea iam expirauerit per commiſſionem, ſeu ſubdelegationem factam in totum, licèt in Subconſeruatore ipſo aliquando expiret, aliquando ſuſpendatur per ipſius ciuilem mortem, aut naturalem, vt ſtatim in ſequ.

251 quæſt.dicemus; ſi priùs illud poſtremo loco quoad hanc quæſt. & concluſ.admoneamus, † expirare iuriſdictionem in Conſeruatore non modò per expreſſam abdicationem iuriſdictionis ſubdelegando in totum à Conſeruatore factam; ſecuto tamen eiuſdem vſu, & exercitio in Subconſeruatore, vt paulò ante diximus, verùm etiam per tacitam, quando Conſeruator pronuntiauit, ſe iuriſdictionem non habere; nam, licèt

Expirat in Conſ. iuriſd. ſi ſe nullam habere iuriſdictionem pronuntiet: aut

252 commiſerit cauſam, & potuiſſet aliàs eam reaſſumere; tunc tamen non poteſt, cap.ſignificantibus, de offic.deleg. cum ibi not. & ſuis ſimil. aut † per delationem appellationi, quamuis legitima nòn ſit, cap.ſæpe, & cap. interpoſita, de appell. quæ iura ad id allegat gloſ. fin.dict.cap. in litteris, de offic. delegat.

deferat appellationi etiã nõ legitimæ: aut

253 quinimmò per ſolam appellationem legitimam, cap. vt debitus, de appellat. ac denique † vbi pronuntiatum fuerit, quòd

Conſer

Conſeruator ſit ſuſpectus; tunc enim commiſſio non poteſt fieri, cum deſierit eſſe iudex, vt de delegato habetur in cap. ſi iudex, §.fin. de offic.deleg. in 6. pro quo facit cap. inſinuante, de offic.deleg. cap.licèt, de for. compet. & cap.ſecundò requiris, de appell. iuncta d. gloſ. fin. d. cap. litteris, gloſ. 1. in cap. penult.eodem titul. & in cap. ſciſcitatus, verbo, infamem, de reſcript.

Verum per hanc ſaltem tacitam abdicationem † non tam expirat omnino, quàm ſuſpenditur iuriſdictio Conſeruatoris, vſque ad executionem ſententiæ, quam facere poteſt non modò intra annum tanquam delegatus, iuxta cap.quærenti, de offic.delegat. reſpectu perſonarum, & locorum non habentium priuilegia, quibus omnino eximantur à iuriſdictione, & poteſtate ordinarij locorum, verùm etiam reſpectu habentium huiuſmodi priuilegium, quandocunque poteſt ordinarius, ſi non tanquam delegatus ad vniuerſitatem cauſarum, qui ordinario æquiparatur, cum in hoc à iure non reperiatur facta æquiparatio, aut quia Conſeruatoriæ litteræ eximant impetrantem à poteſtate ordinarij loci, vt iam non ſemel admonuimus, præſertim cap. 3. quæſt. vlt. ad fin. cap. 4. quæſt. 5. circa initium, & cap.7. quæſt. 6. concluſ. 1. certè propter prædicta priuilegia, iuxta ea, quæ ſupr.cap.8.quæſt.9. concluſ.3. adduximus.quinimmò in caſu recuſationis poteſt quandocumque recuſans in eum conſentire, cap.inſinuante, de offic.deleg. cum ſuis concord. ſicut etiam appellans renuntiare appellationi tacitè, vel expreſsè, & coram iudice à quo litigare, cap.gratum, de off.deleg. cap adhæc, il 1. & cap.ad aures, de appell.cum ſimil. Nunc autem ad alias huius cap. quæſtiones tranſeamus, quarum non infructuoſa breuitate huius, & aliarum præcedentium eiuſdem cap. quæſtionum neceſſariam prolixitatem compenſabimus.

254 In caſibus præmiſſis etiã non expirat iuriſdictio.

QVÆRO *igitur Quartò in præſenti cap. An, & quando expiret in Subconſeruatore iuriſdictio, ſeu officium Conſeruatoris per alterius eorum mortem ciuilem, vel naturalem.*

Suppoſitis hoc loco iis, quæ ſupra hoc ipſo cap.quæſt.2. præmiſimus, aliquot in hac quæſt. concluſione, ad alteram eius partem pertinentes ſtatuemus, nimirum quoad mortem ciuilem, vel naturalem Conſeruatoris; reliquæ verò ad alteram partem ſpectabunt, hoc eſt, naturalem, vel ciuilem mortem

Digitized by Google

ipſius Subconſeruatoris. Sicut autem priorum concluſionum confirmatio ex d. quæſt. 2. concluſionibus ferè deducetur, ſic poſteriorum comprobationem ex iis penè ſumemus, quæ in hanc ſtatim præced. quæſt. id eſt, 3. adduximus.

Prima ergo ſit concluſio. Per mortem naturalem Conſer-
255 *Subcõſernatoris expirat iuriſdictio mortuo Cõſeruatore re integra.* uatoris re integra, ſeu quoad negotia non cœpta, † expirat in Subconſeruatore iuriſdictio, & officium Conſeruatoris. ita in materia delegati tenet Anchar. d. cap. licèt vndique, quæſt. 5. de offic. deleg. licèt alij contra; aliique aliter diſtinguant, quorum omnium opiniones probabiles putat Sanchez de Matrim. lib. 8. diſput. 28. num. 36. Sed Anchar. ſententia probatur primò ex cap. relatum, & cap. gratum, de off. deleg. vbi habetur, quòd per mortem delegantis re integra expirat iuriſdictio in delegato; necnon ex d. cap. fin. §. officium, de off. deleg. in 6. vbi in ſpecie dicitur quod officium Conſeruatoris quoad negotia non cœpta expirat morte concedentis. Et quamuis prædicta iura ſatis apertè loquantur de morte primi delegantis reſpectu eius, qui immediatè delegatus fuit; tamen cum eadẽ ſit ratio etiam in morte delegati reſpectu ſubdelegati, idem quoque ius in caſu ſtatuendum eſt, iuxta l. illud, ff. ad leg. Aquil. & cap. inter corporalia, quod eſt 2. de tranſlat. Epiſc. cum ſimilib. præſertim cum ſubdelegatus quidam delegatus ſit, & quod de hoc dicitur, de eo diſpoſitum cenſetur, vt colligitur ex d. cap. licèt, cum not. ibidem, & cap. 1. de off. Vicar. in 6. & alibi ſæpe, & notat poſt alios Dec. in cap. cuncta, num. 2. de off. deleg. atque ſubrogatum ſapiat naturam eius, in cuius locum ſubrogatur, l. ſi eum, ff. ſi quis caution. etiam in materia iuriſdictionis, vt patet ex allegatis per Ant. Gabr. commun. concluſ. lib. 6. tit. de reg. iur. concluſ. 2. num. 31. & §. cum ſeq. ſed idem probatur 2. ex l. & quia, §. ideoque, ff. de iuriſdict. omn. iudic. vbi generatim dicitur, quòd ſi is, qui mandauit iuriſdictionem, deceſſerit antequam res ab eo, cui mandata eſt iuriſdictio, geri cœperit, ſoluitur mandatum. Sed idem in ſpecie de morte delegantis re integra, quod per eam expiret iuriſdictio ſubdelegati habetur à contrario ſenſu ex cap. ſi delegatus, de off. deleg. in 6. quem text. in ſenſu proprio, & dire-
256 *Quid ſi collegæ fuiſsẽt: aut* cto paulò poſt examinabimus. id verò, quod nunc dicimus directè probat text. in c. licèt vndique, de off. deleg. vbi expreſsè dicitur, quòd † ſi ſubdelegatus iuriſdictione à ſuo collega ſibi

dele

delegata vti non cœpit eo viuente, non habet ſolus officium iudicandi. Ex quo ſimul ſumitur ampliatio prima ad hanc concluſionem, vt nimirum procedat etiam in ſubdelegato à Collega. Ampliatur præterea, vt procedat etiam † vbi ſubdelegatio facta fuerit, quoties delegatus abſuerit, vel donec vices ſuas duxerit reuocandas; nam tunc quoque, ſi deceſſerit delegatus re integra, expirat iuriſdictio in ſubdelegato, provt à contrario ſenſu conſtat ex d. cap. ſi delegatus, quod mox ponderabimus. Ampliatur denique † quinque prioribus modis, quibus ampliauimus concl. 1. quæſt. 2. huius cap. nimirum, vt procedat quoad totum officium Conſeruatoris, 1. reſpectu omnium negotiorum non cœptorum; item vt habeat locum in omnibus ſpeciebus Conſeruatorum, etiam eorum fortaſſe quos dedit Princeps ſecularis. Item vt non requiratur partis exceptio: nec proſit partium conſenſus ſeu prorogatio; ac tandem vt procedat etiam ignorante Subconſeruatore, vel parte, per ea quæ d. concl. 1. & 2. quoad Conſeruatorem adduximus.

257 *ſubdelegatio facta eſſet, donec abſuero. &c.*

258 *Immo quoad totū officium & omnes ſpecies Conſer. &c.*

Limitatur nunc iſta concluſio, vt † ſecus dicendum ſit quoad negotia per Subconſeruatorem cœpta, vt à contrario ſenſu colligitur ex d. l. & quia, & cap. fin. § officium in ſenſu verò directo ex d. cap. relatum, & cap. gratum, & meliùs atque in ſpecie ſubdelegati ex d. cap. licèt vndique, vbi dicitur, quòd ſi Collega ſubdelegatus à ſuo Collega vti cœpit ante mortem ſubdelegantis iuriſdictione ſibi mandata, vices ſuas, & alterius poterit adimplere; necnon ex d. cap. ſi delegatus, vbi habetur ſi delegatus quoties eum abeſſe contigerit alicui commiſerit vices ſuas, poterit ſubdelegatus mortuo delegato; cum & tunc cenſeatur abeſſe commiſſum ſibi negotium, dum tamen illo viuente iuriſdictione vti cœperit liberè definire; idémque poterit quando illi vices etiam ſub ea forma commiſit, donec duceret eas reuocandas, nam talis commiſſio, per quam cenſetur etiam ſententiæ prolatio, niſi antea fuerit reuocata, committi, nequaquam morte committentis expirat, ex quo res integra non extitit, prout totidem diſertis verbis diſponit ibi ſummus Pontifex. Ex his verò duobus iuribus duæ extenſiones ſumuntur ad hanc limitationem. Quarum prima eſt ex d. cap. licèt vt procedat etiam † vbi ſubdelegatus erat Collega delegati qui deceſſit re non integra. Altera, vt locum quoque habeat, † vbi ſubdelegatio facta ſit à delegato quoties eum abeſſe contigerit,

259 *Quoad negotia cœpta non expirat ſubconſeru. iuriſdictio mortuo Cōſer. etiam ſi*

260 *Collegæ fuiſſent, vel*

261 *ſubdelegatio ſit facta, donec abſuero, vel &c.*

aut ſub ea forma donec vices ſuas duxerit reuocandas; nam tunc quoque ſi Conſeruator deceſſerit poſtquam ſubdelegatus vti cœpit iuriſdictione, perpetuatur in ſubdelegato iuriſdictio.

262 *Subcõſeruatoris iuriſdictio ad beneplacitum cõceſſa mortuo cõcedẽte expirat quo ad negotia cœpta.*

Secus autem dicendum erit, † ſi Conſeruator ſubdelegauit vſque ad beneplacitum ſuæ voluntatis; vel quamdiu volam; nam tunc etiam quoad negotia cœpta expirat iuriſdictio in Subconſeruatore per mortem Conſeruatoris, prout in delegato, & ſubdelegato apertè ſentit gloſ.d.cap ſi delegatus, verbo, morte, & expreſsè Gemin. Franc. Io. de Fant. & Paul. ibi, ac poſt alios Sanchez tract. de Matrim. libr. 8. diſput.28. num. 50. præcipuè per text. in cap. ſi gratioſè, de reſcript. in 6. vbi habetur, quòd beneplacitum expirat morte; plerique autem Doct. illam diſcriminis rationem afferunt, quòd vbi ſubdelegatio fit ad beneplacitum, vel quamdiu volam, ſonat id perſeuerantiam antiquæ voluntatis, quæ tamen expirat per mortem; at verò clauſula, donec duxero auocandum, vel aliter ordinandum, ſeu prouidendum, importat expreſſam reuocationem primæ voluntatis, ſeu nouam voluntatem, quæ non inducitur per mortem, in quem caſum erat limitata exſtinctio actus, quod optimè explicat ibi Gemin. & latè tuetur Franc. & alij tenent quos refert ac ſequitur Ant. Gabr. commun. concluſ. lib.6. titul. de præbend. concluſ. 1. num. 28. vbi cum ſex num. præced. & octo ſeqq. latè tractat materiam d. clauſulæ, ad beneplacitum, & clauſulæ, donec reuocauero, quod etiam facit Sanchez de Matrim. d. diſput. 28 num. 49. vſque ad 63. num. autem 52. poſt alios admittit ſimpliciter prædictam diſtinctionem in gratiæ conceſſione; ſed num. 54. in delegatione iuriſdictionis contentioſæ putat, ceſſare quidem iuriſdictionem conceſſam ad beneplacitum, ſiue res integra ſit, ſiue ſecus; conceſſam verò, donec reuocauero, non niſi vbi res eſt integra, per text. in cap. ſi delegatus, qui ſanè ſatis vrget; atque adeo pręfatum diſcrimen ſic latè ſumptum non habebit locum niſi vbi generalis facultas conceſſa ſit eligendi Conſeruatorem, cum tunc gratiæ vim obtineat, vt docebimus infra quæſt. 6. concluſ. 3. & quæſt. vlt. concluſ. 1. Dicitur autem ſubdelegatus cœpiſſe vti iuriſdictione, ſeu res non eſſe integra, ſeu negotium eſſe cœptum, cùm tranſmiſſa eſt citatio, vt conſtat ex d. cap. ſi delegatus, & cap. quamuis, de off. deleg. in 6. iuncto d. cap.

Digitized by Google

cap. gratum, & notat. per Doct. in dictis iuribus, & alibi ſæpè, latiúſque per nos adductis ſupr. hoc eodem cap. quæſt. 2. præmiſſ. vlt.

Secunda concluſio. Si Conſeruator † ciuiliter moriatur quia ſeruus fiat, aut banniatur; (caſu, quo per bannum quis ciuitatem, & ciuitatis iura amittit, qua de re latiùs ſupr. quæſt. 2. egimus in 1. & 2. præmiſſ.) Subconſeruator quoque amittit exercitium iuriſdictionis quoad negotia non cœpta. Probatur, quoniam ſaltem tunc, vbi eadem eſt ratio, & idem effectus in morte ciuili, quæ in naturali, quod de hac dicitur, de illa quoque eſt aſſerendum, vt d. quæſt. 2. quarto loco præmiſimus. at verò illa præcipua ratio, quam conſiderauimus d. quæſt. 2. concluſ. 1. ampliat. vlt. ob quam per mortem naturalem expirat in delegato iuriſdictio per mortem delegantis, antequam delegatus ea vtatur, quia nimirum non tranſit efficaciter in delegatum iuriſdictio, ſed manet penes delegantem. per cap. quamuis, de off. deleg. in 6. qui præcipuè loquitur in ſubdelegato; hæc inquam ratio militat quoque in morte ciuili; nam per mortem etiam ciuilem amittuntur iura, vt d. præmiſſ. 2. docuimus, inter quæ iuriſdictio delegata numeratur, vt quæſt. præced. concluſ. 1. ad finem oſtendimus; Dixi autem in concluſ. propoſita, (exercitium iuriſdictionis;) nam, † ſi Conſeruator iura ſua per poſtliminium recuperaret, aut aliàs ad ea reſtitueretur, iuxta tradita per nos d. præmiſſ. 2. putarem, quòd ex tunc Subconſeruator poſſet etiam quoad negotia non cœpta iuriſdictione ſua vti; niſi † iam loco illius alius datus eſſet Conſeruator. quod idem dicendum eſſet vbi interim Conſeruator ille priuatus fuiſſet officio Conſeruatoris; nam vtroque hoc caſu, cum generi per ſpeciem derogetur iur. vulgar. non recuperaret Conſeruator delegationem, & conſequenter ſubdelegatio facta ſi res foret adhuc integra expiraret tanquam acceſſoria delegationi, & ab ea in eſſe dependens. Quoad negotia verò cœpta † indiſtinctè poſſet etiam adueniente in Conſeruatore quacumque morte ciuili Subconſeruator procedere, cum idem poſſit, vbi Conſeruator naturaliter mortuus fuiſſet, vt concl. præced. limit. vnica demonſtrauimus; neque enim plus debet poſſe operari mors ciuilis, quàm naturalis, vt de ſe patet. Idémque ſtatuendum eſſet, † vbi Conſeruator fuiſſet officio Conſeruatoris priuatus; nam, licèt quoad negotia non

263 Subcõſeruatoris iuriſd. ſuſpenditur quoad non cœpta, ſeruitute, aut banno Conſeruatoris.

264 Eã recuperat ſi iura recuperet Conſeru. & 265 Quid ſi alius datus ſit Cõſeruator, vel priuatus ipſe ſit officio.

266 Quoad negotia cœpta non ſuſpẽditur ſubdelegatio morte Conſeru.

267 Idem ſi Cõſer. priuatus ſit officio.

cœpta expiraret in Subconſeruatore iuriſdictio tanquam acceſſoria, & adhuc efficaciter in eum non transfuſa per prædicta; ad quod etiam facit text. in l.Caſſius, ff.de Senator. cum aliis in ſimili adductis quæſt. præced. concluſ. 4. limit. 1. non expiraret tamen quoad cœpta,per ea,quæ de morte ciuili paulò ante diximus, & de morte naturali concl.præced. & de de-
268 legante depoſito, & priuato docuimus ſupr.d.quæſt.2. concl. 1. & 2.vbi etiam egimus de renuntiante officio. Idem verò † eadem ratione dicendum videtur vbi officium Conſeruatoris in eo expirat per lapſum temporis præſtituti, de quo infra quæſt. 6.vel per renuntiationem officij factam à Conſeruatore,de qua re agemus quæſt.7. vel per renuntiationem impetrationis, ſeu electionis Conſeruatoris, de quo quæſt. 8. vel per reuocationem talis electionis, vt quæſt.9. nam in hiſce omnibus caſibus, quando expirat iuriſdictio, & officium in Conſeruatore ſiue quoad negotia cœpta, ſiue quoad non cœpta, expirabit etiam in Subconſeruatore, ſolùm quoad non cœpta,excepto caſu lapſus temporis, per ea, quæ d. 6.quæſt. adducemus, præſertim concl.vlt. Denique quod in præcedenti concluſione diximus de morte naturali, vt per eam expiret etiam re non integra

Subcõſeruatoris officiũ lapſu tẽporis & aliis modis expirãs.

269 ſubdelegatio facta ad beneplacitum † habet locum etiam in morte ciuili, vt ſentiunt Franc.d.cap.ſi gratioſè,col.pen.de reſcript.in 6. Bart.in l.centeſimis, §.fin col. fin. verſic. quid ſi iudex, ff.de verb.oblig. & alij allati per Gabr d.concl.1.num.24. & Sanchez d. lib. 8. diſput. 28. num. 56. licèt ibidem referant Gem.d.cap. ſi gratioſè, col.2. ſeu num.13. Calder.conſil.3. de reſcript. & Bero.quæſt.103. num.5. contrarium tenentes.

Subdelegatio ad beneplacitũ expirat ciuili morte Conſeruatoris.

Tertia concluſio. Per excommunicationem Conſeruatoris
270 qui ſubdelegauit, † non expirat; ſed ſolùm ſuſpenditur iuriſdictio,& officium in Subconſeruatore quoad negotia non cœpta. Probatur ex iis, quæ de vi excommunicationis quoad auferendam, vel ſuſpendendam iuriſdictionem docuimus quæſt. præced. concluſ. 6. in princip. & quæ in hac ſpecie de Conſeruatore in caſu excommunicationis ſuperuenientis in illo, qui eum deputauit docuimus ſupr. quæſt. 2. concluſ. 2. præcipuè verò per Abb. & alios, d.cap licèt vndique, de offic. deleg. & Vgol.alios referentem tract de cenſur.tab.1. cap.4.§.4. num.7. & tab. 2. cap. 11. 5. qui loquuntur etiam in delegato reſpectu ſubdelegati, quibus nunc addo Sayr.eod.tract.ſeu tom. 1. The-ſaur.

Excõmunicatio Cõſer. ſuſpẽdit iuriſdictionem Subcõſeruatoris quoad negotia non cœpta.

ſaur. caſ.conſcient. lib.2.cap.6.num.26. qui & ipſe alios recenſet. & quia hanc concluſionem quoad omnes eius partes in delegato, à quo ad Conſeruatorem tanquam à genere ad ſpeciem argui poſſe, iam ſæpiùs admonuimus, reſpectu ſubdelegati licèt breuiter, ſufficienter tamen probat Vgol. d. §. 5. vbi etiam oſtendit † contrarium ſtatuendum eſſe quoad negotia cœpta 271
præcipuè per text. in cap.ſi is,cui,& cap.quamuis, de off.deleg. in 6. iuncto d.cap.licèt, extr. eod.tit. vlteriùs non immoror;ſed ad ſeq.concluſ. veniamus, quæ erit de ſuſpenſione, ſi priùs duo admoneamus, quæ ad vtramque cenſuram pertinent; alterum intelligendam eſſe † & hanc,& ſeq.concluſionem de excom- 272
municato, & ſuſpenſo denuntiato, vel notorio clerici percuſſore, cum hi ſoli ratione cenſuræ iuriſdictionem amittant, vt ſatis oſtendimus quæſt præced. concluſ.6. poſt medium. Alterum, quòd, † ſi ante delegationem Conſeruator iam erat excommunicatus, vel ſuſpenſus denuntiatus, aut notorius clerici percuſſor, omnino nulla fuit ſubdelegatio,prout de excom- 273
municato poſt alios tradidimus d.concl.6. circa initium,& docet Vgol d.§.5.per text.in c.1. de off. Vic in 6. iuncta tamen d. Extrauag.ad euitanda ſcandala.

Secus quoad cœpta:& quid ſi excõmunicatio nõ ſit denũtiata vel incurſa notoriè. Subdelegatio per Conſeru.excommunicatum vel ſuſpẽſum facta, nulla eſt.

Quarta concluſio. Per ſuſpenſionem quoque Conſeruatoris vel ſimpliciter, vel à iuriſdictione, vel ab officio, † licèt non expiret in Subconſeruatore iuriſdictio, ſuſpenditur tamen quoad non cœpta negotia. Probatur ex iis, quæ de vi talis ſu- 274
ſpenſionis quoad auferendam, vel ſuſpendendam iuriſdictionem docuimus quæſt.præced. concluſ.6. circa initium, iunctis iis, quæ de delegato ab eo, qui poſtmodum ſuſpenſionem incurrit, docet poſt alios Sanchez d.tract. de Matrim.lib.3. diſp. 30. num. 8. & lib.8.diſput. 28. num. 57. & ex eo confirmatur, quòd ratio militans in delegato quoad caſum excommunicationis, quia nimirum iuriſdictio delegati pendet à delegante, de qua per Vgol. d. §. 5. & tab. 1. cap. 2. §. 23. num. 5. militat etiam in ſubdelegato, & quoad ſuſpenſionem. Et quia res clara eſt, vlteriùs non inſiſto. Ampliari autem poteſt hæc,& præcedens concluſio, & limitari iis modis, quibus prima concluſio, ſaluo, quòd ibi dictum de expiratione iuriſdictionis intel- 275
ligendum hîc eſt de illius ſuſpenſione, ſeu amiſſione vſus, & exercitij eiuſdem. Limitatur verò etiam tam hæc,quàm præcedens cõcluſio, † vt nec ſuſpendatur iuriſdictio in Vicario Epi-

Suſpenſione Cõſer. quãdo ſuſpẽdatur officiũ in Subcõſeruatore.

Quid ſi hic Vicarius ſit Epiſc. Conſeruatoris.

ſcopi

ſcopi Subconſeruatore deputato ab eo qui vti Epiſcopus fuerit & ipſe à Papa deputatus Conſeruator, & vigore litterarum poterat etiam Vicarium Epiſcopi facere Subconſeruatorem; nam ſi Epiſcopus deinde fiat notoriè clerici percuſſor, vel denuntietur ſuſpenſus, interdictus, vel excommunicatus;adhuc Vicarius poterit quoad negotia cœpta in cauſis ſibi ab eo ſubdelegatis, atque etiam quoad ipſa non cœpta in cauſis ſibi ab alio ſubdelegatis procedere; nam licèt per huiuſmodi excommunicationem, ſuſpenſionem, & interdictum Epiſcopi deſinat omnino iuriſdictio in Vicario, quam ab Epiſcopo accepit etiam quoad cœpta vt de excommunicatione eſt optimus tex. in cap. 1. de off. Vicar. in 6. & de ſuſpenſione,& interdicto poſt alios tradit Sanchez d. diſput. 30. num. 8. Tamen id accipiendum eſt de iuriſdictione, quam Vicarij recipiunt tantùm ab Epiſcopo, vt in ſimili de excommunicatione apertè, ac diſertis verbis diſponit text. d. cap. 1. At verò in caſu noſtro Vicarius hanc iuriſdictionem ſubdelegatam non à ſolo Epiſcopo recipit, ſed etiam à Papa mediante perſona Epiſcopi, quem ſupponimus ante cenſuram feciſſe ſubdelegationem;vnde & hic Vicarius dicitur ſubdelegatus Apoſtolicus, & in caſu noſtro iure vocabitur Subconſeruator Apoſtolicus.

Quinta igitur concluſio ſit. Per mortem naturalem Sub-
276 conſeruatoris † in eo expirat officium, & iuriſdictio Conſeruatoris. Probatur per ea, quæ in præced. quæſt. concluſ. 1. docuimus de huiuſmodi expiratione in Conſeruatore per eiuſdem mortem naturalem; vnde etiam ſumendæ ſunt proportionabiliter ampliationes, & limitationes huius concl. ex concluſ. verò 2. eiuſdem quæſt. alia ampliatio ſumi poteſt ad hanc ipſam concluſionem, vt nimirum quod ibi docuimus de duobus Conſeruatoribus datis ſimul, ſeu ſimpliciter, vt per eorum alterius mortem naturalem expiret tota iuriſdictio,& officium ex cap pen. de off. deleg. & aliis ibidem allegatis, intelligen-
277 dum etiam ſit, † vbi duo dentur Subconſeruatores,vel à duobus iuxta cap. ſi duo, de off. deleg. in 6. vel etiam ab vno,ad tex. in cap. cum te, vbi Innoc. Abb. Dec. & alij id adnotarunt, de off. deleg. declarandúmque erit iuxta declarationes eadem concluſ. 2. in caſu duorum Conſeruatorum allatas, quæ etiam in duobus Subconſeruatoribus locum habent, per ea, quæ ad finem ſeq. concl. dicemus.

Subcõſeruatoris morte in eo expirat iuriſdictio Conſeruatoris.

Quid ſi duo Subconſeruatores, vel à duob. dentur.

Sexta

Digitized by Google

Sexta concluſio. Si Subconſeruator ſeruus efficiatur, † ſuſpenditur eius iuriſdictio, donec libertati reſtituatur. Probatur ex iis, quæ de Conſeruatore adduximus quæſt. præced. concluſ. 3. habétque in hac etiam concl. locum quod ibidem diximus de Epiſcopo ſeruo facto, vbi is Subconſeruator fuerit deputatus, vt nimirum † interim, donec libertati reſtituatur, non tranſeat vſus, ſeu exercitium talis iuriſdictionis in capitulum, in quod non tranſeunt ea, quæ Epiſcopo iure ſpeciali delegato comptebant, vt ibidem oſtendimus. Recuperabit igitur Subconſeruator † negotia cœpta, niſi ſubdelegatio facta fuerit non in totum, aut etiam cum clauſula, donec vices ſuas duxerit auocandas, & Conſeruator auocauerit commiſſionem, iuxta ſuperiùs per nos tradita, præcipuè per cap. ſi delegatus, iuncto cap quamuis, de offic. deleg. in 6. & cap. ſuper quæſtionum, §. porrò, extr. eodem tit. quoad non cœpta verò quoque ſi iuriſdictionem ſuam non auocauit eam alteri committendo, vel aliter, per ea, quæ d. concluſ. 3. adduximus, vbi etiam docuimus id, quod maximè ad hanc rem facit, quòd vbi commiſſio facta ſit cum clauſula, quod ſi non omnes, tunc impeditus foret ceſſante impedimento admittendus tam quoad negotia cœpta, quàm quoad non cœpta, præcipuè per text. in cap. ſciſcitatus, de reſcript. qui non diſtinguit de negotiis, & loquitur de quouis impedimento tam iuris, quàm facti. quod multò magis admittendum erit, vbi ſint plures ſubdelegati in ſolidum per cap. cum plures, de off. deleg. in 6. Et quamuis tam hæc iura, quàm alia pleraque allegata d. concl. 3. ex quibus ad hanc argumentum ſumimus, loquantur de prima commiſſione, ſeu delegatione duobus cum dictis clauſulis facta; tamen quod de delegato ſtatuendum eſt, † de ſubdelegato etiam proportionabiliter eſt intelligendum, vt in materia Conſeruatorum colligitur ex d. cap. fin. §. vices quoque, de off. delegat. in 6. cum ibi not. per Doct. & quoad delegatum ex cap. ſtatutum, §. in nullo quoque, de reſcript. in 6. in ſpecie adnotauit Dec. in cap. cum te, num. 2. de off. deleg. poſt Abb. ibi in gloſ. & cap. fin. col. 4. §. ego verò, de ſent. & re iudic. idem etiam deduci poteſt ex c. ex litteris, de off. deleg. ſentiúntque ibi Doct. & cap. licèt vndique, eodem tit. & facit tum quod ſubrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur, etiam in iuriſdictionalibus, vt ſupra concluſ. 1. circa initium docuimus; tum

278 *Subcōſeruatoris ſeruitute ſuſpenditur eius iuriſdictio.*

279 *ſi ſit Epiſc. an tranſeat in capitulū.*

280 *Liber factus Subcōſeruator iura recuperat.*

281 *Diſpoſita in delegato intelligenda etiā de ſubdelegato.*

quòd de ſubdelegato agitur ſub titulo ſeu rubr. de off. deleg. atque adeo ſatis inde ſuaderi poteſt, ſubdelegatum delegati appellatione venire ſumpto argumento à rubro ad nigrum, quo in materia Conſeruatorum vtitur gloſ. recepta d. cap. 1. de off. deleg. in 6. & paſſim vtuntur Doct. vt patet ex allegatis per Euerar. in loc. legal. à rubro ferè per totum, præcipuè verò num. 1. 4. & 5.

282 *Qualitas Subcõſeruatoris neceſſaria tẽpore ſubdelegationis adeſſe debet.*

Septima concluſio. Qualitas † requiſita in Subconſeruatore, (vt quòd ſit Epiſcopus, vel Abbas, &c. iuxta diſpoſitionem d. cap. fin. in princ. iuncto §. vices quoque ſuas, de offic. deleg. in 6.) ſufficit, quòd in eo ſit tempore ſubdelegationis, ſeu quo Subconſeruator ei committit vices ſuas. Probatur ex iis, quibus quæſt. præced. concl. 4. docuimus, ſufficere huiuſmodi qualitatem adeſſe in Conſeruatore tempore deputationis, ſeu electionis, licèt non adſit tempore proceſſus, aut etiam præſentationis; cum iis tamen extenſionibus, ac declarationibus, quas ibidem attulimus; id enim omnino dicendum eſt, procedere quoque proportionabiliter in ſubdelegatione, ſeu deputatione Subconſeruatoris, iuxta doctrinam firmatam in præced. concl. ad finem.

283 *Subcõſeruatoris deputatio nomine proprio facta quãdo in ſucceſſorẽ tranſeat.*

Octaua concluſio. Vacante quouis modo † dignitate vel beneficio, ratione cuius quis deputatus eſt Subconſeruator (iuxta diſpoſitionem d. cap. fi. §. vices quoque ſuas iuncto princip.) ſi deputatio Subconſeruatoris facta eſt ſub nomine proprio, non tranſit in ſucceſſorem, ſed citra caſum mortis naturalis poteſt ipſe procedere; quod ſi facta ſit ſubdelegatio ſub nomine dignitatis, ſeu beneficij, quouis modo vacet, tranſit talis commiſſio, ſeu ſubdelegatio in ſucceſſorem. Probatur hęc concluſio iiſdem fundamentis, quibus d. quæſt. ſtatim præced. concluſ. 5. id docuimus de Conſeruatore deputato; eadem enim locum habent etiam in Subconſeruatore iuxta doctrinam, de qua in fine concl. 6. præſentis quæſt. vbi oſtendimus, diſpoſita in delegato regulariter cenſeri diſpoſita etiam in ſubdelegato; atque adeo extenſiones, & declarationes ad eam concl. 5. allatę ad huius quoque concl. explicationem iure poſſunt accommodari; ideóque hîc pro repetitis habeantur.

284 *Subcõſeruatoris ſuſpenſione vel excom. eius iuriſdictio ſuſpenditur.*

Nona, & poſtrema concluſio. Per excommunicationem, vel ſuſpenſionem ipſius Subconſeruatoris latam ſimpliciter, vel à iuriſdictione, vel ab officio, † licèt non expiret, ſuſpenditur

tamen

tamen in eo iuriſdictio,& officium ei commiſſum,donec abſoluatur ab excõmunicatione,vel tollatur ſuſpenſio. Probatur ex iis,quib.q. præced. concl.6. id de Conſeruatore docuimus,quæ etiam proportionabiliter in Subconſeruatore admittenda ſunt; tum quòd id regulare eſt in iudice, vt per excommunicationem, ac prædictam ſuſpenſionem amittat vſum, ſeu exercitium iuriſdictionis, quod tamen recuperat poſt abſolutionem ab excommunicatione, vel ceſſationem ſuſpenſionis, vt dict. quæſt. præced. concl 6. ſatis oſtendimus; tum per doctrinam allatam ſupra hac ipſa quæſt.concl.6.in fine de diſpoſitis in delegato ad ſubdelegatum porrigendis. Quare declarationes, quas pro explicatione d. concl. 6. præced. quæſt. attulimus ad præſentis quoque concl.explicationem allatæ intelligantur;atque illa præcipuè, quòd accipienda ſit de excommunicato, & ſuſpenſo denuntiato,vel notorio clerici percuſſore,quod etiam ibidem latiùs declarauimus. Atque hæc de hac quæſt. 4. dicta ſufficiant.

QVÆRO *Quintò in hoc cap. An, & quando per mortem naturalem,vel ciuilem impetrantis litteras Conſeruatorias, vel aduerſarij expiret officium,& iuriſdictio Conſeruatoris.*

Quatuor præcipuas inſpectiones habet præſens quæſtio Prima eſt, An officium, ſeu iuriſdictio Conſeruatoris expiret per mortem naturalem impetrantis litteras Conſeruatorias. Secunda, an per mortem ciuilem eiuſdem. Tertia, an per mortem naturalem aduerſarijeius, qui prædictas litteras impetrauit. Quarta, an per mortem ciuilem eiuſdem aduerſarij. De morte autem ciuili quatuor ſimiliter poſſunt inquiri, nimirum quoad ſeruitutẽ, quoad condemnationem,quoad bannum, & quoad excommunicationem. De ſuſpenſione enim nihil eſt quod quæramus, cum nullibi aut in iure,aut à Doctoribus huiuſmodi effectus ſuſpenſioni,quæ cenſura eſt,tribuatur. Atque adeo, vt hæc ſingula ſingillatim tractemus, tota hæc quæſtio decem concluſionibus,breuiter tamen erit,quoad fieri licebit, abſoluenda.

Prima concluſio. Per mortem naturalem impetrantis litteras Conſeruatorias re integra † expirat officium,& iuriſdictio Conſeruatoris. Ita in delegato voluit gloſ.1.& 2.ſingularis, ſed à nemine reprobata in cap.ſignificauit, de reſcript.allegans aliqua iura,ex quibus ſolum cap.P.& G.de off.deleg.ad rem facit, 285 *Offic. Cõſer. quãdo expiret morte naturali impetrantis.*

dum ibi dicitur, quòd reſcriptum non extenditur etiam de conſenſu partium vltra perſonas in eo comprehenſas. Idem expreſsè tenet Innoc. in cap. gratum, de off. deleg. & Spec. tit. de iud. deleg. §. reſtat, num. 7 & 8. Limita tamen primò, vt extendatur ad familiares impetrantis, iuxta ea, quæ admonuimus, ſupr. cap. 7. quæſt. 8. concl. 4. & latiùs explicauimus eodem cap. quęſt. 10. Limita ſecundò iis modis, quibus limitabitur concl. 6. huius quæſt. nam à prædicta gloſ. in hoc æquiparatur impetrans reſcriptum, & is, contra quē impetratur. Limita tertiò, vbi res non eſt integra per citationem; nam tunc ſucceſſor impetrantis poteſt vti reſcripto. ita gloſ. & Innoc. vbi ſupra, & Spec. dict. num. 8. Limita quartò vbi Prælatus nomine Eccleſiæ litteras Conſeruatorias impetraſſet, quamuis nomen proprium expreſſiſſet; ita generatim in reſcripto ſentit gloſ. prædicta; ſed expreſsè tenet ſpecul. d. num. 8. & Innoc. loco cit. & facit quod de ſucceſſore Prælati, contra quem facta eſt impetratio, tradunt gloſ. & Doct. in cap. dilecti, de for. compet. & nos ſeorſim agemus infrà dict. concl. 6. facit denique quod de priuilegio eligendi ſibi Conſeruatorem quando perſonale ſit, vel reale, ita, vt tranſeat in hæredem, & ſucceſſorem, remiſſiuè dicemus infrà quæſt. 9. in princ.

286 Secunda concluſio. Per ſeruitutem † eius, qui impetrauit litteras Conſeruatorias non expirat, ſed ſuſpenditur iuriſdictio Conſeruatoris, donec ille bona recuperet. Probatur, quoniam interim ſeruus amittit bona, & iura ſua, quæ deinde recuperat quando liber fit, §. ſed ſi ab hoſtib. cum duob. ſeqq. Inſtit. quib. mod. ius patr. poteſt. ſolu. l. 1. & tot. ferè tit. ff. de captiu. & poſtlim. reuerſ. quibus id oſtendimus, ac ſimul explicauimus ſupr. quæſt. 2. in 2 præmiſſ. clarum autem eſt, non poſſe quem agere ſine iure, & actione; poſſe autem, cùm hæc recuperat, vbi adſint alia requiſita, quæ adeſſe ſupponimus. Quod autem dictum eſt de ſeruitute ex eo, quòd quis captus ſit ab hoſtibus, ex prædictis iuribus, idem ſtatuendum de eo, qui ſeruus factus eſt pœnæ in caſibus, quos retulimus ſupr. d. quæſt. 2, in 1. præmiſſ. junct. d. præmiſſ. 2. Nam quando quis recuperabit ex Principis gratia bona, & iura ſua, ſimul etiam de iis experiri in iudicio poterit. Limitandum tamen eſt vtrumque hoc dictum niſi ij, ad quos bona eorum perueniſſent iam coram alio iudice agere cœpiſſent; nam tunc coram eo iudice talis

Conſeruatoris iuriſdict. per ſeruitutem impetrantis, an expiret.

Digitized by Google

talis impetrans cauſam proſequi deberet, arg. vbi cœptum, ff. de iudic. cum ſimil. de quibus per Doct. ibi & Ant. Gabr. commun. concl. lib. 2. tit. de iudic. concl. 1. vbi hanc regulam multis modis extendit, ac limitat; qui pro huius limitationis declaratione, cùm opus fuerit, poterunt videri.

Tertia concluſio. Si is, qui impetrauit Conſeruatorias, † cōdemnatus fuerit cum bonorum amiſſione vel per ſententiam, vel ipſo iure (quod quando contingat, conſtat ex iis, quæ dict. præmiſſ. 1. & 2. docuimus,) ſuſpenditur iuriſdictio Conſeruatoris, interim donec ex Principis gratia ad bona, & iura ſua reſtituatur. Probatur hæc concluſio eodem fundamento, quo præcedens; nam non poteſt agere ſine iure, & actione, quibus priuatus fuit, poterit autem cum hæc illi reſtituuntur, ſi cætera requiſita ſint. Limitatur præterea eodem modo, quo præcedens, vt ſi hæc bona & iura ad alios interim de iure perueniſſent, qui coram alio iudice cauſam cœpiſſent, deberet is, qui Conſeruatoriam impetrauerat, coram eo cauſam proſequi; quod declarandum erit iuxta declarationes d. limitationis pręced. concluſ. 287 *Quid ſi impetrans condemnatus ſit: aut*

Quarta concluſio. Vbi impetrans Conſeruatoriam † per bannum bona, & iura ſua amittat, (iuxta ea, quæ ſupr. d. quæſt. 2. in 1. & 2. præmiſſ. adduximus,) licèt non expiret, ſuſpenditur tamen Conſeruatoris iuriſdictio, donec impetranti iura, & bona prædicta reſtituuntur. Probatur hæc concluſio & limitatur eodem modo, quo præcedens: eadem enim in vtroque caſu eſt ratio, atque adeo eadem eſſe debet diſpoſitio arg. l. illud ff. ad leg. Aquil. & cap. inter corporalia, quod eſt 2. de tranſact. Epiſc. Neque huic concluſioni, & tribus præced. obſtat regula iuris, quòd qui in ius alterius ſuccedit eo iure, quo ille, vti debebit, de qua in cap. is, qui, de reg. iur. in 6. & l. qui in ius, l. aliud §. fin. & l. non debeo, ff. eod. tit. neque etiam alia iura, de quibus infra concl. 6. ea enim ibi congruè explicabimus, oſtendentes, quo in caſu locum habeant, quatenus tamen ad huius quæſtionis materiam pertinet. Interim verò ad quintam concl. quæ cæteris prolixior futura eſt, veniamus. 288 *per bannum bona & iura amiſerit.* 289 *Per excommunicationē impetrātis ſuſpenditur iuriſd.*

Quinta concluſio. Iuriſdictio Conſeruatoris † ſuſpenditur, vel certè irrita, ſeu fruſtratoria in multis redditur per excommunicationem eius, qui illam impetrauit. Probatur, quoniam excommunicatus † ab agendo repellitur, vt habetur in cap. ex- 290 *Excōmunicatus ab agendo qualiter repellatur.*

Digitized by Google

ceptionem, de except. cap. pia,quod eſt 1.eod.tit. in 6.cap. decernimus,de ſent.excom. eod. lib. & Clem. vn. eod. tit. ibique Doct. communiter adnotarunt, & latè inter cæteros Vgol. d. tract. de cenſur. tab.2.cap. 15. & Sayr.in Theſau.caſ.conſc. lib. 2.cap. 7. vbi per totum plurimas huius regulæ extenſiones, & reſtrictiones afferunt:ex quibus ipſe frequentiores,& quæ magis rem noſtram attingunt,ſeligam.

Ampliatur igitur primò regula prædicta, ſimulque noſtra concluſio primò, vt procedat, ſiue excommunicatus ſit à iure, ſiue ab homine, Card. & alij d. Clem.vn.Vgol.d.cap.is,in prin. num.1. Ampliatur 2. ſiue coram Iudice ordinario agatur, ſiue delegato. gloſſ.d.c.1. verbo, opponit, Vgol. ſuprà. Tertiò ſiue coram iudice eccleſiaſtico, ſiue ſeculari, d. cap. decernimus,& d. cap.1.vbi gloſſ.verbo eccleſiaſticis,& d.verbo, opponit Sayr. d.c. 7. num. 10. Vgol. d. num. 1. & 2. ſubdens poſt alios, nec ſtatuto nec conſuetudine induci poſſe, quin hæc exceptio admittatur etiam in foro ſæculari. Quartò nec reconuenire poteſt exommunicatus,cap.cum inter Priorem, de except. & ibi gloſſ. & Doct.gloſſ.etiam recepta d.cap.1.latè Vgol.ſupr.num. 8. Ampliatur 5. licèt actio tempore peritura ſit, vt ſatis probat inter alios Vgol. ſupr. num 4. vbi etiam tractat, an præſcriptio currat excommunicato.Sextò nec per procuratorem agere poteſt, vt ſatis probat Vgol. ibid. num. 5. vbi id temperat in procuratore in rem ſuam, & ſyndico vniuerſitatis, ſi ab initio validè conſtitutus fuit, vt quia tunc dominus non erat excommunicatus. Num.autem 6. hanc ampliationem extendit etiam ad pupillum, ſeu minorem quoad tutorem, & curatorem. Ampliatur ſeptimò, vt procedat, licèt excommunicatus offerat probare, excommunicationem nullam fuiſſe; nam interim in aliis, vt actor in iudicio euitabitur,cap.ſolet,de ſent.excomm.in 5. Vgol. ſupr. num.7. Ampliatur octauò, quòd non auditur ante abſolutionem, licèt offerat probationes, quòd iniuria fuit excommunicatus, cap.cum contingat, de off.deleg. cap.per tuas, de ſent.excomm. & vtrobique Doct.latè Vgol d. num.7. vbi id declarat. Ampliatur 9. licèt hæc exceptio à reo ipſi excommunicato non opponatur; vt ſatis oſtendit Vgol. d. num.7. Ampliatur decimò, quamuis reus priùs cum eodem actore excommunicato communicaſſet,Vgol.poſt alios eodem num. 7. Ampliatur vndecimò, quòd citatus petente excommunica

municato notorio, vel denuntiato non tenetur comparere; & quamuis aliàs acta abſente citato plerumque valeant, ſecus tamen de actis abſente citato, qui ob excommunicationem inſtantis non comparuit, vt poſt Soc. in cap. ſacris, num. 291. de ſent. excomm. ſatis probat Vgol. ſupr. num. 8. licèt, vbi dixit, excommunicato notorio, addere forſan debuerit, clerici percuſſore, per ea, quæ diximus quæſt. præced. concl. 6. Ampliatur duodecimò, quæ ampliatio ferè cum 9. coincidit, vt excommunicatus publicè non ſolum per partis exceptionem poſſit, ſed ex officio iudicis debeat repelli, vt cauetur in d. cap. exceptionem, & d. cap. 1. in fin. de except. in 6. immò & à quolibet opponi poſſit hæc exceptio qui interuenit in iudicio, latè Sayr. d. cap. 7. num. 8. Ampliatur 13. vt poſſit opponi in quacumque parte litis, & iudicij, vt dicitur in d. cap. exceptionem, de except. & d. cap. 1. de except. in 6. qua de re præter Doct. vtrobique latiùs agit Vgo. d. cap. 15. §. 6. per totum, Sayr. dict. cap. 7. num. 6. & 7. Ampliatur 14. vt neque poſſit implorare officium iudicis, neque dicere nullam ſententiam, nec proponere querelam inofficioſi teſtamenti, neque exceptionem non numeratæ pecuniæ, neque reſtitutionem in integrum petere, vt probat idem Vgol. d. cap. 15. §. 2. minùs proponere interdicta, repetere vſuras, aut vxorem, vt docet §. 3. Ampliatur 15. quòd neque poſſit agere in iudiciis duplicibus, vt familiæ erciſcundæ, & ſimilium, vt ſatis oſtendit Vgol. d. cap. 15. § 1. num. 3. Alias ampliationes poteris colligere ex eodem Vgol. d. §. 1. num. 5. 6. 7. & 15. Ampliatur denique, vt † neque reſcriptum poſſit impetrare, vt proceſſus per ipſum habitus nullus ſit ipſo iure, vt habetur in cap. 1. de reſcript. in 6. & ibi Doctor. adnotarunt, & Vgol. d. tab. 2. cap. 13. §. 3. num. 4. Poterit tamen reſcriptum impetrare ſuper articulo excommunicationis, vt dicitur d. cap. 1. de reſcript. in 6. Item ſuper articulo appellationis, vt ibidem dicitur, necnon conſtat ex cap. dilectæ, & cap. fin. de except. vbi id extenditur, quamuis de excommunicatione nulla facta ſit mentio in impetratione; appellare enim poteſt, † & ſuam appellationem proſequi excommunicatus, vt ex dictis iuribus colligitur, & expreſsè habetur in cap. cum inter Priorem, & cap. ſignificauit, de except. vbi Doct. adnotarunt, & Vgol. latiùs probat d. cap. 15. §. 1. num. 8. vbi tamen id temperat, vt non poſſit proſequi appellationem aduerſarij, ſtante

292 *Excõmunicatus an poſſit reſcriptũ impetrare: aut*

293 *appellarè, vel proſequi appellationem.*

ſtante eius negligentia iuxta cap. oblatæ, de appellat. neque appellationem à ſententia excommunicationis, neque cauſam principalem abſoluta appellatione ab interlocutoria. Et ſic habes duas limitationes ad propoſitam regulam, & noſtram concluſionem.

Prima eſt, vt poſſit excommunicatus impetrare reſcriptum ſuper articulo excommunicationis. Altera, vt poſſit ſuper articulo appellationis, eámque proſequi in caſibus prædictis. Li-
293 *Excõmunicatus an aliquando agere poſſit.* mitatur tertiò, vt agere poſſit, † vbi impeditur facere id, quod ei permiſſum eſt, vt probat Vgol. d. cap. 15. §. 1. num. 1. vt puta procuratorem conſtituere, quando eſt conuentus, iuxta cap. intelleximus, de iud. & alia facere de quibus in duab. præced. & aliis ſeqq. limitat. Limitatur 4. vt poſſit petere capi ſuum debitorem ſuſpectum de fuga. Ita poſt alios Vgol. d. §. 1. num. 2. Limita 5. vt poſſit agere in iudicio, in quo is queritur, ſententiam excommunicationis eſſe nullam latè Vgol. ibidem num. 4. Limita 6. quòd ſupplicatio, quæ ſuccedit loco appellationis, excommunicato permittitur; vt ſatis probat Vgol. d. §. 1. num. 10. Limita 7. vt regulariter poſſit ceſſionarius excommunicati agere, vt oſtendit idem Vgol. ibid. num. 11. vbi tamen id declarat. Limita 8. vt creditor excommunicati poſſit agere contra eius debitorem ſibi delegatum. Vgol. poſt alios d. § 1. num. 12. Limita 9. vbi actor excommunicatus à reo compellitur, vt cœptam actionem proſequatur, iuxta formam Auth. qui ſemel, C. quom. & quan. iud. vt latè oſtendit Vgol. eodem §. 1. num. 13. cum ſeq. vbi etiam docet, tunc non poſſe repelli à iudice. Limita decimò, vt acta cum excommunicato actore valeant donec excommunicatio obiiciatur, & probetur, vt ex text. d. cap. 1. de except. in 6. ſatis deducit, atque ex communi Doctorum ſententia reſoluit Vgol. d. cap. 15. §. 12. eóque poſtremo. Limita denique, vt vbicunque impetrans Conſeruatorem coram eo conueniri poteſt, ac debet, de quo ſupr. cap. 7. quæſt. 6. tunc per eius excommunicationem non impedietur Conſer-
294 nator vti ſua iuriſdictione, cum reus excommunicatus poſſit *Excõmunicationis exceptio qualiter proponatur & probetur.* eſſe in iudicio, vt infra concl. 10. latiùs oſtendemus; in iis autem caſibus impetrans reus eſt, non actor. Quomodo † autem proponenda ſit hæc exceptio excommunicationis, præter Doctor. in citatis iurib. latè tradit Vgol. d. cap. 15. § 6 7. & 8. Sayri d. cap. 7. num. 11. vſque ad 14. & intra quantum temporis probanda,

Digitized by Google

banda, habetur in d.c.1.& ibi tradunt Doct. quam etiam rem latiùs explicat Sayr. ſupr. num. 15. Vgol. d. cap. 15. §.9. Quomodo verò probetur, idem latè tractat d.cap. 15. §. 10. & tab. 1. cap.21. §.2. num. 12. & Sayr.d.cap.7.num.16. vſque ad 19. Ac tandem de impenſis, quæ in hac re fiunt, præter Doct. d.c.1. & c.exceptionem, latiùs agit idem Vgol.d.cap.1.§.6.num.2. & §. 11.per totum, Sayr.ſupr num.20.

Sexta concluſio. Per mortem naturalem † aduerſarij eius, qui litteras Conſeruatorias impetrauit re integra ſuperuenientem regulariter ceſſat Conſeruatoris iuriſdictio, & officium in cauſis, quæ contra eum aduerſarium poſſent agitari. Probatur id ex text in cap. ſignificauit, de reſcript. vbi habetur, quod ſi conueniendus per clauſulam generalem, & quidam alij re integra ante tranſmiſſam citationem moriatur, ſucceſſor eius conueniri non poteſt; certum autem eſt Conſeruatorem regulariter dari pro certis quidem perſonis, vel locis, tamen contra incertas perſonas, vt ſtylus docet, & nos iam non ſemel admonuimus, atque adeo æquipollenter clauſulæ generali; vnde generatim quòd vbi aduerſarius non eſt expreſſus in litteris, tunc nequeat eius ſucceſſor conueniri, tenet gloſ. Innoc. Abb. & alij d.cap. ſignificauit, Io. An. in reg. 15. qui, de reg. iur. in 6. in Mercur. dicens id tenere Goffr. & communiter omnes. idem ſentiunt Franc. & alij d.reg. 15. qui, ſic etiam intelligo gl. & alios, d.c. licèt, de off. deleg. dum abſolutè aſſerunt morte litigatoris expirare iuriſdictionem iudicis. 295 *Morte naturali aduerſarij Cõſ. impetrantis quib. in cauſis eius officium ceſſet.*

Limitatur primò, † ſecus dicendum, ſi impetratum ſit reſcriptum pro, vel contra dignitatem, vel Eccleſiam; nam tunc etiam per clauſulam generalem poterit conueniri re quoque integra. ita gloſ. Innoc. Compoſt. Abb. & alij dict. cap. ſignificauit, Franc. & Io. An. dict. regul. 15. qui, in Mercur. & in Nouel. 296 *Quid ſi facta ſit impetratio pro, vel contra, dignitatem: aut*

Limita 2. † vbi defunctus conueniendus erat expreſſus in reſcripto; nam tunc etiam re integra tranſit delegatio contra ſucceſſorem. ſic Abb. ex communi d. cap. ſignificauit, ita intelligens text. in cap. dilecti, de for. compet. & rationem afferens diſcriminis inter hunc caſum, & caſum, quo defunctus comprehendebatur ſolum ex clauſula generali. licèt gloſ. Franc. & & Io. An. ſupr. id reſtringere videantur ad caſum, vbi nomine dignitatis, aut Eccleſiæ is, contra quem eſt impetratum reſcri- 297 *defunctus cõueniendus erat expreſſus in reſcripto.*

ptum, conueniendus ſit. ſed Franc. & Io. An. vbi ſupr. poſt alios idem dicunt, vbi is, qui nomine Eccleſiæ reſcriptum impetrauit, eiuſdem Eccleſiæ nomine ſit conueniendus. Omni-
298 no verò hæc limitatio eſt admittenda † in hærede vniuerſali, vt ex magis communi reſoluunt, & probant Abb. d. cap. ſignificauit, In. An. & Franc. vbi ſupr. poſt Innoc. & Compoſt. facit l. hæres, ff. de iudic. licèt alij contra, quos hi duo referunt, & Add. ad Abb. d. cap. ſignificauit, verbo, hæredem vniuerſalem. Quinimmò etiam in ſucceſſore ſingulari in tribus caſibus probatis à Franc. Io. An. & Abb. ſupr. nimirum, vbi ſucceſſor ſuccedit in vitium, iuxta cap. quia V, de iud. item vbi quis alienauit cauſa iudicij mutandi vt cap. 1. de alien. iudic. mut. cauſ. fact. denique ſi emanat ſecunda iuſſio, vt d. cap. quia V. Limitatur 3. vbi ſolùm generaliter in reſcripto facta ſit mentio ſucceſſoris. ita Franc & Io. An. ſupr. per cap. in primis, 2. quæſt. 1. cap. præſentium, 7. quæſt. 1. cap. propoſuit, de conceſſ. præbend. & facit cap. fin. de arbitr. Intelligendæ autem ſunt hæ limitationes, dummodo defunctus ſaltem viueret tempore datæ reſcripti; neque enim valet iudicis datio, cùm non viueret is, contra quem iudex datur, vt per text. in l. 2. ff. quæ ſent. ſine appellat. reſcind. tradiderunt Abb. Franc. & Io. An. vbi ſupra Præterea tam hæ, quàm ſequentes limitationes accipiendæ ſunt, dummodo materia ſit tranſmiſſibilis ad heredes, ac ſucceſſores, aliàs ſecus, vt cùm agitur de impetratione beneficij, aut pœna imponenda. ita Innoc. d. cap. gratum, de off. deleg. Abb. Cald & alij d. cap. ſignificauit, Franc. & Io. An. de reg. is, qui. ſic Io. An. & Franc. ſupr. intelligunt text. in l. ſi deceſſerit, ff. qui ſatiſd. cog.

Iuriſd. Conſer. an extēdatur ad ſucceſſorem vniuerſalē, vel ſing. impetrātis aduerſarij.

299 Limitatur nunc quartò propoſita concluſio, † vbi res non ſit integra; nam ſi quidem facta eſt conteſtatio litis, tunc, vt poſt Io. An. ait Franc. ſupr. communis eſt opinio quòd tranſeat delegatio contra ſucceſſorem: Si autem ſolùm per citationem res non eſt integra, tunc, quicquid voluerit Bart. Brixienſ. tenendum adhuc eſt, tranſire ad ſucceſſorem, vt expreſsè tenet gloſ. vnic. Innoc. Abb. & alij dict. cap. ſignificauit, Franc. & Io. An. ſupra poſt Specul. tit. de iud. deleg. §. reſtat, verſ. item mortuo eo. Limita 5. in herede vniuerſali eius, qui expreſſus eſt in reſcripto; nam talis heres etiam mortuo re integra auctore ſuo poterit conueniri per idem reſcriptum, vt paulò ante

Morte natur. aduerſarij impetrantis iuriſd. Conſer. nō ceſſat quo ad negotia cœpta, etiā poſt citationem.

ex magis communi Doct. ſententia reſoluimus, ſic intelligentes text. in l. heres abſens, ff. de iudic. quem tamen Abb. d. cap. ſignificauit, num. 5. intelligit in ordinario iudice, non delegato, prout etiam exponit Spec. vbi ſupra, text. d. cap. quia V. & l. 4. ff. de calumn. Sed illa iura non diſtinguunt, ſicut neque diſtinguunt text. in l. 2. ff. de prætor. ſtipul. l. oratione, ff. de fer. l. cum quaſi, in princ. ff. de fideicomm. libert. & l. vnica, C. ex delict. defunct. vbi gloſ. fin. alia ſimilia iura allegat; & ſi hæc omnia iura, in quibus indiſtinctè haberi videtur, poſſe hæredem conueniri coram iudice, coram quo poterat defunctus, intelligi poſſunt, vt procedant in aliquo ex prædictis caſibus, in quibus diximus, ſucceſſorem poſſe conueniri per reſcriptum impetratum contra anteceſſorem; quomodo etiam exponi poteſt regula, is, qui in ius, vbi dicitur, quòd qui in ius alterius ſuccedit, iure illius vti debet; quatenus gloſ. & plerique Doct. ibi ea regula hac in re vtuntur, vt oſtendant, ſuccedentem in ius alterius conueniri poſſe reſcripto contra illum alterum impetrato.

Limita denique † in caſibus, in quibus poteſt impetrans 300 Conſeruatorem coram eo conueniri, de quibus ſupr. cap. 7. *Impetrans Conſeru. poteſt coram eo conueniri.* quæſt. 6. in iis enim nullatenus per mortem aduerſarij, ſeu eius, contra quem impetratæ ſunt litteræ Conſeruatoriæ expirat officium, ſeu iuriſdictio Conſeruatoris; quoniam, cum actor ſequatur forum rei, cap. ſi clericus laicum, & cap. cum ſit, de foro compet. cum ſimilib. poterit immò etiam regulariter tenebitur ſucceſſor talis aduerſarij, ſicut & quicunque alius impetrantem coram Conſeruatore, hoc eſt eius iudice conuenire.

Septima concluſio. Si aduerſarius impetrantis Conſeruatorem † ſeruus efficiatur, licèt non expiret, ſuſpenditur tamen 301 iuriſdictio, & officium Conſeruatoris quoad eam cauſam, donec prædictus aduerſarius libertati reſtituatur. *Seruitute aduerſarij impetrantis ſuſpenditur iuriſd. Conſ. donec libertatem recuperet: niſi* Probatur per ea, quæ ſupr concl. 2. diximus de impetrante Conſeruatorem ſeruo effecto ſiue per captiuitatem, ſiue propter pœnam, donec liber fiat per redemptionem, alióve modo quoad captiuitatem, vel per gratiam Principis quoad pœnam; quoniam interim prædictus aduerſarius omnia bona, & iura amittit, quæ deinde recuperat ſimul cum libertate, vt ſupr. quæſt. 2. in 2. præmiſſ. docuimus; certum autem eſt, non poſſe quem conueniri

Digitized by Google

interim, donec ſeruus eſt, ſed tunc demum, cùm plenè eſt reſtitutus, hoc eſt, ita, vt recuperet bona ſua, vt de ſeruo pœnæ colligitur ex traditis d. præmiſſ. 2. in fin. præcipuè verò ex l. 2. & 3. ff. de ſent. paſſ. necnon l. ſi debitor, l. tutor, l. ſi ademptis, & l. ſi deportationis, C. eodem tit. cum ibi notat. & ſuis ſimilib. optimus autem omnium text. ex his, quos viderim maximè ad præſentem concl. faciens eſt in l. caſus, C. eodem tit. vbi habetur, quòd actor deportatus, & poſtea cum bonis reſtitutus retinet priſtinum ſtatum cauſæ. Id tamen omnino limitandum

302 *cũ ſucceſſore cauſa iam terminata ſit vel alia cœpta.* eſt, † niſi vel cauſa cœpta coram alio iudice contra eum, qui in bonis tunc ſucceſſit, eſſet terminata, aut etiam coram eodem iuxta præcedentem concl. vel coram eodem alio iudice ſit interim aliqua lis mota; nam ſicut illi ſententiæ tanquam legitimè latæ ſtare teneretur talis reſtitutus, ſic etiam huic iudicio cœpto arg. l. vbi cœptum, ff. de iud. cum latiùs adductis ibi per Doct. & Ant. Gabr. commun. concl. lib. 2. tit. de iud. concluſ. 2. ferè per totam.

Octaua concluſio. Si aduerſarius eius, qui Conſeruatorem

303 *Aduerſario impetrantis condemnat cũ amiſſione bonorum ſuſpẽditur iuriſd. Conſer. & quomodo.* impetrauit, † condemnatus fuerit cum bonorum amiſſione per ſententiam vel ipſo iure (de quo d. quæſt. 2. præmiſſ. 1. & 2.) ſuſpenditur iuriſdictio Conſeruatoris quoad eas cauſas, quę contra eum motæ, vel mouendæ ſunt, donec ex Principis gratia ad bona ſua reſtituatur. Probatur hæc concluſio ex iuribus in præced. concl. adductis, quæ in hac quoque militant, præſertim ex d. l. 2. & 3. l. ſi debitor, l. ſi tutor, l. ſi ademptis, & l. caſus; eritque eodem pariter modo declaranda, cum ſit par vtriuſque ratio arg. l. illud, ff. ad legem Aquil. cap. 2. de tranſlat. Epiſc. & cap. cum dilecta, de confirm. vtil. vel inut. cum ſimil.

Nona concluſio. Vbi aduerſarius impetrantis Conſeruato-

304 *Quid ſi per bannum bona amiſerit.* riam † per bannum amittat bona, & iura ſua (iuxta ea, quæ ſupr. d. quæſt. 2. in 1. & 2. præmiſſ. adduximus) ſuſpenditur tantum Conſeruatoris iuriſdictio quoad cauſas cum tali aduerſario, donec huic bona ſua reſtituantur. Probatur hæc concluſio iiſdem fundamentis, quibus duæ præcedentes, quæ in ea quoque locum habent; atque adeo eodem planè modo venit limitanda. An verò, & quando bannito à banno liberato, & patriæ reſtituto bona etiam & iura quælibet reſtituta præſumantur, latè tractant D. Sfort. eodem tractat. de reſtitut. in integrum, quæſt. 96. & ſequentib. & D. Menoch. tractat. de præſumpt.

lib.

Digitized by Google

lib. 5. præſumpt. 46. per totam.

Decima, & poſtrema concluſio. Aduerſario eius, qui Conſeruatorem impetrauit excommunicato † regulariter non expirat, aut ſuſpenditur iuriſdictio, vel officium Conſeruatoris. Probatur, quoniam regulariter loquendo aduerſarius impetrantis Conſeruatorem reus eſt, vt patet ex adductis ſupr. cap. 7. quæſt. 6. Reus autem, † (de neceſſario loquor, qui tenetur in iudicio comparere, ac reſpondere, iuxta tradita per Vgol. tract. de cenſur. tab. 2. cap. 16. in princ. num 1. nam de voluntario paulò poſt dicemus in poſtrema limit. huius concl.) poteſt, ac debet vocatus in iudicium venire, ac reſpondere, ne ex malitia ſua commodum reportet, cap. intelleximus, de iud. cap. excommunicamus, il 1. §. credentes, de hæret. & cap. ſi verè, de ſent. excomm. ídque adnotarunt ibi gloſ. & Doct. Sayr. in Theſ. caſ. conſc. lib. 2. cap. 8. num. 13. cum ſeqq. & Vgol. d. c. 16. §. 1. num. 2. & ſeqq. vbi docet, poſſe etiam excommunicatum accuſari, denuntiari, & contra eum inquiri.

305 *Excõmunicatio aduerſarij impetrantis non ſuſpẽdit off. Conſeru.*

306 *Reus neceſſarius in iudicio debet comparere.*

Ampliatur primò hæc concluſio, quòd † vbi excommunicatus citatus non veniat, & ob id actor fuit miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto, iuxta cap. quoniam contra, §. in aliis, vt lit. non conteſt. cum ſimilib. poterit talis excommunicatus poſtmodum comparens, & offerens impenſas, & cautionem de iudicio ſiſti, petere reuocationem talis poſſeſſionis, vt ſatis probat Vgol. d. cap. 16. §. 2. num. 2. per totum. Ampliatur 2. vt † ſi excommunicatus ea de re conueniatur, pro qua conueniens ipſum excommunicandum curauit, ſi probet ſe iniuſtè fuiſſe excommunicatum, poterit reſpondendo excipere ſe ad reſpondendum non obligari antequam hominum communio ei reſtituatur, vt pluribus oſtendit Vgol. d. cap. 16. §. 3. num. 2. vbi etiam id nonnullis modis declarat, quos per te, cùm opus fuerit, videas. Ampliatur 3. vt excommunicatus † ſe defendere poſſit in iudicio text. eſt in cap. cum inter, cap. dilecti, cap. dilectæ, & cap. ſignificauit, de except. & ibi Doct. adnotarunt, & latè proſequitur Vgol. d. cap. 16. §. 4. num. 1. & 4. ex quo infertur primò, quòd non modò iudex ei ius reddere notarius, & ſcriba acta pro eo ſcribere; verùm etiam procurator, & aduocatus eum defendere poteſt, vt idem Vgol. docet num. 5. Infertur 2. huiuſmodi excommunicatum reum conuentum poſſe teſtes, & inſtrumenta producere, & † iuramentum deferre

307 *Miſſus in poſſ. ex primo decreto poteſt petere reuocationẽ.*

308 *Quando nõ teneatur reſpõdere excõmunicatus.*

309 *Poteſt ſe in iudicio defendere.*

310 *An poſſit iuramentũ deferre.*

ad formam l. 1. ff. de iureiur. vt Vgol. d. num. 4. adnotauit qui num. 6. docet eum ſubire poſſe, ac debere iuramentum malitiæ, & de calumnia. Secus verò ex communi tradit de iuramento in ſupplementum probationis ob eam præcipuè rationem, quòd huiuſmodi probatio per iuramentum eſt extraordinaria, & honoris cauſa datur, quæ non datur infamibus, infimíſque perſonis, ſed tantum omni exceptione maioribus. qua ratione idem dicendum puto de iuramento deciſiuo litis.

311 Infertur 3. quod talis excommunicatus † exceptionibus dilatoriis vti poterit contra iudicem, eum recuſando, vt eſt text. in cap. cum inter, §. inquiſitioni, de except. necnon eius forum declinando, excommunicationem etiam ei obiiciendo. deinde contra actorem pariter de excommunicatione excipiendo. præterea contra procuratorem obiiciendo eidem excommunicationem ipſius, vel principalis; quòdve procurator non ſit, aut non cauerit, vbi non omnino de mandato conſtet; denique contra teſtes, quòd ſint excommunicati, aut aliàs inhabiles; ac tandem omnes dilatorias opponere poterit, vt temporis feriati, loci incongrui, reſcripti ſubreptitij, inepti libelli, & ſimiles. quæ omnia ſatis comprobat Vgol. d. cap. 16. §. 5. Infertur 4. quod poterit vti etiam exceptionibus peremptoriis, vt præſcriptionis, ſolutionis, pacti de non petendo, rei iudicatæ, vt poſt alios docet Vgol. d. cap. 16. §. 6. num. 1. qui num. 2. ſecus ex communi eſſe oſtendit in compenſatione, qua vti non poteſt reus, niſi actor illam admitteret, vel reus ſibi aliter ſatiſfacere non poteſt, vel vbi compenſatio ipſo iure fit; vel tandem vbi compenſatio iam facta obiiceretur; fideiuſſor verò excommunicati omnino exceptione compenſationis vti poterit, vt idem Vgol. latè probat d. §. 6. num. 3.

Excõmunicatus reus neceſſarius quibus poſſit exceptionib. vti.

312 Infertur denique, quòd appellare poterit † reus excommunicatus à ſententia contra ſe lata, vt habetur in d. cap. cum inter, de except. & cap. re vera, 3. quæſt. 9. vbi gloſ. & Doct. adnotarunt, & tradit Vgol. d. cap. 16. §. 7. num. 1. confirmatúrque à fortiori ex iis quæ ſupr. concluſ. 5. de actore excommunicato adduximus. quinetiam ab ipſa excommunicatione poterit appellare, iuxta cap. cum contingat, de off. deleg. & c. per tuas, de ſent. excom. quid autem operetur hæc appellatio diximus q. præced. concl. 6. ad fin. appellationem quoque proſequi poterit, & ſuper eius articulo reſcriptum impetrare, vt d. concl. 5. etiam in actore docuimus.

An appellare poſſit & appellationem proſequi.

Limi

Digitized by Google

Limitatur nunc primò principalis hæc concluſio, vt talis 313
reus excommunicatus † per procuratorem non autem per ſe ipſum in iudicio reſpondere debeat, vt ſatis probatur in cap. intelleximus, de iudic. & pluribus comprobat Vgol.d.cap.16. §. 8. num. 1. vbi tamen id temperat, vbi excommunicatus ob inopiam comparere per procuratorem non poteſt; item vbi aut procurator non eſt, aut idoneus non reperitur; ac denique vbi excommunicatus aſſerit, ſententiam excommunicationis contra ſe latam nullam eſſe; de quo tamen poſtremo aliquatenus dubitat. An verò, & quando ipſe procurator † ratione ex- 314
communicationis repelli poſſit, vel nulliter dicatur conſtitutus, quoniam immediatè rem noſtram non attingit, pro huiuſmodi re lectorem ſufficiet remiſiſſe ad Vgol.dict. tab.2. cap. 19. ferè per totum, & Sayr. dict. libr. 2. cap. 8. num. 6. vſque ad no[illegible]

Excõmunicatus reus neceſſarius quãdo per ſe poſſit aut per procuratorẽ comparere.

Procurator excommunicati quãdo repellatur.

Limitatur 2. eadem principalis concluſio, vt non procedat
† in reo voluntario excommunicato; reus autem voluntarius 315
duobus modis dicitur, vt probat Vgol.d.cap.16.in princ.num. 2. & 3. primò is, qui inſtat, vt aliquis contra ſe agat iuxta l.diffamari, C. de ingen. & manum. item is qui ipſo non inſtante generatim, ſpeciatímve citatur ſub hac conditione tacita, vel expreſſa, ſi ſua putauerit intereſſe. tunc enim talis reus excommunicatus in iudicio eſſe non poteſt, vt ſatis probat Sayr.d.lib. 2. cap.8. num.11. cum ſeq. & Vgol.d.num.2. Num.autem 4.in
fin. poſt Abb. d.cap. cum inter, num. 12. & Fel. ibidem num. 316
29. huius limitationis eam reſtrictionem affert, quæ ad rem noſtram facere poteſt, niſi periculum ſit in mora.

Excom.reus voluntarius nequit eſſe in iudicio, niſi ſit periculũ in mora.

Limitatur denique principalis hæc concluſio † in excommunicato propter hæreſim iuxta cap. ſicut ait, cap.ad abolendam, & cap.excommunicamus, il 1.de hæret. & excommunicationem primam in Bulla Cœnæ Domini cum ſimil. Item in
excommunicato propter inſecutionem Cardinalis, iuxta cap. 317
felicis, de pœn.in 6. Ac denique ſi quis fuerit excommunicatus pro vſuris. Quamuis enim regulariter † excommunicatus non quidem licitè, ſed validè contrahat, vt inter ceteros pro-
bat Vgol.d.tract. de cenſur. tab.2. cap.20. in princ. iuncto §. 1. 358
ita, vt ex contractu cum eo inito licèt non agere, † reſpondere tamen, & excipere poſſit, vt à taliter agente ſoluatur etiam ipſi excommunicato quod ei debetur, vt oſtendit idem Vgol. d.cap.

Excom. ob hæreſim, inſecutionem Cardinalis & vſuras nequit comparere.

Excom. validè contrahit.

An ei teneatur quis ſoluere promiſſum.

d. cap. 20. §. 2. num. 1. qui etiam num. 2. probare contendit, quòd, ſi quis præſertim ſine iureiurando promiſit excommunicato aliquid ſoluere intra certum tempus, non tenetur, dum manet excommunicatus, illud ſoluere, niſi aut valde egeat, aut denuntiatus, vel notorius clerici percuſſor non ſit; & ſi pro contraria opinione, quòd abſolutè facienda ſit ſolutio tali excōmunicato & auctoritates ſint, & rationes, quas, ſi lubet, apud eum videas d. num. 2.

319 *Excomm. an habeat teſtamenti factionem.* Quamuis præterea excommunicatus † regulariter habeat teſtamenti factionem non ſolùm actiuam, ſi non licitam, ſaltem validam, ita, vt validè teſtamentum facere poſſit, vt poſt alios plurimos partim ex magis communi, partim etiam ex communi reſoluunt Ant. Gabr. commun. concluſ. lib. 4. tit. de teſtam. concluſ. 1. num. 1. Iul. Clar. §. teſtamentum, quæſt. 24. & ibi Apoſtill. Mich. Craſſ. tractat. de ſucceſſ. libr. 1. §. teſtamentum, quæſt. 24. num. 1. & Vgol. d. tab. 2. cap. 21. in princ. num. 1. & 2. multóque magis codicillos, & legata facere, vt idem Vgol. oſtendit ibid. num. 5. & 6. vbi idem docet de inſtitutione, fideicommiſſo, & donatione. verùm etiam paſſiuam, vt ex communi tradit Apoſtill. ad Clar. d. quæſt. 24. & Craſſ. d. quæſt. 24. tenéntque plures, quos refert ac ſequitur Gabr. d. concluſ. 1. num. 4. & Craſſ. loco cit. atque adeo hæres inſtitui poteſt, vt poſt alios ex communi docet idem Craſſ. d. tract. de ſucceſſ. §. inſtitutio, quæſt. 4. & Vgol. d. cap. 21. §. 1. num. 1. eíque legata, & fideicommiſſa relinqui, vt ſentit Craſſ. d. tract. de ſucceſſ. §. legatum, quæſt. 11. & probat Vgol. d. §. 1. num. 3. quinimmò

320 *An ſuccedat ab inteſtato.* † ſuccedere poteſt ab inteſtato, vt oſtendit Vgol. ibid. num. 2. qui etiam §. 2. num. 1. docet, poſſe ab excommunicato adiri hæreditatem, quod ſentit quoque Craſſ. d. tract. de ſucceſſ. lib. 2. Art. ſeu §. acquiſitio hereditatis, quæſt. 2. num. 4. At verò Vgol. eodem §. 2. num. 2. tradit, ab eo validè agnoſci bonorum poſſeſſionem ibíque iuncto num. præced. capi poſſeſſionem

321 *Excomm. ob hæreſim, inſcitionem Cardinalis & vſuras quæ prohibeantur.* hæreditatis; & num. 4. docet, legatarium excommunicatum non poſſe quidem legatum capere via iuris; ſi tamen ei præſtetur & in iudicio audiatur, validè accipiet. Omnino verò etiam licitè; vbi teſtator ei facultatem fecerit in teſtamento capiendi poſſeſſionem legati propria auctoritate.

Quamuis inquam hæc ita ſint, tamen † excommunicatus propter hæreſim, hoc eſt, quia credit hæreſi, receptat, defendit, aut

Digitized by Google

aut fauet hæreticis, neque poteſt donare, neque vendere, aut emere, aliáſve contrahere; vt habetur in l. Manichæos, C. de hæret.& adnotarunt gloſ & Doct.ibi, & in cap.excommunicamus, § credentes, de hæret. & niſi ſatisfecerit intra annum, poſtquam fuerit excommunicatus, ex tunc non habet teſtamenti factionem actiuam, vt habetur in Auth. credentes, C. de hæret. & d §.credentes, & vtrobique Doct. tradiderunt, & alij, quos refert, ac ſequitur Gabr.d.concl. 1. num.7.Ang.Aret. in § fin ſub num. 12 Inſtit.quibus non eſt permiſſ.fac.teſt. Apoſtill.ad Clar.d.quæſt.24. & Craſſ. ſupr. num.3. & Vgol d. cap. 21.in princ. num.6. neque paſſiuam, ita vt hæreditatem capere non poſſit, d.§ credentes, d.Auth. credentes, & d l.Manichæos,iuncta l.fin.C.de hæret.vbi etiam habetur neminem errore conſtructum hæreticorum hereditatem, vel legatum, ſiue fideicommiſſum accipere poſſe etiam in vltimis voluntatibus militum, ſiue communi, ſiue militari iure teſtentur, vt Doct.ibidem adnotarunt, & Craſſ.d.num.3. Apoſtill. ad Clar. vbi ſupr.& Vgol.d.§.1. num. 1.& 3. Accedit, quòd bona hæretici ita confiſcantur, vt neque ad filios quamuis orthodoxos perueniant, vt in noua conſtitutione Federici,quæ incipit, edictali, nec non Auth.Gazaros, C.de hæret.cap.vergentis, & d. cap. excommunicamus, il 1.§.damnati, extr. eodem tit.ac denique cap.cum ſecundum leges, eodem tit. in 6. vbi hæc pœna confiſcationis ipſo iure decernitur ab hæreticis incurri cum declarationibus tamen, quas licet colligere ex cap. accuſatus, § in eo verò caſu, & cap. decreuit, eodem tit. & lib. necnon Clem.volentes,poſt princ. eodem tit. Huiuſmodi autem hæreticus damnatus cum bonorum amiſſione, ſi ad Eccleſiæ gremium reſtituatur, quandonam ad bona amiſſa reſtitutus præſumatur latè agit Menoch in tract.de pręſumpt.lib.5.præſump. 47. per totam;ad quem cùm caſus euenerit, lectorem remiſiſſe ſufficiat. Pari ratione qui S Romanæ Eccleſię Cardinalem fuerit hoſtiliter inſecutus, vel percuſſerit, aut ceperit, vel ſocius fuerit facientis aut fieri mandauerit, vel factum ratum habuerit, aut conſilium dederit, vel fauorem, aut poſtea receptauerit, vel defenſauerit ſcienter eundem, perpetuò eſt infamis, diffidatus, & bannitus, atque inteſtabilis vt nec teſtamenti liberam habeat factionem, nec ad alicuius bona ex teſtamento, vel ab inteſtato vocetur; cunctæ ipſius ædificia danda ſunt in

Tttt t

ruinam nullo tempore reparanda; nullus ei debita reddere, nullus reſpondere in iudicio tenetur; & quicquid in bonis ipſius inuenitur, fiſci, vel reip. dominio applicatur, vt ex ipſis nil tranſmittat ad poſteros. ita ſanè cauetur in cap. felicis, in princ. de pœn. in 6. vbi etiam in §. 1. qui incipit, ſi qua verò, decernitur, vt ſi qua feuda, locationes, officium, vel beneficium ſpirituale, vel temporale ab aliquibus Eccleſiis obtinet, ſit eis ipſo iure priuatus. At in §. verum cum talis, decernitur, quòd cum talis excommunicatus ob inſecutionem Cardinalis gratiam meruerit reconciliationis, beneficio abſolutionis obtento, indulgenda eſt ei licentia, vt ſuam, & ſuorum iniuriam proſequatur, & debitorum illorum, quæ contracta fuerint de poſtmodum acquiſitis repetitio non negetur. Ex quibus verbis colligitur, quod interim validè contraxit, cuius contrarium in excommunicato propter hæreſim paulò ante diximus. Denique quod ad vſurarios pertinet, teſtamenta manifeſtorum vſurariorum facta ſine præuia ſatisfactione, vel idonea cautione non valent, ſed ſunt irrita ipſo iure, vt cauetur in cap. quanquam, quod eſt 2. in fin. de vſur. in 6. Idque de huiuſmodi excommunicatis propter inſecutionem Cardinalis, & vſuras inter ceteros adnotarunt Gabr. d. concl. 1. num. 8. & 9. & Vgol. d. num. 6 vbi etiam hanc noſtram limitationem extendit ad omnes caſus, in quibus quis excommunicatur ex cauſa, quæ inteſtabilem reddit, quod & Clar. adnotauit d. quæſt. 24. in fin. verum id non efficitur vi excommunicationis, ſed præcipua Eccleſiæ prohibitione, vt optimè aduertit eodem num. 6. Vgol. apud

322 *Teſtis, aduocatus, & procurator excõmunicati quando repellantur.*

quem etiam d tab. 2. cap. 17. videre licèt, quando nam † teſtis excommunicatus à iudicio repellatur. cap. autem 18. idem tractat de aduocato, ſicut cap. 19. de procuratore, quæ non examinamus, quoniam proximè rem noſtram non attingunt, de iis autem videri etiam poteſt Sayr. d lib. 2. cap. 8. num. 1. 2. & 5. vſque ad 10. ſicut de ceteris, quæ in hac limit. diximus, num. 4. & cap. 9. per totum. Ideo autem de excommunicatione, & ſuſpenſione egimus in hac, & aliis nonnullis quæſt. huius cap. vbi de expiratione iuriſdictionis, & officij Conſeruatoris diſputamus, licèt id potiùs ſpectare videretur ad cap. præcedens, vbi de retardatione eiuſdem iuriſdictionis diſſeruimus, quoniam & excommunicatio mors quædam ciuilis eſt, per quam plerumque, ſicut per naturalem ferè ſemper, vt vidimus Conſer-

uatoris

Digitized by Google

uatoris iuriſdictio, & officium expirat, & ob id ſaltem potuit hoc cap. ea res tractari, quatenus per d. cenſuras regulariter non expirare huiuſmodi iuriſdictionem, & officium definiremus cum ex vulgato Philoſophorum & Iuriſconſultorum dicto, contrariorum eadem ſit diſciplina. Quæ autem in ſequentibus quæſtionibus tractabimus, ſicut & pleraque eorum, quæ in præcedentibus ſunt pertractata, directè ad prædictam expirationem pertinebunt.

QVÆRO *igitur ſextò in hoc cap. An, & quando officium Conſeruatoris expiret per lapſum temporis in litteris Conſeruatorijs præſtituti, ſeu quanto tempore duret.*

Duas præcipuas inſpectiones habet præſens quæſtio; Altera eſt, An regulariter loquendo litteræ Conſeruatoriæ, ſeu Conſeruatoris poteſtas, & iuriſdictio certum, ac definitum tempus habeant, quo durent: Altera, an in caſibus, quibus habent, omnino talis poteſtas, & iuriſdictio per illius temporis lapſum expiret ſiue quoad negotia cœpta, ſiue quoad non cœpta. Circa quas inſpectiones aliquot concluſiones maioris perſpicuitatis gratia conſtituemus.

Prima concluſio. Conſeruatoriæ litteræ † regulariter non durant vltra quinquennium. Probatur ex Concil. Trid. ſeſſ. 14. cap. 15. verſic. nemo etiam, de reform. vbi diſponitur expreſſè, quòd nemo litterarum Conſeruatoriarum beneficio vltra quinquennium gaudere poſſit; id quod propter hoc Trid. Concil. decretum adnotauit Paul. Fuſc. tract. de viſitat. lib. 2. cap. 23. circa medium, Mandoſ. in Prax. ſignat. grat. verbo, Conſeruatoria, ad finem, & Io. Bapt. Confett. in ſummar. mater. priuileg. ord. Mendic. tit. 4. cap. 3. poſt medium. vnde ſtylus in Cancellaria Apoſtolica inoleuit, vt in fine huiuſmodi litterarum apponatur illa clauſula (præſentibus poſt quinquennium minimè valituris,) cuius clauſulæ etiam meminit inter alios Mandoſ. loco cit. & Io. An. d. cap fin. de offic. deleg. in 6. & in Addit. ad Specul. tit. de iudic. deleg. §. vlt. ſub num. 24. litt. A. Ex quo fit, vt ſtante hoc ſtylo Cancellariæ Romanæ, ſi aliqua Conſeruatoria reperiatur, exceptis Conſeruatoriis Regularium, & aliis quarum mox mentionem faciemus, in qua prædicta clauſula appoſita non fuiſſet ſuſpicione falſitatis non careret, iuxta cap. ex litteris, & cap. cum M. Ferrarienſis, de conſtit. cap. 2. de reſcript. & cap. quam graui, de crim. falſ. cum ibid.

323 *Conſeruatoria litteræ quãdiu durent. vide num. 325.*

Digitized by Google

adnot. & ſuis concord. Huiuſmodi autem tempus quinquennij ſatis congruum videtur, vt in ſimili colligitur ex c. ſi propter tua debita, de reſcript. in 6. vbi agitur de conceſſione percipiendi ad quinquennium fructus primi anni beneficiorum vacantium alicui facta propter ſua debita perſoluenda, cum tamen ij fructus aliàs deberent reſeruari futuris ſucceſſoribus, vel inutilitatem Eccleſiæ expendi, iuxta cap. ſæpè, de elect. in 6. & cap. præſenti, §. porrò, de offic. ord. eodem lib. atque adeo talis conceſſio ſit contra ius, & quoad hoc odioſa, licèt alias ſit aliquatenus fauorabilis ratione cauſæ, iuxta cap. pen. de verbor. ſignific. cum ibi not. per gloſ. Abb. & alios, vbi alia ſimilis conceſſio eſt, ſed ad biennium; vnde conſtat hanc, quam de quinquennio deduximus ex d. cap. ſi propter, congruentiam dumtaxat eſſe, non neceſſariam, aut vrgentem rationem.

324 *Litterarum Conſer. vniuerſitatib. Collegijs, &c. coceſſarũ duratio.*

Dixi autem in concluſione (regulariter) quoniam † ab huius concluſionis regula, hoc eſt, à prædicto Concilij Tridentini decreto eximuntur litteræ Conſeruatoriæ conceſſæ vniuerſitatibus generalibus, ac Collegiis Doctorum actu hoſpitalitatem ſeruantibus, ac vniuerſitatum, Collegiorum, locorum, & Hoſpitalium huiuſmodi perſonis, quas in illo canone minimè comprehenſas, ſed exemptas omnino eſſe, & intelligi ſtatuit, ac declarauit ipſum Trid. Concil. d. cap. 5. in fine. Non ex hoc tamen dumtaxat, quòd Conſeruatoriæ his perſonis, & locis conceſſæ per Concilium ipſum à d. decreto eximantur, manifeſtè poteſt concludi, quòd certo ſpatio, ac tempore etiam quinquennij non durent, ſed ex eo potiùs, quòd neque hoc, neque vllum aliud ius reperiatur, quod hiſce iiſdem Conſeruatoriis huiuſmodi certum ſpatium, ac tempus durationis præſcribat, atque adeo non ſit aſſerendum, arg. l. illam, C. de collat. & cap. legatur, 24. quæſt. 2. cum ſimil. ſicut reperitur quoad Conſeruatorias aliis perſonis, ac locis conceſſas, nimirum in Trid. Concil. d. ſeſſ. 14. cap. 5. vbi id generatim, & pro regula ponitur à qua dumtaxat excipiuntur conceſſæ prædictis vniuerſitatibus perſonis, ac locis; ſtandum autem † eſt regulæ, niſi de exceptione doceatur, cap. 2. de coniug. Leproſ. cum ibi not. & ſuis ſimil. Difficultas ergo circa priorem inſpectionem initio quæſt. poſitam eſt, an ſaltem ad aliquod tempus incertum durent huiuſmodi litteræ Conſeruatoriæ talibus perſonis, ac locis à Trident. exceptis conceſſæ, certificandum tamen ex

325 *An ſaltẽ ad aliquod tẽpus incertũ extendatur duratio huiuſmodi litterarum.*

ex euentu, vt puta morte concedentis; quod idem quæri poteſt etiam de conceſſis aliis perſonis, vel locis eodem Conciliari decreto comprehenſis, vbi citra vitium falſitatis, ſubreptionis, vel alterius nullitatis iiſdem concedantur abſque prædicta clauſula, præſentibus ad quinquennium minimè valituris, aut alia ſimili, quæ certum eiſdem litteris tempus, ſeu ſpatium durationis præſcribat. Quod duab.ſeqq concl.erit explicandum.

Secunda igitur concluſio ſit. Regulariter † officium, & iuriſdictio Conſeruatoris, cui in litteris Conſeruatoriis non eſt præfinitum certum tempus, aut illud nondum eſt elapſum expirat morte concedentis quoad negotia non cœpta. Probatur hæc concluſio ex iis, quæ ſupr. quæſt. 2. concl. 1. & 2. adduximus ad oſtendendum regulariter officium, & iuriſdictionem Conſeruatoris expirare morte concedentis; id enim omnino eſt accipiendum, vbi aut præfinitum non eſt certum tempus, aut certè illud adhuc durat, vt eſt de mente Io. An & aliorum d.cap.fin. de offic.deleg. in 6. & quoad hoc, vt requiratur, tempus nondum eſſe elapſum, ratio clara eſt, quoniam ſi iam elapſum eſt tempus, non poteſt expirare, cum non entis nullæ ſint qualitates, cap. ad diſſoluendum, de diſponſ. impuber. §. ſeruus, Inſtit. de cap.dimin. & l.liberos, in fin.ff.eodem tit. cum ſimil. Ampliatur autem hæc concluſio, vt expiret per obitum concedentis iuriſdictio Conſeruatoris etiam ad certum tempus, quod ex ſe extenditur vltra mortem concedentis, vt puta ad quinquennium, quo durante decedit concedens, tum propter verbum generale, ſeu vniuerſale, (quorumcunque) poſitum d.cap.fin.§. officium, dum ibi dicitur, quòd officium, & iuriſdictio quorumcunque Conſeruatorum expirat per obitum concedentis, per ea, quæ de vi generalis verbi in ſimili diximus d.concl. 1.ampl.2. tum quod etiam ſecluſo d.verbo, generali, cum text.non diſtinguant de Conſeruatoribus datis ad incertum tempus, vel ad certum nondum elapſum, nec nos diſtinguere debemus, cap. Romanorum, 19.diſt. cap.ſolitæ, de maior.& obed. cum vulgar. Ampliatur præterea hæc concluſio omnibus modis, quibus d. 1.& 2. concluſio prædictæ quæſt. huius capitis cum eadem vtrobique militet ratio, arg.l.illud, ff. ad leg. Aquil.& cap.2. de tranſlat. Epiſc. cum ſimil. limita verò hanc ipſam concl.ex proximè ſeq.concluſ.

326 *Offic. Conſeru. expirat morte cõcedẽtis quoad non cœpta, ſi nõ ſit præfixum certum tempus, aut nondũ præterierit.*

tized by Google

327 *Regulariũ Conſeruatoria nõ expirant morte concedentis.*

Tertia concluſio. Conſeruatoriæ litteræ Regularium † non expirant morte concedentis, ſed perpetuæ ſunt etiam quoad negotia non cœpta. Probatur primò, quoniam ita ſe habet communis praxis, & conſuetudo quæ apta eſt prorogare iuriſdictionem Conſeruatoris de tempore ad tempus, vt ſatis oſtendimus ſup.c.7.q.9.concl.1.& 9. Probatur 2. quoniam ita in ſpecie adnotauit inter alios Eman. Rodriq. quæſt. regul. tom. 1. quæſt.65. art.6. necnon Alphonſ. Caſarub. in Compend.priuileg.Mendic. & non Mendic. verbo, Conſeruatores ordinis, & ibi Sorb.Cappuc.in Annot.Io.Baptiſta Confett.in ſummar.mater.priuileg.ord. Mendic. tit.4.cap.9. in princip. ob eam rationem, quæ optima eſt, quoniam eorumdem Regularium Conſeruator eligitur iuxta eorum priuilegia, quæ perpetua ſunt tam ex tenore ipſorum priuilegiorum, quàm etiam ex ſua natura; negari enim non poteſt, quin huiuſmodi priuilegia gratiæ quædam ſint, vt eſt optimus text. in cap.pen.de verb.ſignif. ibi, Apoſtolicæ gratiæ priuilegium, necnon cap.ſi gratiosè, & cap.ſi propter, de reſcript.in 6.cum ibi not.& aliis ſimilib, commune autem axioma eſt gratias eſſe perpetuas quod habetur in cap.ſi cui, de præbend.in 6. & cap.decet, de regul.iur.eodem lib. cum ſuis concord. vtrobique allegat. ad quod facit etiam text.in l.falſo, C.de diuerſ.reſcript. loquens in reſcripto, quem, ſicut d.cap.decet, gloſ.& Doct. vtrobique exponunt etiam de priuilegio. Cum igitur facultas eligendi ſibi Conſeruatorem Regularibus conceſſa priuilegij & gratiæ locum habeat, vt etiam docebimus infra quæſt.vlt. concluſ.1. nil mirum, §. perpetua eſſe debet etiam quoad negotia non cœpta, tum quòd dicta iura indiſtinctè loquuntur, tum quòd in ſpecie text. ille d. cap.ſi cui habet, quòd gratia iam facta, per quam datur facultas generalis aliquid faciendi, vt conferendi beneficium idoneis perſonis ſine earum expreſſione, non expirat etiam re integra morte concedentis; nil ergo mirum, ſi facultas hæc, & gratia generalis eligendi Conſeruatorem Regularibus conceſſa, cum iam ex ſe ſit conſummata, & perfecta, non expirat etiam re integra morte concedentis; quod & ſatis conuincitur ex iis: quæ affert Sanchez tract.de Matrim.lib.8. diſput.28 nu. 48. dum docet, † gratiam factam dici, quando perfectè conceditur ei, in cuius gratiam datur, & independenter ab eo, cui facienda committitur. & num. 87. vbi probat gratiam eſſe fa-

328 *Gratia facta quando dicatur vt non expiret morte concedentis.*

ctam,

ctam, cùm executor non eſt voluntarius, ſed neceſſarius; quod vtrumque in caſu noſtro contingit; nam facultas eligendi Conſeruatorem ab ipſo Conſeruatore eſt independens, & ante omnem electionem eſt perfecta; ac præterea ipſis Conſeruatoribus eligendis mandare ſolet Papa ſub pœna excommunicationis ipſo facto, vt requiſiti munus ſuum exequantur. Atque in ſpecie, ac terminis propoſitæ concluſ. de Conſeruatorum electione, hac ratione vtitur Roderic. d art 6. eam confirmans, quoniam gratia perfecta, licèt iuriſdictionem tribuat, non expirat morte concedentis, vt poſt Io. An. & Archid. docet Silueſt. in ſumma, verbo, gratia. Aliam rationem ſubdit idem Roderic. ibidem, quoniam priuilegia conceſſa Religioni ſunt non perſonalia, ſed realia, cum concedatur certo generi perſonarum quod nunquam moritur; & ſicut cenſetur priuilegium perpetuum quod conceditur ciuitati, vel loco l. forma, §. quamquam, ff de cenſ. idem erit, ſi concedatur ciuib. & Religioſis, l. 2. ff. de reb. dub. vbi inter alios Soc. num. 4. & Roman. in l. maritum, num. 17. ff. ſol. matr. latè Menoch. lib. 3. præſumpt. 103. num. 23. 24. 29. & 44. Denique addit Roderic. ſupr. quòd Conſeruatores Regularium deputantur ſæpiſſimè ſub nomine dignitatis, quæ nunquam moritur. Idque multò magis admittendum eſt, ſi dicamus, facultatem hanc eligendi Conſeruatorem Regularibus conceſſam acceſſoriam eſſe ad cetera eorum priuilegia, quaſi tunc Conſeruator detur ad conſeruationem, & executionem dictorum priuilegiorum, vt ſentit gloſ. Archid. & alij d. cap. fin. §. officium, ſuper verbo, expirare, atque adeo vbi etiam dici poſſit rem non eſſe integram, ſeu gratiam non eſſe factam, ſeu perfectam quoad ipſam deputationem Conſeruatoris; tamen, cum hæc ſit acceſſoria ad priuilegia iam facta, † adhuc non expirabit etiam re integra morte concedentis, per text. in cap. ſi ſuper gratia, de off deleg. in 6. vbi Bonif. VIII. decernit, quòd, ſi ſuper gratia cuiquam ab Apoſtolica ſede facta executores fuerint deputati, ſicut ipſa gratia licèt nondum ſit in eius executione proceſſum, morte non perimitur concedentis, ſic nec, etiam re integra, perimatur executoribus data poteſtas, quam, veluti gratiæ prædictæ acceſſoriam, naturam ſequi congruit principalis, ne gratiam eandem vel reddi quandoque omnino inutilem, vel ipſius effectum in tempus longius cum illius diſpendio, cui facta extitit, differri.

329 *Executio acceſſoria gratia facta nō expirat re integra morte cōcedētis.*

contin

Digitized by Google

330 contingat. Et quamuis † hunc text. Io. An d.cap.ſi.§ officium, verbo, quorumcumque, & verbo, expirare, in gloſ.& in Nouel.nec non d.cap.ſi ſuper, velit locum non habere in Conſeruatoribus priuilegiorum, ſed in his quoque intelligendum eſſe quod idem Bonif. VIII. d.§. officium diſponit, officium Conſeruatorum quoad negotia non cœpta expirare morte cõcedentis, tum propter verbum generale, quorumcumque, ibidem adiectum à Pontifice, quod ampliat principium eiuſdem cap. vbi fit dumtaxat mentio Conſeruatorum à manifeſtis iniuriis; præterquam quòd iniuria quædam eſt priuilegia violare, tum etiam quia in Conſeruatoribus priuilegiorum ceſſat ratio d.cap. ſi ſuper, quòd nimirum aliàs reddatur inutilis gratia, ſeu priuilegium; cum & conſeruatio priuilegij id ſonet, & ex forma conceſſionis illius poſſit agi, & excipi; atque hanc gloſ.ſequitur Gemin. Franc. Anchar. Butr. & alij tam d.§ officium, quam d.cap.ſi ſuper, Sanchez ſup.num.43.& Ant.Gabr. commun.concl. lib.6 tit.de præbend. concl.1. num.16 cui adde, quòd,vt mox dicemus, plerique voluerunt d.cap. ſi ſuper, loqui tantùm de meris executoribus, non mixtis. Nihilominus contrarium tenet Archid d.§ officium, ſuper verbo, expirare, tum quòd principium d.§.fin. non comprehendit,niſi Conſeruatores defendentes à manifeſtis iniuriis, non autem deputatos ſuper gratia iam facta, cuius ſunt acceſſorij, iuxta d. cap. ſi ſuper, atque adeo ad priores illos, qui ab his genere diſtinguntur, reſtringitur hæc generalitas, quæ ſecundum eum ſatis ſoluatur,ſi intelligatur de Conſeruatoribus conceſſis quibuſcumque perſonis, ſiue Eccleſiis;quod etiam confirmatur tum quòd ex principio, ſeu procemio legis colligitur intentio legiſlatoris, vt probatur ex l.fin.ff. de hæred. inſtit. & meliùs ex l.cum ij, in princ.ff.de tranſact.l.1.ff.ad Macedon.& l.regula, in fine, ff.de iur.& fact.ignor. per quæ iura poſt alios id in ſpecie tradit Menoch de præſumpt. lib.6. præſumpt.2. num.2.& 3. quod etiam latiùs proſequitur inter alios Tiraq tract. cauſ. ceſſan. limit. 1, num. 65. tum quòd verba quantumcumque generalia reſtringi debent de habilitate,& iuxta ſpeciem præcedentem, & ſubiectam materiam vt oſtendimus ſupr. d. quæſt. 2. concluſ.2. in initio. tum denique, quia licèt dici poſſet ceſſare rationem illam d.cap.ſi ſuper, nimirum,quòd aliàs gratia redderetur inutilis, non ceſſant tamen illæ duæ, & quidem præcipuè in eod. text.

Facultas eligendi Cõſer. in priuilegijs cõceſſa: vel deputatio Conſeru. priuilegiorũ an ſit acceſſoria priuilegij, ita vt re etiã integra nõ expiret morte cõferentis.

Digitized by

text.ponderatæ à Pontifice, quòd executio ſit acceſſoria gratiæ, & quòd, ſi executio morte concedentis expiraret re integra, gratia in tempus longius differretur cum diſpendio illius, cui facta extitit; nam Conſeruator priuilegij datur, vt priuilegium ipſum habeat ſuum effectum in omnibus caſibus,in quibus priuilegiatus priuatur priuilegio, vel in eo turbatur; &, ſi moriente eo,qui conceſſit, expectandus eſſet ſucceſſor,qui daret alium Conſeruatorem eiuſdem priuilegij negari non poſſe videtur, quin in longius tempus differretur gratia, hoc eſt, vſus priuilegij, cum diſpendio priuilegiati,arg.cap.ſi is, cui, de offic. deleg. in 6. vbi autem plures ſunt rationes alicuius legis, vna tantum ceſſante non ceſſat diſpoſitio §. affinitatis, & §.ſocrum,Inſtit.de nupt.l.ſi non lex,ff.de hæred inſtit. cum aliis ad id allegatis ab Euerard. in loc.à ceſſat.rat.num. 5.& Dec.cap.ex litteris,num. 12.de conſt. Et quamuis violatio ſeu turbatio priuilegij iniuria quædam dici poſſit, tamen id verum eſt dumtaxat ſumpto genericè, vel potiùs analogicè nomine iniuriæ,non autem ſpecificè, & vniuocè, prout ſumi videtur d.cap.fin. ex quibus ſublata videntur fundamenta quæ pro Io.An.opinione ab ipſo vel aliis afferebantur. Sed & illud fundamentum quod pro eius confirmatione attingendo ſubiecimus,nimirum quòd d.cap.ſi ſuper, locum dumtaxat habeat † in executoribus meris, non autem mixtis, qui debent adhibere cauſæ cognitionem, ac partem citare, iuxta cap.exhibita, de iudic.& cap. ex parte, & cap.olim, de reſcript. vt poſt Rot.Rom. ſentit expreſsè Gemin.d.cap.ſi ſuper, col.fin.verſic. ſed pone necnon Rom. in l.2.§.ſed & ſi quis, col. 1.ff.de donat. Iaſ.in l.more,col.pen.ff. de iuriſdict.omn.iudic. Card. Alex.in cap.petiiſti,7 quæſt. 1. & Fel.in cap.relatum, col.fin. verſic. Limita iſtam limitationem, quos refert Ant.Gabr. d. concluſ. 1. num. 13. Conſeruator autem priuilegiorum, vel executor non eſt,vel certè mixtus,cum tanquam iudex adhibere debeat cauſæ cognitionem, & partes citare vt ſupr. ſuis locis de Conſeruatore generatim tradidimus. hoc inquam fundamentum ex eo tolli poteſt, quòd verior eſt opinio contraria,vt nimirum d.cap.ſi ſuper,locum quoque obtineat in executoribus mixtis, vt voluit Franc. d. cap. ſi ſuper, verſic.ſed certè poſt Paul. & Io.An.quos allegat; quam etiam ſequitur Mil. in Repert.verbo,gratia facta,licèt nondum executa,quem refert ac ſequi videtur Gabr.d.concl. 1.num. 15.

331 *Executor mixtus an contineatur in c.ſi ſuper, de off.del.in 6. & an cõueniat Conſeru.priuilegiorum.*

Vvvvv

Digitized by Google

dum hanc Franc. opinionem poſtremò loco ponit, eámque ſublimitat; quæ confirmari poteſt duplici ratione, quam inſinuat ibidem Franc. altera, quòd text. d cap. ſi ſuper, non diſtinguit de mixtis, aut meris executoribus; altera, quòd text. illud præcipuè conſiderat, quòd gratia ſit facta, & executores ſint acceſſorij ad gratiam iam ex ſe perfectam, cui nil aliud deſit, quàm executio. quas ob rationes & ipſe hac in re poſteriori huic opinioni accedo. Quoad præcedentem verò principalem articulum, in quo quærebatur, an iuriſdictio, & officium Conſeruatorum priuilegiorum expiret morte concedentis quoad negotia non cœpta, ſeu re integra, quoniam vix obtineri poſſet contra opinionem Io. An. quæ communis eſt & ſatis probabilib. nititur fundamentis, vt patet ex ſupra allegatis (licèt tanta ſit auctoritas Archid. in 6. vt Fel. in cap. 1. num. 54. de conſtit. poſt Rot. Roman. deciſ. 348. in antiq. dicere non dubitarit eius opinionem aliis præualere) ab eadem communi non audeo recedere, cum ea tamen limitatione, quam poſt Io. Monach. inſinuat Io. An. Gemin. Franc. & Anchar. d. cap. fin. §. officium, vt nimirum illa procedat tunc demum, quando priuilegia ſunt antiqua, & poſtmodum de nouo datur Conſeruator eorumdem priuilegiorum, cum tunc appareat, dationem Conſeruatoris non eſſe acceſſoriam ad priuilegium, & priuilegium ipſum inutile non reddi, aut differri ob mortem concedentis; quod non contingit, vbi ſimul datur & priuilegium, & eius Conſeruator, qui ideo eius executor eſſe comprobatur. Pariter videtur prædicta communis opinio Io. An. & ſequacium temperanda, vbi etiam daretur Conſeruator ad priuilegia antiqua, auferendo omnem iuriſdictionem ordinariis, quoad eorum tuitionem; tunc enim omnino gratia vel redderetur inutilis, vel plus debito cum diſpendio priuilegiati differretur iuxta d. cap. ſi ſuper, quæ limitatio eſt etiam de mente ipſius Io. An. Franc. & aliorum tam d. cap. ſi ſuper, quàm d. §. officium.

332 *Facultas eligẽdi Conſ. ad beneplacitũ conceſſa expirat morte etiam ciuili concedentis.*

Sed quicquid etiam foret de hoc articulo, vnde ſumpſeramus ex abundanti poſtremum præſentis 3. concluſ. fundamentum, ſatis ea comprobatur ex fundamentis initio eiuſdem concluſ. adductis. Quæ ſanè concluſio † illam principalem, ac ſingularem limitationem debet admittere; niſi hæc facultas eligendi Conſeruatorem (quæ gratiæ, & priuilegij loco eſt, vt initio concluſ. diximus,) conceſſa ſit ad beneplacitum; tunc enim morte

morte concedentis expirat iuxta text. in cap. ſi gratioſè, de reſcript. in 6. neque ſolùm per mortem naturalem, verùm etiam per ciuilem, ſeu officij ceſſationem, prout generatim de gratiæ conceſſione contra Gem. d. cap. ſi gratioſè, tradit ibi Franc. & alij, quos refert, ac ſequitur Gabr. commun. concluſ. libr. 6. tit. de præbend. concluſ. 1. num. 24. & Sanchez de Matrim. lib. 8. diſput. 28. num. 56. ſecus tamen dicens † in excommunica- 333
tione num. 57. & in furore num. 58. ſicut & ſecus dicendum, ſi conceſſio facta ſit ad beneplacitum dignitatis perpetuę habentis ſucceſſorem, cuiuſmodi eſt Papatus, & Principatus per tex. d. cap. ſi gratioſè. quid autem, ſi conceſſio facta ſit ad beneplacitum Papæ, vel ad beneplacitum noſtrum, & ſedis, an tunc expiret gratia morte concedentis, vel perpetua ſit, conſulas, cùm opus fuerit, Sanchez d. diſput. 28. num. 60. & tribus ſeqq. ex quo etiam auctore diſput. 25. colliges, quid dicendum, vbi litteræ non ſint expeditæ. Iam verò ad aliam, eámque vltimam huius quæſt. concl. tranſeamus.

non tamē in excōmunicatione, aut furore, vel ſi ſit ad beneplacitū dignitatis.

Quarta, & poſtrema concluſio. Litteræ Conſeruatoriæ conceſſæ ad certum tèmpus, † puta quinquennium, aut aliud ſi- 334
mile, quod etiam labatur ante mortem concedentis, per huiuſmodi lapſum expirant tam quoad negotia cœpta, quàm non cœpta. Probatur primò, quoniam ita in ſpecie tenet Io. An. in addit. ad Specul. tit. de iudic. deleg. §. fin. ſub num. 24. verbo, Conſeruatoribus, ſeu litt. A. verſic. eſt ſecundum dubium, ſe remittens ad id, quod tradidit d. cap. fin. §. officium, ſuper vlt. gloſ. text. verbo, per obitum, vbi idem latiùs proſequitur, quem ſecuti ibi ſunt Butr. Anchar. Gemin. Franc. & alij, necnon Rot. Rom. deciſ. 5. de offic. deleg. in antiq. & Eman. Roder. d. quæſt. regul. 65. art. 9. Probatur ſecundò per text. in l. ſtatuliberum, §. Stichum, ff. de leg. 2. & l. 1. §. ſi mulier, ff. de lib. agnoſcen. cum aliis iuribus, ex quibus habetur permiſſum ad tempus poſt illud cenſeri prohibitum congeſtis per Crauet. conſil. 216. num. 20. & Tiraqu. de retract. conuent. §. 1. gloſ. 2. num. 46. vbi cum multis num. ſeqq. rem hanc latiùs exornat. Tertiò probatur per text. in cap. de cauſis, in princ. de off. deleg. vbi Alex. 3. de cauſis, quæ intra certum terminum decidendæ committuntur, ait, quòd niſi dies præfixus de communi partium conſenſu prorogetur, eo tranſacto mandatum expirat. optimus etiam text. in l. cum non eo die, C. quoad prou. non eſt neceſſ. vbi habetur,

Litteræ Cōſeruatoriæ conceſſæ ad certū tēpus quod labatur ante obitū conferentis per talē lapſum expirat, etiam quoad negotia cœpta.

quòd, ſi iudex delegatus pronuntiauit poſt tempus ſibi à delegante præfixum, ab ea ſententia tanquam nulla non eſt neceſſe prouocare, idem quoque colligitur ex l.2.§. ſed ſi iudex, ff. de iudic. vbi dicitur, quòd, ſi iudex ad tempus datus eſt, & omnes litigatores conſentiant, & niſi ſpecialiter principali iuſſione prorogatio fuerit inhibita, poſſunt tempora, intra quæ quis iuſſus eſt litem dirimere, prorogari. Probat quartò Io. An. vbi ſupr. ab aliis receptus per deductionem ad abſurdum; nam, ſi poſſet Conſeruator negotia cœpta proſequi poſt quinquennium ſequeretur, quod etiam poſt ſecundum quinquennium poſſet remanere Conſeruator contra mentem, & verba diſponentis. facit etiam quòd Conſeruatoriæ ſunt odioſæ cum detrahant iuriſdictioni ordinariæ, atque adeo ſunt reſtringendæ, vt oſtendimus ſupr. cap.3. quæſt.vlt. vnde non erunt iuxta terminos proprios extendendæ, atque hac ratione vtitur Roderic. alleg. art. 9. facit denique quod de procuratoribus ad certum tempus datis traditur per Doctor. in Clem. fi. de procur. & Specul. in tit. de procur. §.3. qui eſt de form. procur. verſic. quid ſi mandatum ſub num. 12. Neque huic concluſioni, ac doctrinæ obſtat quod contra eam obiicit Io. Cald. prout eum refert Gemin. d. §. officium, quoniam ſequeretur, quòd ſi appellaretur ab interlocutoria ante finem quinquennij, & poſtea appellatio deſeratur, non poterit fieri remiſſio ad iudicem, à quo, contra text. in cap. cum ſit Romana, & cap. interpoſita, de appell. nam vt optimè reſpondet ibid. Gemin. Ex quo expirat, & extinguitur iuriſdictio, non eſt facienda remiſſio; prædicta autem iura, & ſimilia non loquuntur vbi per lapſum certi temporis præfiniti expirat iuriſdictio, ac delegatio, vt hîc, & in caſu d. cap. de cauſis. Non obſtat etiam text. in l. meminiſſe, ff. de off. Proconſ. ex quo apertè colligitur quod iudex poſt tempus finitum adhuc cognoſcit vſque ad aduentum ſucceſſoris. nam præterquam quòd hæc lex, & ſimiles loquuntur in ordinario, cuius iuriſdictio eſt fauorabilior, & firmior, non item in delegato, qui non ita fauorabilem, & firmam habet iuriſdictionem, ac præterea quòd Proconſulis, Præſidis, ac ſimilium officium, quamuis temporale ſit, non dicitur finitum, nec tales dicuntur perſonæ priuatæ, donec ſucceſſor aduenerit, & ipſi ſciuerint, vt adnotauit gloſ. d. l. meminiſſe, per text. in l. vnica, ff. de offic. Præf. Auguſtal. & l. ſi fortè, ff. de offic. Præſid. quod

in

Digitized by Google

in caſu noſtro non euenit. Tertiò bene reſpondent Butr. Anchar.& Franc.tunc durat poſt tempus iuriſdictio vſque ad ſucceſſorem, quando talis ſucceſſor non datur, niſi ab homine, ſecus vbi datur à iure, prout in caſu noſtro, in quo delegato ſuccedit delegans etiam in proceſſu, vt d.l cum non eo die, & Clem.ſi appellationem, de appellat. cum vtrobique not.& ſuis ſimil. Accedit & duplex illa ratio ſpecialis, quam Iuriſconſultus Vlpianus exprimit in d. l. meminiſſe, quòd nimirum vnus ſit proconſulatus, & vtilitas prouinciæ exigat aliquem, per quem negotia ſua Prouinciales explicent. quæ ratio ceſſat in noſtra ſpecie: per hanc verò poſtremam rationem ac tertiam paulò ante relatam pariter reſpondent Butr. & Anchar.ad tex. in l.tutores,ff. de adminiſtr.tutor.l. quid ergo, §. iudicio, ff. de contrar. & vtil. act. tutel. & l. tutor poſt puberem ætatem, C. arb.tut. necnon l.ita autem, §.vlt. ff. de adminiſtrat tutor. & l. vnica, C.vt cauſ. poſt pubert.adſit tut. vbi adminiſtratio, & lis cœpta à tutore ab eodem continuari debet vſque dum curator adminiſtrationem litémque ſuſcipiat; id nimirum eſſe propter publicam vtilitatem fauore pupillorum, & quia ſucceſſor tutori, ſeu curator non datur ipſo iure à lege, ſed ab homine.

Limitatur nunc primò prædicta concluſio, vt non procedat † vbi tempus huiuſmodi certum prorogetur de partium conſenſu; nam tunc non expirat iuriſdictio per lapſum dicti temporis; id enim generale eſt in iuriſdictione conceſſa ad certum tempus,vt partium conſenſu prorogari poſſit, vt eſt expreſſus text.in d.cap.de cauſis, in princ de off.deleg. & d.l.2.§. ſed & ſi iudex, ff. de iudic. cum aliis quibus hanc limitationem latiùs comprobauimus eam declarantes ſupr.hoc eodem tract. cap.7. quæſt.8. concluſ.5. Limitatur ſecundo, quod † poteſt Conſeruator poſt illud tempus exequi ſententiam ſuam intra illud tempus latam. ita enim in delegato ad certum tempus dato tradit gloſ.neminem habens contradictorem d. cap. de cauſis, verbo,tranſacto; quoniam, inquit, poteſtas cognoſcendi expirauit, non autem poteſtas exequendi.allegat in arg.cap.ex litteris, de offic.deleg. qui tamen nihil,aut parum facere videtur; magis autem facit cap. in litteris, eodem titul. vbi generatim dicitur, quòd tunc demum delegatus dicitur functus officio ſuo eiúſque iuriſdictio expirat, cùm per ſe, vel alium executus eſt ſuam ſententiam. Limitatur tertiò, quòd non expirat iuriſ-

335 *Premiſſa cõcluſio procedit,ſi partiũ conſenſu prorogetur officium: aut*

336 *ſolũ agatur de executione ſentẽtia: aut*

dictio Conſeruatoris ſic deputati quoad ipſum delegantem:ita in delegato ad certum tempus poſt alios tradit Fel. & alij d. c. de cauſis. Limitatur denique ac declaratur hæc concluſio iiſdem modis quib à Fel. Dec. Abb. & ceteris Canoniſtis limitatur, ac declaratur dict. cap. de cauſis, in princ. Præcipuè verò

337 † quòd non habeat locum, vbi terminus præfixus ſit iudici tantum,& non iuriſdictioni; nam tunc per lapſum termini non expirat iuriſdictio, ſed iudex venit puniendus. ita poſt Bart.in l.properandum, in princ. num.6. C.de iudic.& text in l. 1.C. vt omn.cauſ. tam ciuil.quàm crimin. tradit Abb.d.cap. de cauſis, num.9. & poſt alios Dec.ibidem num.pariter 9.vterque autem id temperat per gloſ.not.in Clem. 1.de iure patr. quam optimè exponit Dec.loc.cit. vt nimirum velit, quòd vbi etiam terminus præfixus eſt iudici, ſi detur iuriſdictio non habenti, non valet proceſſus ab eo poſt lapſum dicti termini factus; licèt eam gloſ. aliter exponat Caſtr. cuius expoſitionem bene refutat Dec. ibidem, quoniam deſtruit diſpoſitionem d. cap. de cauſis,iuxta communem intellectum, qui eſt, vt tempus illud datum ſit pro forma.

Tempus ſit præfixũ Cõſeruatori,nõ iuriſdictioni.

338 Declaratur præterea, † vt illud tempus incipiat currere à die præſentationis, vt voluit gloſ. 1. ab aliis recepta d. cap. de cauſis; pro qua eſt optimus text. in cap. ſuper eo,il 2.de appell. in fin. vbi dicitur, quòd, ſi intra certum tempus lis decidenda committitur, ex tunc terminus incipit currere, cùm iudices contigerit litteras recepiſſe;eam verò gloſ.ſatis confirmat Dec. d.cap.de cauſis, num. 5. qui id duob.modis reſtringendum docet. primò poſt Abb. ibi num. 5. dummodo terminus ſit præfixus per numerum dierum, menſium,vel annorum, ſecus ſi ad certum diem puta ad diem Paſchæ; tunc enim ſemper terminus currit, & conſtat expreſsè de reuocatione, ſeu expiratione iuriſdictionis tali die; per quod ceſſat motiuum Fel. d. cap. de cauſis, num. 1. contra hanc reſtrictionem, vt rectè adnotauit Dec. d. num. 5. qui reſtringit ſecundò prædictam declarationem niſi ante præſentationem de conſenſu partium procedatur, tunc enim à die proceſſus curret ille terminus præfixus iuriſdictionem, & iudici. tandem vt monet Abb.d.cap.de cauſis, num.6. quem ſequitur Dec.d.num.5. adnotanda eſt d.gloſ. 1.in fine, dum vult, quòd, vbi cauſa committitur decidenda infra breuem terminum, poteſt iudex, & debet abbreuiare dilatio

Tempus certũ præfixum Conſeruatoriæ, quando incipiat currere.

latio

lationem iuris, & ità peragere, vt cauſa intra dictum terminum finiatur; de quo tamen dicendum vt per Innoc. Abb. Dec. & Franc. in cap. ſuper eo, il 2. de appellat. eundem Innoc. Abb. & Dec. d cap. de cauſis; ex quorum dictis, & eiuſdem Dec. in cap. ex ratione, col. 8. de appellat. colligitur † extenſio ad text. d. 339
cap. de cauſis, atque adeo etiam ad noſtram concluſionem, vt licèt dolo partis cauſa non terminatur intra ſtatutum tempus, adhuc expiret iuriſdictio, ſed contra doloſum detur actio de dolo. Atque hæc de hac concluſione & tota præſenti quæſtione.

Iuriſdictio ad certũ tẽpus data, eo lapſo expirat.

QVÆRO *nunc Septimò, An, & quando iuriſdictio & officium Conſeruatoris expiret per illius renuntiationem ab ipſo Conſeruatore factam.*

Tria ſunt, quæ in præſenti quæſt. conſideranda ocurrunt. Primum, An Conſeruator compelli poſſit, ſeu ſuſcipere teneatur deputationem de eo factam in Conſeruatorem, vel eam ſuſceptam retinere. Alterum, An Subconſeruator teneatur ſuſcipere ſubdelegationem in eum factam à Conſeruatore, atque ad id ab eo poſſit compelli, vel ſuſceptam ſemel ſubdelegationem non detrectare. Tertium, An vterque poſſit huiuſmodi munus tacitè recuſare. Quæ quidem, vt magis præcipuè procedamus, quatuor diſtinctis concluſionibus, breuiter tamen, prima excepta, quoniam in re non admodum ardua verſamur, Deo dante abſoluemus.

Prima concluſio. Is, qui deputatus eſt Conſeruator, † regulariter cogitur deputationem, & munus ſuſcipere; & ſuſceptum non ſine iuſta cauſa dimittere poteſt. Vtraque pars concluſionis, quod ad Regularium Conſeruatores pertinet, certa eſt, quoniam in litteris deputationum huiuſmodi Conſeruatorum præcipitur iiſdem, vt quoties fuerint à Regularibus requiſiti, & electi, teneantur ſub pœna excommunicationis, & ſuſpenſionis ipſo facto incurrenda munus, ſiue officium huiuſmodi acceptare, ac plenariè exequi, vt patet ex variis litteris talium deputationum præcipuè verò deputationis Conſeruatorum ordinis Prædicatorum, quarum tenorem poſuit pro 3. Conſtit. Pij V. Io. Bapt. Confett. in collect. litt. Apoſtol. & priuil. Regular. Mendic. qui per has litteras id in ſpecie adnotauit, in ſummar. mater. earumdem litt. & priuileg. tit. 4. cap. 6. ad finem: id ipſum autem ipſe legi in litteris deputationis Conſerua 340

Munus Cõſeru. cogere ſuſcipitur deputatus & ſuſceptũ ſine iuſta cauſa nõ poteſt dimittere.

Digitized by Google

ſeruatorum aliorum Regularium, & Equitum Hieroſolymitanorum; ſicut etiam ex aliis Conſeruatoriis litteris Iulij II. Leon.X.& Innoc.VIII.idem tradidit Eman Roder.quæſt.Regular. tom.1. quæſt. 65. art.4. concludens, Conſeruatores eligendos à Regularibus teneri id munus acceptare ſub pœna peccati mortalis, niſi legitima cauſa excuſentur,quoniam Leo X.id præcipit, Innoc. VIII. iubet in virtute ſanctæ obedientiæ,Iul. II. quod & plerique alij Pontifices faciunt,mandat ſub pœna excommunicationis; cuiuſmodi præcepta ſuos tranſgreſſores ad mortale obligare iuſta cauſa eos non excuſante, certum eſt. Verùm indiſtinctè quoad alios quoque Conſeruatores.

Prior pars propoſitæ à nobis concluſ. probatur, quoniam id
341 generale eſt in delegatis ſedis Apoſtolicæ, vt † inuiti etiam ſuſcipere debeant delegationem,vt per text.in cap.ſanè, il 2.& cap.paſtoralis, in princ.de offic. deleg. tradit Rot. Rom. deciſ. 12. num. 1. de præbend. in nou. & apud Caſſad .deciſ. vnica, num.4. de verb.ſignific. quam nos quoque retulimus, & ſecuti ſumus in tract.de decim.cap.9.num.191. licèt vterque ille tex. potiùs faciat pro eo, quod in ſeq. concluſ.dicemus de Subconſeruatore. magis autem facit text. in l.vnica, C.qui pro ſua iuriſdict. & l.fin. quæ incipit,munerum, la 2.§ iudicandi quoque neceſſitas, ff.de muner. & honor. quæ iura ad id allegat gloſ. à ceteris approbata, d cap .paſtoralis, verbo, renitentem. facit etiam text.in l.prætor ſeu pen.§.qui autem,ff.de vacat. & excuſat. muner. vbi dicitur, quòd qui excuſationem non habet, etiam inuitus iudicare cogitur, & in l.Tancimus, la 1.C. de aduoc.diuerſ.iudicior. quem text. inter alios ad id adnotarunt ibi gloſ.& Doct. & gloſ.item ab aliis recepta d.cap paſtoralis, verbo, coërctionem. facit denique per locum à ſpeciali tex.in cap. 1. §.1. de for. compet. in 6. dum prohibetur Archiepiſcopo ne ſubditos ſuorum ſuffraganeorum ſuam compellat ſuſcipere delegationem, aut ſententias, & præcepta exèqui. Poſterior pars concluſionis probatur primò per id, quod de delegato, vt nequeat ſine iuſta cauſa ſe exonerare per ſubdelegationem,diſponitur d.c.paſtoralis,in prin.ibi, dummodo ipſe exonerare ſe ipſum malitiosè non quærat; necnon ex cap. ſi pro debilitate, eodem tit.de offic.deleg. ibi, ſi pro debilitate, vel pro qualibet alia cauſa,vel neceſſitate tractandis cauſis,quæ ſibi à ſede Apoſtolica

Delegationem inuitus quis cogitur ſuſcipere, & ſuſceptã retinere.

Digitized by Google

ſtolica committuntur, intereſſe non poteris, liberum ſibi ſit perſonis diſcretis, & idoneis vices ſuas committere; per quem text. id adnotauit gloſ. ibidem verbo, liberum, in fi. in hæc verba; & ſic ſemper iuſta cauſa debet ſubeſſe, quando cauſam committit, vt hîc, habes, licèt eadem gloſ. d. cap. paſtoralis, in princ. verbo, exonerare, ſibi parum conſtans contrarium velit, cuius opinionem vtrobique ſequuntur Doct. communiter, vt fatetur Dec. d. cap. ſi pro debilitate, num. 2. vbi tamen in eam partem magis inclinat, quam nos hîc ſuſtinemus, vt cauſa requiratur ad ſubdelegationem, per dict. cap. ſi pro debilitate, & cap. paſtoralis, per quæ inquit tanquam ſpecialia declarari iura generaliter permittentia delegato, vt ſubdelegare poſſit; idque aliis fundamentis confirmat, quæ quia non admodum firma ſunt, libens prætermitto. ipſe verò addo illud, quòd dict. cap. ſi pro debilitate eſt dictio, (ſi,) conditionem importans, l. 1. vbi Bart. & alij, ff. de condit. & demonſtr. & conditio impleri debet in formà ſpecifica, l qui hæredi, & l. Mæuia, ff. eod. cum ſimil. gloſ. quoque d. verbo, exonerare, ad idem affert in argumentum text. in cap. ſciſcitatus, de reſcript. l. vlt. ff. de iudic. & l. 2. C. de pedan. iud. Verum hæc duo poſtrema iura aliquid ſanè faciunt, quibus addi poteſt cap. cum te, de offic. deleg. & cap. cum plures, eodem tit. in 6. ex d. autem cap. ſciſcitatus potiùs ſumitur principale fundamentum huiuſce poſterioris partis noſtræ concl vt mox dicemus.

Interim, quòd ad præſens prius fundamentum attinet, notandum eſt † neque ex cauſa poſſe delegatum etiam à Principe ſubdelegare in duobus præcipuè caſibus; alter eſt, vbi cauſa commiſſa eſt cum clauſula, quod ſi non omnes, vel ſi ambo non poteſtis, vt conſtat ex text. in cap. coram, de off. deleg. & ibi adnotarunt Doct. & d. cap. ſciſcitatus, de reſcript. & c. prudentiam, in princ. & §. 1. de off. deleg. Alter vbi electa eſt induſtria perſonæ, vt habetur in cap. vlt. eodem tit. & cap. is, cui, eod. tit. in 6. quando autem electa cenſeatur induſtria perſonæ, præter Doct. in hiſce duob. iurib. aliquid nos diximus ſupra cap. 6. quæſt. vlt. ſub num. 30. & d. cap. 9. de decim. num. 212. & ſeq. poſt Menoch. inter alios latè id tradentem d. tract. de præſump. lib. 2. præſumpt. 21. & de arbitrar. iudic. lib. 1. quæſt. 68. num. 8. vſque ad 15. Tertius huic ſimilis addi poteſt, qui colligitur ex d. cap. vlt. cum ibi not. Abb. ac Dec. dict. cap. prudentiam, §. 1.

302 *Subdelegatio quando fieri nō poſſit ex iuſta cauſa*

quoties apparet de expreſſa voluntate Principis, quòd per ſe, & non per alium cognoſcat; pro quo etiam facit optimè text. in cap. in memoriam, 19. diſt. Probatur nunc ſecundò principaliter poſterior pars propoſitæ concl. ex d. cap. prudentiam, §. adiicimus, qui eſt 1. vbi ſummus Pontifex de tertio iudice dato etiam cum clauſula in commiſſione appoſita, (quòd ſi omnes intereſſe nequiuerint, duo eam nihilominus exequantur,) ait, quòd ſi cùm poſſit, noluerit intereſſe, grauiſſimè eſt arguendus, pro eo, quòd mandatum Apoſtolicum exequi ſubterfugiat, aut

343 *Delegatus puniendus, vbi non retinet delegationem.*

contemnat, vbi gloſ. recepta, in verbo, arguendus, ait, † eum eſſe quoque puniendum, per text. in d. cap. ſciſcitatus, de reſcript. vbi tamen illud ſolùm habetur, quod ad hanc rem attinet, eum delegatum cum d. clauſula, qui non vult intereſſe, non poſſe aliquatenus excuſari; idem tamen, quod ait gloſ. nimirum, quod talis delegatus puniri poſſit, & debeat, tenet, & ſatis confirmat Barbat. & Dec. d. cap. prudentiam, §. adiicimus. vbi etiam tractant, quæ ſit iuſta cauſa detrectandi mandatum Apoſtolicum commiſſionis cauſæ, præcipuè ad effectum, vt poſſit delegatus alij vices ſuas committere.

344 *Subconſ. cogitur ſuſcipere delegationẽ, eamq́; retinere iuſta cauſa ceſſante.*

Secunda concluſio. Deputatus in Subconſeruatorem † tenetur, potéſtque cogi acceptare ſubdelegationem; eámque ſuſceptam ſine iuſta cauſa dimittere nequit. Prior pars concluſionis probatur ex d. cap. paſtoralis, in princ. vbi ſummus Pontifex ait, poſſe delegatum Principis eum, in quem ſubdelegauit renitentem compellere ad ſuſcipiendam ſubdelegationem. Ad idem facit text. eodem cap. paſtoralis, §. quia verò, & cap. ſi quando, de off. deleg. vbi habetur, quòd iudex delegatus à ſede Apoſtolica poteſt ordinario mandare, vt exequatur ſuam ſententiam, & is tenetur parere; ídque ibi adnotarunt gloſ. & Doct. aliáque gloſ. recepta, in cap. ſignificaſti, verbo, non vult, eod. tit. facit etiam text. in cap. in litteris pariter eod. tit. vbi habetur, quòd delegatus poteſt præcipere, vt mandetur executioni ſua ſententia; & cap. ſanè, il 2. adhuc eodem tit. vbi abſolutè dicitur, quòd, ſi Epiſcopus, vel alia perſona, quæ non ſit de iuriſdictione illius, in cauſa, quæ ei à ſede Apoſtolica delegatur, rebellis, aut contumax fuerit ſecundùm qualitatem facti poterit vel interdicti, vel ſuſpenſionis ſententia à iudice delegato compelli. facit denique id, quod non ſolum quoad ſimplicem delegatum Apoſtolicum, ſed etiam in ſpecie quoad

Con

Conſeruatorem Apoſtolicum decernitur in cap. quia Pontificali, quod eſt 2. de off. deleg. in 6. quòd in coactionibus contra Pontificali dignitate præditos gradus, & modeſtia, de quibus ibi, ſeruetur à iudicibus, vel Conſeruatoribus à ſede Apoſtolica deputatis. Et in terminis, quòd Conſeruator poſſit compellere etiam ſub cenſuris, & pœnis Subconſeruatorem à ſe deputatum ad recipiendam ſubdelegationem adnotauit Io. Baptiſta Confett. in ſummar. mater. priuileg. ord. Mendic. tit. 4. cap. 7. verſic. poſſunt inſuper. Porrò ex d. c paſtoralis, in princ. cap. ſanè, il 2. & cap. 2. mox citatis colligitur etiam † limitatio 345
ad hanc priorem propoſitæ concluſ. partem, vt nimirum, vbi compellendus ſit Epiſcopus, aliúſve ſuperior ad ſubdelegationem à ſe ſuſcipiēdam, deferatur dignitati iuxta formam, quam à Conſeruatoribus generatim in pœnis, & coactionibus huiuſmodi perſonarum ſeruandam latiùs tradidimus ſupr. cap. 8. quæſt. 5. concluſ. 4. Similiter, cùm cenſuris contra quoſcumque ad eundem effectum agere vult, † cetera ſeruare debet, 346
quæ fuſiùs in reliquis eius quæſt. concluſ. explicata ſunt. Probatur nunc poſterior huius concluſ. pars ex poſteriori fundamento tam prioris, quàm poſterioris partis præced. concluſ. vbi oſtendimus, teneri Conſeruatorem & ſuſcipere, & retinerè delegationem; quod enim de delegato dicitur proportionabiliter dicendum eſt de ſubdelegato, vt iam ſemel admonuimus, ac plerique tradiderunt in cap. ſtatutum, de reſcript. in 6. Et ex eo colligitur, quòd ſub tit. de offic. deleg. agitur etiam de ſubdelegato; præſertim verò ex iurib. quibus generatim probatur iudicandi munus eſſe neceſſarium, vt l. munerum, la 2. § iudicandi quoque neceſſitas, & l. ſi quis magiſtratus, ff. de muner. & honor. cum ſimil. atque etiam ex fundamentis prioris partis huius concluſionis; ſi enim tenetur ſuſcipere ſubdelegationem, tenetur quoque iuſta cauſa ceſſante ea vti vſque ad ſententiam incluſiuè; verba enim † accipienda ſunt cum 347
effectu, l. 1. §. hæc autem verba, ff. quod quiſque iur. cap. hæc autem verba, de pœn. diſt. 1. cap. relatum, de cleric. non reſid. & cap. vltim. de ſponſ. per quæ iura hoc fundamento in ſimili vtitur gloſ. dict. cap. in litteris, verbo, præcepit, de offic. delegat.

Dignitati Subconſeru. ſi Epiſcopus ſit deferre debet delegatus eum cogens: & ſeruare ſeruāda in cēſuris ferendis, ſi ijs vti velit.

Verba accipienda cum effectu.

Tertia concluſio. Deputatus ſeu electus, in Conſeruatorem 348
† etiam tacitè declinare non poteſt acceptationem talis depu- *Deputatus*

nequit tacitè deputationē declinare, nec acceptatā dimittere ſine cauſa.

tationis, ſeu electionis, aut acceptatam dimittere. Probatur, tum quòd taciti, & expreſſi regulariter eadem ius eſt, vulg. l. cum quid, vbi omnes, ff. ſi cert. pet. l. qui ad certum, ff. locat. cum aliis ad id allegatis per Euerard. in loco legal. ab expreſ. ad tacit. & contra, num. 1. vſque ad 8. immò plerumque plus operatur tacitum, quàm expreſſum, vt idem remiſſiuè probat ibidem num. 17. tum quòd id ſatis colligi poteſt ex d. cap. prudentiam, §. adiicimus, de offic. deleg. dum ibi generatim dicitur, quòd ſubterfugiens mandatum Apoſtolicum grauiſſimè eſt arguendus; ſatis enim dicitur ſubterfugere & qui fruſtratoriam excuſationem prætexit, vt ibidem ait gloſ. in verbo, ſubterfugiat, & qui in eo ſe ſtatu malitioſè collocat vt verè poſtmodum nequeat cauſæ intereſſe. Facit denique vulgata iuris regula, quòd, cùm quid vna via prohibetur alicui, ad id alia via non debet admitti, cap. cum quid, de reg. iur. in 6. cui conſonat cap. tuam, de procur. & c. vnic. de cler. coniug. in 6. cum ſimil. ibid. per gloſ. & Doct. allegatis.

349 *Subdelegatus nequit tacitè recuſare ſubdelegationem nec acceptatā deſerere.*

Quarta, & poſtrema concluſio. Subconſeruator † ſubdelegationem à Conſeruatore in ſe factam etiam tacitè detrectare non poteſt, & ſemel ſuſceptam non poteſt dimittere abſque iuſta cauſa. Probatur hæc concluſio fundamentis, quibus præcedentē confirmauimus iuncto maximè eo, quòd in 2. concluſ. & aliàs docuimus, id, quod de delegato dicitur, dicendum quoque fore proportionabiliter de ſubdelegato. Limitãtur autem tam hæc quàm omnes præcedentes concluſ. † vt ex iuſta cauſa poſſit tam Conſeruator, quàm Subconſeruator & factam commiſſionem non acceptare, & acceptatam dimittere; quod probatur tum ex text. dict. cap. paſtoralis, in princ. de off. deleg. ibi, dummodo ſe malitioſè exonerare non quærat, ſumpto argumento à contrario ſenſu; tum ex dict. cap. ſi pro debilitate, ibi, ſi pro debilitate, vel pro qualibet alia graui cauſa intereſſe non poteris; tum denique ex l. præter, aliàs prætor, quæ eſt pen. ff. de vacat. mun. vbi dicitur, quòd † excuſatur quis à munere iudicandi propter morbum, aut infirmam valetudinem, aut ſi ob id rebus ſuis supereſſe non poſſit, vel ſi, qui ſacerdotium nactus eſt, diſcedere ab eo ſine religione non poſſit; fulcitúrque id, vnde duæ huius limitationis reſtrictiones ſummuntur, nimirum † quòd ſi poſt cauſam actam, (aliàs cœptam, ſeu acceptam, id eſt, inchoatam, & acceptatam, vt ibi gloſ.

350 *Deputationē iuſta de cauſa Conſ. & Subconſ. deſerunt, & ſuſceptā dimittunt.*

351 *Iuſta illa cauſa quæ ſit.*

352 *Cauſa dimiſſionis delegationis ...*

gloſ. & Doct. exponunt,) cœperit ſe excuſare iudex, ſi quidem priuilegio, quod habuit antequam ſuſciperet iudicium, velit ſe excuſare, nec audiendus eſt; ſemel enim agnoſcendo iudicium renunciat excuſationi; quòd ſi † poſtea iuſta cauſa incidat, vt iudex ad tempus excuſetur, non debet in alium transferri iudicium, ſi cum captione id futurum eſt alterutrius. Tolerabilius denique eſſe interdum, iudicem, qui ſemel cognouerit tantiſper expectare, quàm iudici nouo rem rurſus iudicandam committere. Hæc Vlpianus Iuriſconſultus, ex quibus finis ſit præſenti quæſtioni; ſi priùs pro eius complemento admoneamus, per ſubdelegationem in totum factam à Conſeruatore induci tacitam renuntiationem, in eóque expirare iuriſdictionem, vt ſatis conſtat ex cap. ſuper quæſtionum, de off. deleg. cap. ſi duo, cap. quamuis, cap. ſi delegatus, cap. ſi is, cui, & cap. pen. eod. tit. in 6. cum ibi not. niſi re integra reuocetur, d. cap. quamuis. *nō excuſat, ſi nota fuit ante ſuſceptionem.* 353 *Quid ſi poſtea incidat.*

QVÆRO *octauò, An per renuntiationem impetrationis, ſeu electionis Conſeruatoris ab impetrante, vel eligente factam expiret iuriſdictio, & officium ipſius Conſeruatoris.*

Non quærimus hîc de tacita renuntiatione; nam de illa, quæ ex eo reſultat, quòd Conſeruator eligitur alius ſeu diſtinctus ab eo, qui priùs fuerat electus, proprius locus erit in ſeq. quęſt. De aliis verò tacitis renuntiationibus agendum nobis erit in poſtrema quæſt.

Hîc igitur dumtaxat agemus de expreſſa renuntiatione. Cum autem hæc conſiderari poſſit vel reſpectu Conſeruatorię impetrandæ, vel impetratæ; rurſus vel reſpectu perſonarum, quæ liberam habent rerum ſuarum diſpoſitionem tanquam domini, vt perſonæ priuatæ reſpectu bonorum patrimonialium, vel non niſi adminiſtrationem, vt Prælati, & perſonæ Eccleſiaſticæ ratione bonorum, & iurium Eccleſiæ, vt de ſingulis ſeorſim maioris perſpicuitatis gratia dicamus, quatuor nobis concluſiones in hac quæſtione ſunt conſtituendæ. 354 *Facultati eligēdi Conſ. renuntiari poteſt ab eā habente.*

Prima concluſio. Si quis † habet priuilegium eligendi ſibi Conſeruatorem, prout habent ferè omnes Regulares, poteſt illi renuntiare, ita vt non eligat; itémque ſi tale priuilegium non habeat, poteſt renuntiare, vt non impetret. Probatur hæc concluſio, nam licèt † iure futuro, & nondum ſibi competenti nequeat quis renuntiare, vt per text. in cap. ad audientiam, 355 *Renuntiari iuri futuro an & quādo poſſit: & quomodo. num. ſeq.*

Digitized by Google

il 2.de Eccleſ.ædif.cap.Abbate ſanè, de re iudic. in 6.l.ſi ita ſub conditione, ff.de leg.2.l.is, qui, ff.de acquir. hered. & alia iura tradit inter alios Hoſt. in ſumm. tit. de renunt. §. quæ poſſunt renuntiari, num.5.ſeu verſic. quid ergo ſi quis, & Specul.tit.de fer.§.vlt.num.1.& tit.de renunt. & concl in princ. num.6. & 7. idémque dicendum eſt vbi de eo iure futuro quis dubitet, vt ex text.d.l.is, qui,§ ſi quis dubitet, & l.qui ſuperſtitis, l. in repudianda, & l.is, qui poteſt, ff. eodem tit. docet Spec. d. num. 6. Poterit tamen, (ſi cetera requiſita concurrant,de quibus aliquid paulò poſt dicemus,) vbi ius quæſitum ſit, & per pactum fiat ſeu contractum,vel, vt loquitur Hoſt.d.num.5. lex ſit præſens, & contractus, vt probat Specul. d.num. 1. ibíque Io. An. in addit. necnon d.num.6.& 7. & Hoſt.eod. num. 5.& §.qualiter, circa medium, eod.tit. per text.in cap.nonnulli, de reſcrip. iuncta l. 1. & l.ſi quis in conſcribendo, C.de pact.l. & heredi,§. filiafamilias, & l pactum inter heredem, ff. eodem tit. l. denique,§.ſi quis minori, ff.de minor. in noſtra autem concl.ſupponimus pactum interceſſiſſe quo quis renuntiat,ne per impetratam Conſeruatoriam eligat Conſeruatorem, iuxta priorem caſum d. concl. vel ne ipſam Conſeruatoriam impetret, iuxta poſteriorem caſum eiuſdem concluſ. ac ſimul iure cuique permitti, vt Conſeruatorem impetret, vt ſatis colligitur ex d.cap. 1 & fin. de offic.delegat. in 6.cum notat. per Doct.ibi, & alibi ſæpe, vtque is, qui iam impetrauit priuilegium illum eligendi, poſſit tali priuilegio vti eundem eligendo,vt conſtat ex tot.ferè tit. cum ibidem traditis per Doct. de priuileg. & in ſpecie quòd poſſit quis renuntiare futuræ impetrationi reſcripti, ſentit Spec.d.tit.de renunt.& concl.num.8.dum in hoc ſe remittit ad Hoſt.d.verſ.quid ergo ſi quis.

356 Id autem ita temperandum eſt,vt † huic iuri futuro vel impetrandi,vel eligendi vigore priuilegij Conſeruatorem expreſsè debeat renuntiari,& in ſpecie, non autem tantum generaliter, prout de renuntiante futuræ impetrationi reſcripti ſentit Spec.d.num.8. & ſatis probat Hoſt. d. num. 5. idem generatim tradentes de renuntiante iuri futuro, vt nimirum, niſi ſpecificatis quibuſdam iuribus futuris ſequatur generalis renuntiationis concluſio, generalis renuntiatio non valeat; quod etiam poſt alios tradit Ant.Gabr.commun.concl.lib.6.tit. de reg. iur. concl.4.num.8.

Renuntiatio electionis, vel impetrationis Conſ. expreſsè facienda & in ſpecie.

In

In vtroque autem caſu pręſentis concluſionis † certum eſt, iuriſdictionem, & officium Conſeruatoris non expirare, cum ſupponatur vel nondum eſſe impetratas litteras Conſeruatorias, vel nondum eſſe præſentatas, ſeu nondum electum eſſe Conſeruatorem, per quod transfunditur iuriſdictio in perſonam electam, vt conſtat ex tenore priuilegiorũ eligendi Conſeruatorem; id quod animaduertit etiam Io Baptiſta Confett. in ſummar.mater priuileg. ord. Mendic. tit.4. cap.9. & iterum nos adnotabimus in quæſtione proximè ſequenti. Interim verò illud admonemus, aliquas limitationes,quæ præſenti concl. poſſunt accommodari, conſultò à nobis in 3 huius quæſt. conciuſ.reſeruari, cum tam huic, quàm duabus ſeqq. concl.communes ſint. atque ipſa poſtrema concluſio loco vnius limitationis & ipſa futura ſit,ſicut ſequens loco ampliationis. 357 *Officiũ Conſer.nõ ſuſpẽditur cum eius electioni,vel impetrationi renuntiatur.*

Secunda concluſio. Prælatus etiam ipſe, ſeu beneficiatus † poteſt renuntiare ſaltem validè tum futuræ impetrationi litterarum Conſeruatoriarum,tum etiam electioni ipſius Conſeruatoris faciendæ vigore priuilegij huiuſmodi facultatem tribuentis. Probatur iiſdem planè fundamentis, quibus præcedens concluſio, cum inter vtramque non ſit aſſignare congruam diſcriminis rationem. Confirmatúrque primò, ex iuribus, in quibus habetur; etiam perſonas Eccleſiaſticas poſſe renuntiare iuri ſuo, nimirum cap.periculoſum, 7.quæſt.1.cap. ad Apoſtolicam, & cap. ſtatuimus, de regular. cap. ſi de terra, & cap accendentibus, de priuil.cum ſimil. Secundò ex eo, quòd † Prælatus & rector beneficij abſque vllo ſuperioris conſenſu, aliáve ſolemnitate, ſed cum ſolo conſenſu collegij,ſeu capituli,ſi Eccleſia capitularis ſit,vel collegiata, validè impediat legatum, aut hereditatem ſibi delatam, vt plures tenuerunt, quos refert Ant.Gabr. commun. concluſ. lib.4.tit. de legat.concl.3. num.1.& 2. & inter hos communem fatetur,& in practica ſeruandam Aret.in l. is,qui hæres, § fin.ff. de acquir.hæred. quam etiam tenet communem pariter aſſerens Rip. in l. legatum, in fin.ff. de leg.1. & poſt alios Viu. commun opin. lib. 1. opin.1. num.7. quinimmò † non requiri conſenſum capituli, vel collegij in Eccleſia collegiata, vel capitulari plerique voluerunt relati pariter, ac laudati per Thom. Sanchez tract. de Matrim. lib.6.diſput 4. num.11.& 12. Viu. d.num.7. Gabr. d.num.1. & alij, quos referunt Vaſq.de ſucceſſ. creat.§.10. num.252. & de ſucceſſ. 358 *Renuntiare impetrationi, & electioni Conſ. poteſt Prælatus & beneficiatus.* 359 *Prælatus ſine conſenſu ſuperioris validè repudiat legatum.* 360 *An requiratur conſenſus Capituli in Eccleſia collegiata.*

ſucceſſ.progreſ.lib.3.§.27.num.23. Mich. Craſſ. de ſucceſſion. lib.2.art.ſeu §. ius deliberandi, quæſt.12. num.11. & Lambert. de iure patr. lib.3. quæſt. 2. art.9. & quæſt. 9. artic. 1. num. 21. concluſ.5. licèt hi tres contrarium poſt alios in hoc velint, ac tueri contendant; quibus & ipſe aſſentior, non tamen propter eorum rationem, quoniam hæc repudiatio ſit alienatio, ſed propter aliam, quam mox afferemus; priorum autem Doctorum opinio locum poterit habere, vbi Prælatus ſolus in Eccleſia collegiata, vel capitulari habet ex priuilegio, vel conſuetudine præſcripta liberam adminiſtrationem bonorum, & iurium collegij: quo ceſſante negari non poteſt, quin, non quidem tanquam vna ex ſolemnitatibus requiſitis in alienatione rerum Eccleſiæ, de quibus in cap. ſine exceptione, 12.quæſt.2. cap. ſi quis presbyterorum, de reb.Eccleſ.non alien. & cap.1. eodem tit.in 6. cum ſimil. cum non ſit hæc vera alienatio, atque adeo pœnam excommunicationis non incurrat talis Prælatus repudians minúſque requiratur ſolemnis tractatus, aut ſubſcriptio illorum de collegio, ſeu capitulo, de quibus cauetur in prædictis iuribus; verùm ad integrandam perſonam repudiantis conſenſus nudus totius collegij, vel maioris eorum partis requiratur, arg. l.1. & totius ferè titul.ff.quod cuiuſque vniuerſ. num.& cap.1.ac tot.tit.de his, quæ ſi à mai.par.capit. dato verò prædicto priuilegio, ſeu legitimè pręſcripta conſuetudine rectè

361 infert Sanchez d. num. 12. † ſolum Prælatum ſine conſenſu capituli, aut alia ſolemnitate poſſe in acquirendis nocere Eccleſiæ, & eius conditionem facere deteriorem, ad id allegans gloſ.fin.in cap.fin.in fin.16. quæſt.6.& cap.2.verbo, non debet, de donat.& ibi Innoc.num. vnic. ac Butr.num 10. Bart.in l.iubemus, num.4 C.de ſacroſanct.Eccleſ.& alios. Verùm hi Doct. vel plerique eorum nihil dicunt de ſolemnitatibus, ſed ſolùm, quòd Prælatus poteſt præiudicare in omittendo, ſeu negligendo, non item in faciendo, id quod etiam tradit Menoch. tract. de præſumpt. lib.3. præſumpt.131. num 65.& conſil.39. num. 26.lib.1.per text. in cap. verùm, vbi Doct. de condit.appoſ. & cap.venerabilis, de except. vel quod præiudicare poſſit in acquirendis, non in quæſitis, vt voluit Abb.in cap.tua, num.9. de his, quæ ſi.à Prælat.ſine conſ.capit.& cap.1.num 22. cum ſequ. de dol. & contum. & alij Doct. vtrobique cum pluribus relatis per Fel.in cap.quæ in Eccleſiarum, num.50. & Barbat.in rub & cap.

Prælatus an præiudicet Eccleſiæ ſuæ in quæſitis, vel acquirẽdis, in omittẽdo, vel faciendo.

Digitized by Google

cap. vt ſuper, de reb. Eccleſ. non alien. Doct. communiter d. cap. verùm, de condit. appoſit.

Tertia concluſio. Poteſt priuata perſona, vel etiam Collegium non pium † renuntiare litteris Conſeruatoriis iam impetratis, ſeu Conſeruatori iam electo. Probatur; nam regulariter quilibet habens liberam iurium ſuorum diſpoſitionem poteſt iuri ſuo etiam quæſito renuntiare, l. iuris gentium, §. prætor ait, ff. de pact. l. poſtquam, & l. ſi quis in conſcribendo, C. de pact. Auth. matri, & auiæ, C. quand. mul. offic. tut. fung. cum ibidem not. & ſuis concord. Ampliatur autem hæc concluſio, vt † ſufficiat generalis renuntiatio; nam, vt renuntiatio præiudicet renuntianti, ſufficit in genere cogitatum, vt pluribus relatis tradit Gabr. d. lib. 6. comm. concl. tit. de reg. iur. concl. 4. num. 5. Limitatur nunc primò tam hæc, quàm duæ præcedentes concl. vt † talis renuntiatio præiudicet renuntianti, non aliis, vt ſentiunt Doct. relati, & probati à Gabr. d. num. 5. tradúntque Bart. & alij in l. 1. C. de pact. & gloſ. fin. recepta in cap. accedentibus, de priuil. adnotauítque Menoch. tract. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 13. num. 7. Et ſatis probatur ex tot. tit. res inter alios acta, quam rem optimè inter ceteros pertractauit Tiraq. peculiari de ea edito tract. Limitatur 2. vt talis renuntiatio etiam generalis † non egrediatur rem, de qua actum fuit, vt poſt Ang. conſ. 51. & Curt. iun. conſ. 101. & Imol. in l. ſi ex pluribus, ff. de ſolut. tradit Gabr. d. concl. 4. num. 7. qui nu. 22. & ſeqq. alia plura ad idem facientia adducit, & præcipuè tex. d. l. ſi ex pluribus. Limitatur tertiò, vt talis renuntiatio † non præiudicet Principi, quin ſiue ad inſtantiam partis, ſiue ex officio poſſit non obſtante renuntiatione, partem ad ius ſuum reſtituere, vt apertè ſentit Hoſt. d. tit. de renunt. §. quæ poſſunt renuntiari, verſic. aliud ſingulare, per text. in cap. cum veniſſent. de inſtit. & cap. cum tempore, de arbitr. per quem text. necnon in cap. cum olim, il 2. de priuil. & cap. 2. de reſtit. in integr. Abb. d. cap. cum tempore, not 5. & in cap. ad audientiam, col. 5. de præſcript. Rom. conſ. 369. Card. conſ. 38. in fi. hoc ipſum docet Dec. in cap. cum acceſſiſſent, num. 17. verſic. quarta concluſio Abbatis eſt, de conſtit. Limitatur 4. vt † donec talis renuntiatio ſit acceptata à ſuperiore, nimirum qui priuilegium conceſſit, poſſit qui renuntiauit, adhuc eo priuilegio vti, per ea, quæ generaliter de renuntiante priuilegio poſt alios tra-

362 *Renuntiare litteris Cōſ. impetratis vel præſentatis quis poſſit: & an*

363 *ſufficiat generalis renuntiatio.*

364 *Renuntians priuilegio eligēdi Conſ. aliis nō præiudicat.*

365 *nec ſibi in aliis:*

366 *nec Principis reſtitutionis.*

367 *nec ſibi donec renuntiatio à concedente ſit acceptata.*

Digitized by Google

dit Sanchez tract. de Matrim. lib. 8. diſput. 32. num. 2. 4. & 5.

368 Limitatur denique, vt generalis renuntiatio † non porrigatur ad priuilegium, & alia iura ignorata, quicquid voluerit Ang. in l. ſi certi, verſ. in gloſ. ſi. C. de teſtam. milit. quem refert Gabr. d. num. 5. nam regulare eſt, vt, quod quis neſcit, ei renuntiare non cenſeatur, vt adnotauit Hoſt. d. §. quæ poſſunt renuntiari num. 5. & §. qualiter, circa medium, per text. in l. is, qui, & l. ſubſtitutio, ff. de acquir. hered. l. mater decedens, ff. de inoffic. teſtam. & l. is, qui putat, ff. quib. ad li. proclam. non licet, & facit text. in l. 2. ff. de iudic. & meliùs in l. ſi per errorem, ff. de iuriſd. omn. iudic. vbi dicitur, nihil tam eſſe contrarium conſenſui, quàm errorem; & trita iuris regula eſt, ignorantiam facti excuſare.

Renuntiatio nõ extẽditur ad priuilegia ignorata.

369 Quarta & poſtrema concluſio. Probabilius mihi eſt, † Prælatum, ſeu Rectorem beneficij non poſſe renuntiare litteris Conſeruatoriis impetratis, ſeu priuilegio eligendi Conſeruatorem iam obtento, ita, vt in totum illud amittat. Probatur ex eo, quod poſt Innoc. in cap. accedentibus, de priuil. Bal. in conſ. 237. in 4. dubio lib. 4. Card. conſ. 130. col. 2. & Abb. in cap. cum acceſſiſſent, tradit ibi Dec. num. 18. de conſtit. non poſſe clericos renuntiare priuilegio conceſſo Eccleſiæ; quod etiam poſt Imol. & Butr. ibidem docet Fel. num. 29. ad finem. ex quorum doctrina id limitat, niſi priuilegium mixtim concerneret Eccleſias, & perſonas, prout in caſu cap. cum M. Ferrarienſis, eod. tit. de conſtit. Neque obſtat quòd per præſcriptionem quadragenariam tacitè renuntiare poſſit priuilegio, vt d. cap. accedentibus, atque etiam aliis modis, de quibus aliquid dicemus infra

Prælatus nequit in totũ renũtiare priuilegio eligendi Cõſeruatorem.

370 quæſt. vlt. nam licèt † taciti, & expreſſi eadem ſit vis, l. cum quid, ff. ſi cert. petat. cum aliis non multò ante ad id adductis; tamen nonnunquam etiam tacitum plus operatur, quàm expreſſum, & in ſpecie per præſcriptionem, vt adnotarunt Doct.

Taciti & expreſſi an ſemper eadẽ vis.

371 communiter d. cap. accedentibus, & gloſ. ac plerique alij in c. 2. de donat. Fel. in cap. cum acceſſiſſent, num. 29. de conſtit. & in aliis caſibus, de quibus inter ceteros Euerard. in loco legal. ab expreſſo ad tacitum, & contra, num. 16. & duobus ſeqq. ſed vbi etiam huiuſmodi renuntiatio à Prælato, ſeu beneficiato Eccleſiæ nomine facta mero iure teneat, ac valida ſit; ſi tamen ex ea læſa ſit Eccleſia, † poterit idem Prælatus, & beneficij Rector intra quadriennium petere reſtitutionem in integrum, iuxta

Eccleſia læſa in quærẽdis à Prælato quando poſſit petere reſtitutionem in integrum.

iuxta cap. 1. & tot. tit. de in integr. reſtit. cum ibidem not. per Doct. ac præſertim cap. 1. & 2. eodem tit. in 6. & Clem. vnic. eodem tit. idque vbi etiam in quærendis læſa fuit Eccleſia, vt in optione illius ſit vel agere contra Prælatum lædentem, vel petere beneficium reſtitutionis in integrum, poſt alios docuit Sanchez d. lib. 6. diſput. 4. num. 5. tract. de Matrim. Denique præter caſum, de quo in præced. concluſ. limit. 4. Si quis ſcire cupiat, † quandonam renuntians priuilegio, ſeu gratiæ non poſſit amplius ea vti, conſulat eundem Sanchez d. tract. de Matrim. lib. 8. diſput. 32. ferè per totam. Atque hæc de præſenti q. dicta ſint ſatis. 372

Renuntians priuilegio, ſeu gratiæ quando non poſſit his amplius vti.

QVÆRO *Nonò, An, expiret iuriſdictio & officium Conſeruatoris per expreſſam, vel tacitam reuocationem eiuſdem ab impetrante, ſeu eligente factam.*

Non quærimus hîc de reuocatione facta à Principe, ſeu eo, qui Conſeruatorem aliquem deputauit, de hac enim egimus ſupr. hoc eodem cap. quæſt. 1. Quibus nunc pauca quædam & quidem remiſſiuè tantùm adiicimus, quatenus Conſeruatores per modum priuilegij, ſeu facultatis eos eligendi aliquando præſertim Regularibus, aut piis locis conceduntur.

Si ergo ſcire quis cupiat, † quandonam Princeps cenſeatur voluiſſe reuocare huiuſmodi priuilegium, ſeu facultatem eligendi Conſeruatorem, peti poteſt ex his, quæ ſcripſit D. Menoch. tract. de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 37. num. 7. & 41. Eman. Roder. quæſt. regular. tom. 1. quæſt. 9. art. 3. per totum latiſſimè, & Thom. Sanchez tract. de Matrimon. lib. 8. diſp. 33. præſertim num. 8. aliique ab his allegati. Quando verò id feciſſe præſumatur per conceſſionem ſecundi priuilegij, colligi poterit ex traditis per eundem D. Menoch. eodem lib. 6. præſumpt. 40. per totam. 373

Facultas eligẽdi Conſ. quando cenſeatur reuocata per Principem.

Rurſus ſi aliquis quærat, quandonam priuilegium huiuſmodi tacitè reuocetur ex eo, quòd † non ſit reale, ſeu tranſeat in hęredem vel ſucceſſorem, ſed potiùs perſonale, ſumere id poterit ex eodem Menoch. d. tract. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 103. ferè per totam & lib. 6. præſumpt. 76. num. 40. Quòd ſi conceſſum etiam ſit, vt in hæredem tranſeat, an primum hæredem egrediatur, tangit Ant. Gabr. comm. concl. lib. 6. tit. de legib. & conſtit. concl. 2. num. 3. Et hæc quidem quoad tacitam reuocationem. 374

Quando ſit realis & tranſeat ad hæredẽ vel perſonalis,

Digitized by Google

Quoad expreſſam verò reuocationem talis priuilegij, ſeu
375 facultatis † quando à Principe fieri poſſet, conſulendus eſt
quãdo poſſit reuocari. idem Menoch.d.tract.de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 10. num. 29. Roder. d.art.3. & Ant.Gabr. latiſſimè id pertractans libr.3. commun.concluſ. tit.de iur. quæſit. non tollen. concl. 1. vſque ad 7. paſſim præſertim verò concluſ. 1. num. 17. 30. 31. 36. & ſeq.concl. 2. num. 1. 24. 28. & 30. concluſ. 3. num. 1. & 3. cum quatuor ſeqq. 11. 12. 17. 18. & 20. concluſ. 4. per totam concl. 5. num. 41. & tribus ſeqq. 46. 47. & 48. concl 6. num. 5. vſque ad finem, & concl. 7. ferè per totam, quæ eſt, quòd Princeps ſimplex priuilegium ſubdito conceſſum etiam abſque cauſa poteſt reuocare, Sanch.d.diſp.33. per tot.

His ergo præmiſſis, vel potiùs prætermiſſis illud præcipuè in hac quæſt. agemus, An, & quando iuriſdictio, & officium Conſeruatoris expiret per expreſſam, vel tacitam reuocationem ab eo, qui Conſeruatoriam impetrauit, vel vigore priuilegij, ſeu facultatis eligendi ſibi Conſeruatorem, eum iam elegit, ſed poſtea tacitè vel expreſsè eum reuocare contendit; quod ſanè aliquot propoſitis concluſionibus abſoluemus.

376 Prima concluſio. Regulares in Italia exiſtentes † Conſer-
Regulares in Italia quãdo poſſint reuocare vel mutare ſuũ Cõſeru. ſemel electũ, aut electi nomẽ indicare ordinarijs. uatores ſibi eligere debent coram quibus conueniantur, ac ſemel electos non niſi in Capitulis Prouincialibus mutare valent, eorumdémque nomina intra menſem à die electionis Epiſcopis locorum ordinariis debent indicare, alioquin coram ipſis Ordinariis conueniri poſſunt. ita per ſacras congregationes ſuper interpretatione ſacri Concilij Trident. & ſuper Regularibus iuſſu fel. rec. Gregorij XIII. declaratum fuiſſe teſtatur Io.Bapt.Confett. in ſummar. mater. priuileg. ord. Mendic. tit. 4. cap. 9. & quamuis paulò aliter apud alios legatur in duabus declarationibus ſacræ Congregationis Illuſtriſſimorum Cardinalium interpretum Trident. Concil. nimirum ad ſeſſ.7.cap. 14. & ſeſſ. 14. cap. 5. de reform. tamen prædicta verba, aut ſaltem ſenſus reſultabũt ex his duabus declarationibus mox memoratæ Congregationis interpretum Concilij iuncta aliqua alia declaratione d. alterius Congregationis ſuper negotiis Regularium; quam declarationem ego ſanè videre non potui ſed vidit, vt arbitror, Confett. qui quidem in loco allegato ad huius eiuſdem concluſionis confirmationem illud quoque affert fundamentum, quòd, cum perſona iuxta eorum priuilegia in

Con

Conſeruatorē † à Regularibus electa ſtatim à ſummo Pontifi- 377
ce,& ſede Apoſtolica deputata ſit, & eſſe cenſeatur, vt in pri- *Regulariū*
uilegij Iulij I I. Clementis V I I. & Pij V. declaratur, ab eodem *Conſ. cēſetur*
ſummo Pontifice dumtaxat, vel cui committendum duxerit, *à Papa de-*
& non ab ipſis Regularibus poteſt ab officio remoueri, ſeu il- *putatus,*
lo priuari, ſtante dictæ ſedis Apoſtolicæ deputatione, qua me-
diante intrat vulgata iuris regula, quòd † vbi ſuperior manus 378
appoſuit, inferior ibi ſeſe ingerere minimè valet, de qua in c. *Inferior an*
vt noſtrum, de appellat. cum ſuis concordant. quæ mox alle- *poſſit ſe in-*
gabimus. Verùm hoc poſtremum fundamentum meo ſanè iu- *gerere vbi*
dicio locum obtinere non poteſt, niſi fortè cum vnicus Con- *ſuperior ma-*
ſeruator deputatus eſt, vel data facultas vnicum eligendi, non *nū appoſuit.*
autem cum plures; hoc enim caſu non dicitur inferior manum apponere, vbi ſuperior manum appoſuit, ſed par, hoc eſt, alius delegatus ab eodem ſuperiore cum pari auctoritate, vt patet ex cap. bonæ memoriæ, de poſtul. Prælat. cap. licèt, de offic. legat. cap. paſtoralis, de offic. ordin. cap. Eccleſia S. Mariæ, vt lit. pend. & cap. vt noſtrum, de appellat. cum ibi not. & ſuis ſimil. vnde prædicta iuris regula ſumitur; quod enim per alium facit ſuperior, per ſe ipſum facere videtur, vulg. reg. qui facit de reg. iur. in 6. quam ad quid ſimile præter Doct. ibi allegat gloſ. recepta in cap. fin. de conſuet. in 6. verbo, ordinatur, ad idem adducens text. in cap. cum aliquibus, de reſcript. & cap. hi qui, de præb. eodem lib. Accedit quòd ſolent Regularibus, vt idemmet Confett. fatetur d. tit. 4. cap. 7. verſic. articulum verò, & aliis quoque, vt ipſe legi, ac videre eſt ex formulis Conſeruatoriarum, ſupra cap. 2. quæſt. 2. inſertis, ſolent inquam concedi litteræ Conſeruatoriæ, aut facultas eligendi vnum, vel plures Conſeruatores cum illa clauſula; articulum verò ab altero Conſeruatore inchoatū alter proſequi valeat, etiamſi inchoans canonico impedimento non fuerit præpeditus, & tam in cœ-
ptis, quàm in non cœptis procedere, ac ſi omnia, & ſingula co- 379
ram eo cœpta fuiſſent. *Iuriſdict. &*
Secunda concluſio. Secluſis prædictis Congregationum *off. Conſeru.*
memoratarum decretis, vbi præſertim ea recepta non ſunt *prius electi*
aut notificata, aut vbi plures Conſeruatores fuerint aliis per- *cū clauſula,*
ſonis, quàm Regularibus deputati; † ſi quidem Conſeruato- *articulū ve-*
riæ litteræ, vel facultas plures eligendi Conſeruatores prædi- *ro, &c. an*
ctam habeant clauſulam, de qua in fine præced. concl. indiſtin- *& quando ceſſet.*

ſtè poterit mutari Conſeruator, nec tamen expirabit in inchoante, ſeu electo iuriſdictio, & officium, ſed vtrumque in habitu retinebit, donec denuò ad eum impetrans recurrat; quo caſu iuriſdictionem aſſumet, ſeu recipiet in actu. Si verò non adſit prædicta clauſula, & tamen plures Conſeruatores dati ſint, ſeu facultas plures eligendi, ſecus erit dicendum. Prior pars concluſionis facilè patebit cuique vim dictæ clauſulæ ponderanti; vnde in illius confirmatione vlteriùs non inſiſto.

380 *Mutari quãdo poſſit primus Cõſeruator vbi plures dati ſunt.*

Poſterior pars † probatur ex ſufficienti partium, ſeu caſuum enumeratione. Nam vel ſunt plures dati ſimul, & tunc non habet locum variatio, ac mutatio, ſed debent ſimul procedere, aliàs proceſſus non valet iuxta cap. cauſam matrimonij, cap. cum cauſa, & cap. vno delegatorum, quod eſt pen. de offic. deleg. cum ſimil. vel ſunt dati cum clauſula, quod ſi non omnes, &c. aut illa, ſi ambo non poteſtis, &c. & tunc debet priùs conſtare de impedimento illi, vel illis Conſeruatoribus, qui ſoli vellent procedere, aliàs nulliter procedunt, vt de delegatis habetur in cap. ſciſcitatus, de reſcript. cap. licèt, cap. prudentiam, in princ. & d. cap. cum cauſa, de off. deleg. vel denique dati ſunt in ſolidum; & tunc ſeruanda erit diſpoſitio cap. cum plures, de off. deleg. in 6. quod ipſorum quilibet iniunctum quidem poſſit liberè adimplere mandatum, vno tamen eorum negotium inchoante commiſſum, alij nequeant ſe vlterius intromittere de eodem, niſi vel infirmitate, vel alia iuſta cauſa illum contingeret impediri, aut ſi nollet, vel malitioſè in eo procedere recuſaret; quem text. ad hunc caſum allegauit Eman. Roman. Roder. quæſt. regular. tom. 1. quæſt. 65. art. 5. ac præterea generatim in Conſeruatore quoque locum habere ſuperius admonuimus ex gloſ. recepta d. cap. fin. verbo, expirare, de off. deleg. in 6. Et ex eo liquet, quòd iam ſæpiùs docuimus, paucis quibuſdam exceptis, à delegato ad Conſeruatorem rectè argui

381 *Impedito inchoãte delegato quãdo poſſit collega datus in ſolidum procedere.*

poſſe tanquam à genere ad ſpeciem, præcipuè cap. 7. quæſt. 8. ſuppoſ. 3. cum & ipſe Conſeruator iudex ſit delegatus, vt ſupra cap. 2. quæſt. 2. & d. cap. 7. quæſt. 1. ſatis oſtendimus. Ex quo ſequitur, vt in pluribus Conſeruatoribus in ſolidum datis ſeruandum ſit, quod de pluribus delegatis tradit gloſ. ab aliis approbata, d. c. cum plures, verbo, recuſaret, vt † delegato inchoante impedito collega poſſit procedere, niſi inchoans ſubdelegatum

tum

d by Google

tum daret, & ceſſante impedimento, qui inchoauerat reſumere non poſſit iuriſdictionem, & cauſam, niſi & ille, qui interim cauſam ſumpſerit, impediretur, vel procedere nollet, iuxta d. cap. cum plures, per cap. ſi duo, cum ibi notat. de procurat. eod. lib. Quoniam verò initio huius concluſionis diximus, vbi prædicta decreta non ſint recepta; aut vbi plures Conſeruatores aliis, quàm Regularibus fuerint deputati; poſſet quis dubitare, quando dicatur decretum aliquod, vel lex recepta, vel non recepta; item quinam veniant nomine Regularium, & præcipuè an eorum appellatione veniant Equites, ſeu milites, qui omnia vel aliquod trium votorum ſubſtantialium Religionis emittunt, quæ quidem breuiter explicabimus, vt quiſque ſciat quinam iis Congregationum decretis comprehendantur; vnde etiam magis explicata manebit tam præcedens, quàm ſequens concluſio, ac ſimul quæſt. vlt. cap. 6. & pleræque aliæ quæſt. huius cap. in quibus ex Concil. Trident. ſeſſ. 14. cap. 5. de reform. aut aliàs mentionem fecimus de Conſeruatoriis litteris Regularibus conceſſis.

Quoad primum igitur dicimus, quòd † cum lex non obliget, niſi non modò promulgata ſit, vt probatur in Auth. vt fact. noua conſtit. §. ſentimus, & § ne igitur, necnon cap. 1. vbi Abb. & alij de poſtul. prælat. cap. in iſtis, §. leges, diſt. 4. & cap. propoſuiſti, vbi gloſ. diſt. 82. qua de re præter Doct. ibi tradit Vgol. tract. de cenſur. tab. 1. cap. 9. § 7. & ante eum Ant. Gabr. commun. concluſ. lib. 6 tit. de reg. iur. concl. 4. & Menoch. tract. de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 3. & de arbitrar. iudic. caſ. 185. per totum; verùm etiam † vſu recepta, vt docet Gratian. d. §. leges, & tradunt gloſ. & Doct. communiter tum ibi, tum in cap. 1. de treg. & pac. & poſt alios ex communi ſcriptum reliquit Couar. lib. 2. var. reſol. cap. 16. num. 6. Menoch. d. lib. 2. præſumpt. 2. num. 1. & Vgol. dict. cap. 9. §. 9. vbi tamen num. 4. rectè admonet, ſufficere quòd à maiori parte ſit recepta, Menoch. verò d. præſumpt. 2. & tribus ſeqq. ſatis oſtendit, † legem conditam & promulgatam non præſumi vſu receptam. Quòd ſi quæras, quantum temporis ſpatium elapſum eſſe debet à die promulgationis, vt iure dicatur lex non eſſe vſu recepta, † atque adeo non obligare. Reſpondeo cum Couar. d. cap. 16. num. 6. verſic. ſunt qui huius, poſt Imol. & Fel. d. cap. 1. num. 13. de treg. & pac. & Iaſ. in l. rem non nouam, § patroni, C. de iudic. quòd,

382 *Lex nõ obligat niſi promulgata ſit.*

383 *vel vſu recepta:*

384 *An præſumatur vſu recepta.*

385 *Abrogata quando dicatur.*

quòd, licèt conſtitutio ſemel admiſſa non tollatur conſuetudine, niſi legitimè ſit præſcripta, hoc eſt, ſpatio quadraginta annorum, ſaltem de iure canonico, cap. vlt. cum ibi not. de conſuet. tamen tunc dicitur legem non fuiſſe receptam, quando Principe ſciente per aliquot actus contrarios excluditur, eo autem ignorante vbi per decennium lex negligitur, & omittitur, nec vllo pacto admiſſa fuerit.

386 *Regulariũ nomine qui veniant.* Quoad ſecundum verò dicendum regulariter † Regularium nomine venire omnes, qui trium votorũ ſolemnem profeſſionem emittunt, vt ſatis colligitur ex cap. cum ad Monaſterium, de ſtat. Monach. cum traditis per Doct. ibi, & tot. ferè illo tit. ac rubr. & cap. porrectum, cap. ex parte, & alibi paſſim in tit. de regular. necnon in cap. conſuluit, qui cleric. vel nou. atque adeo non modò Monachi, & Canonici regulares, ſed & quicumque clerici Regulares, ac prætereà etiam †

387 *Clerici Societatis Ieſu Regulares cenſentur.* clerici Societatis Ieſu, tum quòd & ipſi aliquando profeſſionem ſolemnem emittunt, tum ex ſpeciali priuilegio, ſeu potiùs declaratione Gregorij XIII. ſummi Pontificis. Quinimmò † & Equites

388 *Equites Hieroſolymitani, ſunt Religioſi ac Regulares. Immo* Hieroſolymitani, & ſi qui alij ſunt ſolemniter vouentes, ſeu profitentes paupertatem, caſtitatem, & obedientiam verè ſunt Religioſi, & Regulariũ nomine veniunt. ita ſentiunt D. Thom. 2. 2 quæſt. 186 art. 4 ad 3. Sot. lib. 7. de iuſt. & iur. quæſt. 5. art. 3. Nauar. conſ. 9. num. 6. de his, quæ vi metúſve ca. ſi. & conſ. 10. & 11. aliàs 13. 21. & 23. de regular. necnon cap. non dicatis, nu. 88. cap. fin. 16. quæſt. 1. in 3. quæſt. num. 51. & in Apolog. ſeu tract. de redit. Eccleſ. quæſt. 1. monit. 55. & quæſt. 3. monit. 11. 12. 13. 27. 28. & 29. Molin. lib. 2. de primogen. cap. 9. num. 69. & alter Molin. de iuſt. & iur. tom. 1. tract. 2. diſput. 141. circa medium, & Io. Azor lib. 13. Inſtit. Moral. cap. 3. quæſt. 2. & cap. 4. quæſt. 4. part. 1. vbi etiam in idem allegat Aragon. 2. 2. quæſt. 88. art. 11. Id ipſum tenet Cordubenſ. in ſumm. quæſt. 148. ac poſt Greg. Lopez l. 1 tit. 7. part 1 ſent. ord. & alios, quos allegat, fusè tradit Eman. Roder. quæſt. regular. tom. 1. quæſt. 1. art. 6. & tom. 2. quæſt. 2. art. 7. circa initium, ac Thom. Sanchez tract. de Matrim. lib. 8. diſput. 9. num. 16 poſt eundem Eman. Roderic. in Bulla Cruciat §. 9. num. 123. & Lud. Lopez 2. par. inſtr. cap. 9. ſed præter hos idem voluit gloſ. in cap. quiſquis, 17. quæſt. 4. & ibidem inter alios Archid. ac prætereà Io. An. in rubr. de regular. in Decretal. Greg. gloſ. 2. recepta in Clem. 1. de decim. Fortun.

tun. Garſ in conſil. edito pro militia S. Iacobi, 2. part. verſic, præterea, Franciſc. Sarmient. lib. de redit. Eccleſ. part. 4. cap. 1. num. 13. Nau lib. 3. conſ. 108. & 509. ac demum Couar. in 4. lib. Decretal. de Matrim. part. 2. cap. 3. §. 1. num. 18. licèt in contrarium alleget Abb. in cap. quamuis, de decim. & in rubr. de regular. Ang. verbo, Religioſus, num. 1. Silueſt. verbo, Religio, il 1. quæſt. 1. Armill. verbo, Religio, num. 1. & Mandoſ. ad reg. 3. Cancellar. quæſt. 11. docentes hos etiam milites tria vota profitentes eſſe impropriè Religioſos; quorum tamen opinio tenenda non eſt, ſed prior, nimirum hos eſſe verè Religioſos tum quia communior, tum quia verior, quoniam habitus Monachum non facit, ſed profeſſio Regularis, d. cap. conſuluit, qui cleric. vel vouent. & cap. porrectum, & cap. ex parte, de regul. Sicut etiam † tenendum puto cum auctoribus vtriuſque ſententiæ (Nauar. Roderic. vtroque Lopez, & Fortun. exceptis, quibus contrarium placuit,) Milites eos, ſeu Equites, qui vel nullam caſtitatem, vel ſolùm coniugalem vouent, non eſſe verè, ac propriè Religioſos; quod etiam tenuimus in tractat. de option. canon. cap. 2. num. 45. atque adeo Regularium nomine non comprehendi, tum per text. d. cap. cùm ad Monaſterium, in fin. vbi Innoc. III. ait, abdicationem proprietatis, & cuſtodiam caſtitatis ita eſſe annexam regulæ Monachali, vt contra eam nec ſummus Pontifex poſſit licentiam indulgere: tum per ſingularem doctrinam D. Thom. loc. cit. dum ſcriptum reliquit, illos viuendi modos, vbi eſt Matrimonialis vſus, non eſſe ſimpliciter, & abſolutè Religiones, ſed ſecundum quid, quatenus ſcilicet quædam habent, quæ ad Religionis ſtatum pertinent; idque ſolum concludunt fundamenta Nauar. & Fortun. ac tandem fatetur Roderid. d. art. 6. vel illud ad ſummum, hoſce milites caſtitatem ſimpliciter non vouentes gaudere in aliquibus priuilegiis Religioſorum, & perſonarum Eccleſiaſticarum, quod non ægrè fatebor cum Azore d. cap. 3. quæſt. 2. & 3. rectè adnotante, † non idem fore gaudere priuilegiis Religioſorum, & eſſe Religioſum, id quod ipſe non probat; ex eo autem ſatis conuincitur, quòd Nouitius in aliqua Religione approbata, quamuis clericus non ſit † gaudet priuilegio canonis, cap. Religioſo, §. 1. de ſent. excomm. in 6. & fori, vt poſt Abb. id latè tradentem in cap. cùm contingat, num. 21. & ſequ. de iudic. Io. An. Gemin. & Franc. in cap. beneficium, de regular.

389 ſoli inter Equites.

390 Religioſum eſſe & gaudere priuil. Relig. non idem eſt

391 Nouitius Religionis approbatæ licèt clericus non ſit, gaudet priuileg. canonis & fori.

in 6. eundem Gemin. & communem d. §. 1. reſoluit ipſemet Nauar. in Man. cap. 12. num. 65. iuxta poſtremam impreſſionem, vbi etiam docet, eum cenſeri Eccleſiaſticam perſonam, arg. cap. duo ſunt, 12. quæſt. 1. & tamen Religioſus, ac Regularis verè non eſt, vt ſentit idemmet ibi, ac Doct. d. cap. beneficium, & cap. 1. de regular. in 6. atque in ſpecie ſatis probat Io. Azor d. part. 1. Inſtit. Moral. lib. 12. cap. 2. quæſt. 1. & 3. præcipuè ex eo, quòd habitus non facit Monachum, ſed profeſſio Regularis, vt dicitur in dict. cap. conſuluit, cap. porrectum, & cap. ex parte.

Quamuis autem hæc ita ſint, vt nimirum Regularium, ac
392 Religioſorum nomine † ſiue materia ſit fauorabilis, ſiue ſecus, veniant Equites Hieroſolymitani, & alij emittentes tria vota ſolemnia, vt ſufficienter oſtendit Azor d. cap. 4. quæſt. 4. quod etiam ex eo ſuadetur, quòd Equites Hieroſolymitani ex ſpeciali priuilegio habent, vt non contineantur ſub iure aliorum Religioſorum quoad odia, & rigores, vt ex Aragon. d. artic. 11. teſtatur Eman. Roder. d. quæſt. 1. art. 6. non item alij Equites, qui caſtitatem tantum coniugalem vouent, licèt diſpoſitio ſit fauorabilis, quicquid voluerit ibidem Azor. cuius fundamenta quoad hoc non vrgent, ſed ſolùm probant in quibuſdam odioſis à nonnullis ſummis Pontificibus vel hos, vel generatim Equites fuiſſe ſpecialiter exceptos, à Gregorio quidem XIII. poſterioris generis Equites à prohibitione Pij, ne Religioſi intereſſent agitationi taurorum; à Clemente autem VIII. Religioſos militares à ſua cõſtitutione largitionem munerum prohibente Regularibus cuiuſuis Congregationis, Societatis, & inſtituti, dum ſtatim ſubdit, non tamen Militiæ, etſi quoad hoc dici etiam poteſt, Clem. VIII. de ſolis Militiis, quæ verè ſunt Religiones, ſenſiſſe; vel has quidem excluſiſſe per viam exceptionis, & exemptionis, illas verò, quæ impropriè Religiones ſunt, per viam declarationis; Gregorium XIII. illud permiſiſſe impropriis Religioſis per viam declarationis; vel dumtaxat Azor. fundamenta concludunt, prædictos poſterioris generis Equites aliquo modo, ſeu ſecundum quid Religioſos eſſe, atque adeo non comprehendi in odioſis nomine Religioſorum, non autem quòd comprehendantur in fauorabilibus, quod expreſsè negarunt Abb. d. rubr. de regular. Silueſt. verbo, Eccleſia, il 2. quæſt. 6. & Religio 1. quæſt. 1. & Ang. verbo, Religioſus,

Equites an veniant nomine Religioſorum in materia fauorabili vel odioſa.

gioſus, num. 4. ob eam rationem, quòd hi Equites profitentes ſolum caſtitatem coniugalem, neque etiam latè, & amplè Religioſi ſunt.

Quamuis inquam hæc ita ſint; Nihilominùs, quod ad noſtras huius quæſt. concluſiones attinet, putarem, † non modò Equites, qui coniugalem dumtaxat, ſed qui ſimpliciter caſtitatem ſimul cum paupertate, atque obedientia ſolemniter vouent, memoratis prædictarum Congregationum decretis non comprehendi, quicquid etiam in quibuſdam Concilij decretis in contrarium contendat Roder. d. tom. 2. quæſt. regul. quæſt. 2. art. 7. ſicut etiam ſacra Congregatio, teſte ipſo Azor d. cap. 4. quæſt. 2. declarauit, Concil. Trident. ſeſſ. 25. cap. 15. de regular. vbi ſtatuitur, vt in quacumque Religione tam virorum, quàm mulierum profeſſio non fiat ante 16. annum expletum, & niſi exacto anno in nouitiatu, non loqui de Militaribus Religionibus; vnde non eſt curandum de eo, quod Roder. d. art. 7. docet communiter teneri hoc decreto Concilij etiam Militares Religiones comprehendi; magis enim ſtandum eſt declarationi tantæ Congregationis; & ſicut iidem Equites, ſeu ſacri Milites non comprehenduntur decreto eiuſdem Concil. ſeſſ. 6. cap. 3. de reform. dum ibi cauetur, vt nemo ſecularis clericus cuiuſuis perſonalis, vel Regularis extra Monaſterium degens, etiam ſui ordinis priuilegij prætextu tutus cenſeatur, quò minùs, ſi deliquerit ab ordinario loci tanquam ſuper hoc à ſede Apoſtolica delegato ſecundùm canonicas ſanctiones viſitari, puniri, & corrigi valeat; vt rectè adnotauit Io. Azor d. libr. 13. Inſtit. Moral. cap. 4. quæſt. 3. part. 1. quicquid dubitet Nauar. conſ. 21. de regular. & expreſsè in contrarium velit Roderic. d art. 7. qui tamen vterque perperam legit hoc Conc. decretum dum illud verbum, ordinis, quod in emendatis codicibus eſt poſt ea verba, (etiam ſui,) ponit poſt illud, (cuiuſuis.) Ad id autem aſſerendum moueor non tam propter rationem, quam affert Azor, quia pœnæ, & odia iure, vel ſtatuto contra Religioſos conſtituta non trahuntur ad Equites, cum id non multò ante falſum eſſe oſtenderimus; ſed ob eam rationẽ, quod Concilium loquitur de clericis ſiue Secularibus, ſiue Regularibus; certum autem eſt ex prædictis ferè omnibus Doctoribus, præcipuè ex iis, quos refert, ac ſequitur Azor d. lib. 13. cap. 5. quæſt. 3. & text. cum ibi not. in cap. duo ſunt, 12. quæſt. 2. nec

393 *Equites etiã tria vota profitẽtes nõ comprehenduntur quibuſdã ſacræ Cõgregationis aut Cõc. Trid. decretis.*

non in cap. Eccleſia S. Mariæ, de conſtit. cap. fin. de reb. Eccleſ. non alien. cap. tuarum, de priuil. & cap. canonica, de ſentent. excomm. huiuſmodi Milites, ſeu Equites non eſſe † verè clericos, ſed potiùs laicos, Religioſos tamen, & in quibuſdam gaudentes clericorum priuilegiis, in omnem autem caſum ſolùm Miles, ſeu Eques vouens tria vota, qui degit extra Monaſterium, non autem intra hoc Trident. Concil. decreto continebitur, quod de his ſolis Regularibus loquitur. Iam verò non à ſimili, ſed directè, & in ſpecie probatur id, quod paulò ante diximus, Equites etiam tria vota ſubſtantialia emittentes non comprehendi prædictis ſacræ Congregationis declatationibus, quoniam negari non poteſt, quin potior ſignificatio huius nominis, Regularis, ſit de iis Regularibus, qui ſimul cum tribus notis etiam Regularium habitum non à laicis modò, verùm à clericis quoque Secularibus diſtinctum gerunt; certum autem eſt verba in dubio eſſe in potiori ſignificatione accipienda, l. 1. §. qui in perpetuum, ff. ſi ager vectig. vel emphit. petat. cum ſimil. præſertim, cum non ita ad amuſſim verba prudentum, & Doctorum ſint ponderanda, ſicut Legiſlatorum. Accedit quòd ſtatim poſt dictam declarationem ſacræ Congregationis interpretum Trident. Concil. ad dict. cap. 5. ſeſſ. 14. de reform. ſubditur S^mo^ approbante ſententiam Congregationis mandatum fuit anno 1573. omnibus procuratoribus Regularium notatis in ſchedula, vt intra menſem in ſingulis ciuitatibus Italiæ eligerent ſuos Conſeruatores, coram quibus conueniri poſſent; & eos ſtabiles habeant, ita vt variare non liceat, eóſque ordinariis ſignificarent, quod ni feciſſent, elapſo menſe, ſcribendum ad Ordinarios, quòd coram ipſis conueniri poſſent.

394 *Nec sũt clerici ſed laici Religioſi.*

Veriſimile autem eſt non fuiſſe in huiuſmodi ſchedula notatos procuratores huiuſmodi Militiarum, qui fortè Romæ non aderant. Prætꝫrquam quòd non conſtat, quòd tale mandatum factum fuerit vllis procuratoribus Regularium, & in omnem caſum; † cum ſit mandatum generale, non tamen per modum legis, dici poteſt illud expiraſſe per mortem Pontificis, iuxta gloſ. receptam in cap. à nobis, il 1. verbo, non niſi ſubditi, ad fin. de ſent. excomm. & per ea, quæ poſt alios adducit Menoch. de arbitr. iudic. lib. 1. quæſt. 69. num. 4. & Thom. Sanchez tract. de Matrim. lib. 8. diſp. 28. num. 47. ex quo ſimul

395 *Præceptum generale ſuperioris non habens vim legis, eius morte deſinit.*

habens

Google

habens ampliationem ad hanc, & ſequentem concl. & limitationem ad proximè præcedentem.

Tertia, & poſtrema concluſio. Circumſcriptis prædictis ſacræ Congregationis declarationibus, † vbi in ſpecie non ſit data facultas eligendi ſibi plures Conſeruatores, non ſolùm expreſsè poterit vnus Conſeruator reuocari, & alter ſubſtitui, ſed etiam tacitè. Pro cuius concluſionis quoad vtramque partem comprobatione ſuppono, vbi contrarium non reperitur deciſum, † ſumi poſſe argumentum à procuratoris conſtitutione, ad iudicis deputationem, vt ſatis colligitur ex l. & quia, ff. de iuriſdict. omn. iudic. cap. licèt, de offic. deleg. & gloſ. recepta, ibi, & in cap. non iniuſtè, verbo, cum aliis, de procurat cap. is, qui, & cap. ſi duo, eod. tit. in 6. & cap. cum plures, verbo, recuſaret, de off. deleg. eod. lib.

396 *Mutari quãdo poſſit Conſ. à non habente facultatẽ plures eligendi.*

397 *Arg. à cõſtitutione procuratoris, ad deputationẽ iudicis an procedat.*

Probatur nunc prior pars concluſionis, quoniam procurator † expreſsè reuocari poteſt, cap. ex parte Decani, de reſcrip. cap. ex inſinuatione, cap. in noſtra, & cap. mandato, de procur. necnon cap. quamuis, eod. tit in 6. in quibus etiam, & aliis iuribus agitur, quando, & quomodo reuocatio debeat innoteſcere procuratori, aduerſario, vel iudici; d. autem cap. quamuis, habetur procuratorem ad iudicia poſſe reuocari ante litem conteſtatam etiam abſque cauſa, poſtea verò non niſi ex cauſa rationabili; in caſu autem noſtro dicendum erit de iudicis, ſeu Conſeruatoris electione, vt ante tranſmiſſam citationem reuocari poſſit etiam ſine cauſa, poſtmodum autem non ſine cauſa; ſicut enim reſpectu procuratoris dicitur res non eſſe integra per litis conteſtationem, ita reſpectu iudicis per citationem, cap. gratum, de off. deleg. cap. licet, de offic. leg. cum aliis allegatis ſupr. hoc ipſo cap. quæſt. 2. præmiſſ. vlt. Si tamen quis elegerit ſibi Conſeruatorem cum clauſula, donec eum duxerit reuocandum, tunc exiſtimarem, poſſe quandocumque, etiam poſtquam Conſeruator electus vſus eſt iuriſdictione cum reuocare, & alterum ſubrogare, arg. cap. ſi delegatus, cum ibi not. de off. deleg. in 6. Poſterior pars concluſionis ex eo patet, quoniam taciti, & expreſſi regulariter eadem eſt vis, vulg. l. cum quid, ff. ſi cert. pet. cum ſimil. Difficultas autem illa remanet, quando dicatur tacitè reuocata huiuſmodi Conſeruatoris deputatio. Et quidem quoad procuratorem conſtitutum, quando ſiue expreſsè, ſiue tacitè reuocetur, ſeu mandatum ſoluatur,

398 *Procurator expreſsè & tacitè reuocari quando poſſit.*

Digitized by Google

latè tradit Card.Mantic.de tacit. & ambig. conuention. lib.7. tit.20.cum ſeqq. & quando is præſumatur, ſeu cenſeatur tacitè reuocatus, ſatis copioſè inter alios tractat Menoch. tractat. de præſumpt. lib. 2. præſumpt.36. qui quidem num. 1. cum tribus ſeqq. cum Sebaſt. Vant. tract. de nullit. tit.de nullit.ex defect. mand.comparent. num. 156. conſtituit regulam negatiuam, nimirum procuratorem non præſumi reuocatum; ſubdens tamen ab hac regula recedi præſumptionibus, & coniecturis, quarum plurimas ibi recenſet; eas ipſe dumtaxat afferam, quæ rei, de qua agimus, poſſunt accommodari. inter has verò num. 4. primò loco eam commemorat, quando dominus ab eo aufert inſtrumenta, libros rationum, & reliqua iura, quibus procuratoris officium exercebat; id autem in noſtra ſpecie continget, quando à Conſeruatore, quem quis elegit, aufert ſcripturas, & acta omnia iudicij, ac præſertim inſtrumentum electionis, ſeu deputationis eiuſdem in Conſeruatorem. Secunda coniectura eſt, quando nouus procurator fuit conſtitutus, vt probat text.d. cap. non iniuſtè, de procur. & per l. ſi quis cum procuratorio, §.vlt.ff. de procur. poſt alios tradit Vant.vbi ſup. num. 163. & Menoch. num. 11. quæ quidem procedit etiam vbi ſecundum mandatum eſſet inutile, vt quia procurator ſecundo loco conſtitutus illud non acceptaſſet, vt poſt Vant.ſupra num. 165. & alios probat idem Menoch. d. præſumpt. 36. num. 12. cum duobus ſeqq. poterit tamen hic ab abſente conſtitutus, quamuis dixerit mandatum præſentatum ſe nolle acceptare, illud adhuc acceptare, quamdiu conſtituens permanet in eadem voluntate, vt habetur in cap. licèt is, de procur. in 6. vbi gloſ. fin. recepta idem aſſerit in delegato, cuius officium eſt neceſſarium; ſed limitat, non procedere, vbi conſtitutus fuiſſet conditionaliter, vt ſi renuerit, conſtituo talem; nam tunc locus non erit pœnitentiæ. Ipſa verò principalis coniectura limitatur, vt non procedat, vbi ſecundus procurator conſtitutus fuit cum proteſtatione, quòd non intendit primum reuocare, vt poſt Soc. ſent. conſ. 17. num. 11. lib. 3. adnotauit Menoch.ſupr.num.22. & per text. in l. ſi pluribus, ff. de leg. 1. tradit glo 2. à ceteris approbata d.cap.non iniuſtè, & Rot.Rom. deciſ.2. de procur.in nou.

Pro hac verò eadem coniectura faciunt, quæ de collectore decimarum ſecundùm ſubcollectorem conſtituente ſcripſit

Bel

Bellene.tract.de ſubſid charit. quæſt. 106. & 109. poſt Rot.deciſ. 256. quæ apud me eſt 265. ſeu 9. ſub tit. de offic. deleg. & incipit,ſi collector,in nou.in qua deciſ. duo præcipuè definiuntur, quæ maximè ad rem noſtram conducunt; alterum, quòd † vbi non ſit limitata facultas vnum deputandi in ſubcollectorem; poterit collector plures etiam ſimul deputare; alterum, quòd vbi etiam facultas ſit reſtricta ad vnius deputationem, adhuc poterunt plures ſucceſsiuè deputari. Tertia eſt coniectura, quòd dicatur reuocatum mandatum, quando exorta eſt capitalis inimicitia inter dominum ipſum, & procuratorem, ita poſt Alber. & Iaſon. in l.procuratoribus,ex illo tex. C.de procur. tradit Menoch. ſupr. num. 24. vbi etiam ex gloſ. in cap. 2. de procurat. in 6. idem ait procedere, vbi inimicitia non eſſet capitalis; quinimmò Alciat.tract.de præſumpt.reg.2. præſumpt.16. verſic. limitatur iſta, generatim docet,procuratorem præſumi à domino reuocatum, quando cauſa superuenit, quæ ſi ab initio adfuiſſet, illum procuratorem non conſtituiſſet; Alciat. refert non diſſentiens idem Menoch. vbi ſupra num. 25. Qui etiam num. 26. aliam ſubiicit coniecturam reuocationis mandati, quando nimirum procurator ille tanquam perſona honeſta fuit electus, qui deinde effectus eſt nequam, & facinoroſus, in id allegans Fel.in cap.ex parte Decani, num. 21. de reſcript. ſicque intelligens Iaſ. in l. ſancimus, num.4.C.de teſtam. Num.autem 27. idem Menoch.aliam addit coniecturam, qua præſumitur reuocari mandatum, eáque eſt, quando dominus cederet,ac renuntiaret liti,propter quam conſtituerat procuratorem poſt Vant. ſupr. num. 168. & Rot. Rom. deciſ. 32. num.3. lib. 3. in nouiſſ. diuerſorum. Denique idem Menoch. d. præſumpt.36. à num.28. vſque ad finem poſtremam ſubdit, ac multipliciter declarat huius reuocationis coniecturam, cum nimirum dominus ipſe conſtituens deceſſit, per cap.licèt, de offic.deleg. l. ſi defunctus, ff.de procur.l. mandatum, C.mand. & §.rectè, Inſtit. de mand. verum vt rectè docet Menoch.eod.num.28. & de arbitrar. iudic.quæſt.69. num. 14. hæc non dicitur propriè mandati reuocatio, ſed potiùs mandatum finitum, & extinctum, & aliud eſt voluntatem ceſſare, aliud voluntatem reuocare, atque adeo hæc coniectura potiùs ſpectat ad materiam quæſt. 2. huius cap. vbi egimus de expiratione iuriſdictionis in Conſeruatore per mortem

399 Facultatem habẽs eligẽdi Conſeru. an poſſit eligere duos.

conce

concedentis, vel ad quæſt. 4. vbi diſputauimus, quando expiret in Subconſeruatore iuriſdictio per mortem ciuilem, vel naturalem ipſius Conſeruatoris. vel denique ad quæſt. 5. vbi tractauimus, an, & quando huiuſmodi iuriſdictio, vel officium Conſeruatoris expiret per mortem ciuilem, vel naturalem impetrantis. Ex iis porrò, quæ hucuſque in hac 9. quæſt. diximus ſatis ei factum exiſtimantes, ad decimam, eámque poſtremam huius eiuſdem cap. iam, ſi lubet, veniamus.

QVÆRO *decimò, & vltimò in hoc poſtremo cap. An, & quando iuriſdictio, & officium Conſeruatoris expiret per non vſum litterarum Conſeruatoriarum, ſeu facultatis eligendi Conſeruatorem.*

Cum ſupra hoc ipſo cap. quæſt. 8. egerimus de expreſſa renuntiatione ab eo facta, qui Conſeruatorias litteras impetrauit, quíve priuilegium habet eligendi ſibi Conſeruatorem: in ſeq. autem, ſeu hanc ſtatim præcedenti quæſt. de illa tacita renuntiatione, quæ ex eo reſultat, quòd talis impetrans, ſeu prædicto gaudens priuilegio alium Conſeruatorem eligit ab eo, quem priùs elegerat, reliquum eſt iuxta id etiam, quod initio d. quæſt. 8. propoſuimus, ac polliciti ſumus, hoc loco de aliis tacitis renuntiationibus agamus; hæ verò duæ potiſſimum poſſunt conſiderari; altera, quæ conſurgat ex ſimplici non vſu litterarum Conſeruatoriarum, ac priuilegij, ſeu facultatis eligendi ſibi Conſeruatorem; altera conſurgens ex non vſu, qui contrarium actum inuoluat. Id verò diſtinctis, vbi opus erit, poſitis concluſionibus abſoluemus. Mox pro complemento huius, ac plurimarum quæſtionum tam præſentis, quàm nonnullorum præcedentium capitum, illud ſubiiciemus, an, & quando contingente communi errore ſiue reſpectu perſonæ concedentis Conſeruatorem, ſiue ipſius Conſeruatoris, ſiue impetrantis, ſiue aduerſarij; nihilominùs actus iudiciales ſuſtineantur. Quoad priorem igitur ex propoſitis huius quæſt. partibus ſit

400 *Impetrans litt. Cōſ. poſt annum iis non vtitur.*

Prima concluſio. Si impetrans litteras Conſeruatorias contra certam perſonam † iis non vtatur intra annum, non poteſt poſtmodum opponente parte iiſdem vti. Probatur hæc concluſio per text. in cap. plerumque, de reſcript. vbi Innoc. III. ſummus Pontifex ſtatuit, vt † valeat ſecundum reſcriptum, licèt de primo non faciat mentionem, quo impetrans dolo, vel negligentia vſus non eſt intra annum, poſtquam copiam

401 *Reſcriptum ſecundū ſine mētione primi an valeat.*

piam iudicum habuit; quod idem, ſed abſque temporis determinatione cautum fuit in cap. ſi autem, eod. tit. vbi Lucius 3. decreuit, quòd valet ſecundum reſcriptum impetratum ab aduerſario non faciens mentionem de primo, ſi primus impetrans, cum copiam habuerit iudicis delegati, dolo, vel negligentia ſuo reſcripto vſus non fuit. Et quamuis gloſ. d. cap. plerumque in contrarium adducat, cap. capitulum Sanctæ Crucis, eod. tit. & cap. vt debitus, de appellat. in quibus iuribus indiſtinctè haberi videtur, quòd † qui priùs exhibet ſuas litteras 402
ille præfertur, atque adeo ſecundus impetrans, licèt non fecerit mentionem priorum litterarum aduerſarij, ſi priùs præſentet ſuas litteras, obtinebit, vt per ſuum iudicem procedatur, nec tenetur expectare aduerſarium vſque ad annum. tamen text. d. cap. capitulum Sanctæ Crucis, meo iudicio nihil obeſt, quoniam loquitur in reſcriptis non iuſtitiæ, sed gratiæ, in quibus † data attenditur, prout expreſsè loquitur ille text. & non 403
modò ponderatur à Doct. communiter, ſed ab ipſo canonis conditore tanquam pro deciſionis ratione ponitur, & aſſignatur illis verbis, (recepto in Canonicum, & in fratrem, aſſignatóque ſibi beneficio præbendali, qui ad eos prius mandatum Apoſtolicum reportauit, &c. huic ſimilis etiam eſt text. in cap. ex parte, il 1. de off. deleg. ſed ad idem quod in reſcriptis gratiæ attendatur data, non præſentatio eſt etiam text. in cap. eam te, & cap. conſtitutus, de reſcript. cap. tibi qui, & cap. duobus, eodem tit. in 6. & text. ad litteram, in cap eum cui, de præben. eodem lib. Quoad text. verò d. cap. vt debitus, ſicut gloſ. ibid. recepta, verbo, ſi dicat, verbo, delegato, & verbo, aſſignatæ, ſupplet illum text. vt intelligatur, dummodo res integra exiſtat reſpectu primi iudicis, hoc eſt, adhuc non tranſmiſſa citatione, iuxta cap. gratum, de off. deleg cum ſimilib. ita, vt tunc ſi poſterior in reſcripto illud præſentauit, & obtinuit citationem, præferatur priori in impetratione reſcripti, licèt eius mentionem non faciat; ſic ſuppleri poteſt ex dict. cap. plerumque, & cap. ſi autem, dummodo prior impetrans fuerit negligens intra annum, quia copiam habuit iudicis, cum expediat iura iuribus concordare, cap. cum expediat, de elect. in 6. & correctio iurium ſit euitanda maximè in eadem compilatione, iuxta id, quod ait Pontifex in procemio Decretal. & tradunt Doct. cum ibi, tum d. cap. cum expediat, prout eum text. d. cap.

Præſentans prius reſcriptũ quando præferẽdus.

Data in reſcriptis gratiæ attendẽda.

vt debitus, ſupplet inter alios Dec ibidem num. 15. & diſpoſitionem d.cap.ſi autem, & cap.plerumque non eſſe correctam, ſed adhuc durare apertè ſentiunt Innoc. Abb.Fel. & alij in dd. iuribus. Id quod ex eo etiam ſuadetur, quòd aliàs dicendum eſſet ſimul eſſe correctum, cap.2. & cap ceterum, de reſcript. cap.coram, de off. deleg. cap. inter Monaſterium, de re iudic. Et alia iura, in quibus habetur, non valere ſecundum reſcriptum non faciens mentionem de primo, atque adeo vno verbo, & quidem ferè incidenter poſito in d. cap. vt debitus, voluiſſe Pontificem tot iura ſubuertere, niſi velimus dicere cum Abb. cap. 1. num. 14. ſuper gloſ.fin.verbo, mandatum, de reſcript.(qui dicit, idem ſentire Doct.in d.cap. vt debitus, & tenere vtrobique Butr.) quòd attendatur forma excipiendi de prioribus litteris; aut enim primus impetrans conuentus per ſecundas excipit de prioribus, antequam eas præſentet iudici, & non auditur, quia videtur hoc facere in fraudem; & hoc caſu propriè loquatur d. cap. vt debitus; aut antequam excipiat, præſentat ſuas, & poſtmodum excipit de ſuis prioribus;& poſſunt ſeruari antiqua iura, vt ſtandum ſit primis, & non ſecundis litteris;ſícque euitatur correctio d.cap.ceterum,& aliorum iurium, quæ paulò ante allegauimus; quod quidem quantum poteſt,fieri debet,d.cap.cum expediat,& l.1.C.de inoff.teſtam. cum ſimilib.

Verùm quoad duo cap. ſi autem, & cap. plerumque, & vt
404 ſciamus, † quando primum reſcriptum reuocetur per ſecundum in prima inſtantia, quæ ſola regulariter habet locum in Conſeruatoribus, vt iam non ſemel admonuimus,diſtinguendum cum eodem Abb. d. cap. 1. num. 14. ac Dec num. 7. & 8. poſt d.gloſ.fin.quod aut primum reſcriptum eſt generale,& ſecundum ab aduerſario impetratum eſt ſpeciale, & attenditur ſecundum ſpeciale, vt d.cap.1. & cap.paſtoralis, de reſcript. ſiue in ſecundo fiat mentio de primo, ſiue non, quia mandatum ſpeciale derogat generali vt dicitur d. cap. 1. necnon cap. ſtuduiſti, de off.leg. & alibi ſæpe; quod intelligendum dicunt, niſi ante impetrationem ſecũdi ſit facta ſpecificatio generalitatis primi, vt d.cap.paſtoralis, in fin.de reſcript. & cap.ex tua,de fil. presbyt. & cap. ſi primum eſt ſpeciale, ſecundum generale, idem dicendum,vt ſpeciale præferatur, iuxta text. in cap. Abbatem, de reſcript. & not.in mox citatis iuribus, & in cap. generi,

Reſcriptum primũ quãdo reuocetur per ſecundũ in prima inſtantia.

neri, de reg. iur. in 6. Aut vtrumque eſt generale, & valet illud, cuius primò facta eſt ſpecificatio, vt ait Abb. ſupr. poſt Hoſt. arg. d. cap. paſtoralis. Aut vtrumque eſt ſpeciale; & tunc vel primum fuit impetratum de communi conſenſu partium, & non valet ſecundum, licèt faciat mentionem de primo, niſi etiam fiat ibi mentio de tali conſenſu, vt d. cap. ceterum. vel primum non fuit impetratum communi conſenſu; & tunc aut primus impetrans fuit negligens in præſentando; & valent ſecundæ litteræ ſecuta citatione, & ſic loquitur d. cap. vt debitus, iunctis notat. ibi per gloſ. & alios aut non fuit negligens, ſed † non potuit iudici ſuas litteras præſentare, & de hoc fuit proteſtatus, & tunc debet primus expectari vſque ad annum, & non ampliùs, iuxta d. cap. ſi autem, & cap. plerumque, de reſcript. & hoc idem tenet Fel. d. cap. 1. num. 9. in fin. poſt Franc. d. cap. vt debitus, col. 25. cum ſequ. & Butr. d. cap. ſi autem, & cap. plerumque; quæ tamen duo iura nihil loquuntur de proteſtatione; vnde nec eam requirunt Innoc. & alij d. cap. plerumque, quod idem dicendum erit ſi præſentauit primas iudici, ac citauit, ſed deinde nequierit primus impetrans habere copiam iudicis, vt expectare debeat per annum, & non vltra, ne lites fiant immortales, & præiudicium ei fiat, qui non poſſidet, per vlteriorem expectationem. Dixi autem in concluſione, opponente parte, quoniam † id in fauorem partis eſt introductum, vt poſt annum non audiatur primus impetrans, qui fuit negligens, cui poteſt renuntiare, vt plerique ſenſerunt d. cap. plerumque, & in ſimili tradiderunt Doct. communiter d. cap. ceterum. Infertur autem ex hac concluſione † poſteriores litteras non facientes mentionem de primis non eſſe nullas ipſo iure, aliàs non conualeſcerent poſt annum; quod enim nullum eſt ipſo iure, tractu temporis non conualeſcit, cap. non firmatur, de regul. iur. in 6. vt in ſpecie adnotauit Abb. Dec. & alij d. cap. ſi autem, idem Abb. d. cap. plerumque.

405 *Proteſtatio an facičda à primo impetrante nõ habente copiã iudicis vt expectetur ad annum.*

406 *Impetrans Conſeruatoriã poſt annum ea vtitur.*

407 *Littera poſteriores ſine mẽtione primarum poſt annum conualeſcunt.*

Limitatur verò eadem concluſio primò, † vt huiuſmodi dolus, & negligentia primi impetrantis in præſentando ſuas litteras non præſumatur, ſed probanda ſit ſaltem ſignis, & coniecturis ab ipſo opponente, vt adnotarunt Fel. & Doct. communiter d. cap. ſi autem, & Innoc. d. cap. plerumque; qui idem ſenſiſſe videtur etiam poſt annum, vt non præſumatur negligens vel doloſus; ſed verè vult cum ceteris, quòd ſaltem ne-

408 *Negligẽtia & dolus primi impet. nõ præſumitur in præſentando.*

409 gligentia præſumatur per lapſum anni. Qui quidem † incipit currere ex quo impetrans copiam habuerit delegatorum, vt gloſ. Innoc. & ceteri Doct. magis communiter tradiderunt d. cap. plerumque, argum. text. in l. 1. ff. de diuerſ. & tempor. præſcript. l. Attilicinus, ff. de ſeruit. ruſt. præd. & cap. biduum, 2. quæſt. 6.

Annus primi impetrãtis expectati quãdo incipit currere.

410 Limitatur 2. eadem concluſio, vt † ſi quidem nullæ poſteriores litteræ ab aduerſario impetrentur, priores non expirent etiam volente ipſo aduerſario per lapſum anni, ſed ex ſua natura ſint perpetuæ. ita Abb. Fel. Dec. & alij d. cap. ſi autem, idem Abb. & Innoc. d. cap. plerumque, per text. in l. falſo, C. de diuerſ. reſcript. quæ hunc canonem limitat, & ab eo ita limitatur, vt ſi quidem priores litteræ per poſteriores non reuocentur, durent ſaltem vſque ad 30. annos. aliàs, ſi quidem de iis mentio fiat in poſterioribus, ſtatim tollantur, ſi non fiat mentio, tollantur poſt annum data negligentia, vel malitia, ſeu dolo primi impetrantis; quod idem etiam ſentit Bart. Bald. & Caſtr. d. l. falſo relati à Dec. d cap. ſi autem, in princ. Vnde autem præſumatur dolus, aliquid ponit Fel. d. cap. ſi autem, num. 1. & 2. latiúſque proſequitur Menoch. tract. de præſumpt. libr. 4. præſumpt. 12. & libr. 5. præſumpt. 3. atque alibi ſæpe in eo tractat. & Sanchez tractat. de Matrimon. libr. 8. diſput. 20. poſt num. 53.

Litteræ impetratæ durãt poſt annũ ſi poſteriores non impetrẽtur.

411 Quid autem dicendum, † ſi concurrat facultas eligendi Conſeruatorem cum litteris Conſeruatoriis, ſeu deputationis certæ perſonæ in Conſeruatorem; vel concurrant plures huiuſmodi facultates, aut litteræ, quæ nimirum ex iis præferendæ ſint, & attendendæ, quoniam ad propoſitam quæſtionem de non vſu nequaquam pertinent pro hiſce articulis, cum incident, remiſiſſe lectorem ſufficiet, partim ad ea, quæ nos ſparſim diximus præcipuè in hac, & præced. quæſt. partim ad ea, quæ Abb. Dec & alij d. cap. 1. & cap. cæterum, de reſcript. tradunt de concurſu priuilegij cum reſcripto, aut plurium priui-

Cõcurrẽtib. eligẽdi Cõſ. facultatibus multis, quæ præferendæ.

412 legiorum, vel reſcriptorum; exiſtimo enim † facultatem eligendi Conſeruatorem ad priuilegium, litteras verò Conſeruatorias, ſeu deputationis certæ perſonæ in Conſeruatorem, ad reſcriptum pertinere, per notata à Doctor. dict. cap. 1. & fin. de offic. deleg. in 6. iunctis traditis per ſcribentes in rubr. de reſcript. in rubr. & cap. vt priuilegia, de priuileg. necnon in cap. priui

Electio Cõſeru. habet vim priuilegij: deputatio reſcripti.

priuilegia 3. diſtinct.cap. Abbate, de verb. ſignific. l. fin. ff. de conſtit.Princip.l.1.C.de iur.& fact.ignor.l.1. & 2. C. de diuerſ. reſcript. l. reſcripta, C. de prec. Imperat. offeren. & alibi ſæpe. Quando autem, & quomodo † obreptio, vel ſurreptio vitiet reſcripta, diſpenſationes, vel gratias, licèt in vna parte contingat, conſulendus eſt Sanchez d.diſput.20. & Doctor.ab eo cit. 413 *Subreptio & obreptio quãdo vitiet reſcripta, diſp.& gratias.*

Nos verò ad proprias huius quæſt.concluſiones tranſeamus; erunt autem præcipuè de facultate Conſeruatorem ſibi deligendi, quæ, vt diximus,priuilegij rationem, ac naturam ſortitur, quando ea per non vſum, vel contrarium vſum amittatur; ſi tamen duo priùs neceſſaria non omittamus. Alterum, quòd, † ſi in priuilegio ſit tempus determinatum, quo finem accipiat, illud attenditur, vt per text in l.quoties,C.de prec.Imperat. offeren. præter Doctor. ibidem adnotauit etiam inter ceteros Abb. in cap.cum acceſſiſſent, num.6. de conſtit. & ibi Fel. num.24. vbi Dec. num.14. id ipſum plurib. confirmat, præcipuè verò ex eo, quòd priuilegium debet ſeruari ſecundum quod in eo continetur,vt dicit notabiliter gloſ.fin.in cap.fin.de tranſlat.Prælat. & tenor priuilegij in primis inſpicitur,cap.porrò, & cap.accepimus, de priuileg. cum ſimil. Alterum, quòd † priuilegium regulatur ſecundùm cauſam eius tacitam, vel expreſſam,cap ſuggeſtum,de decim. l.generaliter, C.de Epiſc. & cler. Canonizata in cap. generaliter, 16. quæſt. 1. necnon l. Titia,§.vſuras, & ibi Bart.ff. de leg.2. id quod etiam adnotauit Eman.Roderic.quæſt.regul. tom.1.quæſt.9. art.4. poſt Bal.cap. ex litteris, de conſtit.& Franc. Crem. ſingul.47. id ipſum quoque docuit Abb.d.num.6. Fel.d.num.24. & pluribus comprobat eius Apoſtillator ibidem, & Dec.ſupra num.15. ſubdens id eſſe limitandum, ac declarandum, vt per Io.An. & alios in cap.decet, de reg.iur.in 6. Abb.d.cap.Abbate, ſuper gloſ.fin.atque ipſum Dec.in cap.cum ceſſante,de appell. Nunc ſit 414 *Priuilegiũ finẽ habet à tempore in eo præfixo.* 415 *Priuilegiũ regulatur ſecũdũ cauſam eius expreſſam vel tacitam.*

Secunda concluſio. Priuilegium, ſeu facultas alicui conceſſa deligendi ſibi Conſeruatorem, coram quo conuenire alios poſſit † non amittitur in Eccleſia, vel aliis per non vſum etiam tempore quadraginta annorum, ſed perpetuum regulariter eſt, & de ſui natura ſemper durat. Probatur primò, quoniam tam reſcriptum, quàm priuilegium aliquid faciendi † eſt de ſui natura perpetuum, prout de reſcripto eſt text.in l. falſo, 416 *Priuilegij eligẽdi Cõſ. coram quo alij conueniantur, duratio.* 417 *Priuilegiũ ad aliquid faciendũ eſt perpetuum.*

Digitized by Google

C.de diuerſ.reſcript. de priuilegio in cap.decet,de reg.iur.in 6.
418 cum ſimil. Secundò quia † iuri, ſeu facultati aliquid faciendi præſcribi non poteſt, l.viam publicam, ff.de via publ.cap. poſſeſſiones, 16. quæſt.1. cap. ſignificante, vbi Abb.& communiter alij, de appellat. gloſ. in cap. vt priuilegia, de priuileg. cum aliis adductis per Fel.d.cap.cum acceſſiſſent, num.26.verſic. limita ſecundò hanc regulam, Dec.num.17.verſic.tertiò prædicta concluſio, Ant.Gabr.commun.concl.lib.5.tit. de præſcript. concl.10. num.1.& Franc.Balb.tract.de præſcript.4.part.4 par. princ. quæſt.1. per totam; ſicut neque libero arbitrio præſcribitur, gloſ.in l. vnica, verbo, pro ſocio, & ibi Bald. C. de ann. except.Dec.d cap.cum acceſſiſſent, num.17. verſic.ſed tamen conſiderandum eſt, & alij relati pariter,ac laudati per Gabr.d. tit.de præſcript.concl.12.num.1. certúmque eſt, quòd per non vſum non tollitur facultas,ſeu nõ prȩiudicatur facultati actum faciendi, vt poſt Io. An. Abb. & alios in cap.fin. de conſuet. & cap.Ioannes,de cler coniug.latéque Roch.Curt.in repet.d.cap. fin.ſect.4.num.27. nos tradidimus in tract. de Opt.Canon.cap. 8.num.20. Et licèt Eman.Roderic. quæſt.regular.tom.1.quæſt. 9.art.5. verſ. quartò dico, vbi & ipſe ex communi docet priuilegium conceſſum ad liberam voluntatem alicuius eſſe perpetuum, id concedat de libera voluntate reſpiciente tempus priuilegij, vt, ſi dicatur, quando volueris,non autem de reſpiciente ipſum priuilegium,vt,ſi volueris; tamen,cum nihil ad id alleget, de eo non eſt nunc valde curandum. Quamuis etiam aliqui,vt Fel.d.cap.cum acceſſiſſent, num.26. poſt Butr.in cap. vt priuilegia, de priuil. Cald.tit.de præſcript. conſ.1. Gemin.in cap.fin.de conſuet. in 6. ex quibus aliquos etiam refert, ac ſequitur Gabr.d.concl.10. num.9. addens Lign.d.cap.fin. diſtinxerin^t^ de expreſſa, & tacita facultate, ſeu collatione facta in voluntatem priuilegiati, vt nimirum,ſi dicatur in priuilegio,vt poſſit tale quid facere, ſi voluerit, ſeu ad libitum voluntatis ſuæ, vel aliud ſimile,tunc tali facultati,ſeu priuilegio non præſcribatur; ſícque Fel. ſupr. intelligat gloſ. d. cap. vt priuilegia, pro quo eſt optimus text. iunctis ibi not.per Io. Ant.Butr.Gem. & ceteros in cap.fin.de conſuetud.in 6.quos retulimus,& ſecuti ſumus d.tractat. de Option. Canon. cap.8. num.18. & ſeqq. ex communi reſoluentes, conſuetudinem optandi nunquam tolli per non vſum; ibi enim dicitur, ſi voluerint,poſſint, cum vacant,

Facultati aliquid faciẽdi aut libero arbitrio non præſcribitur.

Digitized by

vacant, per ſe, vel alios meliores optare præbendas; ad idémque eſt text. in l. ſi ita legatum, §. illi, ſi volet, ff. de leg. 1. & l. nonnunquam, ff. de cond. & demonſtr. quòd ſi in priuilegio ſolùm dicatur, quòd poſſit priuilegiatus tale quid facere, tunc præſcriptio, & quidem decennalis admittatur, per text. in l. 1. ff. de nund. vbi ſimpliciter dicitur, nundinis impetratis à Principe non vtendo qui meruit, decennij tempore, vſum amittit. Quamuis inquam id ita ſe habeat ex prędictis Doct. tamen probabilius eſt, quod voluit Dec. d. cap. cum acceſſiſſent, num. 17. verſic. Sed tamen conſiderandum eſt, quòd non modò expreſſæ, verùm etiam tacitæ voluntati, & facultati aliquid faciendi non præſcribatur; quoniam ratio gloſ. d. cap. vt priuilegia, fundatur ſimpliciter in hoc, vt Abb. ibi poſt alios dicit, quia facultati aliquid faciendi præſcribi non poteſt; quæ ratio pariter militat in facultate aliquid faciendi conceſſa ſimpliciter, quia in tali facultate videtur eſſe liberum arbitrium, quod ſimiliter non præſcribitur; vnde non videtur in iſto caſu differentia inter voluntatem tacitam, & expreſſam, ſicut & regulariter eandem vim habent tacitum, & expreſſum, l. cum quid, ff. ſi cert. pet. videtur enim exprimi quod tacitè ineſt, cuius expreſſio nihil operatur, l. 13. ff. de leg. 1. vbi Bart. reſpondet ad iura ſupra in contrarium allegata. & ad text. d. l. 1. ff. de nund. † reſponderi poteſt cum Dec. d. verſic. ſed tamen primò ſpeciale eſſe in nundinis, vt in iis facultati aliquid faciendi præſcribatur, ídque propter præiudicium multorum. ita gloſ. d. l. falſo, C. de diuerſ. reſcript. quam ibi inter alios ſequitur Alberic. de Roſat. idémque tenet Io. de Fan. & Archid. in cap. 1. quod incipit priuilegia 25. quæſt. 2. Deinde reſponderi poteſt cum eodem Dec. ibid. ideo in caſu d. l. 1. amitti priuilegium per non vſum decennij, quia lex vlteriùs procedit ita diſponendo in eo caſu; atque adeo quicquid Fel. vbi ſupra, Azor Inſtit. Moral. part. 1. lib. 5. cap. 22. quæſt. 8. & alij aſſerant, aut faciant, † inde regula deſumi nequit, vt priuilegium aliquid faciendi per non vſum decennij amittatur. Verùm vbi etiam hæc regula admittatur, quam poſt alios ponit quoque Menoch. tract. de præſumpt. lib. 6. præſump. 41. num. 16. ea eſt omnino temperanda dupliciter, primò vt licèt in priuatis perſonis ſufficiat ſpatium decennij, in Eccleſiis tamen requiratur ſpatium quadraginta annorum, quicquid Dec. voluerit d. cap. cum acceſſiſſent, num. 17. verſic. ſed tamen

419 *Intellectus l. 1. ff. de nũd.*

420 *Priuilegio Eccleſiæ aliquid faciẽdi non niſi per annos 40. præſcribitur.*

Digitized by Google

men in vtroque dicto; nam hanc diſtinctionem contra Dec. tenet Abb. d. cap. cum acceſſiſſent, num. 6. Fel. num. 27. verſic. hanc limitationem, Imol. num. 7. & Burg. num. 227. Balb. tract. de præſcript. 4. part. 5. part. princip. quæſt. 4. limit. 3. quos etiam refert, ac ſequitur Menoch. d. num. 16. eiuſdem quoque ſententiæ eſt Eman. Rode. quæſt. regul. tom. 1. quæſt. 9. artic. 4. & latiùs tom. 3. quæſt. 51. art. 5. poſt Ægid. Boſſ. & alios. pro qua etiam facit, quoniam negari non poteſt quin hæc amiſſio priuilegij per non vſum ſit quædam præſcriptio; at verò contra Eccleſias inferiores regulariter non admittitur præſcriptio, niſi quadragenaria, cap. ad aures, & cap. de quarta, de præſcript. cum ſuis concord. Neque ratio Decij quoad hoc vrget, quòd nimirum text. d. l. 1. vtitur verbis generalibus; vnde, ſi Eccleſia
421 velit vti tali priuilegio, † debet vti eo modo, quo à iure ciuili diſponitur, vt not. in cap. 1. de nou. oper. nunc. & in cap. nouit, de iudic. & in ſimili de ſtatuto laicorum notat. Bald. in l. omni nouatione, C. de ſacroſanct. Eccleſ. & l. 1. quæſt. vlt. C. de contrah. empt. cum ſimilib. maximè cum materia non ſit odioſa, ſed fauorabilis, cum ad ius commune reuertatur, iuxta gloſ. in cap. ſtatutum, verbo, numerandum, de præbend. in 6. Reſpondetur enim ceſſare omnia prædicta cum in d. l. 1. non ſit conceſſum aliquod priuilegium Eccleſiæ, quo vti debeat cum ſuis qualitatibus, ſed ſolùm limitat tempus, quo quis amittit vſum nundinarum ſi eas impetret. Secundò temperatur prædicta regula, vt non procedat † vbi priuilegiatus vti non potuerit priuilegio quia caſus non euenerit vel quia fuerit impeditus, arg. cap. quia diuerſitatem, de conceſſ. præbend. & l. 1. C. de annal. except. cum ſimil. quod etiam latè comprobant inter ceteros Fel. d. cap. cum acceſſiſſent, num. 26. Dec. d. num. 17. verſic. ſecundò prædicta tertia concluſio, & Rot. Rom. apud Caputaq. aliàs Veral. deciſ. 279. part. 2. tradúntque etiam Azor d. quæſt. 8. necnon Io. An. & ceteri d. cap. fin. Atque in terminis priuilegiorum Regularibus conceſſorum tam hoc, quàm præcedens temperamentum tenet Io. Baptiſt. Confett. in ſummar. mater priuileg. ord. Mendic. tit. 3. cap. 3. ſicut & Roderic. dict. artic. 5.

Eccleſia an vtatur priuilegio legis, vel ſtatuti.

422 *Priuilegio nõ priuatur quis, eo non vtens, quia caſus nõ venit, vel fuit impeditus.*

Denique vbi etiam prædicta regula non admittatur, ſed ſimpliciter initio propoſitæ concluſioni inhæreamus; limitanda eſt huiuſmodi concluſio, vt non procedat vbi priuilegiatus facit

Digitized by Google

cit † contrarium actum ipſi priuilegio; quod in caſu noſtræ concluſionis accidet, vbi priuilegiatus, vt quis coram ſuo Conſeruatore alios conuenire poſſit, cùm caſus euenerit agendi contra aliquem, eum non coram ſuo Conſeruatore, ſed coram alio iudice conuenerit; tunc enim vbi agitur de priuilegio Eccleſiæ conceſſo per actus contrarios factos, ſpatio quadraginta annorum cenſetur renuntiatum priuilegio; atque adeo illud tollitur; priuilegio verò conceſſo aliis, quàm Eccleſiæ, licèt clerici ſint, cenſetur renuntiatum per vnicam contrauentionem, ſeu vnicum actum contrarium, vt patebit ex iis quæ ſtatim in ſeq. concl. adducemus; in hoc enim ſequens concluſio cum præſenti conuenit limitatione. Sit igitur 423

Priuilegiũ quando amittatur per actum contrarium. vide n. ſeqq.

Tertia, eáque poſtrema in hac priori præſentis quæſt. parte concluſio. Priuilegium, ſeu facultas deligendi ſibi Conſeruatorem, coram quo ita debeat quis conueniri, vt non poſſit, niſi ipſo volente corã alio iudice in ius vocari, † ſi quidem conceſſum fuerit Eccleſiæ amittitur per actus contrarios ſpatio quadraginta annorum obſeruatos; ſi verò aliis, quàm Eccleſiæ fuerit conceſſum, regulariter amittetur per vnum actum contrarium, nimirum patiendi, vt conueniatur coram alio iudice, quàm ſuo Conſeruatore. Prior pars concluſionis probatur ex cap. accedentibus, de priuileg. vbi habetur, quòd Eccleſia, locúſve pius priuilegiatus, ne ſoluat decimas, ſi eas ſoluerit per quadraginta annos, cenſetur renuntiaſſe priuilegio ſuo; ibíque id adnotarunt Innoc. Abb. & ceteri; idem Abb. inter alios d. cap. cum acceſſiſſent, quem refert quoque, ac ſequitur inter ceteros Summiſtas Silueſt. verbo, priuilegium, quæſt. ſeu num. 11. facit etiam cap. de quarta, & cap. ad aures, de præſcrip. cum ſimil. ex quibus habemus contra Eccleſias inferiores admitti præſcript. 40. annorum. Difficultatem verò aliquam facit text. in cap. ſi de terra, de priuileg. vbi de ſimili priuilegio non ſoluendi decimas dicitur, quòd ei renuntiatum cenſetur per ſolutionem decimarum factam ſpatio triginta annorum; quam quidem antimoniam Innoc. d. cap. accedentibus, pluribus modis conatur diſſoluere, inter quos ille eſt, quòd cap. ſi de terra, correctum ſit per cap. accedentibus, ita vt huic canoni nunc ſtandum ſit; quam ſolutionem amplectitur Abb. & ceteri dict. cap. accedentibus, necnon Fel. & alij d. cap. cum acceſſiſſent. Quinimmò quatenus ad priuilegia Regularibus conceſſa Con- 424

Priuileg. vt niſi volẽs corã alio quã ſuo Conſ. cõueniatur, Eccleſia non amittit per actus cõtrarios. niſi per annos 40.

fett. d.cap.3.duo admonet: Alterum, quòd nec etiam per quadragenariam præſcriptionem tolluntur priuilegia Regularium, cum ex indulto Apoſtolico eis conceſſo, & communicato non currat niſi elapſo ſexageſimo anno; quod tamen indultum reperire non potui: Alterum, quòd vbi etiam quadragenariam præſcriptionem paterentur; tamen contra hæc priuilegia compleri non poſſet præſcriptio, quoniam iam inchoata interrumpatur ex frequenti eorumdem priuilegiorum confirmatione,& innouatione, qua reducuntur in priſtinum ſtatum, & conſeruantur,iuxta cap.ex parte,de priuil.

425 *An per vnicũ actum cõtrariũ amittatur priuilegium.*

Poſterior pars concluſionis † probatur ex eo, quod priuilegium datum ad aliquid non faciendum amittitur per vnicam contrauentionem vt ſatis probari videtur in l.2.C. de iur. dom. impetr. l.his qui, C.de iis, qui met.iud. non app. l. commiſſoriæ, C.de pact.inter empt. & vend. cap.priuilegium, 11. quæſt.3. d. cap.cum acceſſiſſent, & cap.cum M.Ferrarienſis,de conſtit. & cap.pro illorum, de præbend. & adnotarunt Bart.in l.1.C.de his, qui ſpon. mun. ſub lib.10. Abb.& alij d.cap. cum acceſſiſſent, cum pleriſque, quos ad id refert ibi Dec.num.17. verſic. quintò Abbas concludit, ac ſequitur Fel. num.28.& Menoch. d. præſumpt.41. num.3. & 4. atque inter Summiſtas Siluester d.verbo, priuilegium, quæſt.ſeu num.11. Dec.tamen d. num. 17. verſic. Sed aduertendum eſt quibuſdam probabilibus fundamentis nixus contendit † non eſſe ſimpliciter verum, quòd contraueniens priuilegio non faciendi per vnicum actum priuilegium ipſum amittat; neque id in prædictis iuribus probari; vnde prædictam regulam ita reformandam putat, vt priuilegium tollatur ex contrauentione ſecundùm qualitatem contrauentionis; nam, ſi vniuerſalis eſt contrauentio reſpiciens actus futuros, in totum priuilegio derogatur, vt in eo contingit, qui cum immunis ſit, patitur ſe poni in cataſto ſoluere debentium, iuxta Bart.d.l.1.Ang.l.1.§.ſi quis tutor, ff. quand.appell.ſit, Abb.d.cap. cum acceſſiſſent, & alios relatos, & probatos per Fel. ibi num.28. & Menoch. d. præſumpt. 41. num.4. Si verò contrauentio particularis fuerit, ſolùm in illo actu particulari receſſum videtur à priuilegio, & in aliis remanet illæſum, tum quòd tacita voluntas renuntiationis non habetur, niſi quatenus ex actu contrauentionis inferatur, l.fin.C. ne vxor pro marit. & not. Bart. in l. 1. §. hoc inierdicto, ff. de itin

426 *Priuileg. aquid nõ faciẽdi an non amittatur aliquando per vnum actum.*

itin

itin. actúque priu. & facit gloſ. in Clem.ſæpe, verbo, partibus, de verb.ſignific. Et limitata cauſa limitatum parit effectum, l. in agris,ff.de acquir. rerum dom. cum ſimilib. ſícque intelligitur d.cap.priuilegium, & excepta d.l. 2. alia iura cum illo allegata; licèt eorum aliqua de priuilegio non loquantur, ſed de aliis facultatibus iure competentibus; tum quod ita ſatis apertè tenet Bart.d l. 1. & Cyn.in l.voluntariæ, C.de excuſ. tut. ex quo text.docent ibi gloſ. & Doct. quod per vnum actum tutelæ ſuſceptæ non renuntiat quis priuilegio generali immunitatis à publicis muneribus;quod etiam adnotarunt Abb.dict.cap. cum acceſſiſſent, num. 8. & Fel. num. 29. & alij illud quoque tradentes, priuilegio generali non renuntiari per vnicum actum contrarium, ſeu contrauentionem in vno ex comprehenſis in d. priuilegio, quam vocat contrauentionem indirectam; apertiùs verò id tenet Bald.conſ.237. in fi.lib.4. & Alex. conſil.192. col. pen. lib.2. conſil.107. col. fin. libr.3. & conſil. 33.lib 5. & Put deciſ.188. num.3.lib.2. quem allegat, probátque Menoch.d.præſumpt.41. num.6. Id autem intelligendum eſt, ſi priuilegium habeat effectum ſucceſſiuum, & non iterabilem; tunc enim vnico actu contrario non tollitur,vt ait Dec. vbi ſupra dicens ita not.concludere Bart.in l.fin in fi.ff.de conſtit. Princip.& l.2.§.fin.ff.de decur.Bald. in cap.plerumque,col. fin.de reſcript. & Alex.d.conſil.33.2. col. quibus ipſe addo inter alios Salic.d.l.voluntariæ,& Eman.Roderic.d.tom. 1.quæſt. 51. art. 5. verſic. quod primò fallit, vbi alios etiam ad id allegat; nam ſi priuilegium reſpiciat actum momentaneum, qui reiterari non poſſit,contrario actu momentaneo tollitur;ſícque procedit text. d. l.2. C. de iur. dom. impetr. vbi dicitur, quòd creditor impetrans priuilegium retinendi pignus iure dominij, ſi alio anno accipit à debitore vſuras, videtur receſſiſſe à priuilegio, ſeu beneficio impetrato. Quamuis autem hæc Decij conſideratio ſic confirmata admittenda,vt reor,ſit: non tamen ex ea deſtruitur poſterior pars noſtræ concluſionis, ſed ſolùm adſtruitur eius quædam limitatio, vt nimirum etiam priuatus priuilegiatus, ne conueniatur coram alio, quàm ſuo Conſeruatore, ſi patiatur ſe coram alio ſemel conueniri, non ideo in totum amittit prædictum priuilegium, ſed ſolùm in eo caſu; cum hæc ſit contrauentio particularis, & tale priuilegium non reſpiciat actum momentaneum non iterabilem, ſed im-

mo ſucceſſiuum, & iterabilem.

Limitatur verò nunc vtraque pars propoſitæ concluſionis
427 *Priuilegio cõtraueniẽs ſibi, nõ alijs præiudicat.* primò, vt nimirum intelligatur † quoad perſonam ipſius facientis actum contrarium tali priuilegio, cui quidem ad ſui præiudicium renuntiaſſe præſumitur: ſecus verò quoad alios, quibus præiudicare aliàs non poteſt: ita generatim de faciente contrarium actum ſuo priuilegio poſt Fel. id copiosè tradentem d.cap.cum acceſſiſſent, num.28. declarat Menoch.d. præſumpt.41. num.5. ac 7. & de contrauenieñte priuilegiis Regu-
428 *Monachus priuilegio Monaſterij cõtraueniẽs an ei præiudicet.* larium, ita, vt † actus Monachi non præiudicet priuilegio Monaſterij,ſentit Innoc.d.cap.accedentibus, circa principium, de priuileg. Abb.dict.cap.cum acceſſiſſent,num.8. & poſt alios Dec.ibid.nu.18.& apertiùs Confett. d.c.3. admonens quoque, ita per ſedem Apoſtolicam fuiſſe declaratum. Ad idem facit ſequens limitatio.

Limitatur igitur 2. propoſita concluſio præcipuè quoad poſteriorem partem, vt locum non habeat quando actus factus eſt ab eo, qui priuilegio renuntiare non poteſt: nam tunc per vnicum actum non amittitur priuilegium, ſed requiritur legitima præſcriptio. ita Innoc.d.cap.accedentibus, Menoch. dict. num.7. Abb.d.cap.cum acceſſiſſent, num.8. Fel.num.29. Dec. num. 17. verſic. ſecundò prædicta concluſio in idem allegans gloſ.d.cap. priuilegium, 11. quæſt.3. Abb. in cap. pro illorum, de præbend. Bald.conſil.287. lib.4.& Card.conſil.38. in fin.ac meliùs conſil. 130. col. 2. idque comprobans ea manifeſta ratione, quoniam qui expreſsè renuntiare nequeunt priuilegio, multò minùs tacitè poterunt,contraueniendo,arg.l.qui ad certum, ff. loc. cum ſimilib. Et in terminis priuilegij Regularibus conceſſi idem poſt alios docet Roderic. d.art.5. verſic.ſecundò fallit.

429 *Priuilegio cõtraueniẽs vnico actu cũ proteſtatione, nõ renũtiãdi priuilegio, an ſibi præiudicet.* Limitatur 3.vtraque pars concluſionis,niſi † faciens actum contrarium priuilegio, proteſtetur, quòd non intendit renuntiare ipſi priuilegio: tunc enim talis contraueniens per vnicum actum priuilegio illud non amittit, vt poſt Gig. in tractat. de penſion. Eccleſ. quæſt. 61. & Bellenz. tractat.de charit. ſubſid. quæſt.6. per text.d.l.1.C. de iis qui mun.publ.ſpon.ſub. lib.10. nos docuimus in tract. de decim. cap.9. num.105. cum.ſeq. atque poſt alios Roder. d. quæſt. 51. art. 7. in fine, necnon poſt Bart.d.l.1. & alios tradit Menoch. dict. præſumpt.41. num.11.

Abb.

Digitized by Google

Abb.d.cap. cum acceſſiſſent, num.7. & ibi Add.Fel. num. 30. verſic. quintò limita, ac Dec.num.17. verſic. tertiò limitatur, qui tamen ait conſiderandum eſſe, quia ſi contrauentio eſt vniuerſalis reſpiciens actus futuros, tunc proteſtatio vtilis eſt, ac neceſſaria, ſic dicens loqui Bart. loc.cit. & facere text. in l.ſi debitor, §.1.ff.quibus modis pig.vel hypot.ſol.l.ille,à quo, §.ſi teſtamento, ff. ad Trebell. & l. fin. C. de compenſ. & vbique Bart.cum ſimil. Si verò contrauentio eſſet in particulari, proteſtatio quoad actus futuros non eſt neceſſaria, cum nihilominus quoad eos conſeruetur priuilegium per ſupradicta; reſpectu verò illius actus particularis videtur actus contrarius proteſtationi, atque adeo proteſtatio non releuat, iuxta tradita per Doctor. in cap. cum M.Ferrarienſis, de conſtitut. & alibi ſæpe.

Limitatur quartò † quando in priuilegio adſcripta eſt clauſula decreti, vel alia prohibitiua; nam tunc nec per contrauentionem, nec per præſcriptionem amittitur priuilegium, vt poſt alios tradit Fel.d.num.30. verſic.quartò limita, ac Menoch. d. præſumpt.41. num.10. & poſt alios Eman. Roder. dict. tom.3. quæſt. regul. quæſt.51.art.6. & quoad præſcriptionem, & conſuetudinem latè tradit Ant.Gabr.commun. concl.lib.6. tit. de clauſ. concl.3. num.39. & 44. Quod tamen de conſuetudine, ſeu præſcriptione dicitur, vel verum non eſt, vel tunc demum, ſi in diſpoſitione, cui adiecta eſt clauſula decreti, conſuetudini derogetur, vt ſatis oſtendimus ſupr. cap.7. quæſt. 9. concluſ.9. quod autem diximus de actibus contrariis intelligendum eſt, niſi priuilegium concernat fauorem partis principaliter: tunc enim bene poteſt eis renuntiari per actus contrarios, non obſtante decreto irritante, vt poſt alios monet Roder. dict. artic. 6. & nos latiùs docuimus eod.cap.7.quæſt.8.concl.3. 430 *Priuileg. cũ clauſula decreti vel alia prohibitiua, an & quomodo amittatur.*

Limitatur 5. propoſita concluſio, vt procedat, † quando actus contrarius priuilegio ſortitus eſt effectum; ſecus ſi quis tantummodo tentauit contrauenire: ita poſt Butr. in cap. paſtoralis, col.6. de cauſ.poſſeſſ.& propr.tradit Fel.d.cap. cum acceſſiſſent, num.39.verſic.ſextò limita, & ibi Dec.num.17.verſic. quartò declaratur, Iaſ.l.fin. num.20. ff.de conſt. Princip. & Menoch.d.præſumpt.41.num.12. 431 *Priuileg. nõ amittitur per actũ cõtrar. qui nõ ſit ſortitus effectum.*

Limitatur ſextò, † vbi quis coactè contrauenit, puta propter mandatum ſuperioris: ita poſt alios Menoch.d.præſumpt. 41. num.14.cum ſeq. & Bellenz. tract. de charit.ſubſid. quæſt. 432 *Neque per actũ coactũ.*

61. quem inter alios allegauimus, ac ſecuti ſumus in d.tractat. de decim.cap.9. num. 107. & in vniuerſum † vbi poteſt ſumi alia præſumptio, quàm renuntiationis priuilegij, ea ſumenda eſt, vt ſentit Menoch.d.præſumpt. 41. num.1 & 2. & in ſpecie poſt Butr.d.cap.accedentibus, & alios ſatis probat Fel.dict.cap. cum acceſſiſſent, num. 29. verſic. ſecundò limita, & ibi Dec. num.17. verſ.quintò intelligitur.

433 *Renuntiatio priuilegij in dubio non præſumitur.*

Limitatur denique concluſio propoſita præſertim quoad poſteriorem partem, vt non procedat, † vbi talis facultas, ſeu priuilegium eligendi ſibi Conſeruatorem, non per reſcriptum Principis, ſed per conſuetudinem eſſet quæſitum, (quod quando poſſit accidere, docuimus ſupr. cap. 7. quæſt. 9.) nam tunc per vnicum actum non amitteretur, ſed per tot actus, quot requiruntur ad tollendam conſuetudinem, vt pluribus relatis, tradunt Fel. d.num.30. verſic. ſeptimò limita, ac Dec.d.num. 17.verſic.ſextò, & vltimò fallit, quos etiam ſequitur Menoch. d. præſumpt. 41. num.13. & Eman. Roder. qui etiam alios refert d.quæſt.51.art.7. facitque gloſ.not.in l.nemo, §.temporalis, ff.de reg.iur. quoſque nos allegauimus d. tract. de Option. Canon. cap.8. num.26. & quatuor ſeq. dum oſtendimus, conſuetudinem optandi, vbi præbendæ ſunt diſtinctæ, non tolli per vnicum actum, ſed plures obſeruatos ſpatio quadraginta annorum. licèt Fel.& Dec.ſup.Abb.in cap.pro illorum, de præbend. & Imol. eodem cap. cum acceſſiſſent, col. fin. aliqua in contrarium afferant, quæ non admodum vrgent. Illud verò omnino eſt admittendum, quod & Fel.docet d.cap.cum acceſſiſſent, num.31.in fin. & alij, quos probauimus d. cap.8. num. 31. nimirum, quòd ſi talis conſuetudo non ſit completa, tunc per vnicum actum tolleretur, vel ſaltem interrumperetur. Atque hæc quoad primum ex duobus capitibus, quæ in hac poſtrema quæſtione tractanda propoſuimus, ſeu priorem eiuſdem quæſt. partem dicta ſint ſatis. Iam ad alteram, quæ ferè ad vniuerſum hunc tractatum pertinet, veniamus.

334 *Priuileg.cõſuetudine quæſitum quot actibus contrarijs amittatur.*

Quoad poſteriorem igitur huius omnium poſtremæ quæſt. partem, An nimirum, & quando in materia Conſeruatorum locum habeat illa illa regula, quòd communis error facit ius, & veritati præfertur, (cuius ſanè diſputationis maxima erit vtilitas, cum ex his, quæ in illa trademus, conſurgant plurimæ declarationes eorum, quæ ferè in omnibus præcedentib.quæſt. à no

à nobis ſunt tradita,) quatuor præcipuè nobis ſunt inſpicienda, vt etiam initio huius quæſt. admonuimus, iuxta quatuor perſonarum genera, quæ in conceſſione Conſeruatoriæ, eiúſve vſu poſſunt conſiderari, nimirum perſonam dantis Conſeruatorem eius, qui datur, cui datur, & contra quem datur; videndúmque erit de ſingulis, an, & quando communis error circa earum qualitates contingens proceſſum, actúſque ab iis geſtos inualidos reddat, ac nullos, vel non. id verò nonnullis propoſitis regulis præſtabimus, eaſdem, vbi opus fuerit, congruè declarantes; ex quibus regulis prima erit communis prædictis quatuor perſonarum generibus, cęterę ad aliquod eorum dumtaxat pertinebunt.

Prima igitur regula ſit. Communis error † facit ius, ac veritati præfertur. Quamuis enim hic loquendi modus aliquibus diſpliceat, & inter hos Reuerendiſſimo D. Anaſtaſio Germonio de Iuriſprudentiæ facultate, & bonis artibus optimè merito, qui ob eam cauſam in eruditiſſimo tract. de ſacror. immun. lib. 3. cap. 8. num. 17. dicere non dubitauit, communi errore fuiſſe receptum, quòd communis error ius faciat. Nihilominus quoniam veteri prouerbio, loquendum eſt, vt multi; hoc autem dicendi modo præter gloſ. & Doct. paſſim in l. Barbarius, ff. de offic. prætor. l. 3. ff. de ſuppell. leg. & aliis iuribus mox allegandis, latè Soc. conſ. 32. col. 8. & ſeq. lib. 1. & inter recentiores Ant. Gabr. commun. concl. lib. 1. tit. de probat. concl. 8. cuius magna eſt apud Rotam Romanam auctoritas, ac ceteri recentiores ferè omnes, vſus quoque videtur I. C. in dict. l. 3. ff. de ſuppell. leg. in fin. ibi, & ſic error ius faciat, loquitur autem de errore Imperatoris, qui communis error cenſetur, vt poſt gloſ. ibidem omnes tradiderunt; & vix alius magis aptus loquendi modus abſque longa circumlocutione reperiri poſſe videtur; eo nos quoque vtemur. Porrò prædictam regulam apertè tradiderunt gloſ. & Doct. in d. l. Barbarius Philippus, ff. de off. prætor. l. 3. ff. de ſuppell. leg. l. 1. C. de teſtam. l. 2. C. de ſen. & interlocut. omnium iudic. ſed cum aliquis, Inſtit. de teſtam. cap. infamis, §. verumtamen, 3. quæſt. 7. cap. nihil, de elect. cap. ſciſcitatus, & cap. cum dilecta, de reſcript. cap. ad probandum, de ſent. & re iudic. Nauar. in cap. placuit, num. 180. de pœn. diſt. 6. inter Theologos Palud. in 4. diſt. 17. Caiet. verbo, abſolutionis impedimenta, Io. Medin. C. de confeſſ. quæſt. 22. & alij,

435 *Error communis facit ius & veritati præfertur.*

alij, quos referunt, & ſequuntur Ant. Gabr. d. concl. 8. Thom. Sanchez tract. de Matrimon. lib. 3. diſput. 22. Leonard. Leſſ. de iuſt. & iur. lib. 2. cap. 29. dubit. 8. Vgol. tract. de cenſur. Eccleſ. tab. 1. cap. 2. §. 22. & cap. 13. §. 7. Sayr. ſimili tract. lib. 2. cap. 12. num. 22. & Suar. eodem tract. diſput. 9. ſect. 1. & 2. ac diſput. 14. ſect. 1. Probatur autem huiuſmodi regula in l. 3. ff. ad Maced. l. cum quidam, §. quid ſi ipſe, ff. de acquir. hæred. d. l. 3. ff. de ſuppell. leg. d. l. 1. C. de teſtam. & §. ſed cum aliquis, Inſtit. eod. tit. facit dict. cap. nihil, de elect. nam in d. l. 3. ff. ad Maced. dicitur, quòd ſi quis patremfamiliâs eum eſſe crediderit, cui mutuum dedit, quia publicè paterfamilias pleriſque videbatur, ſic agebat, ſic contrahebat, ſic muneribus fungebatur, ceſſabit Senatuſconſultum Macedonianum. dict. autem §. quid ſi ipſe, aliàs, quòd ſi ipſe, habetur, quòd remotior in gradu poteſt adire hæreditatem defuncti, ſi non ipſe ſolus putet, ſed ſecundùm multorum opinionem, ventrem vxoris defuncti non eſſe prægnantem; ac d. l. 3. ff. de ſuppell. leg. in fin. quòd, licèt vaſa aurea, & argentea ſuppellectilis appellatione non contineantur, vt ibid. dicitur, & l. 1. ff. eodem tit. hodie tamen ſecus eſt † propter vſum Imperatorum, & error, inquit I.C. ius facit, qui quidem error Imperatoris pro communi habetur, quoniam, vt ibidem ait gloſ. recepta, alij debent ſequi quod ipſe facit, argum. l. 3. C. de Epiſc. aud. immò illum ſequi ſolent iuxta illud Poëtæ,

436 *Error Imperatoris facit communem errorem.*

Regis ad exemplum totus componitur orbis.

Præterea d. l. 1. C. de teſtam. & §. ſed cum aliquis, Inſtit. eodem tit. decernitur, quòd ſi teſtis tempore teſtamenti liber communi conſenſu exiſtimaretur, nec quiſquam ei ſtatus quæſtionem mouiſſet, cum tamen verè ſeruus eſſet, firmum ſit teſtamentum ac ſi teſtis liber fuiſſet. Denique d. cap. nihil, de elect. eatenus prædictam regulam confirmat, quatenus inde probatur electos in concordia valde remotos, vt conſtitutos vltra Italiam, etiam ante confirmationem, atque adeo forſan inhabiles, & alioqui malè, ac nulliter electos, validè tamen interim adminiſtrare in temporalibus, & ſpiritualibus. Cætera verò iura, quæ ad id ab aliquibus allegantur, partim nihil ad rem hanc faciunt, vt cap. querelam, de elect. cap. ex litteris, & cap. conſultationibus, de iure patr. & l. ſi procuratorem, ff. de procur. quæ allegat gloſ. fin. d. cap. nihil, cum d. l. ſi procuratorem loquatur de priuato errore, non communi, reliqua iura ſolùm concludant,

dant, poſſeſſionem abſque titulo in eligente, vel præſentante fore admittendam, cum tamen in materia huius regulæ præter communem errorem titulus putatiuus exigatur, vt paulò poſt dicemus. Partim non ad hanc regulam, atque adeo ad omnia prædicta quatuor perſonarum genera pertinent, ſed ad ſequentes regulas, ſeu aliquas dumtaxat ex prædictis perſonis, vt eſt d.l. Barbarius, d.l.2.C.de ſent.& interlocut.omnium iud. d.cap.ad probandum, de ſent.& re iud.& tot.tit.ff.de eo, qui pro tut.& Curat.

Ampliatur nunc propoſita regula primò, vt procedat, † quamuis ij, ad quorum fauorem actus deberet validari, ſciuerit eius, qui actum confecit, inhabilitatem. ita quicquid plerique voluerint, quos ad id refert, ac ſequitur Ant. Gabr.dict. concl.8. num.32. tenet Leſſ.d. dubit.8. num.66. verſic. quartò ſequitur, & poſt alios Sanchez d. diſput. 22. num. 42. ob eam rationem, quia hæc iuriſdictio generatim conceſſa eſt propter communem errorem; vnde ſicut priuata ignorantia, ita nec paucorum ſcientia eam impedire debet. Neque obſtat text. in cap. ſi qui à ſimoniacis, 1.quæſt.1.vbi qui ſciens à ſimoniaco ordinatur, quamuis pro catholico haberetur, ordinis executionem non recipit; nam id ſtatuitur in deteſtationem tanti criminis, vt innuit etiam ibid gloſ.fin.

437 Error cõm. facit ius licet adſit ſciẽtia eius ad cuius fauorẽ validandus eſt actus. Immò

Ampliatur 2. vt procedat † in quacumque inhabilitate de iure poſitiuo ſiue ea adfuerit ab initio, vt quia collatio facta eſt excommunicato, vel ab excommunicato, ſiue poſtea ſuperuenerit, quia beneficium vacauerit, aliáve ſimili de cauſa, vt ſatis probant Leſſ.d.dubit 8. num.47. & Sanchez d.diſput.22.num. 30. cum quatuor ſeqq. & num.37. Vgol. d.tab. 1. cap. 2. §. 22. idem etiam poſt Bal. in l. 1. C. qui, & aduerſ. quos ſentit Ant. Gabr.d.concluſ.8.num.12. dum prædictam regulam ampliant, vt procedat in quocumque inhabili electo. Faciunt etiam adducta per eundem Sanchez d.diſp.22.num.56.cum duob.ſeqq. Vnde non modo procedit regula ſi ſit defectus in perſona, ſed etiam quando eſt defectus in ſolemnitate, vel in cauſa materiali, vt poſt Bal.d. l.2. in fin. & l. ad teſtium, §.1.col 2.ff. de teſt. Iaſ.dict.l.Barbarius, col.5. Alex. conſil.138. col.4.vol.1. tradit Gabr.d. concl 8. num.15. ſimiliter procedit † vbi contra aliquem lata eſſet ſententia inhabilitatis, ſeu priuatiua habilitatis, vt pluribus relatis docent Sanchez dict. diſp.22. num.56. cum

438 In quauis inhabilitate de iure poſitiuo vel præcedente vel ſuperueniẽte. &

439 quid ſi lata ſit ſententia inhabilitatis.

Digitized by Google

duob.ſeqq. & Gabr. d. concl.8. num.5. & 7. qui num.6. id declarat dummodo interueniat error probabilis, quæ declaratio generalis eſt ad totam regulam, vt paulò poſt dicemus in eius limitationibus. Contra hanc tamen poſtremam extenſionem huius 2. ampliationis ſentit Vgol. d. §.22. num.4. & alij relati per Gabr.d.concl.8.num.6.

440 *Error communis, vt ius faciat, quid requirat.* Ampliatur nunc 3. vt † etiam ſufficiat aliquem bis aliquos actus tanquam talem feciſſe, & in bino actu habilem reputatum fuiſſe. ita poſt Bologn.conſ.8. col.4. Imol.in cap. cum dilecta,col.pen.de reſcript. ac Fel.ibi, col.2. & cap. cum P. & G. col.fin.de offic.deleg. ampliat Gabr.d.concl.8.nu.2. hoc ipſum extendens num.3. etiam ad vnicum actum ex Bald.d.l Barbabarius, col.5. & d.l ad teſtium, §.1.ff.de teſt. cui tamen extenſioni repugnare videtur text.d.l.3.ff. ad Maced.ibi, ſic agebat, ſic contrahebat, ſic muneribus fungebatur; & illa ratio, quòd communis opinio conſurgere vix poſſe videtur ex vnico actu, cui omnes, aut ferè omnes interfuiſſe veriſimile non eſt. rectè autem dicit Gabr.d.concl 8. num.8.& 9.ſufficere,vt per modicum temporis, puta triennium quis gerat ſe pro habili, & talis communiter tunc reputetur cum Salic.d.l.Barbarius,per illum textum, qui longum tempus non requirit, quicquid voluerit Fel.in cap.1.num.18.poſt Bal.l.1.col.3.C.de fideicommiſ.quorum opinio, vt bene admonet Gabr. d. num. 9. admitti poſſet non præcedente alio titulo, cum hic decennio ſaltem præſumptiuè inducatur.

441 *Error cōm. in loco officij ius facit, licèt nota ſit inhabilitas.* Ampliatur quartò vt procedat † etiamſi in partibus, & in patria ipſius officialis conſtaret, illum eſſe inhabilem,dummodo in loco, in quo ipſe gerit officium, communi opinione habilis reputetur.ita poſt Abb.in cap.ſciſcitatus,col.pen.ſeu num. 23.de reſcript. Iaſ.d.l.Barbarius, col.pen.& fin.ac Bal ibi,col.8. & d.l.1.col.2.C. de teſtament. tenet Gabr. d. concl.8. num.13. & poſt alios Sanchez d.diſput. 22. num. 9. atque ex communi Canoniſtarum Suar.d.diſp.14.ſect.1.num.16. Qui etiam † id extendunt ad quemuis locum,vbi notum erat,& publicum impedimentum, ſi tantum temporis lapſum ſit,quod ex memoria hominum illorum exciderit.

442 *etiam in loco officij.*

Ampliatur quintò, vt ſolus error Imperatoris etiam ius faciat; ita quicquid voluerit Sanchez d. diſp.22. num.7. tenendum eſt cum Gabr.d concl.8. num.14.qui in id allegat Bald.in

repet.

Digitized by Google

repet.d.l. Barbarius, col.fi.in fi.& l. 1.col.11.C. de ſeruit. & aq. ac text.d.l.Barbarius,in fin. Secundùm vnam lecturam, vbi id, quod de populo Romano dicitur, obſeruandum quoque multò magis eſſe ait I.C. in Imperatore. meliùs facit etiam d.l.3. ff. de ſuppell.leg. cum ſua gloſ. vbi expreſsè habetur, quòd error Imperatoris ius facit,quem etiam cum aliis ad id allegat Mandoſ.ad reg. 18. Cancellar. quæſt.14. num. 4. pro quo alia quoque ante primam huius regulæ ampliat. adduximus. Poſſet tamen meo iudicio diſtingui, vt, ſi error ſit facti,ſolus error Imperatoris, & Principis non ſufficiat,& ſic procedat opinio contraria, cui non obeſt text.d.l.Barbarius, in fin. cum illa lectura non ſit communiùs approbata; ſi verò ſit iuris, tunc ſufficiat error Principis; ſicque procedat opinio Bal.& Gabr. & in hoc caſu loquitur text. dict. l. 3. prout eum exponit gloſ.ab aliis recepta.

Limitatur nunc primò prædicta regula, vt † hic error debeat eſſe probabilis,non autem craſſus, & ſupinus,vt poſt alios docent Gabr.d.concl.8. num.31. & Sanchez d.diſput.22.num. 8. cum talis error ſcientiæ æquipararetur, cap. Apoſtolicæ, de cler.excom.miniſtr. & cap.2. de conſtit.in 6.cum ſimil. faciunt & tradita per eundem Gabr.d.concl.8.num.6.& per Scribentes in mox cit.iuribus,& alibi ſæpe. 443

Error cōm. vt ius faciat debet eſſe probabilis: non

Limitatur 2.vt non procedat † ſi error communis ſit circa habentem impedimentum iuris naturalis,vel diuini. ita Leſſ.d. dubit.8. num.66. & poſt Fel.in cap.ſciſcitatus,col.3.& 4 de reſcript. Ant.Gabr.d. concl.8. num.58. cum aliis, quos ad id refert, ac ſequitur,Sanchez d.diſput.22.num.27. & ratio eſt,quia poteſtas humana talem defectum ſupplere nequit, nec vllo modo talibus hanc poteſtatem concedere, cum nequeat in iure naturali,vel diuino diſpenſare,vt oſtendimus in tract.de decim.cap.1.quæſt.2. 444

tamen circa habentē impedimētum iuris naturalis.

Limitatur 3.requiri præter communem errorem, † vt, qui pro habili habetur, habeat titulum. ita poſt alios Leſſ. d. dubit. 8.num.65. Ant. Gabr.d. concl.8. num.21. & 24. & Sanchez d. diſput.22. num.49. immò debet haberi ab habente poteſtatem illum dandi, vt aliis ad id relatis docet Leſſ.ſupr. Gabr.d.concl. 8. num.22. & 60. Vgol.d. tab.1. cap.2.§.22. & Apoſtill. Fel. in cap.1.ſub num.18.de fide inſtr. vbi de communi,& Sanchez d. diſput. 22. num. 50. vbi cum duobus num. ſeqq. nonnulla in- 445

Error cōm. vt ius faciat an & qualē titulum requirat.

Digitized by Google

fert, quæ magis pertinent ad ſeqq.regulas. num.autem 53.infert poſt alios, non ſufficere etiam cum errore communi titulum, in cuius collatione non eſt ſeruata forma iure præſcripta; præter quos id etiam docet Gabr. d. concl.8. num.53. allegans Gul.Cun.d.l.Barbarius, & ibi Iaſ.col. 10.Bal.in lect.col.7. & Alex. conſil.138.col.4. vol.1. dum autem dico, requiri titulum, ita intelligo, vt ſemel illum habuerit; nam licèt eo quis priuatus ſit vel ipſo iure, vel per ſententiam, dummodo poſſeſſionem retineat, concurrente communi errore ſufficit, vt geſta per eum valeant, vt ſupr. ampl. 2. poſt alios docuimus. Immò & ſola poſſeſſio decennalis ſufficiet, vbi ea pro titulo habeatur, iuxta ea, quæ diximus ampl.3.in fin.

Limitatur denique prædicta regula, † quando per eam induceretur aliquid contra communem vtilitatem,vt per text.in l.quod non ratione, ff. de leg.poſt Iaſ. d. l. Barbarius, col.5. & alios limitat Gabr d.concl.8. num.18.aliàs 19. ex quo & illa limitatio ſequi videtur, quam ibidem ſubdit Gabr. num. 19. ſeu 20. per text.in l.quæſitum,ff. quand.de pecul.act.annal ſit,poſt Iaſ.d.l.Barbarius, col.5. qui ad id allegat Bart.ibi, col.fin.& Bal. in 2.lect.col.8. Salic.in l.Zenodorus, C.ad Maced. & Ang. Aret.in d §. ſed cum aliquis, Inſtit. de teſtam. nimirum vbi quis tractaret de damno, & alter de iniuſto lucro; licèt ille text.parum faciat. Alias limitationes huius regulæ afferunt citati Doctor. ex quibus illæ, quæ veræ non ſunt, vel ad rem noſtram non faciunt, conſultò à nobis prætermittuntur; quæ verò ad aliquam dumtaxat ex quatuor ſeqq.regulis pertinent,ſuo loco afferentur.

Secunda regula in hac materia ſit. Si Papa,vel Princeps, qui Conſeruatorem dedit communi errore talis reputetur, cum
447 non ſit, † tamen valida erit deputatio,& geſta per huiuſmodi Conſeruatorem. Et quidem quoad Imperatorem probatur ex eo, quod tradit Gabr.d. concl.8. num.11. poſt Bart. d.l.Barbarius, col.fin. & ibi etiam Bald. col. fin. in fin. quod licèt quis non ſit verus Imperator, ſi tamen communi opinione pro tali habeatur, geſta per eum tanquam per Imperatorem valent. Quoad Papam quoque probatur, quoniam geſta per eum tanquam Papam, qui pro Papa habetur, licèt verè talis non ſit, valent,vt poſt Bald. in l. non mutat, C. de liberal. cauſ. & Iaſ.d.l. Barbarius, num.64.ſeu col.fin. docet Gabr.d.concl.8.num.10. &

Deputatio Conſ.à Papa, cõmuni errore pro tali reputato, valida eſt, cum omnib. geſtis à delegato.

& Maſcard.de probat.concl.649.num.29. quos etiam refert,ac ſequitur Sanchez d. diſput. 22. num. 28. optimè id intelligens procedere, vbi is iure diuino ſit capax, vt quia eſt vir baptizatus, inualidè tamen ad Pontificatum euectus ratione vitij occulti interuenientis in electione, ob quod eſt nulla; vel ſi poſtea incidit in hæreſim iuxta opinionem tenentium, Papam, qui in hæreſim incidit ipſo facto depoſitum eſſe, nec manere verum Pontificem; ita, vt tunc, dum communis error eſt, quo hic verus Pontifex exiſtimatur, habeat Pontificis iuriſdictionem, & geſta per eum valeant, quia impedimentum,eſt ſolius iuris humani, & concurrit communis error cum titulo præſumpto collato ab habente legitimam auctoritatem. Id ipſum etiam confirmatur tum ex eo, quòd poſt Innoc. Anchar. & Henr.Boich.d.cap.nihil, docet Sanchez d. diſput.22. num.52. quòd vbi dignitas, vel officium confirmatione non indiget, ſed ſola electione, aut alia prouiſione,tunc, ſi cum ea concurrat communis error, valebunt geſta per obtinentem huiuſmodi officium, ac dignitatem. Tum ex eo quod poſt Vgol.d.tab. 1.cap. 2. §. 22. num.3. tradit Sanchez dict. diſput.22. num.51. quòd, † ſi delegatus ab eo detur Ordinario, qui & ipſe reuera iudex non erat, pro iudice tamen communiter habebatur, valebit delegati datio; & ſic ex ſententia Vgol.& Sanchez colligitur vna ampliatio ad hanc ſecundam regulam, vt nimirum ſimul admittatur communis error iuſque faciat in delegante, atque in delegato, ſi in vtroque adſit titulus putatiuus; vnde ſi tam Papa,ſeu Princeps ſecularis dans Conſeruatorem, quàm Conſeruator ab eis datus non habeat niſi titulum putatiuum concurrente communi errore, valebunt geſta per talem Conſeruatorem.

448 *Error cõm. circa inhabilitatem ſimul delegãtis & delegati facit ius.*

Ampliatur 2.idem dicendum † ſi mortuus ſit Papa,vel Imperator, qui dedit Conſeruatorem,& mors ignoretur communiter, licèt ſciatur à Conſeruatore, per ea, quæ tam in delegato, quàm Vicario, tradit Sanchez d.diſput.22. num.59.ex Sanchez verò d.diſput.22. num.51. poſt Bald.in l. 2. num. 5. C. de ſent. & interlocut. omn. iudic. & Iacob. Sbroz. in tract. de Vicar.Epiſc.lib.3.tit.de Vicar.Epiſc. quæſt.24.num.2.habes vnam limitationem ad prædictam regulam, vt nimirum non procedat cum Papa, vel Imperator eſt intruſus, quia ſit electus ab iis, qui non poſſunt eligere, per ea, quæ de Prælato intruſo

449 *Error cõm. circa mortẽ dãtis Conſ. ipſi cognitã facit ius.*

Digitized by Google

abſque ſuperioris auctoritate, vt geſta per eius delegatum irrita ſint, quamuis delegans communi errore verus Prælatus exiſtimaretur, tradunt præcitati Doct. Limitatur denique hæc regula, ſicut & ampliatur omnibus illis modis; quibus præcedens.

450 *Geſta à Cõſ. qui cõmuni errore habebat qualitatẽ deputati, valent.*

Tertia regula Conſeruator † deputatus ratione alicuius dignitatis, aut alterius qualitatis, vt puta Abbatiæ, Archipresbyteratus, vel aliarum, de quibus latiùs egimus ſupr. cap. 5. per totum, licèt is tempore deputationis huiuſmodi qualitatem verè non haberet, ſed tantummodo communi exiſtimatione, & errore habere putaretur, quicquid tamen agit, non ideo minus validum eſt. Probatur ex l. Barbarius, vbi habetur, quòd geſta per Prætorem ſeruum, qui liber communi errore exiſtimabatur, valida cenſentur. Quamuis autem hic text. loquatur in iudice ordinario, nimirum Prætore; tamen quòd eius di-

451 *Error cõm. facit ius etiã reſpectu delegati inhabilis.*

ſpoſitio † procedat, & locum habeat etiam in delegato; Aliqui, vt Sanchez d. diſput. 22. num. 16. & Leſſ. d. dubit. 8. num. 66. verſic. ſecundò idem dicendum, putat id probari ex text. in cap. infamis, §. 1. ſeu verſic. verumtamen, 3. quæſt. 7. ibi, ſi ſeruus, dum putaretur liber, ex delegatione ſententiam daret, quamuis poſtea in ſeruitutem depulſus ſit, ſententia ab eo dicta rei iudicatæ firmitatem tenet quaſi hic § ſeu verſic. pars ſit prædicti cap. quod ſumptum eſt ex Synodo Romana. Verum illius §. verumtamen, verba ſunt non Canonis, aut Synodi, ſed Gratiani, vt patet ex gloſ. ibidem ab aliis recepta, necnon ex editione Gregoriana, ſeu contextu iuſſu fel. rec. Greg. XIII. emendato, vbi etiam diſtincto caractere conſcriptus cernitur, & præter Correctorem illius voluminis decretorum ſentit etiam Suarez de cenſur. d. diſput. 14. ſect. 1. num. 9. Meliùs autem probatur ex d. l. 2. C. de ſent. & interlocut. omn. iudic. vbi dicitur ſi arbiter datus à Magiſtratibus, cum ſententiam dixit, in libertate morabatur, quamuis poſtea in ſeruitutem depulſus ſit, ſententia ab eo dicta habet rei iudicatæ auctoritatem; licèt enim vtatur ibi Imperator nomine arbitri, tamen de iudice loquitur; quod patet tum ex eo, quòd dicit arbiter datus à magiſtratibus; tum etiam ſumpto argumento à rubrica, quæ eſt de iudicibus. quod autem dicit, in libertate morabatur, intelligitur ibi à gloſ. & aliis quoad ſolam etiam poſſeſſionem. Denique quod ſubdit Imperator, in ſeruitutem depulſus, exponendum

Digitized by Google

nendum eſt, ſeruus inuentus ſeruus, & à domino vindicatus, atque adeo hac lege ad hanc materiam præter ſcribentes ibi paſſim quoque vtuntur Doctores. idem etiam colligitur à contrario ſenſu ex cap. ad probandum, de ſent. & re iudic. ibi, ita, vt ſi pro eo, quòd vnus ex delegatis iudicibus excommunicationis vinculo eſſet publicè innodatus, quando ſententia lata fuit, eandem ſententiam conſtiterit infirmandam, ipſa caſſata, &c. vbi gloſ. in verbo, caſſata, exponit, caſſa, & irrita denuntiata, & ibidem gloſ. verbo, innodatus, Abb. num. 14. Alex. de Neuo nu. 25. Imol. num. 6. Fel. num. 3. dicunt colligi à contrario ſenſu occultè excommunicatum validè proferre ſententiam ob communem errorem, iuxta d. l. Barbarius. & cum loquatur ille text. de delegatis iudicibus, optimè inde confirmatur, quod modò dicebamus, diſpoſitionem d. l. Barbarius, locum etiam habere in iudice delegato. Et quidem in delegato ad vniuerſitatem cauſarum, cum is ordinario in pleriſque æquiparetur ferè nulla eſt difficultas, vt poſt Palud. docet inter alios Leſſ. dict. num. 66. verſic. ſecundò idem dicendum, necnon Fel. & alij in cap. cum dilecta, de reſcript. quoniam iuriſdictio delegati ad vniuerſitatem cauſarum ſpectat communem vtilitatem, ſicut ordinariorum; ídque ſaltem ſentiunt Doctores omnes ſimpliciter volentes diſpoſitionem dict. l. Barbarius locum habere etiam in delegato, quorum pleroſque refert, ac ſequitur Gabr. d. concl. 8. num. 33. verſic. Contrarium, quòd immò; vnde cum Conſeruator tanquam delegatus ad vniuerſitatem cauſarum æquiparetur ordinario, vt iuxta veriorem ſententiam poſt alios docuimus ſupra cap. 7. quæſt. 1. concl. 3. idem erit in Conſeruatore dicendum quod in huiuſmodi delegato. Verùm, quòd idem dicendum ſit in quolibet delegato etiam ad vnam, vel duas cauſas, non parum ſuadetur ex dict. cap. ad probandum, quod loqui videtur in delegato ad vnam tantum cauſam, atque ex communi tradit Fel. d. cap. cum dilecta, num. 3. & poſt alios Sanchez dict. num. 16. & Leſſ. ſupr. ſiue quia non ſit neceſſe, vt concurrat publica vtilitas, vt nonnulli volunt, quos refert, ac probat Fel. d. num. 3. Sanchez d. diſput. 22. num. 20. & Gabr. d. concl. 8. num. 4. & ſatis probat Sanchez d. num. 16. ex d. § cum aliquis, Inſtit. de teſtam. & l. 1. iuncta gloſ. verbo, omnium, eodem tit. in quibus iuribus habe[illegible] communem errorem prodeſſe licèt agatur de vnius

dumta

Digitized by Google

dumtaxat intereſſe. ſiue quia vt rectè ait Sanchez d.num.20. & 39. Leſſ.ſupr.& ante eum poſt alios Fel.d.num.3.etiam in cauſa vnius verſatur publica vtilitas, quia intereſt Reip. cuilibet iuſtitiam miniſtrari, & ſatis eſſe verſari publicam vtilitatem in officij qualitate, licèt in exercitio ipſo agatur de priuata vtilitate; & hoc in delegatione contingit; dum enim ſuperior delegat cauſam, in ipſa delegatione verſatur ius publicum,& publica vtilitas, quia committit iure publico, l.3. ff. de iuriſdict. omn.iudic. cum ſimil.

452 *Iudex inhabilis validè procedit cõcurrente cõmuni errore.*

Ampliatur nunc primò hæc 3. regula, vt procedat † licèt vitium ſit non in perſona, ſed in reſcripto, modò concurrat ſuperioris auctoritas,& communis error, quicquid voluerint aliqui relati pariter, & probati à Gabr. d. concl.8. num.34. & 59. ac Maſcard. d. concl. 649. num. 59. hanc enim ampliationem ſatis defendit Sanchez d. diſp.22. num. 19. text. verò in cap. 1. de reſcript. in 6. quo præcipuè vtitur contraria opinio, diſponens,vt reſcriptum impetratum ab excommunicato ſuper alio, quàm excommunicationis, vel appellationis articulo, & proceſſus eius vigore agitatus ſint ipſo iure nulli, facilè euitatur primò, dicendo, fortè etiam in hoc caſu, ſi concurreret communis error, non fore nullum proceſſum; deinde prædictam nullitatem inductam eſſe in odium excommunicati, vt gloſ. recepta adnotauit d.cap.1.verbo,proceſſus,& ſic in pœnam.

453 *Notarij acta, etiã inhabilis communi errore valida ſunt.*

Ampliatur ſecundò, vt † etiam geſta à notario actorum ſint valida,ſi cum eius creatione licèt inualida à legitimo ſuperiore facta communis error concurrat, quo exiſtimetur ritè creatus: ita ex communi Alex. d.l. 1. C de teſtam. Bertrand. conſ.130. col.fin. vol.2. Ruin. conſ.15. col.2. vol. 2. quos refert Gabr. d. concl.8. num.24. communem etiam aſſerit Iaſ. d. l. Barbarius, num.48. quem allegat, ac ſequitur Vgol. d.§ 22. num.2. eam quoque communem dicit,& approbat Apoſtill.Fel.cap.1.num. 18.de fide inſtrum.eadem quoque tenet Leſſ. d. num.67. in fin. & Sanchez d.diſp.22.nu.54. Quòd ſi plerique relati ab eodem Sanchez num.48.& probati à Gabr.d.concl.8. num.25. voluerũt,ſufficere,quòd quis habeatur pro notario,& ſit in poſſeſſione notariatus;id ferè omnes aſſerunt quoad hoc, vt ex tali diuturna poſſeſſione & vſu officij notariatus notarius quis præſumatur, nec titulum teneatur producere, vt poſt alios ſentit Gabr.d.concl.8.num.26.& ſeq. & expreſsè adnotauit Sanchez

d.num.

Digitized by Google

d.num. 54. & valde conferunt quæ in hac materia notarij, qui pro tali ſe geſſit & eſt in poſſeſſione notariatus, ſcriptum reliquit Menoch. de præſumpt lib. 2. præſumpt. 78. num. 9. & 12. ac de eo, qui diu pro clerico ſe geſſit, idem tradit eod. tract. lib. 6. præſumpt. 76. num. 25. & ſeq. vbi etiam oſtendit in vtroque contra hanc præſumptionem contrariam probationem admitti.

Ampliatur tertiò, vt, † licèt requiratur poſſeſſio prælaturæ vel dignitatis, ob quam aliquis electus eſt Conſeruator, non tamen requiritur, quòd ſit in poſſeſſione ipſius officij Conſeruatoris; ita generatim de geſtis à Prælato, & officiali tenet Gabr. d. concl. 8. num. 54. & ſeq. poſt Ang. d. l. Barbarius, col. 2. quoad poſſeſſionem Prælaturæ, & poſt Bal. ibi in 1. lect. col. 2. quoad poſſeſſionem officij. 454 *Poſſeſſio dignitatis non officij, requiritur vt ius faciat communis error.*

Ampliatur denique hæc regula iis modis, quibus prima ſuperiùs poſita, ſicut & iiſdem modis, quibus illa, limitari poteſt; neque enim nũc nobis occurrit aliqua peculiaris limitatio, quæ ad hanc regulam ſpeciatim pertineat.

Quarta regula. Is, qui impetrauit Conſeruatoriam tanquam Abbas, Canonicus, aut alia ſimili præditus qualitate, † ſi pro tali communiter reputetur, & titulum habeat à ſuperiore, non poteſt repelli ob tituli veri defectum, vel aliud crimen, ſed valent geſta cum eo. Ita de Prælato agente, qui habuit Canonicum ingreſſum, quòd licèt non habeat verum titulum, vel poſtea illum amittat, tamen ex eo, quòd illud habuit à legitimo ſuperiore, & eſt in eius poſſeſſione, non ideo minùs valeant ab eo geſta in iudicio, & extra, tradunt, ſatíſque probant Innocent. dict. cap. nihil, num. 3. cum duobus ſequentibus, & Abb. num. 14. qui tamen docet, quòd, ſi recens ſit poſſeſſio, tenetur docere de tali titulo colorato, ſi verò ſit antiqua poſſeſſio, titulus præſumitur, neque de eo fidem facere tenetur. 455 *Impetrans Conſ. tãquã Abbas ſufficit ad actuũ validitatem vt communi errore pro Abbate habeatur.*

Ampliatur hæc regula, vt procedat etiam † de eo, qui tutorio, vel curatorio nomine impetrauit litteras Conſeruatorias; nam, licèt verè non ſit tutor, ſeu curator, ſed pro tutore, & curatore habeatur, valent geſta cum eo tam in iudicio, quàm extra, ſi à magiſtratu creatus ſit, per ea, quæ tradit inter alios Innocent. dict. cap. nihil, num. 4. in fin. dum ad l. vlt. 426 *Idem in eo qui tutorio vel curatorio nomine Conſeruatoriam impetrauit.*

Digitized by Google

C.de eo, qui pro tut. vbi expreſsè habetur quod amittitur exceptio contra tutorem qui non fuit legitimè nominatus, reſpondet, quòd Magiſtratus non tuetur eius facta, cum ipſe eum non dediſſet. ſic etiam ſoluitur quod per text. in l. 2. ff. eodem titul. & l. qui neque, ff. de rebus eor. poſt alios docet Gabr. dict. concluſ. 8. num. 28. geſta per aliquem obtinentem officium communi errore pro habili reputatum non ſu-
457 ſtineri, † quando illud officium non eſt publicum, ſed auctoritate, atque vtilitate priuatum, prout eſt tutela; nam intelligendum id eſt de tutela legitima, vel teſtamentaria, ſecus in datiua, quæ licèt vtilitate poſſit dici priuata, tamen auctoritate eſt publica cum à publica detur auctoritate, quamquam etiam aliter reſponderi poteſt ad dict. l. qui neque, & l. 2. ea iura loqui de diſtractione rerum pupilli, vel minoris, quæ res eſt maximi præiudicij, non autem de actu iudiciali, de quo ſolùm dicitur dict. l. vltim. poſſe talem qui pro tutore ſe geſſit, exceptione, quòd non ſit tutor, ſubmouerì, & ſic repelli quoad actus ſubſequentes, conſtito de errore; quod facilè eſt admittendum, neque nemo negauerit etiam vbi prius concurriſſet communis error; nam error cedere debet veritati; l. penultim. §. mulier, ff. de probation. cum aliis ad id facientibus, quæ adducit Menoch. de præſumpt. libr. 1. quæſt. 31. ferè per totam. Denique dici poteſt prædicta iura, &, ſi quæ alia ſunt eius generis, accipienda eſſe, vbi non concurrat error communis, ſed aliquorum dumtaxat. nam, quòd error communis, donec durat, pro veritate habeatur, & validet geſta, etiam non concurrente publica vtilitate, iam ſupra docuimus, præſertim ex dict. l. 3. ff. ad Maced. vbi de geſtis cum eo agitur, qui pro patrefamiliâs publicè habebatur; necnon dict. l. 1. C. de teſtament. & §. ſed cum aliquis, Inſtit. eodem titul. vbi de teſtibus teſtamenti id decernitur, qui licèt ſerui forſan eſſent, tamen communi conſenſu liberorum loco habiti ſunt; vnde etiam abſolutè, quòd is tutor, & curator præſumatur, qui diu ſe pro tali geſſit, poſt Soc. ſen. conſil. 153. column. 2. libr. 2. & Crauet. tractat. de antiqu. tempor. 1. part. 3. part. princip. num. 37. ſcriptum reliquit D. Menoch. tractat. de præſumpt. libr. 2. præſumpt. 38. num. 9. & libr. 3. præſumpt. 149. num. 17. Non obeſt etiam, quod ex cap. ſuper

Vtilitas publica an requiratur vt error cõmunis faciat ius.

eo,

Digitized by Google

eo, il 1. & cap. teſtimonium, de teſt. colligi videtur, † teſtem etiam toleratum reſpectu alicuius criminis, ac de quo is infamia non laborat, adhuc repelli, eíque tale crimen obiici poſſe; nam omiſſa quoque reſponſione Innocent. dict. cap. nihil, num. 6. & Abb. num. 15. quòd licèt teſtificari in ſe ſit publicum officium, l. 1. ff. de teſt. & l. 1. ff. quemadmodum teſtam. aper. tamen non reddit teſtimonium ratione publici officij, quod habet; Reſpondetur, ex dict. cap. ſuper eo, ſolùm colligi, poſſe contra teſtes opponi crimen, de quo nunc conuincuntur, licet antè nõ ſint conuicti, nec confeſſi, quod longè abeſt à re, de qua agimus, cum nihil de communi errore, aut opinione durante ibi agatur; ex dict. verò cap. teſtimonium ſolùm habetur, teſtem perſeuerantem in crimine repelli tam in cauſa ciuili, quàm criminali, ſiue ciuiliter mota, ſiue criminaliter, emendatum verò non laborantem eius infamia admitti tam in ciuili, quàm criminali mota ciuiliter, excepto crimine periurij; nam ſpeciale id eſt ratione periurij, in quo vertitur periculum animæ; & quoties agitur ad pœnam, à qua qualibet cauſa excuſat, l. igitur, §. poteſt, ff. de liberal. cau. Angel. in l. plagij, C. ad le[illegible] Flauiam, de plag. & alij paſſim. Præterquam quòd in neutro prædictorum iurium probatur id, de quo nunc agimus, nimirum antea geſta nulla eſſe, & inualida. 458

Teſtis toleratus ob crimen cũ inhabilitãs an repellatur.

Ampliatur præterea hæc concluſio, omnibus aliis modis, quibus primo loco propoſita, ſicut & iiſdem limitari poteſt.

Quinta, & poſtrema regula. Si † is, contra quem alius impetrauit Conſeruatoriam, vel ea vtitur tanquam contra Abbatem, vel obtinentem aliam ſimilem qualitatem, eam verè non obtineat propter aliquem defectum in ipſo titulo, quam tamen habuit à legitimo ſuperiore, vbi concurrat communis error, qui mox detegatur, valent nihilominus antea geſta cum ipſo, ita vt neque actor, neque reus poſſit ad huiuſmodi actus iam geſtos irritandos talem defectum opponere. Probatur hæc regula iis planè fundamentis, quibus præcedens; immò à fortiori, cum & actor iam quoad illos actus rei perſonam approbauerit, & pro tali nominauerit, nec ita facilè erroris allegatio admittatur, & reus ſui tituli qualitatem minimè ignoraſſe præſumatur, ac tanquam allegans turpitudinem audiri non 459

Aduerſarius impetrantis Conſeruatoriam cõmuni errore, prædictus qualitate cõtra eum impetrata, opponere nequit geſtorũ nullitatem, ſicut nec impetrans.

debeat, atque adeo exceptione doli poſſit ſubmoueri, iuxta vulgatas iuris regulas,ac doctrinas.

Declarari autem, ſeu ampliari, aut limitari poteſt præſens concluſio iiſdem modis, quibus præcedens. Neque enim vlteriùs hac in re, aliiſve quando etiam eorum neutrum eſt neceſſarium immorandum putemus, ſed potiùs ex his finem imponendum vniuerſo huic Tractatui de CONSERVATORIBVS IVDICIBVS. In quo quæcumque ſcripſimus, ſicut ad omnipotentis Dei, eiúſque Genitricis, ac perpetuæ Virginis Mariæ laudem, Chriſtíque fidelium fructum cupimus referri;ita cuiuſuis rectiùs,quàm nos, ſentientes, præcipuè verò S.R.E. iudicio libenter ſubiicimus.

INDEX

Digitized by Google

INDEX LOCVPLETISSIMVS RERVM SINGVLARIVM,

Quæ in hoc Tractatu de CONSERVATORIBVS IVDICIBVS *continentur.*

Prior nota, Caput; poſterior Capitis numerum indicat.

A

ABBATES *maiores Regularium, qui Patres Abbates vocantur, poſſunt deputari Conſeruatores Apoſtolici.* cap.5. num.31.

Abbates poſſunt deputari Conſeruatores. 5.79.

licèt ſint Abbates clericorum ſecularium. 80

Abbreuiatores, & ſimiles officiales Curiæ Romanæ deputari vt ſic nequeunt Conſer. 5.113

Abſens ſemel legitimè citatus, ſi venire contemnat, poteſt non ampliùs citari. 8.32

Abſoluere à ſe excommunicatum poteſt Conſeruator intra annum. 8.251

Abſoluere à ſuſpenſione cap. fin. de off. deleg. in 6. quis poſſit ante lapſum anni. 7.583. & 591

Abſoluere à ſuſpenſione iuris non reſeruata quis valeat. 7.592

Abſoluere ab excommunicatione cap. fi. de off. deleg. in 6. ante ſatisfactionem ſolus Papa poteſt. 7.589. *& duobus ſequentib. & poſt quis poßit.* 591

Abſoluere poteſt Conſeruator excommunicatum à ſe. 7.282

Abſoluere poteſt Conſeruator excommunicatum ob id, quòd quis fregit Eccleſias, aut loca Fratrum Minorum, iiſve intulit violentiam. 7.283

Abſolutio à cenſura quando fieri poßit pendente appellatione, remiſſiuè. 10.248

Acceſſus non tutus, vt citari quis per edictum poſſit, quando dicatur. 8.47
Actio ciuilis iniuriæ differt ab actione ad damna, & intereſſe. 8.182
Actio iniuriarum cedi poteſt. 7.315
Actio iniuriarum ciuilis an detur heredi, vel contra heredem. 7.306
Actio iniuriarum quot modis remittatur. 7.304. *& quanto tempore tollatur.* 305
Actio ſimplex, vel duplex quando ex delicto oriatur. 7.212. & 231
Actiones pro iniuria ciuilis, & criminalis quando cumulari ſimul, vel ſucceſsiuè poſſint. 7.292
Actor eligere poteſt vnum ex pluribus iudicibus rei. 7.351
Actor fit qui infert manifeſtam iniuriam, & violentiam. 7.339. & 343
Actor habens Conſeruatoriam cum facultate trahendi debet conuenire reum habentem ſimilem facultatem coram eius, non ſuo Conſeruatore. 7.345. & *tribus ſeqq.*
Actor non poteſt reum conuenire coram ſuo Conſeruatore dato abſque facultate trahendi. 7. 337. & 340. *dum tamen is datus ſit tanquam Ordinarius in cauſis ciuilibus.* 338. & *ſeq.*
Actor poteſt coram ſuo Conſeruatore reum trahere, vbi talis facultas in litteris ſuis exprimatur. 7.344
Actor quoties poteſt conuenire reum coram ſuo iudice, an debeat coram Ordinario, vel poſſit coram Conſeruatore, quem habet, conuenire. 7.342. & *ſeq.*
Actor regulariter ſequitur forum rei. 7.340. *fallit tamen id multis modis.* 341. & 343
Aduerſarius impetrantis Conſeruatoriam communi errore habitus vt præditus ea qualitate, cuius ratione contra eum impetrata eſt opponere nequit nullitatem cum eo geſtorum; ſicut nec poteſt impetrans. 10. 459
Aduerſarius impetrantis condemnatus cum bonorum amiſsione ſi reſtituatur, an recuperet ſtatum litis. 10.303. *quid in bannito.* 304
Aduocati an ſint admittendi in ſummarijs. 8.122
Aduocatus excommunicati quando repellatur. 10.312
Aeſtimari an poſſint ſimul plures iniuriæ. 8.194
Aeſtimatio damni, expenſarum, & intereſſe occaſione iniuriæ debet, ſi poteſt, fieri per teſtes, aut alias legitimas probationes. 8.191. *ſecus per iuramentum fieri debet, & quomodo.* 192
Aeſtimatio iniuriæ, damnorum, & expenſarum ſpectat ad Conſeruatorem in ſuis cauſis. 8.184
Aeſtimatio iniuriæ etiam quoad damna, expenſas, & intereſſe, vnde

ſuma

Digitized by Google

ſumatur. 8.195

Aeſtimatio iniuriæ fit à parte medio iuramento. 8.189

Aetas Canonici etiam vt deputetur Conſeruator. 5.158. *Commendatarij.* 159. *aut alterius ſimplicis beneficiati.* 160

Aetas Conſeruatoris ea eſſe debet, quam requirit qualitas tribuens habilitatem ad hoc munus. 5.156. & *ſeq.*

Aetas Epiſcopatus, & aliarum qualitatum requiſitarum in Conſeruatore quæ ſit. 5.157.

Alienatio iudicij mutandi cauſa facta quando locũ habeat. 7.323.& 335

Animalium, quæ damna alienis paſcuis fecerunt, detentores quando coram Conſeruatore conueniri poſſint. 7.310

Annus, quo expectatur primus impetrans, quando incipiat currere. 10.409

Apices iuris non attenduntur in cauſis ſummarijs. 9.20

Appellans ab interlocutoria, vel grauamine extraiudiciali exprimere debet cauſam rationabilem; & quæ illa ſit. 9.155

Appellare, vel aſſectari perſonam aliquam quid ſit. 7.552

Appellare olim licebat ſaltem de iure Canonico ab omni grauamine ſiue iudiciali, ſiue extraiudiciali. 9.154

Appellare quando nunc liceat de iure Canonico in quauis inſtantia. 9.156. & *quid de iure ciuili.* 157

Appellari ad Legatum etiam de latere nequit à Conſeruatore Apoſtolico, nec valet contraria conſuetudo. 9.185

Appellari poteſt in cauſa ſummaria ab executione; quæ ſuccèdat loco ſententiæ definitiuæ. 8.145

Appellari quando nequeat à Conſeruatore etiam in plenarijs. 9.180. *cum ſeq.*

Appellatio à Subconſeruatore Apoſtolico in totum etiam quoad vnam cauſam dato fit ad Papam. 9.187

Appellatio à Subconſeruatore in totum datò à Conſeruatore, qui deputatus ſit à Principe *ſeculari, ad quem fiat.* 9.188

Appellatio à ſubdelegato per collegam dato cum clauſula, ſi non ambo, &c. fit ad Papam. 9.191. *Item à duobus extràneis ſubdelegatis per duos ex tribus delegatis.* 192

Appellatio ab interlocutoria eximit à iudice, non tamen facit attẽtata, niſi poſt inhibitionem. 9.179

Appellatio legitima præcedens nullam reddit cenſuram. 10.238

Appellatio quando ſit meri imperij, vel mixti, aut iuriſdictionis ſimplicis. 7.16.

Appellatio regulariter non admittitur in notorijs. 9. 173. fallit tamen id multis modis. 174. cum ſeq. & quid in notorio fidei, ſeu probationis. 175
Appellatio regulariter non datur à ſententia Conſeruatoris deputati iuxta terminos iuris. 9.172
Appellatio reijcienda in cauſis ſummarijs quænam ſit. 8.125
Appellatio ſequens cenſuram non ſuſpendit. 10.240
Appellatio ſola incidenter includit nullitatem, ſicut & nullitas appellationem. 9.169
Appellatur à Conſeruatore in cauſis plenarijs, & geſta appellatione pendente vt attentata ſunt reuocanda. 9.176. etiã quoad interlocutoriam habentem vim definitiuæ. 177
Appellatur à Conſeruatore in cauſis ſummarijs. 9.180
Appellatur à declaratione, delictum eſſe notorium. 8.60
Appellatur à declaratoria commiſsi delicti, ob quod incurritur cenſura. 10.239.
Appellatur à declaratoria incurſus excommunicationis. 10.245
Appellatur à pronuntiatione de exequendo. 8.146
Appellatur à Subconſeruatore non in totum dato ad Conſeruatorem. 9.189. & an poſſit ad Papam. 190
Appellatur à Subconſeruatore non in totum dato ad Papam, vbi Conſeruator incurrat excommunicationem, vel moriatur. 9.193. Item in quinque alijs caſibus. 194
Appellatur ab excommunicatione conditionali. 10.246
Appellatur ad Papam à Conſeruatore Apoſtolico. 9.182. & trib. ſeqq.
Appellatur ad Papam à Conſeruatore laico ab eo dato. 9.184
Appellatur ad Papam ab arbitris iuris in caſu recuſationis, aut competentiæ iuriſdictionis Conſeruatoris Apoſtolici cum alio Conſeruatore, vel delegato. 9.183
Appellatur ad Principem ſecularem à Conſeruatore etiam clerico, quem is dedit. 9.184
Arbiter ſimul Conſeruator quando compromiſſo durante, vel ſoluto poſſit procedere vt iudex, vel arbiter. 9.153
Arbitri in cauſa ſuſpicionis Conſeruatoris ſi diſcordant, aduocant tertium, quodq́; duo decreuerint, ſubſiſtit. 9.34
Arbitri iuris cogendi ſunt à Conſeruatore recuſato ad conueniendum in vnam ſententiam, vel tertium concorditer aduocandum. 9.39
Arbitri iuris, non Conſeruator, aſsignant terminum partibus ad probandam cauſam ſuſpicionis. 9.40

Arbi

Arbitri quando eligendi ſint à recuſante cum Conſeruatore recuſato, vel cum aduerſario. 9.33.& ſeq.
Arbitrio iudicis quomodo relinquatur, quod dicatur factum notoriū. 7.140
Arbitrium iudicis verſatur etiam in pœna à lege præſcripta. 7.363
Archidiaconus eſſe poteſt Conſeruator. 5.88
Archiepiſcopi conſecrati poſſunt eſſe Conſeruatores. 5. 52. *licèt tantùm ſint titulares.* 53
Archiepiſcopi electi deputari poſſunt Conſeruatores ſi ſaltem ſint confirmati. 5.54. *cum ſeq.*
Archiepiſcopus Conſeruator deputatus poteſt in ciuitatibus omnib. ſuæ Prouinciæ procedere. 7.64
Archiepiſcopus dare nequit Conſeruatorem. 4.30
Archiepiſcopus idem eſt cum Metropolitano. 5.44
Archiepiſcopus Mediolanenſis Rauennati præferendus eſt. 5.123
Archiepiſcopus nequit cognoſcere cauſas ſubditorum ſuffraganeorum ſuorum etiam de partium conſenſu ſine proprij cuiuſque Diœceſani voluntate. 7.388
Archiepiſcopus non dicitur quis ante ſuſceptionem Pallij. 5.57
Archiepiſcopus quam poteſtatem habeat in ſuffraganeos. 10.53
Archipresbyter Eccleſiæ Cathedralis eſt Vicarius natus Epiſcopi in quibuſdam ſpiritualibus, aut Archidiaconus in nonnullis alijs. 5. 64. *neuter tamen eſt generalis.* 65
Archipresbyter eſſe poteſt Conſeruator. 5. 89. *quid in rurali, aut non habente Collegium.* 90
Argumentum à genere ad ſpeciem quando procedat. 7.395. *vſque ad* 408
Argumentum à genere ad ſpeciem valet negatiuè, non affirmatiuè. 5.22
Argumentum à procuratoris conſtitutione ad deputationem iudicis an procedat. 10.397
Argumentum ab appellationis ad recuſationem in cauſis Eccleſiaſticis valet. 9.10. *dum tamen appellatio remouetur à iure. non per reſcriptū.* 11
Argumentum ab Etymologia ſumptum non valet, niſi negatiuè. 1.2
Argumentum ex Etymologia Conſeruatoris quomodo procedat. 1.5
Articulos non iuriſdictionales quilibet iudex poteſt alteri delegare. 7.57
Aſſeſſor an habeat iuriſdictionem. 9.25
Aſſeſſor Conſeruatoris clerici poteſt eſſe laicus. 9.67. *niſi eius conſilium foret ex neceſſitate ſequendum.* 68
Aſſeſſor Conſeruatoris debet eſſe idoneus ad eum inſtruendum. 9.61
Aſſeſſor Conſeruatoris debet eſſe integræ famæ, nec excommunicatus. 9.65
Aſſeſſor Conſeruatoris laici in cauſa ciuili poteſt eſſe clericus. 9.66

Eeeeee

Digitized by Google

Aſſeſſor Conſeruatoris neutri partium debet eſſe ſuſpectus, licèt poſsit non eſſe confidens. 9.59
Aſſeſſor Conſiliarius etiam vocatur. 9.49. *& quid ſit.* 50
Aſſeſſor imperitus de conſenſu vtriuſque partis ſic electus validè procedit. 9.63
Aſſeſſor iudicis Eccleſiaſtici an debeat eſſe peritus iuris canonici. 9.64
Aſſeſſor recuſari poteſt, ſicut iudex, vbi hic illius conſilium ſequi debeat. 9.26
Aſſeſſor ſuſpectus à Conſeruatore aſſumptus recuſari poteſt. 9.23. *maior tamen cauſa requiritur, quàm in Conſeruatore.* 24
Aſſeſſor transferens ſe cum Conſeruatore extra domicilium an habeat à partibus expenſas. 8.232
Aſſeſſore indigere quando dicatur delegatus Apoſtolicus, aut Conſeruator. 9.56. *& an ſtetur in hoc eius conſcientiæ.* 57
Aſſeſſorem aſſumere Conſeruator poteſt, licèt non indigeat; ſi indigeat debet. 9.55.57. *&* 60
Aſſeſſorem aſſumere debet ſeptennis, aut vix pubes Conſeruator deputatus. 5.161
Aſſeſſorem non tenetur aſſumere Conſeruator, niſi à parte requiſitus. 9.58. *poteſt tamen ſine eius conſenſu.* 60
Aſſeſſorem aſſumere poteſt Conſeruator inuitis partibus ſi ſit imperitus, aut impeditus. 9.73. *iiſdem conſentientibus poteſt recuſatus.* 74
Aſſeſſores Conſeruatorum munera, & xenia poſſunt à litigantibus accipere. 8.223. *& ſeq.*
Aſſeſſores Conſeruatorum recipere poſſunt ſalarium à Conſeruatoribus moderandum. 8.238. *& quid in ea moderatione Conſeruator attendat.* 239. *& cur communiter à partibus illud recipiant.* 240. *& quid in Mediolanen. Prouincia ſit ſeruandum.* 242
Aſſeſſoris conſilium an iudex ſequi debeat. 8.224. *&* 9.69. *cum ſeq.*
Atrox iniuria dicitur, propter quam donatio reuocatur, aut filius exhæredatur, quaue habet ingratitudinem admixtam. 8.200
Auctor huius Operis ſe tuetur ab obiectionibus D. Marij Antonini. 6.24. *cum multis ſeqq.*
Auditor Cameræ Apoſtolicæ an poſsit deputari Conſeruator. 5.109
Auditor Rotæ Romanæ an eſſe valeat Conſeruator. 5.110
Auocare cauſam à Conſeruatore nequit Legatus, aut alius, à quo iuriſdictionem non agnoſcit. 10.51
Auocare cauſam ab Epiſcopo ſuffraganeo an poſsit Metropolitanus. 10.52. *& ſeq.*

Auoca

Digitized by Google

Auocare cauſam qui poßint. 10.14
Auocari non dicitur lis, niſi pendeat. 10.2.*& ſeq.*
Auocatio cauſæ à Conſeruatore ab eo aufert iuriſdictionem in illa, & reddit nulla, & attentata, quæ poſtea fiunt. 10.16. *etiam plùs, quàm appellatio.* 17. *aut litis pendentia.* 18. *aut relatio.* 19. *Item licèt ſit tacita auocatio.* 20
Auocatio cauſæ an operetur effectum attentatorum etiam quoad tertium. 10.21
Auocatio cauſæ aut expreßè fit, aut tacitè; & hæc duplex eſt. 10.11
Auocatio cauſæ aut fit motu proprio, aut ad inſtantiam partis. 10.12. *item alia eſt ſimplex, & abſoluta, alia conditionalis.* 13
Auocatio cauſæ non impedit, quin iudex ex noua cauſa poßit ſe in negotio alteri delegato intromittere. 10.28
Auocatio cauſæ, ſeu litis quid ſit. 10.1
Auocatio cum clauſula, quatenus cauſa non ſit inſtructa, quid operetur. 10.22
Auocatio quas ob cauſas fiat. 10.15
Auocationis notitia an reddat proceſſum inualidum, ſi ea aliter habeatur, quàm per partis exceptionẽ. 10.31. *aut ſi pars auocatione non vtatur.* 32

B

BANNITI noſtri temporis an comparentur relegatis, vel deportatis. 10.73. *& an poßint teſtari.* 80. *aut capere ex teſtamento.* 81
Bannitus cum bonorum amißione ſi reſtituatur an litem recuperet. 10.288. *&* 304
Beneficia incompatibilia quæ ſint. 10.188
Beneficiatus ſimplex, etiam vt Conſeruator deputetur, quam ætatem habere debeat. 5.160
Beneficio quando priuandus quis ſit. 10.184
Beneficio quando quis priuetur ipſo iure. 10.182
Beneficium amittitur per profeßionem, mortem naturalem, & renuntiationem. 10.185
Beneficium, cuius ratione quis Conſeruator deputatur, poßideri debet cum titulo. 5.114
Beneficium quis amittit matrimonij contractu, aut aſſumptione militiæ. 10.190.
Beneficium quomodo amittatur tranſlatione, aut Epiſcopi conſecratione. 10.189

Digitized by Google

Beneficium quot modis vacet. 10.181.*cum multis ſeqq.*
Beneplacitum dignitatis non expirat morte concedentis. 10.353
Bona damnatorum quibus applicentur. 10.75
Bona patrimonialia clericorum quoad forum exæquantur bonis Eccleſiarum. 6.10. *Item quoad immunitatem ab exactionibus laicorum.* 11
Bonis priuantur non modò damnati ad metallum, vel mortem, aut ſerui facti, ſed etiam deportati in inſulam. 10.74
Brachij ſecularis materia, remiſſiuè. 8.274
Brachium ſeculare à iudice Eccleſiaſtico ad duos potiſſimùm effectus inuocatur, vel vt ſuam ſententiam per iudicem laicum, vel vt ipſemet faciliùs exequatur. 8.257
Brachium ſeculare inuocari poteſt à Conſeruatore, vt ipſe executionem realem, aut perſonalem per executores, ſeu miniſtros laici iudicis, vel vt laicus iudex per ſuos eam faciat. 8.271
Brachium ſeculare inuocari poteſt à Conſeruatore, vt Magiſtratus laicus eius ſententiam exæquatur. 2.258.*& nonnullis ſeqq.*
Brachium ſeculare poteſt inuocari à Conſeruatore, vt ipſe faciliùs ſententiam ſuam exæquatur. 8.263.*& aliquot ſeqq.*
Brachium ſeculare poteſt inuocari à delegato Apoſtolico immediatè, & directè antequam auxilium imploret ab Ordinario Eccleſiaſtico. 8.267
Brachium ſeculare poteſt inuocari per quemlibet Ordinarium Eccleſiaſticum. 8.259.*Item per delegatum Apoſtolicum, etiam abſque ſpeciali facultate, ex communi ſententia contra quoſdam.* 260
Brachium ſeculare, vt à Conſeruatore imploretur, non requirit neceſſariò, vt priùs ab eo procedatur per cenſuras Eccleſiaſticas. 8.268.*& duobus ſeqq.*

C

CAMERARIVS *Vrbis an vt ſic poſſit eſſe Conſeruator.* 5.106
Canones antiqui tacitè de Conſeruatoribus diſpoſuerunt. 3.5.*& aliqui noui expreſſè.* 6.*cum duob.ſeqq.*
Canonibus quomodo omnes ſubſint. 4.33.*& an ijs aliquando præualeat ius ciuile.* 34
Canonicatus quam ætatem requirat, maximè, vt eum obtinens poſſit ex certa ſcientia deputari Conſeruator. 5.158
Canonici deputatio in Conſeruatorem an in ſucceſſorem tranſeat. 10.213
Canonici Eccleſiarum Collegiatarum nequeunt eſſe Conſeruatores. 5.116
Canonici Mediolanen. cappa rubea, & violacea vt S.R.E. Cardinales
vtun

vtuntur. 5.124. & Ordinarij dicuntur. 125

Canonici Metropolitanæ Mediolanen. Rauennatis, & Compoſtellanæ vocantur Cardinales. 5.122

Canonici Metropolitanarum inſignium, vt Mediolanen. & ipſi vt ſic deputari nequeunt Conſeruatores. 5.126. cum ſeq.

Canonici Patriarchalium Eccleſiarum vt ſic nequeunt eſſe Conſeruatores, niſi adſit conſuetudo legitimè inducta. 5.128

Canonicus Eccleſiæ Cathedralis nequit vt ſic Conſeruator deputari. 5.117. & duob. ſeqq.

Canonicus Eccleſiæ Cathedralis non habet dignitatem, nec perſonatū. 5.118

Canonicus etiam Metropolitanæ non poteſt eſſe Conſeruator. 5.121

Cantor, aut Succentor an poſſint eſſe Conſeruatores. 5.94. & 101

Cantoratus, & Succentoratus an ſint dignitates, vel perſonatus. 5.101

Capitis diminutio quid ſit, & quotuplex. 10.63. cum ſeq.

Capitulum an recuſari poſſit. 9.28

Capitulum Cathedralis etiam ſede vacante nequit dare Conſeruatorem.

Capitulum Cathedralis plena ſede nequit eligi Conſeruator. 5.129. & ſeq.

Capitulum Cathedralis ſede vacante non ſuccedit in iuriſdictione Conſeruatoris Epiſcopi mortui, vel capti ab hoſtibus. 10.164. & trib. ſeqq.

Cap. 1. de off. leg. in 6. hodie penè inutile eſt ob amplitudinem litterarum Conſeruatoriarum. 8.87

Capti ab hoſtibus reuerſi omnia iure poſtliminij recuperant. 10.82

Capti in bello an indiſtinctè hodie ſerui efficiantur. 10.84

Captiui, vel obſides apud hoſtes nec teſtari, nec heredes inſtitui poſſunt. 10.76.

Carceratio quandonam meri imperij ſit, vel ſimplicis iuriſdictionis. 7.14

Cardinales habent dignitatem in Cathedrali. 5.38. ſuntq́; fratres Papæ, & pars Corporis eius. 39

Cardinales incurrere ſuſpenſionem cap. fin. de off. deleg. in 6. poſſunt. 7.572

Cardinales quando comprehendantur in conſtitutione etiam pœnali. 7.573. & ſeq.

Cardinales ſinguli in ſuis titulis habent iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem. 4.19

Cardinales ſunt maiores dignitate, & ſuperiores Epiſcopis. 5.37

Cardinalis nequit dare Conſeruatorem. 4.30

Cardinalis recuſari non ita facilè poteſt. 9.21

Cardinalis S.R.E. poteſt deputari, eligiue Conſeruator. 5.33

Cardinalis vti poteſt inſignibus Pontificalibus, & ſolemniter benedicere. 5.34. & an conferre valeat ordines minores. 35

Digitized by Google

Cardinalium cœtus non poteſt dare Conſeruatorem Papa valente Eccleſiam regere. 4.18. *& quid non valente.* 20
Cardinalium cœtus ſede vacante an poſſit dare Conſeruatorem. 4.21. *& quid poſſit tunc facere.* 22
Cardinalium Collegium an poſſit dare Conſeruatorem antequam ei innoteſcat acceptatio electi in Papam abſentis, vel hic de Legato prouideat. 4.23
Cauſa dimiſſionis delegationis non excuſat, ſi nota fuit ante ſuſceptionem. 10.352. *& quid, ſi poſtea incidat.* 353.
Cauſa finalis, & præcipua dandi Conſeruatores quæ ſit. 1.12
Cauſa hæreſis cognoſci à Conſeruatore non poteſt. 7.313
Cauſa inſtructa quando dicatur ad effectum auocationis. 10.23
Cauſa poſſeſſionis, & proprietatis coram eodem iudice tractanda eſt. 7.555
Cauſa quando dicatur. 7.288
Cauſas ciuiles cognoſcere poteſt Conſeruator. 7.267. *& quomodo.* 268
Cauſas criminales, aut mixtas an cognoſcat Conſeruator ampliorem habens facultatem, quàm à iure. 7.258. *quid in Conſeruatore Regularium, & aliorum à Trid. Conc. ſeſſ.* 14. *cap.* 5. *de reform. exceptorum.* 259
Cauſas criminales, & mixtas cognoſcere poteſt Conſeruator ex ſpeciali commiſſione. 7.265
Cenſura abrogari poteſt conſuetudine non abrogata constitutione eam imponente. 7.613
Cenſura ad certum tempus in pœnam lata incipit à die delicti. 7.614. *licèt incidat in tempus ſimilis cenſuræ.* 615
Cenſuræ à Conſeruatore ferri debent ſeruata forma Conc. Trid. ſeſſ. 25. *c.* 3. *de reform.* 8.173. *Item cap.* 1. *de ſent. excomm. in* 6. *forma.* 174. *& cap. ſacro, extr. eod. tit.* 175. *cum ſeq.*
Cenſuræ quo ordine ſint à Conſeruatore ferendæ contra Epiſcopos. 8.177
Cenſuras ferre non poteſt Conſeruator ad publicam vtilitatem, ſed ad priuatam poteſt. 7.279. *quid in Subconſeruatore.* 280
Cenſuras ferre poteſt Conſeruator in contumacem, & inobedientem, non autem vt puniat. 7.284. *nec in Inquiſitorem.* 8.172
Certa ſcientia Papæ quomodo probetur, & quam vim habeat. 7.412
Certa ſcientia Principis quomodo probetur. 5.18
Ceſſio actionum ex pretij modicitate quando præſumatur ſimulata, vel ſit inualida. 7.321
Ceſſio aliquãdo eſt prohibita, aliquãdo præſumitur ſimulata. 7.320. *&* 328
Ceſſio de re, vel actione litigioſa tam inter viuos, quàm in vltima voluntate eſt prohibita. 7.324

Ceſſio

Digitized by Google

Ceſſio facta conſanguineo, aut à reo fiſco non præſumitur ſimulata, nec prohibetur. 7.333
Ceſſio fieri nequit potentiori per actum inter viuos. 7.322. & ſeq.
Ceſſio iurium, & actionum regulariter non eſt prohibita. 7.314
Ceſſio quibus titulis fieri poſſit. 7.319
Ceſſio ſimulata non præſumitur cùm de veritate conſtat, vt cùm debitor præſens conſentit vel tacet. 7. 330. Item vbi acceſſoriè ſit ad contractum. 331
Chorepiſcopi quinam olim fuerint. 5.42. & an poſſint deputari nunc Conſeruatores. 59
Cimiliarcha, ſeu Theſaurarius an poſſit eſſe Conſeruator. 5.104
Circumſtantiæ excuſantes delictum, ſi allegentur, an probandæ ſint coram Conſeruatore iuxta terminos iuris deputato. 8.71
Citare debet Conſeruator in cauſis ſummarijs. 8.97. cum initio cauſæ. 98. tum in reliquo proceſſu, niſi initio comminatus fuiſſet citato ad totam cauſam, quòd procedet ad vlteriora. 99
Citare per edictum an Conſeruator poſſit. 8.39
Citare poteſt Conſeruator. 7.29
Citare poteſt, & debet in actibus præiudicialibus Conſeruator etiam iuxta terminos iuris deputatus. 8.22
Citatio anomala, aut nulla non perpetuat iuriſdictionem, niſi pars præſens ſit. 10.101
Citatio ad ſententiam in ſummarijs non ſufficit generalis. 8.100. non debet tamen neceſſariò habere formam peremptorij. 101. nec requiritur eius, pro quo ferenda eſt ſententia. 102
Citatio in notorijs an requiratur. 8.23. & multis ſeqq.
Citatio non requiritur ad cenſuræ validitatem. 8.30
Citatio per edictum fieri poteſt in pluribus quàm duob. caſibus. 8.45
Citatio per edictum fieri poteſt quando contradictor eſt incertus, & quomodo tunc fiat. 8.51
Citatio per edictum fieri poteſt quandocunque poteſt per proclama, & in quo hæ citationes differant. 8.52
Citatio per edictum quomodo fiat. 8.42.43.46.50. & 51
Citatio per edictum regulariter eſt prohibita. 8.40. & à iure inducta in ſubſidium. 41.
Citatio per epiſtolam, ſeu litteras quid ſit, & à quo decerni poſſit. 8.36
Citatio per litteras alia ſpecialis, alia generalis. 8.37
Citatio per litteras generalis in quo conueniat cum citatione per edictum. 8.38

Cita

Citatio, quæ fit iuris ordinatione an competat Conſeruatori. 8.34

Citatio quotuplex ſit. 8.33. *& multis ſeqq.*

Citatio requiritur in ſummarijs cùm moderanda eſt dilatio. 8.103. *item ad videndum iurare teſtes.* 104. *teſtes tamen ipſi non citati admittuntur, modò fuerint requiſiti.* 105

Citatio verbalis tantùm quando fieri poßit, & an à Conſeruatore. 8.35

Citatio vnica in notorijs ſufficit, etiam ad ſententiam. 8.29

Citationem omittere poteſt Conſeruator, coram quo delinquitur. 8.24. *Item cùm informauit ſe ſuper notorio parte præſente.* 25. *aut ex abundanti aſſumit probationes ſuper notorio.* 26. *aut cùm eſſet periculum ſcandali ſi fieret citatio.* 27

Ciuiles cauſæ quando coram Conſeruatore tractari poßint contra Seculares clericos, vel Regulares extra clauſtra degentes. 7.273. *& quid in cauſis mercedum, & miſerabilium perſonarum.* 274. *&* 276

Ciuilis actio eſt quoties adeſt cauſa priuatam continens vtilitatem, quæ actorem mouere potuit. 7.232

Ciuilis actio quando criminali præiudicet, vel cum ea cumuletur, remiſſiuè. 7.252

Ciuilis cauſa an aliquando dicatur, licèt pœna parti non applicetur. 7.214. *aut applicetur fiſco.* 217

Ciuilis cauſa an ſit, cùm agitur, vt mitiùs quis puniatur, quàm pœna ordinaria. 7.222

Ciuilis cauſa dicitur cùm fiſcus agit petitione hæreditatis, vel ſimili. 7.218

Ciuilis cauſa eſt, cùm de crimine agitur ciuiliter. 7.238

Ciuilis cauſa eſt, in qua principaliter ad priuatam vtilitatem agitur. 7.220. *ſiue ex delicto, ſiue ex contractu.* 221

Ciuilis cauſa eſt ſi pœna pecuniaria fiſco non applicetur. 7.210. *&* 215

Ciuilis cauſa quando ſit vbi electo crimen obijcitur. 7.223

Ciuilis cauſa quando ſit vbi proceditur via inquiſitionis. 7.224. *aut denuntiationis.* 226. *& ſeq.*

Ciuilis, & criminalis actio intentari poteſt de furto, & quolibet maleficio, & iniuria. 7.231

Ciuiliſne actio ſit cùm ſuſpectus tutor petitur remoueri. 7.228. *aut generatim priuatio officij.* 229. *& ſeq.*

Clauſula acceſſoria etiam decreti irritantis ſequitur diſpoſitionem principalem. 7.512

Clauſula, appellatione remota, quando apponatur, & quem effectum habeat. 9.197

Clauſula, ex certa ſcientia, operatur, vt cenſeatur derogatum cuicumque legi,

Digitized by Google

legi, & diſpoſitioni contrariæ. 6.64
Clauſula ſequens refertur ad omnia præcedentia, niſi ſequatur abſurdum. 7.272. *& ſeq.*
Clauſula ſine figura iudicij idem ſola importat, ac ſi poneretur poſt illam, ſimpliciter, & ſine ſtrepitu. 8.95
Clauſula ſine ſtrepitu, & figura iudicij, quomodo accipienda, & cur in pleriſque Conſeruatorijs ponatur. 7.82
Clauſula, ſola facti veritate inſpecta, non apponitur in Conſeruatorijs Regularium, contra quoſdam Doct. 8.88. *& ſeq.*
Clauſula, ſola facti veritate inſpecta, quam vim habeat. 8.89
Clauſula ſummariè, ſimpliciter, de plano, & ſine ſtrepitu, ac figura indicij, apponi nunc ſolet in Conſeruatorijs. 8.88
Clauſularum quarumdam, quæ in auocatione cauſarum ponuntur, vis. 10.22. *&* 24
Clementinæ quid de Conſeruatoribus decreuerint. 3.9
Clericatus an poſſit probari coram iudice ſeculari, in cuius fortijs ſit clericus. 6.58
Clerici Cameræ Apoſtolicæ an poſſint eſſe Conſeruatores. 5.108
Clerici inferiores nequeunt præſcribere quæ ſunt ordinis Epiſcopalis. 5.47. *poſſunt tamen quæ ſunt iuriſdictionis.* 48. *aut dignitatis.* 49
Clerici quando potentiores dicantur. 7.332
Clerici qui Epiſcopalem iuriſdictionem, ac ſimul dignitatem, vel ſolam iuriſdictionem, ac præeminentiam in Collegiata vti de eius corpore, priuigio aut præſcriptione acquiſierunt, Conſeruatores eſſe poſſunt. 5.58
Clerici Seculares exempti quando in cauſis ciuilibus poſſint coram Ordinario conueniri, licèt habeant Conſeruatorem, aut alium certum iudicem. 7.269. *& multis ſeqq.*
Clericis Secularibus, etiam vt vniuerſitatem conſtituunt, Conſeruator dari poteſt. 6.6. *à Principe quoque ſeculari, niſi contra clericum, aut Eccleſiam, piúmve locum agendum ſit.* 7
Clericis Secularibus quoad bona patrimonialia Conſeruatores dantur. 6.9
Clericus inferior Epiſcopo nequit præſcribere poteſtatem cenſurandi, & ea, quæ ſunt meri, vel mixti imperij, niſi iam habeat aliquam dignitatem, & iuriſdictionem, vel prærogatiuam. 5.50
Clericus poteſt delegari iudex à laico in cauſa ciuili, & criminali citra pœnam ſanguinis. 4.39
Clericus quomodo negotijs ſecularibus prohibetur immiſceri. 4.40
Cœpiſſe vti iuriſdictione iudex dicitur per citationem. 10.57
Cœptum negotium, vt perpetuetur delegata iuriſdictio, dicitur etiam

per ſolam citationem. 10.92
Coërctio leuis quando ſit ſimplicis iuriſdictionis, vel meri imperij. 7.13
Coërctionem exercet Conſeruator ad priuatam ſolùm vtilitatem. 7.22
Collega in delegatione an poßit collegam impedientem ſuam iuriſdictionem pœnis coërcere. 9.106
Collegium deputatum, electúmve in Conſeruatorem poteſt ſuſpenſionem c.ſi. de off. deleg in 6. incurrere. 7.570
Commenda quam ætatem requirat, præſertim vt eam obtinens deputari poſſit Conſeruator. 5.159
Commendatarij an deputari poßint Conſeruatores. 5.82
Commißio vni facta ſub duobus nominibus appellatiuis in quem ſucceſſorem tranſibit, vbi alterum tantùm ſit capax delegationis. 10.214. & *quid ſi vtrumque.* 215
Compromiſſo in arbitratorem pendente adiri non poteſt iudex etiam ſoluta pœna. 9.136. *Item licèt is laudum tulerit, vel ab eo petita ſit reductio.* 127
Compromiſſo in arbitrum pendente quando adiri nequeat iudex. 9.128. & 133.
Compromiſſo neceſſario pendente adiri nequit iudex, niſi vtraque pars conſentiat. 9.124. *debet tamen hæc pendentia opponi coram iudice.* 125
Compromiſſo pendente poteſt ſoluta pœna adiri Conſeruator pro cauſa compromiſſa. 9.118
Compromiſſum quomodo ſoluatur, remißiuè. 9.152
Compromiſſum ſoluitur ſtatim, ſi vtraque pars conſentiat adire iudicem. 9.119. *poſt conteſtationem autem litis, ſi vna tantùm conſentiat.* 120
Concilium generale congregari nequit ſine Papæ auctoritate, ſi viuat. 4.10. & *quid ſi vacat ſedes.* 11. *Quid ſi Papa captus ſit ab hoſtibus, vel effectus inhabilis.* 12
Concilium generale de duabus dietis quodnam ſit. 2.11
Concilium generale etiam ſede vacante non poteſt derogare conſtitutioni Papæ, niſi ex magna, & argenti cauſa. 4.15
Concilium generale quando habeat iuriſdictionem ordinariam, vel delegatam. 4.13 & *ſeq.*
Concilium generale quando poßit cognoſcere cauſas merè ſeculares. 5.3
Concilium generale regulariter non poteſt dare Conſeruatorem. 4.16. *ſicut neque creare Cardinalem, aut mittere Legatum.* 17
Concilium Lateranenſ. ſub Leone X. quid ſtatuerit de Conſeruatoribus. 3.11
Concilium Tridentinum de Conſeruatoribus quid decreuerit. 3.12

Conclu

itized by Go

Concluſio in cauſa non eſt neceſſaria in ſummarijs. 8.133

Concluſio in cauſa poteſt exigi à Conſeruatore in ſummarijs. 8.135

Concluſio in cauſa quomodo fiat. 8.136. *& quis actus eius vim habeat, vbi non fiat.* 137

Concurrente facultate eligendi Conſeruatorem cum deputatione; vel duabus facultatibus, aut deputationibus, quæ præferenda ſit, remiſsiuè. 10.411.

Cond[illegible]nare debet iudex in quantitate ratione iniuriæ, damnorum, expenſarum, & intereſſe iuramento veritatis liquidata. 8.193

Condemnatus cum bonorum amiſsione, ſi reſtituatur, an ſimul litis ſtatum recuperet. 10.287. & 303

Confeßio extraiudicialis etiam notoria non inducit notorium iuris. 7.168. *& an ſaltem præſumptionis.* 169. *aut fictionis.* 170. *& ſeq.*

Confeßio facta coram Notario an inducat notorium iuris. 7. 177. *quid coram arbitro, vel arbitratore.* 178. *aut coram iudice non in forma iudicij.* 179. *vel incompetente.* 180

Confeßio facta in iudicio nullo aliter, quàm defectu iuriſdictionis, quando plenè præiudicet, aut inducat notorium iuris. 7.185

Confeßio facta in iudicio ſummario quando notorium iuris inducat. 7.181

Confeßio facta in vno iudicio nullo aliter, quàm defectu iuriſdictionis, probat in alio. 7.189

Confeßio facta in vno iudicio præiudicat regulariter etiam in alio. 7. 186. *facta in criminali præiudicat in ciuili.* 187. *& facta in ſummario probat in plenario.* 188

Confeßio facta in vno iudicio probat in alio tantùm inter eaſdem perſonas. 7.190.

Confeßio in vno iudicio facta, contra quam eſt pronuntiatum à iudice non præiudicat in alio. 7.191. *Idem ſi reprobata fuit à parte.* 192

Confeßio incidenter facta in iudicio criminali plenario ſiue eodem, ſiue alio plenè non præiudicat. 7.182. *& quid ſi agatur de priuato intereſſe.* 183.

Confeßio incidenter facta in plenario iudicio ciuili quando notorium iuris in eodem iudicio inducat. 7.184

Confeßio iudicialis, cui aliquid opponitur, vel quæ petitur reuocari tamquam erronea, an, & quando inducat notorium iuris. 7.172

Confeßio iudicialis cur dicatur fieri in iure. 7.167

Confeßio iudicialis erronea an inducat notorium iuris. 7.173

Confeßio iudicialis facta abſente parte, aut non acceptante an inducat notorium iuris. 7.176

Digitized by Google

Confeſsio iudicialis poteſt in eodem iudicio inducere notorium iuris. 7.205
Confeſsio iudicialis, vt notorium inducat, debet eſſe ſpontanea. 7.174. & *quid de facta metu probationis.* 175
Confeſsio partis facit notorium iuris. 7.164. *etiam ſecluſa alia probatione, & ſententia.* 165. *debet tamen eſſe iudicialis.* 166. & *duobus ſeqq.*
Confeſsio procuratoris in vno iudicio an præiudicet in eodem, vel alio iudicio. 3
Confirmatio an ius nouum tribuat. 7.275
Confirmatio generalis priuilegiorum an trahatur ad ſpecialiter reuocata. 6.61. & *aliquot ſeqq.*
Confugientes ad Eccleſias Regularium an extrahi poſsint de licentia, & mandato Conſeruatoris. 7.266
Conſenſus iudicis licèt non requiratur in prorogatione iuriſdictionis de perſona ad perſonam, ſecus tamen de tempore ad tempus. 7.430
Conſenſus partis in prorogatione iuriſdictionis ſufficit tacitus. 7.429
Conſenſus partis, non iudicis accedere debet ante lapſum temporis, quod prorogatur. 7.431
Conſenſus vniuerſitatis requiritur in conſuetudine, non ita aduerſarij in præſcriptione. 7.460
Conſeruator adiri ne poſsit, vbi ceſsio, & alienatio facta eſt iudicij mutandi cauſa. 7.334. *vel ſuper re litigioſa.* 336
Conſeruator criminales cauſas, & mixtas nequit cognoſcere. 7.253. & *an per viam inquiſitionis.* 254. & 256. & *an dare licentiam extrahendi delinquentem ab Eccleſia. num.* 266
Conſeruator, cuius facultas amplior eſt per reſcriptũ, conſuetudinem, vel partium conſenſum, retinet nomen, & naturam Conſeruatoris. 1.6
Conſeruator datus à Principe ſeculari non debet neceſſariò habere qualitatem aliquam, neque aliquid ſeruare ex ijs, quæ in c. fi. de off. deleg. in 6. præſcribuntur. 4.45. & 10.124
Conſeruator debet eſſe probatæ vitæ, & timoratæ conſcientiæ. 5.167
Conſeruator deputatus ad terminos iuris nequit cognoſcere de ijs, quæ requirunt iudicialem indaginem. 7.77
Conſeruator deputatus ad terminos iuris poteſt aliquam iudicialem indaginem in notorijs adhibere. 7.78. & *tribus ſeqq.*
Conſeruator deputatus in aliqua ciuitate, vel diœceſi contra quos poſsit procedere. 6.31
Conſeruator eſt iudex. 1.9. *non tamen ita propriè, vt ceteri.* 10
Conſeruator habet aliquam poteſtatem, & iuriſdictionem. 7.1

Digitized by Google

Conſeruator poteſt ea omnia, ſine quibus eius iuriſdictio nequit explicari. 7.28
Conſeruator, qui ſubdelegauit cum clauſula, donec vices ſuas duxerit reuocandas, poteſt cauſam reuocare ante quemlibet actum. 10.55
Conſeruator qui ſubdelegauit etiam in totum, poteſt vices reuocare antequam Conſeruator vti cœperit iuriſdictione. 10.56
Conſeruator quoque adiri poteſt pro iuribus ceſſis. 7.327. *quid, ſi ceſſio ſit prohibita.* 328.333.334.& 336
Conſeruator ſui Conſeruatoris nemo eſſe poteſt. 4.131. & *ſeq. etiam ſine ope exceptionis.* 133
Conſeruatores alij dantur à Papa, alij ab inferioribus. 2.4. *Item alijs perſonis ſingularibus, alij vniuerſitatibus.* 5. *alij deputantur ſub nomine perſonæ, alij ſub nomine dignitatis.* 6
Conſeruatores dantur principaliter ad priuatam vtilitatem. 7.256
Conſeruatores dici etiam poſſunt Tutores, & defenſores. 1.4
Conſeruatores in vſu erant ante cap. 1. *de off. deleg. in* 6. *de ijs tamen nullus canon diſponebat expreſſè.* 3.1. *ſed ſolùm iura ciuilia, & aliqui Doct.* 3. *cum ſeq.*
Conſeruatores introducti ſunt, vt aliquos tueantur à manifeſtis iniurijs. 3.17. & *quæ huius rei ſit ratio.* 18
Conſeruatores non ſunt per nouum ius Pontificium inducti, ita, vt eos concedendos ſtatuerit. 3.15. *ſed eorum poteſtati data eſt noua forma.* 16
Conſeruatores ſimilitudarij ſunt omnes Epiſcopi, præſidentes Prouincialibus Capitulis, Præfecti nundinis, Principes, & alij huiuſmodi. 3.2
Conſeruatores ſunt delegati ad vniuerſitatem cauſarum. 7.37. *vſque ad* 43. & *iure dicuntur iudices dati.* 1.11. *ac certi, & incerti.* 3.8. & 7.269.
Conſeruatores vnde dicantur. 1.3
Conſeruatoribus duobus ſimpliciter datis, an poſſit alter ſine altero procedere. 7.43
Conſeruatoribus regulariter non competit, niſi iuriſdictio ſimplex, & mixtum, non autem merum imperium. 7.17
Conſeruatoriæ aliquo modo ſunt fauorabiles. 3.19. *ſed potiùs odioſæ, & reſtringendæ.* 20. *quia contra ius ciuile, & canonicum.* 21
Conſeruatoriæ dantur principaliter perſonis. 1.13
Conſeruatoriæ continent tam futura, quàm præſentia negotia. 3.22
Conſeruatoriæ eximunt ab Ordinariorum locorum iuriſdictione ſaltem in aliquibus. 3.23

Digitized by Google

Conſilij ſapientis petitio ſimilis, & diſsimilis eſt aſſumptioni aſſeſſoris. 9.52. & ſeq.
Conſilium ſapientis an teneatur iudex ſequi. 9.82. & , ſi iniuſtum ſequatur, an excuſetur. 83
Conſilium ſapientis, aut Principis quomodo petatur iudicialiter. 9.81
Conſilium ſapientis Conſeruator Apoſtolicus requirere extraiudicialiter poteſt. 9.75. iudicialiter non tenetur. 76. quid ſi ſit imperitus. 77. vel adſit ſtatutum. 78. aut conſuetudo. 79. & ſeq.
Conſtitutio Gregorij XIII. de taxis, & alijs ſeruandis à Conſeruatoribus in Prouincia Mediolanen. 8.243
Conſtitutioni Gregorianæ, ac decreto Conc. Trid. de exemptione ſeruientium ſacris Militijs an hodie ſit derogatum. 6.60
Conſtitutionis, ſeu canonis mentio habenda neceſſariò an ſit in contraria conſtitutione facienda. 6.62. & 7.413
Conſuetudine induci non poteſt, vt nullus Conſeruator in aliqua ciuitate, vel diœceſi poſsit procedere. 7.517. & aliquot ſeqq.
Conſuetudine induci poteſt, vt Conſeruator deputetur, aut eligatur, qui non habeat qualitates à iure requiſitas. 7.506. & 509. cum trib. ſeqq.
Conſuetudinis requiſita, remiſsiuè. 7.470
Conſuetudo an extendatur. 7.466
Conſuetudo canonicè, vel legitimè præſcripta quæ ſit. 7.468
Conſuetudo eſt tantùm de incorporalibus. 7.463
Conſuetudo non eſt, qua obſeruatur priuilegium, lex, aut reſcriptum. 7.509
Conſuetudo, qua iuriſdictio Conſeruatoris augetur, qualis eſſe debeat. 7.508. & ſeq.
Conſuetudo, qua tollitur iuriſdictio Conſeruatoris acquiſita, vel aucta præſcriptione, aut conſuetudine quanto tempore inducatur. 7.533
Conſuetudo quo ſpatio temporis inducatur de iure canonico. 7.474
Conſuetudo rationabilis, vel irrationabilis quæ ſit. 7.511
Conſuetudo tanto tempore tollitur, quanto inducitur, niſi fauor cultus diuini, vel quid ſimile aliud ſuadeat. 7.534
Conſuetudo, vt Conſeruator ad iuris terminos deputatus cognoſcat etiam de exigentibus iudicialem indaginem, valet. 6.36
Conſuetudo, vt in aliqua ciuitate, vel diœceſi reſcriptis Papæ, vel Principis non pareatur, tamquam irrationabilis non valet. 7.521
Controuerſia de competentia duorum Conſeruatorum, vel Conſeruatoris, & delegati qualiter dirimenda. 9.109
Controuerſia de competentia inter Conſeruatorem etiam Regularium, &

Ordinarium, quomodo ſit terminanda. 9.36. *quid ſi ſit inter duos delegatos.* 37
Copia deputationis an inſerenda in præcepto, vel citatione à delegato, vel Conſeruatore transmiſsis. 6.27
Copia litterarum Conſeruatoriarum non eſt inſerenda citationi. 7.45. *& multis ſeqq. Idem in ſimplici delegato.* 46. *niſi commiſsio facta ſit inhabili, aut vili perſonæ.* 47. *debet tamen de commiſsione cōſtare in actis, & fieri fides parti petenti.* ibid. & num.ſeq.
Copula, (&,) ſeu, (ac,) aliquando ſtat expoſitiuè pro, id eſt. 6.53
Criminalis cauſa dicitur, vbi de crimine agitur ad publicam vindictam, & vtilitatem. 7.208. *licèt pœna ſit pecuniaria.* 209. *dum tamen fiſco applicetur.* 210. & 215. *immò fortè etiam, ſi parti.* 211. & trib.ſeqq.
Criminalis cauſa ſemper eſt cùm venit imponenda pœna corporalis. 7.225.
Criminaliter agi non poteſt coram Cōſeruatore ſine ſpeciali commiſsione pro iniuria, aut quouis delicto, ciuiliter autem poteſt. 7.291
Curam animarum exercens aliàs exemptus in quibus ſubijciatur Ordinario. 6.51. & 7.262
Curatorem ad litem dare poteſt Conſeruator quicunque. 7.30
Cuſtos an poſsit eſſe Conſeruator. 5.95. & 103

D

DAMNA, *& expenſæ inter ſe differunt.* 8.183
Damnationis in metallum loco quæ pœna ſucceſſerit. 10.70. & ſeq.
Damnatus ad mortem naturalem nequit heres inſtitui, aut teſtari. 10.76
Damnatus in metallum, ſeu perpetuas triremes, vel ad beſtias, aut perpetuos carceres nec heres inſtitui, nec teſtari poteſt. 10.76
Damnum, quod patitur Conſeruator, dum pro litigantibus abeſt, an ab ijs ſit reſarciendum. 8.231
Data attenditur in reſcriptis gratiæ. 10.403
Decanus an eſſe poſsit Conſeruator. 5.92
Decem perſonæ quomodo requirantur, & ſufficiant ad notorium facti. 7.141
Deciſio c.1. de off.deleg.in 6. hodie penè inutilis remanet ob Conſeruatoriarum amplitudinem. 8.87
Deciſio ſacræ Congregationis de inſeruientibus Hieroſolymitanæ Militiæ, an ſint exempti, vel poſsint ab Ordinarijs locorum puniri, declaratur. 6.65
Deciſiones ſacræ Congregationis maximam habent auctoritatem. 6.66

Decla

Digitized by Google

Declaratio ſuper notorio an requiratur, ſi reus neget notorium. 8.79
Declaratoria commiſſi delicti requiritur ante cenſuram, & requirit partis citationem. 10.239
Decreto irritanti an poſſit quis renuntiare. 10. 38. *& quid ſi ſit appoſitum reſcripto.* 39
Decretum irritans an tollat conſuetudinem præteritam, vel futuram. 7.510
Decretum irritans appoſitum diſpoſitioni conditionali eſt conditionale. 7.513
Decretum irritans auocationi cauſæ appoſitum ab inferiore non ligat ignorantes. 10.36
Decretum irritans auocationi cauſæ, cui deinde pars renuntiauit, appoſitum an reddat proceſſum nullum. 10.37. *& ſeq.*
Decretum irritans non ligat ignorantes quoad pœnam. 10. 40. *& quid quoad poſſeſſionem captam ab ignorante.* 41. *vel vbi ſit ſuper re non certa appoſitum.* 42. *vel in diſpoſitione conditionali.* 43
Decretum irritans per quæ verba inducatur. 7.415
Decretum irritans præſcriptionem non tollit. 7.515
Decretum irritans quam vim habeat. 7.417. *cum ſeq.*
Decretum irritans quid operetur in auocatione cauſæ. 10. 33. *& multis ſequentibus.*
Defenſiones legitimæ admittendæ à Conſeruatore in ſummarijs. 8.121
Definitio Conſeruatoris à Rebufo, & Fuſcio allata reijcitur. 1.7.
Definitio Conſeruatoris ab Auctore affertur, & fuſius explicatur. 1. 8. *& ſeqq.*
Definitio Conſeruatoris cum poteſtate vltra terminos iuris communis. 1.20
Degradatus, ſeu realiter depoſitus pro mortuo habetur. 10.89
Delegati cum clauſula, appellatione remota, nequeunt alios, aut ſe inuicem cum ea clauſula ſubdelegare. 7.69
Delegatio ad beneplacitum dignitatis non expirat morte concedentis. 10.333.
Delegatio facta duobus duas dignitates obtinentibus ſi ſuperſtes impetret præmortui dignitatem, an in eum tranſeat quoad vices defuncti. 10.216
Delegatio realiſne ſemper cenſeatur vbi ſolum nomen dignitatis ſit expreſſum; vel perſonalis, vbi ſolius dignitatis. 10.218
Delegatio realiſne ſit, an perſonalis vbi expreſſum ſit nomen proprium, & appellatiuum. 10.219
Delegatio vltra dietam an ſuſtineatur per approximationem iudicis ad domicilium rei. 7.371

Delegatio vltra tres dietas an ſuſtineatur ſi reus transferat ſuum domicilium intra vnam dietam. 7.374
Delegationem etiam inuitus cogitur quis ſuſcipere, & ſuſceptam retinere. 10.341.& 343.
Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum æquiparatur in pleriſque Ordinario, & in alijs delegato ad vnam cauſam. 1.11
Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum in multis æquiparatur Ordinario. 7.38. *In aliquib. tamen ab eo differt, & conuenit cum delegato ad vnam cauſam.* 39
Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum quis dicatur. 7.40.& 43.*& an ſubdelegare poßit.* 55
Delegatus Apoſtolicus inuocare poteſt brachium ſeculare etiam abſque ſpeciali facultate. 8.260
Delegatus Apoſtolicus nequit regulariter inhibere Conſeruatori Apoſtolico. 9.97
Delegatus Apoſtolicus ſpecialis in aliqua cauſa ex ijs, quæ ſpectant generaliter ad Conſeruatorem, poterit eidem inhibere. 9.100
Delegatus cauſæ appellationis à ſententia Conſeruatoris poteſt illi inhibere. 9.101. *Idem ſi ſit iudex meræ nullitatis.* 102. *ſed non indiſtinctè, putà cùm agitur de re iudicata.* 103
Delegatus depoſita dignitate transiens ad ſtatum incompatibilem non poteſt ampliùs procedere in cauſa delegata. 10. 179
Delegatus Papæ ante recuſationem licitè committit vices ſuas; tunc verò neq; is recuſari poterit, neque eius cõmißio in totũ facta impugnari. 9.45
Delegatus Papæ ex certa ſcientia non habens qualitates cap. ſtatutum, de reſcript. in 6. nequit ſubdelegare niſi eas habentem. 7.68
Delegatus Papæ hodie non poteſt exercere iuriſdictionem extra ciuitatem, vel diœceſim deputationis ſine partium conſenſu. 7.370
Delegatus Papæ poſt recuſationem ſubdelegare nequit ſine aſſenſu recuſatoris, cum quo poteſt, licèt recuſationis cauſa ſit probata, modò ſuper ea pronuntiatum non ſit. 9.47
Delegatus Papæ vices eius gerit. 9.85
Delegatus per commißionem in quos iuriſdictionem ſortiatur. 7.289
Delegatus poteſt quis eſſe ſui delegati ſaluo recuſationis iure. 5.132
Delegatus Principis eſt maior quocunque Ordinario. 8.162
Delegatus Principis poteſt ſubdelegare. 7.54
Delegatus puniri poteſt, ſi non retineat delegationem. 10.343
Delictum aliud ſine damno tertij, vnde ſimplex actio, aliud cum damno, vnde duplex actio oritur. 7.212

Delictum non probatur per inſtrumentum. 7. 307. *niſi de eo agatur ciuiliter.* 308. *vel ſit probanda tantùm eius circumſtantia.* 309

Denuntiare excommunicatum ab homine, vel à iure an Conſeruator poſſit. 7.281. & 284.

Denuntiatio cenſuræ poſtea communiter ignorata non tollit vſum iuriſdictionis. 10.235

Denuntiatio cenſuræ quomodo fiat. 10.233

Denuntiatio excommunicationis fieri poteſt poſt appellationem etiam per delegatum. 10. 241. *niſi detulerit appellationi, vel ſuperior hanc receperit.* 242. *vel ob denuntiationem excommunicatus magis ligetur.* 243. *aut excommunicatio lata fuerit contra ignorantem.* 244

Denuntiatio excommunicationis non poteſt fieri pendente appellatione ab abſolutione. 10.247

Denuntiatio quotuplex ſit. 7.227

Denuntiatus à iudice, quod commiſerit delictum, cui certum eſt fore annexam cenſuram, an ſit vitandus. 10.237

Deportatus non habet teſtamenti factionem actiuam, vel paſſiuam. 10.77

Deputatio Conſeruatoris à Papa, vel Principe communi errore pro tali habito valida eſt cum omnibus geſtis ab eo Conſeruatore. 10.447. & 449

Deputatio Conſeruatoris fieri poteſt in quauis ciuitate, vel diæceſi. 7.373

Deputatio Conſeruatoris habet vim reſcripti. 10.412

Deputatio Conſeruatoris priuilegiorum an ſit eorumdem acceſſoria; ita, vt non expiret etiam re integra morte concedentis. 10.330. & ſeq.

Deputatio Conſeruatoris ſub nomine dignitatis ea vacante tranſit ad ſucceſſorem. 10. 204. *etiam vbi plures ſint deputati ſimpliciter.* 205. & *ſiue res ſit integra, ſiue non.* 206. & *quouis modo vacet dignitas.* 207

Deputatio Conſeruatoris vltra vnam dietam, quoad eam dietam non corruit. 6.32

Deputatio, & proceſſus Conſeruatoris in diæceſi an fieri debeat in illius locis inſignibus. 7.375. & 9.54

Deputationem detrectare, aut ſuſceptam dimittere Conſeruator, & Subconſeruator poteſt ex iuſta cauſa. 10.350. & *quæ illa ſit.* 343. & 351

Derogatio contrariæ conſtitutioni quando ſit neceſſaria. 6.62. & 7.413

Detentores etiam auctore iudice animaliũ Monachorum, quæq; damna dederunt an poſſint à Conſeruatore cogi ad reſtituendum procedendo quoque contra iudicem. 7.310

Dictio, alia, repetit eandem qualitatem. 7.79

Dictio, aliquod, includit ſingula etiam minima. 7.608

Dictio,

Digitized by Google

Dictio, aut, & dictio, ſeu, ponitur inter diuerſa. 5.119

Dictio, niſi, adiuncta vniuerſali negatiuæ omnino totum excludit, præter excepta. 9.181

Dictio, omnino, importat latam ſententiam. 7.610

Dictio, prædicta, & præmiſſa, refertur ad omnia præcedentia. 7.272. *niſi ſequatur abſurdum.* 273

Dictio, ſeu, plerumque ſtat expoſitiuè. 7.84

Dictiones, omnino, & penitus, quid importent. 7.416

Dictiones perſonales, quæ ſint. 7.542

Dies integer datur pro vno miliari, quod dietæ ſuperſit. 7.365

Dies vnus datur in qualibet hebdomada ad quietem, cùm longum iter eſt computandum. 7.364

Dieta alia ex diplomate, ſeu ſingularis, alia arbitraria. 7.361

Dieta in dubio quænam intelligatur in qualibet diſpoſitione. 7.362.363. & 379

Dieta, intra quam trahit Conſeruator, an ſit legalis, vulgaris, vel arbitraria. 7.379

Dieta quid ſit. 7.353. *& quotuplex.* 354. & 361

Dieta quot miliaribus conſtet in terra, vel mari. 7.358

Dietæ computatio in commiſſione fieri debet à diæceſi domicilij rei. 7.368. *vel ſi plura ſint domicilia, eius, cum quo concurrit res litigioſa; tum principalis; & ſi æqualia ſint, electio erit actoris.* 369

Dignitas Eccleſiaſtica propriè quid ſit. 5.84

Dignitas Eccleſiaſtica quas conditiones habeat. 5.71

Dignitas, Perſonatus, & Officium Eccleſiaſticum largè pro eodem ſumuntur. 5.83

Dignitas Vicarij Generalis Epiſcopi non eſt propria, ſed aliena, & ideo non conſideratur. 5.72. *neque eſt in Eccleſia Cathedrali, vel Collegiata.* 74

Dignitatem Eccleſiaſticam obtinens eſſe poteſt Conſeruator, ſi eam obtineat in Eccleſia Cathedrali, vel Collegiata. 5.87

Dignitatem nouam quis creare poſſit in Eccleſia. 5.96

Dilationes breuiores, & pauciores, aliquas tamen in cauſis ſummarijs dare debet Conſeruator. 8.120

Dimidia pars multitudinis non ſufficit ad notorium. 7.133

Diſpoſita in delegato proportionabiliter intelliguntur diſpoſita quoque in ſubdelegato. 10.281

Diſpoſitio c. fi. de off. deleg. in 6. an ſit inducta in fauorem publicum, vel priuatum. 7.419

Digitized by Google

Diſpoſitioni habenti decretum irritans an poßit renuntiari. 7.418
Diſtrictus, dominium, & iuriſdictio inter ſe differunt. 5.136.& 138
Diſtrictus, & iuriſdictio in cap. fin. de off. deleg. in 6. quomodo ſumantur. 5.138
Diuortij cauſa ob adulterium quomodo ſit criminalis, & ciuilis, atque adeo mixta. 7.241.& quatuor ſeqq.
Diuórtium quoad cohabitationem, & torum quam vtilitatem priuatam habeat. 7.243.& ſeq.
Diuórtium quoad torum petens an amittat ius in corpus coniugis adulteri. 7.240
Dolus præſumitur ex enormißima læſione. 9.139. *immò & enormi.* 140
Dolus primi impetrantis in præſentando reſcriptum non præſumitur. 10.408
Dominium quando ſumatur in cap. fin. de off. delegat. in 6. & definiatur. 5.137.
Dominus poteſt condemnari nominatim in cauſa ſummaria agitata contra eius procuratorem. 8.142

E

ECCLESIA an vtatur beneficio legis, vel ſtatuti laicalis cum ſuis qualitatibus. 10.421
Eccleſia Conuentualis rectè dici poteſt Collegiata. 5.26
Eccleſia Romana ſolam centenariam præſcriptionem patitur, ei autem immediatè ſubiecta, & exempti ordinariam. 7.473
Eccleſiæ vtilitas quando ſit publica. 7.230
Edere inſtrumenta ſua reus non cogitur etiam in cauſa ſummaria. 8.132
Edicta pœnalia ponere nequit Conſeruator. 7.24
Edicto citari poteſt qui procurat, ne aliter citetur. 8.44. *Item cùm tutò non poteſt adiri locus eius, qui citandus eſt.* 45. *& qualiter tunc fiat citatio.* 46
Edicto citari poteſt qui ſemel perſonaliter citatus contumax eſt, vel receßit procuratore non relicto. 8.48
Edicto citatur perſona vagabunda. 8.49. *& quibus in locis tunc affigendum ſit edictum.* 50
Edictum de alienatione iudicij mutandi cauſa facta quando locum habeat. 7.323.& 335.
Electio Conſeruatoris à Regularibus facta notificari Ordinario debet. 7.51. *& regiſtrari in actis Notarij.* 52

Eligere

Eligere Conſeruatorem an poßint plures perſonæ abſque Principis deputatione. 7.422

Eligere non poteſt quis Conſeruatorem pro eo, qui ſibi iniuriam intulit. 7.559

Eligi nouus Conſeruator quando poßit ab eo, qui non habet ſpecialem facultatem plures eligendi. 10.396. & trib. ſeqq.

Emancipare an poßit Conſeruator. 7.25. & ſeq.

Emergens ſimul, & principale poteſt Conſeruator in ſummarijs vna pronuntiatione comprehendere. 8.141. cum ſeq.

Epiſcopalia iura quoad legem diœceſanam, & iuriſdictionis quæ ſint. 7.480

Epiſcopatus eſt de iure diuino. 5.11

Epiſcopi confirmati ante conſecrationem licèt non ſint propriè Epiſcopi ratione ordinis, habent tamen dignitatem Epiſcopalem. 5.55. & *plenam iuriſdictionem.* 56

Epiſcopi conſenſus non requiritur in prorogatione iuriſdictionis delegati. 7.389. *nec in ſecunda prorogatione quoad ordinarium.* 390

Epiſcopi conſecrati alij ſunt cum diœceſi, alij ſinẽ, ſeu titulares. 5.41

Epiſcopi conſiderari poſſunt poſt electionem, poſt confirmationem, & poſt conſecrationem. 5.40

Epiſcopi deputatio in Cõſeruatorem an tranſeat in Capitulum ſede vacante. 7.217

Epiſcopi, & ſuperiores ſuſpenſionem cap. fin. de off. deleg. in 6. incurrere poſſunt. 7.571

Epiſcopi quidam ſimplices, quidam Archiepiſcopi, ſeu Metropolitani, quidam Primates, ſeu Patriarchæ. 5.43. & trib. ſeqq.

Epiſcopi ſimplices conſecrati poſſunt eſſe Conſeruatores. 5.51. *licèt ſolùm titulares ſint.* 53. *Immò & ſolùm confirmati, non tamen dumtaxat electi.* 54. *cum ſeq.*

Epiſcopi ſui iuriſdictioni primæua inſtitutione omnes ſubijciuntur. 7.528. & 532.

Epiſcopo capto ab hoſtibus Capitulum ſuccedit in iuriſdictione. 10.119. *eam tamen recuperat reuerſus.* 120

Epiſcopus, aliúſve inferior Ordinarius non poteſt dare Conſeruatorem. 4.29

Epiſcopus, aliúſve inferior quando poßit contrà canones, vel leges diſpenſare. 4.44

Epiſcopus Conſeruator an poßit trahere vltra vnam dietam à fine diœceſis rei, intra ſuam tamen. 7.378

Epiſcopus habet iuriſdictionem ſimplicẽ, & merũ ac mixtũ imperiũ. 7.481

Digitized by Google

Epiſcopus mortuus, qui erat Conſeruator, reſurgens recuperat ſuam iuriſdictionem, maximè ſi Epiſcopatus imprimat characterem. 10.150

Epiſcopus, qui loco ſimul, & dignitati renuntiauit, an eligi poßit Conſeruator. 5.53

Epiſcopus, ſeu eius Vicarius nequit inhibere Conſeruatori Apoſtolico. 9.86. *& duobus ſeqq.*

Equites an veniat nomine Religioſorum, ſeu Regularium in materia fauorabili, vel odioſa. 10.392

Equites etiam tria vota ſolemnia emittentes non comprehenduntur quibuſdam Concil. Trident. & ſacra Congregationis decretis de Regularibus. 10.393

Equites Hieroſolymitani, & quotquot tria vota ſolemnia emittunt ſunt veri Religioſi, ac Regulares. 10. 388. *immò & ſoli inter ſacros Equites.* 389

Equites tria vota ſolemnia emittentes non ſunt clerici, ſed laici Religioſi. 10.394.

Error communis circa inhabilitatem ſimul delegantis, & delegati facit ius. 10.448

Error communis circa mortem dantis Conſeruatorem ipſi etiam cognitam facit ius. 10.449

Error communis facit ius, & veritati ignorata præfertur. 10. 435. *& multis ſeqq.*

Error communis facit ius etiam ratione delegati, & non ſolùm Ordinarij inhabilis. 10.451

Error communis facit ius, licèt adſit ſcientia eo vtentis. 10.437

Error communis in loco officij ius facit, licèt inhabilitas nota ſit in patria Officialis. 10.441. *immò etiam ſi nota olim fuit in loco officij.* 442

Error communis in quauis inhabilitate iuris poſitiui facit ius, ſiue ea præcedat, ſiue ſuperueniat. 10. 438. *etiam poſt ſententiam ſuper inhabilitate.* 439

Error communis ius non facit contra publicam vtilitatem. 10. 446. *eam tamen non requirit.* 451. & 457

Error communis ſiue circa vitium perſonæ iudicis, ſiue reſcripti validat eius proceſſum. 10.452

Error communis, vt faciat ius, requirit ſolùm duos actus etiam per modicum tempus, vel longum ſine titulo. 10. 440

Error communis, vt faciat ius, debet eſſe probabilis. 10.443. *nec circa impedimentum iuris naturalis, aut diuini.* 444

Eerror communis, vt ius faciat, an, & qualem titulum requirat in inhabili.

Digitized by Google

habili. 10.445. & 449

Error impedit prorogationem de perſona ad perſonam, & de tempore ad tempus. 7.428

Error Imperatoris facit communem errorem. 10.436. *& quando.* 442

Eſculenta, & poculenta quænam accipere à litigantibus Conſeruator Apoſtolicus poſsit. 8.216. *& aliquot ſeqq.*

Etymologia Conſeruatoris. 1.3

Etymologiæ non mediocris eſt vſus, & ius. 1.1

Euidens quid ſit. 7.104

Exceptiones quænam admittendæ ſint in cauſis ſummariis. 8.124

Excommunicandi poteſtas non niſi à Prælato præſcribi poteſt. 7.483

Excommunicare poteſt Conſeruator ob vtilitatem priuatam, non publicam. 7.35

Excommunicari cur nequeat Vniuerſitas. 7.597. *& an validè poſsit.* 598

Excommunicata Vniuerſitate ſinguli ex illa culpabiles ligantur. 7.598. *& an ſucceſſores eorum, qui aderant tempore excommunicationis, vel qui de nouo habitant eum locum.* 599. *vel ſoli Prælati, aut maiores.* 600

Excommunicatio aduerſarij impetrantis non ſuſpendit iuriſdictionem Conſeruatoris. 10.305. *& multis ſeqq.*

Excommunicatio cap fin. de off. deleg. in 6. quid requirat, vt incurratur. 7.587. & 603. *cum duobus ſeqq.*

Excommunicatio Conſeruatoris non tollit ab eo iuriſdictionem, ſed illius vſum. 10.220. *licèt laicus ſit.* 221. *Quid ſi duo dati ſint ſimpliciter, vel cum clauſula, quòd ſi non omnes, &c.* 222

Excommunicatio Conſeruatoris non tollit ab eo vſum iuriſdictionis, niſi ſecuta ſit denuntiatio, vel incurſa excommunicatio ob notoriam clerici percuſsionem. 223. & 227

Excommunicatio lata ante præſentationem ſecundi reſcripti valet. 10.26

Excommunicatio non tollitur, niſi per abſolutionem. 7.582

Excommunicatio ob clerici percuſsionem inſignis eſt etiam in iure. 10.230

Excommunicatio Principis, qui dedit Conſeruatorem non ſuſpendit eius iuriſdictionem quoad negotia cœpta. 10.139

Excommunicatio quando ſit meri imperij, vel mixti. 7.15

Excommunicatione Conſeruatoris ſuſpenditur iuriſdictio Subconſeruatoris quoad negotia non cœpta. 10.270. *ſecus quoad cœpta.* 271. *aut ſi excommunicatio non ſit denuntiata, vel incurſa notoriè ob clerici percuſsionem.* 272

Excommunicatione impetrantis ſuſpenditur, vel fruſtratoria in multis redditur iuriſdictio Conſeruatoris. 10.289. *& aliquot ſeqq.*

Digitized by Google

Excommunicato Principe ſeculari, qui Conſeruatorem dedit, iuriſdictio Conſeruatoris ceſſat quoad non cœpta, donec ſequatur abſolutio. 10.128
Excommunicatus ab agendo qualiter repellatur. 10.290. *& an poſſit reſcriptum impetrare.* 291. *aut appellare, proſequíve appellationem.* 292. *&* 312. *& an aliquando agere valeat.* 293
Excommunicatus an habeat teſtamenti factionem actiuam, vel paſſiuam. 10.319. *& an ſuccedat ab inteſtato.* 320
Excommunicatus ob hæreſim, inſecutionem Cardinalis, & vſuram nequit eſſe in iudicio. 10.316. *&* 321. *& à quib. arceatur.* 10.321
Excommunidatus pro mortuo haberi poteſt. 10.88
Excommunicatus reus neceſſarius poteſt, & debet in iudicio comparere. 10.306. *paſſus miſsionem ex primo decreto an petat reuocationem.* 307
Excommunicatus reus neceſſarius quando poſſit excipere, ſe non teneri reſpondere, donec abſoluatur. 10.308. *poteſt ſe in iudicio defendere.* 309. *& an iuramentum deferat, vel ſubeat.* 310
Excommunicatus reus neceſſarius quibus exceptionibus poſſit vti. 10.308. *&* 311. *an appellet, vel appellationem proſequatur.* 312. *quando per ſe poſſit, aut debeat per procuratorem comparere.* 313
Excommunicatus reus voluntarius nequit petere in iudicio, niſi periculum ſit in mora. 10.315
Excommunicatus validè contrahit. 10.317. *& an ei teneatur quis ſoluere, quod promiſit.* 318
Exempti à iure Metropolitico, alióve Ordinario adhuc ſubſunt delegatis Papæ. 5.33
Exempti Conſeruatorem habentes, an poſſint, debeántve coram Ordinario conueniri ratione delicti commiſſi, contractus initi, & rei ſitæ in loco non exempto. 7.269. *cum ſeq. Quid in Fratribus Minoribus, quíve eorum priuilegijs gaudent.* 270
Exempti etiam Conſeruatorem habentes quando poſſint, aut debeant coram loci Ordinario conueniri in cauſis mercedum, & miſerabilium perſonarum, aut alijs. 7.271. *& aliquot ſeqq.*
Exemptio perſonarum, & rerum Eccleſiaſticarum à iuriſdictione laicorum an ſit iuris diuini, vel humani. 5.9
Exemptus exercens curam animarum an ſubdatur Conſeruatori, vel Ordinario. 6.51. *&* 7.262
Exemptus quando compeſcatur ex officio ab Ordinario abſque impedimento Conſeruatoris. 7.269. *&* 9.93
Exequi per ſe poteſt Conſeruator ſuam ſententiam. 8.244
Exequi poteſt Conſeruator ſententiam ſuam per alium, præſertim Ordinarium

rium

Digitized by Google

rium etiam Eccleſiaſticum ei mandando, vt illam exequatur. 8.243

Exequi poteſt Conſeruator ſuam ſententiam intra annum. 8.250. Idem quoad abſolutionem excommunicati à ſe. 251. & defenſionem miſsi à ſe in poſſeſsionem. 252

Exequi quando teneatur iudex alterius ſententiam, quam nullam, aut iniuſtam fore prætendit. 8.256

Exequi ſententiam ſuam poſt annum an aliquis Conſeruator poſsit. 8.254

Exequutio acceſſoria gratiæ factæ non expirat re integra morte concedentis. 10.329.

Exequutor mixtus an comprehendatur in cap. ſi ſuper gratia, de off. deleg. in 6. aut conueniat Conſeruatori priuilegiorum. 10.331

Expenſæ, & damna inter ſe differunt. 8.183

Expenſæ ſoluendæ Conſeruatori, & Notario in Mediolan. Prouincia. 8.243

Expenſas cibarias poteſt accipere Conſeruator à litigantibus, quando relinquit domicilium. 8.225. & an aliquid ſit ab eis deducendum. 226. quid ſi habeat beneficia ſufficientia. 227

Expenſas, quas facit Conſeruator transferens ſe ad teſtes ex cauſa legitima, poteſt habere à litigantibus. 8.228

Expenſas, quas in equis, vecturis, & ſimilibus facit Conſeruator pro litigantibus, ab ijs habet. 8.229

Expenſas quomodo non plus ab vna parte, quàm ab alia recipit Conſeruator, vel eas remittit pauperibus. 8.230

Expreſsio alia generalis, alia ſpecialis. 7.574

Extenſio non fit de vno §. ſeu Verſiculo legis ad alium. 7.372

Extrauagantes Pontificum vſque ad Concilium Lateran. ſub Leone X. an aliquid de Conſeruatoribus diſpoſuerint. 3.10

Extrauagantis Martini V. ad euitanda ſcandala, tenor, quem ſequi debemus. 10.229

F

FACTVM aliud continuum, aliud interpolatum, aliud momentaneum eſt, vnde triplex notorium facti reſultat. 7.124

Facultas eligendi Conſeruatorem ad beneplacitum conceſſa expirat morte etiam ciuili concedentis quoad negotia quoque cœpta. 10.332. ſecus in excommunicatione, ſuſpenſione, aut furore, vel ſi ſit ad beneplacitum dignitatis. 333

Facultas eligendi Conſeruatorem an ita extendatur, vt duo eligi poſſint. 10.399

Digitized by Google

*Facultas eligendi Conſeruatorem, coram quo alios poſsit conuenire, ſemper durat; neque amittitur per non vſum etiam 40.annorum.*10.417. *& ſeq.*
Facultas eligendi Conſeruatorem habet vim priuilegij. 10.412
Facultas eligendi Conſeruatorem in priuilegijs conceſſa an ſit eorum acceſſoria. 10.330.*cum ſeq.*
*Facultas eligendi Conſeruatorem quando à Principe cenſeatur reuocata.*10. 373. *poſsítne reuocari.* 375
Facultas eligendi Conſeruatorem quando ſit realis, & tranſitoria ad heredem, vel perſonalis, remiſsiuè. 10.374
Fama quid ſit. 7 101.*& in quo differat à rumore.* 102
Fama requirit ſaltem decem perſonas. 7.103
Familia Cardinalium an eius fori priuilegio gaudeat. 7.537.*&* 539
Familia Epiſcopi eius fori priuilegio gaudet. 7.536.*&* 539
Familiæ nomine quid veniat maximè in priuilegijs. 7.547
Familiam armatam poteſt habere Epiſcopus. 8.264. *non autem delegatus Apoſtolicus.*265. *excepto Inquiſitore.* 266
Familiares impetrantis Conſeruatoriam eius priuilegio regulariter non gaudent. 7.535.*& aliquot ſeqq.*
Familiares impetrantis Conſeruatoriam vti ea poſſunt de conſenſu partis. 7.543. *Item ſi adſit conſuetudo, vel præſcriptio.* 544
Familiares locorum, & perſonarum, de quibus Trident. Concil. ſeſſ. 14. *cap.*5.*de reform. in fin. impetrantium Conſeruatoriam quando ea gaudeant.* 7.548
Familiares qui dicantur. 7.546
Familiares quibus prodeſt Conſeruatoria impetrantis, quot, qualeſq́; eſſe debeant. 7.545.*& ſeq.*
Familiaris an vti poſsit Conſeruatoria impetrantis pro iniuria in eius iniuriam redundante. 7.549
Fauor animæ, ac vitandi peccati, & ſcandali maximus eſt.
Fauorabiles-ne ſint Conſeruatoriæ, an odioſæ. 3.19.*cum duob. ſeqq.*
Feriato tempore an procedi poſsit in cauſis ſummarijs. 8.119
Fori priuilegium faciliùs conceditur, quàm immunitatis ab oneribus. 7.538
Forma ſeruandæ à Conſeruatore in infligendis cenſuris ex Concil. Trid. ſeſſ. 25.*cap.*3.*de reform. omiſsio non vitiat proceſſum.*8.178.*idem in c.*1.*de ſent. excom. in* 6.*forma.*179.*& cap. ſacro, ext. eod. tit.* 180. *& cap.*2.*de off. deleg. in* 6.*forma.* 181
Formula multiplex ſupplicationum pro Conſeruatorijs Apoſtolicis, & ipſarum

Digitized by Google

rum Conſeruatoriarum. 2.7.cum pleriſque ſeqq.
Formula ſupplicationis pro Conſeruatoria Capituli iuxta ius commune contra inferentes iniurias eius rebus, einſdemq́ priuilegia violantes. 2.10
Formula ſupplicationis pro Conſeruatoria ſingularis perſonæ ſecundùm ius commune contra inferentes illi iniurias, eiuſq́ rebus. 2.8. Tenor verò litterarum huiuſmodi, remiſſiuè. 9
Formulæ Conſeruatoriarum contra violantes priuilegia, & immunitates Eccleſiæ Collegiatæ, & Vniuerſitatis ſtudiorum. 2.12
Formulæ Conſeruatoriarum cum maiori poteſtate, quàm de iure communi Conſeruatoribus competat. 2.13
Formulæ Conſeruatoriarum pro aliquibus, & viciſſim contra aliquos, cum poteſtate vltra terminos iuris communis, remiſſiuè. 2.15
Formulæ Conſeruatoriarum ſigillatim contra violantes priuilegia cum poteſtate vltra ius commune, remiſſiuè. 2.14
Furti agi non poteſt coram Conſeruatore principaliter ad pœnam, & conſequenter ad reſtitutionem, nec ad vtrumque æquè principaliter. 7.260

G

GEMINATIO verborum quid operetur. 7.85
Genitiui proprietas, & vis. 6.55
Geſta à Conſeruatore, qui communi errore putabatur habere qualitatem, cuius ratione deputatus eſt, valent. 10.450. & ſeq.
Geſta à iudice recuſato an ſint ipſo iure nulla. 9.43
Geſta quælibet contra c.fin.de off.deleg.in 6.ſunt ipſo iure nulla. 7.606. & tribus ſeqq.
Gratia conceſſa ad beneplacitum dignitatis non expirat per mortem concedentis. 10.333
Gratia facta quando dicatur, vt non expiret morte concedentis etiam quoad negotia non cœpta. 10.328
Gratia perpetuatur per primum actum iudicialem poſt præſentationem reſcripti. 10.104
Grauamen interlocutoriæ habentis vim definitiuæ an ſit nominatim exprimendum in appellatione à definitiua. 9.162
Grauamen irreparabile per appellationem à definitiua quodnam ſit. 9.158
Guardiani Fratrum Minorum poſſunt deputari Conſeruatores. 5.29

Digitized by Google

H

HABERE terminum pro ſeruato non poteſt vllus Conſeruator, ſed ferre debet re ipſa ſententiam in termino citationis poſtremò ad eam emanatæ. 8.208. *Idq́; præſertim in Prouincia Mediolan.*209. *valet tamen contrarius ſtylus legitimè inductus.* 210
Habere terminum pro ſeruato quid ſit. 8.204
Hæreſis cauſam cognoſcere nequit Conſeruator. 7.313
Hieroſolymitana Militia,& ſi qua alia emittit tria vota ſolemnia, ſola inter Militias vera Religio eſt. 6.19
Hieroſolymitana Militia habet à pleriſque Romanis Pontificibus priuilegium eligendi ſibi Conſeruatorem. 6.21.& 24

I

IGNORANTIA craſſa,vel ſupina quando dicatur. 7.580
Ignorantia excommunicationis cap. fin.de offic. deleg. in 6. an excuſet. 7.588
Immemorabilis poſſeſſio quam vim habeat. 7.493
Immemorabilis poſſeſſio quomodo probetur. 7. 488. *aut eius contrarium.* 489
Immemorabilis præſcriptio an ſit æqualis centenariæ. 7.490.& ſeq
Impeditus qualitercumque iuriſdictionem delegati an ab eo coërceri poſſit 6.49
Impedito delegato inchoante quando poſſit Collega datus in ſolidum procedere. 10.381
Impedito vno ex Conſeruatoribus datis in ſolidum, qui inchoauit, poteſt alius proſequi cauſam. 10. 169. *niſi impeditus dediſſet ſubdelegatum, qui vti cæperit iuriſdictione.* 170. *Et quid,ſi adſit clauſula, quod ſi non omnes,&c.* 171
Impeditus delegatus inchoans quando poſſit cauſam reſumere. 10.381
Imperiti Conſeruatores,& iudices dari poſſunt à Principe. 5. 165. *qui tamen debent aſſumere aſſeſſorem.* 166
Imperium diuiditur in merum,& mixtum. 7.4
Imperium merum,& mixtum quomodo definiantur. 7.5
Imperium mixtum,non merum, & iuriſdictio ſimplex regulariter competit Conſeruatori. 7.17
Impetrans Conſeruatoriam contra certas perſonas poteſt ea vti contra habentem cauſam communem cum earum aliqua. 7.556.*cum duob.ſeqq.*

Impe

Digitized by Google

Impetrans Conſeruatorem poteſt coram eo conueniri etiam poſt mortem aduerſarij. 10.300
Impetrans Conſeruatorem tamquam Abbas ſufficit ad validitatem actuum, vt communi errore pro Abbate habeatur. 10.455
Impetrans Conſeruatorem tamquam Tutor, vel Curator ſat eſt ad actuum validitatem, vt pro tali, communi errore habeatur. 10.456
Impetrantis morte naturali quādo expiret officium Conſeruatoris. 10.285. *& quid in ſeruitute.* 286. *vel condemnatione cum amiſſione bonorum ſiue per ſententiam, ſiue ipſo iure.* 287. *quid in banno.* 288
Indaginem aliquam iudicialem adhibere poteſt Conſeruator etiam iuxta terminos iuris deputatus. 7.78. *& trib. ſeqq.*
Indago iudicialis quid ſit. 7.76
Indiuidua res quando dicatur. 7.558. *& ſeq.*
Indubitatum quid ſit. 7.98
Induciæ deliberatoriæ an dentur in cauſis ſummarijs. 8.112
Induſtria perſonæ in commiſſione quādo electa cenſeatur. 6.30. *&* 10.342
Inferior an poſſit ſe ingerere vbi ſuperior manum appoſuit. 10.378
Informare ſe ſuper notorio an poſſit Conſeruator parte non citata. 8.28
Informatio extraiudicialis, & ſummaria Conſeruatoris ſuper notorietate ſufficit ad effectum procedendi. 8.69
Inhibere Conſeruator Conſeruatori regulariter non poteſt. 9.104. *poteſt tamen Adiuncto, ſeu Collegæ.* 105. *& ſeq.*
Inhibere delegatus delegato non ideo poteſt, quòd vterque datus ſit in ſolidum. 6.42. *&* 46. *quid in caſu præuentionis.* 47. *cum ſeq.*
Inhibere poteſt Conſeruator alteri delegato Apoſtolico. 8.166
Inhibere poteſt Conſeruator Apoſtolicus alteri iudici Eccleſiaſtico, qui Ordinarius ſit. 8.161. *& ſeq.*
Inhibere poteſt Conſeruator Apoſtolicus Legato ſedis Apoſtolicæ etiam de latere. 8.163. *cum duob. ſeqq.*
Inhibere poteſt Conſeruator præueniens præuento Conſeruatori. 9.107. *item qui aliàs venit præferendus, ei, cui præfertur.* 108
Inhibere quando poſſit Conſeruator alteri Conſeruatori. 8.169. *cum ſeq.*
Inhibere quando poſſit Conſeruator tamquam iudex Eccleſiaſticus laico iudici. 8.159
Inhiberi an poſſit Cathedrali. 8.165
Inhibitio alia fit per iudicem primæ inſtantiæ, alia per iudicem appellationis. 8.158
Inhibitio fieri debet ex iuſta cauſa, & quæ illa ſit, remiſſiuè. 8.157
Inhibitio fit à maiori, non à minori, aut pari regulariter. 9.98

Digitized by Google

Inhibitionibus quando,& cur vti liceat. 9.95.& ſeq.
Inhibitionis materia,remiſſiuè. 8.171.& 9.111
Iniuria , & violentia, à qua defendit Conſeruator ad terminos iuris deputatus,debet eſſe manifeſta,ſeù notoria. 7.98
Iniuria, & violentia notoria non eſt neceſſariò coram Conſeruatore probanda. 8.53
Iniuria facto fieri dicitur non modò percuſſione,ſed etiam minis. 7.295
Iniuria familiaris quando redundet in perſonam domini. 7.549
Iniuria fieri an dicatur , ita , vt Conſeruator etiam contra laicos procedere poſſit , cùm quis in ſua poſſeſſione turbatur,vel eius priuilegia violantur. 7.312
Iniuria fieri dicitur mulieri,cuius pudor etiam volentis maculatur. 7.91
Iniuria fit , cùm delictum improperatur. 7. 296. *vel quid turpe obijcitur.* 297
Iniuria generaliter, & ſpecialiter ſumpta quid ſit. 7.86
Iniuria grauis,leuis, vel atrox reputatur ex communi loci opinione. 8.201
Iniuria,leuis,vel atrox quando dicatur,remiſſiuè. 7.302
Iniuria perſonæ quando inferri dicatur,& an tunc ſemper ſit atrox. 7.203.
Iniuria , quæ corpori ſit,ceteris paribus grauior eſt,quàm quæ verbis , aut in rem. 8.202. & ſeq.
Iniuria quibus caſibus in ſpecie inferri dicatur, remiſſiuè. 7.294
Iniuria vni facta quando alteri facta cenſeatur,remiſſiuè. 7.303
Iniuriæ grauitas , vel leuitas ſumitur ex qualitate rei. 8. 196. *Item perſonæ ſiue inferentis, ſiue paſſæ iniuriam.* 197. *ex tempore.* 198.& *loco.* 199
*Iniuriæ nomen in cap.*1.*& fin.de off.deleg.in* 6.*an ſumatur genericè, vel ſpecificè.* 7.90
Iniuriæ nomen in definitione Conſeruatoris continet etiam violationem priuilegiorum. 1.15
Iniuriam inferens etiam indirectè , licèt Conſeruator ſit,an ab alio Conſeruatore poſſit coërceri. 6.44
Iniuriam infert qui dicit , aliquem quid commiſiſſe contra bonos mores ciuitatis. 7.299
Iniuriam infert qui obijcit vitium naturæ. 7.300
Iniuriam modicam non cognoſcit Conſeruator. 7.311
Iniuriarum actione quis tenetur quoties dicto , aut facto alterius famam lædit. 7.298
Iniurias tam inferendas, quàm illatas propulſare Conſeruator poteſt. 7.97
Innouatio an nouum ius tribuat. 7.275

Digitized by Google

Inquiſitionis via quando,& quomodo vtatur Conſeruator. 8.12
Inquiſitor hæreticæ prauitatis licèt delegatus poteſt tamen habere familiam armatam. 8.264
Inquiſitores,eorúmve miniſtri cenſurari nequeunt à Conſeruatore. 8.172
Inſtantia an locum habeat in cauſis ſummarijs,remiſſiuè. 8.153
Inſtantia appellationis non currit pendente compromiſſo. 9.112
Inſtantia appellationis non habet locum coram Conſeruatore, ſed tantùm prima. 9.113
Inſtantia cauſæ principalis an ſuſpendatur per compromiſſum. 9.117
Inſtantia iuris ciuilis an attendatur coram iudice laico in cauſis Eccleſiæ, vel clericorum. 9.116
*Inſtantia prima,ſeu cauſæ principalis quamdiu duret de iure Canonico,vel ciuili.*9.14. *quid coram Conſeruatore.* 115
Inſtrumenta, & teſtes æquiparantur, & hi veniunt appellatione illorum. 7.155
Inſtrumenta publica inducunt notorium iuris. 7.156. *licèt paratam non habeant executionem.* 157. *etiam quoad probata ex ijs indirectè.* 158
Inſtrumenta publica, vt notorium inducant, debent eſſe producta in iudicio, & in actis regiſtrata. 7.159. *nec pati coloratam oppoſitionem.* 160
Inſtrumento probatur iniuria,& violentia. 7.309
Inſtrumento quando probetur delictum. 7.307.*cum duob.ſeqq.*
Intellectus Auth.qui ſemel.C.quom. & quand.iud. 7.48
Intellectus Auth.ſed hodie.C.de Epiſc.& Cler. 7.216
Intellectus cap.ad falſariorum,de crim.falſ. 8.269
Cap.at ſi Clerici,de iudic. 8.269
Cap.audita, de reſtit.ſpol. 10.116
Cap.cæterum, de reſcript. 9.110
Cap.cum contingat, de reſcript. 8.247.& 9.89.& 110
Cap.cum in iure, de off. deleg. 7.48
Cap.cum non ab homine, de iudic. 8.269
Cap.fin. §.vices quoque,& §.Conſeruatores autem, de off.delegat.in 6. 6.31.& 7.60. *cum duob.ſeqq.*
Cap.gratum,& cap.relatum,de off.deleg. 10.95
Cap.in litteris,de off.deleg. 8.253
Cap. nouimus, de verb.ſignific. 8.269
Cap. nuper, de ſent.excomm. 7.590.& 592
Cap. paſtoralis, de reſcript. 9.37
Cap.per tuas,il 1.de ſimon. 7.213.& 221.*cum aliquot ſeqq.*
Cap.

Digitized by Google

Cap. poſtulaſti, de homic. 8.169
Cap. præterea, de dilat. 7.48
Cap. 1. & fin. ibi, nec ad alia, quæ iudicialem indaginem exigunt, ſuam extendant poteſtatem, de off. deleg. in 6. 7.83
Cap. quærenti, de off. deleg. 8.253
Cap. quòd ſuſpecti, 3. quæſt. 5. 9.12
Cap. Romana, §. ſi autem, de appel. in 6. 7.194
Cap. ſanè, il 1. de off. deleg. 9.110
Cap. ſignificaſti, de off. deleg. 8.253
Cap. ſignificauit, de off. ordin. 9.90
Cap. ſuper eo, il 1. de teſt. 10.458
Cap. teſtimonium, de teſt. 10.458
Cap. tua, de proc. 7.213. & 221. cum aliquot ſeqq. & 239. cum ſex ſeqq.
Cap. vt debitus, de appell. 9.110
Intellectus Concil. Trident. ſeſſ. 7. cap. 14. de reform. 7.272. & *multis ſeqq.*
Seſſ. 14. cap. 5. verſ. idcirco nemini, de reform. 7.256. & *ſeq.*
Seſſ. 24. cap. 11. de reform. 6.59. & *ſeq.*
Seſſ. 24. cap. 20. de reform. 9.156. & 180
Seſſ. 25. cap. 3. de reform. & cap. 5. de Regular. 8.270
Intellectus Conſtitutionis Gregorianæ de exemptione ſeruientium ſacris Militijs. 6.59. & *ſeq.*
Intellectus l. Barbarius, ff. de off. Prætor. 10.116
L. Caius, ff. ad Syllan. 7.217
L. interrogari, C. de quæſtion. 7.216
L. meminiſſe, ff. de off. Proconſ. 10.116
L. 1. ff. de nundin. 10.419. & *ſeq.*
L. ſi fortè, ff. de off. Præſid. 10.116
Intellectus Reg. 36. Cancell. Apoſt. 9.156. & 180
Interdictum, vnde vi, conceditur ceſſionario. 7.317
Interdictum, vti poſſidetis, datur ceſſionario. 7.318
Interdictus non amittit iuriſdictionem, eiúſve vſum. 10.90
Interrogare partes poteſt Conſeruator in cauſis ſummarijs. 8.138. & *quomodo plùs, quàm in plenarijs.* 139. & *quid in teſtibus.* 140
Interrogare poteſt Conſeruator partes in notorijs ſiue ex officio, ſiue ad inſtantiam partis vbi æquitas id ſuadet. 8.74
Iudex condemnare debet in quantitate ratione iniuriæ, damnorum, expenſarum, & intereſſe iuramento veritatis liquidata. 8.193
Iudex in iniuria notoria ſibi illata poteſt iudicare, ſi pœna ſit à iure determinata. 9.14

Digitized by Google

Iudex inhabilis validè procedit concurrente communi errore, ſiue vitium ſit in perſona, ſiue in reſcripto. 10.452

Iudex quando poſſit cognoſcere, an ſua ſit iuriſdictio, vel non poſſit. 9.38

Iudex quando ſuppleat de facto, maximè in notorijs. 8.11

Iudicare iterum an Conſeruator poſſit qui ſemel nulliter iudicauit. 7.39

Iudices commiſſarij in partibus debent priùs eſſe electi in ſynodo aliquam ex qualitatibus cap. ſtatutum, de reſcript. in 6. habentes. 5.142

Iudices ſynodales non debent Conſeruatores neceſſariò eſſe ſolo iure Concil. Trid. attento. 5.143. *& quid ex Ordinatione Clementis VIII.* 144

Iudicium ſuper notorio non poteſt vt ſic incheari à præcepto. 8.80. *poteſt tamen fieri præceptum loco ſententiæ.* 81

Iudicium, vel cauſa quando dicatur. 7.287

Iuramentum calumniæ an ſit de iure diuino, vel naturali, poſſitve remitti. 8.118

Iuramentum calumniæ an ſit inductum iure ciuili, vel naturali. 8.19

Iuramentum calumniæ, & malitiæ quando requiratur in iudicio coram Conſeruatore ad terminos iuris deputato. 8.18. *cum duob. ſeqq.*

Iuramentum de calumnia, de malitia, & de veritate dicenda requiritur in cauſis à Conſeruatore ſummariè tractandis. 8.116. *& in quo hæc iuramenta differant.* 117

Iuramentum malitiæ eſt de ſolemnitate, & ordinatorijs iudicij. 8.20

Iuramentum partis in æſtimatione iniuriæ an procedere, vel ſequi debeat iudicis taxationem. 8.190

Iuramentum ſuppletorium in ſummarijs non admittitur, niſi vt in plenarijs. 8.123

Iuri Canonico ſtandum in omni foro vbi ius ciuile ſit dubium. 10. 94. & 125

Iuriſdictio ad certum tempus data eo lapſo expirat, licèt dolo partis cauſa intra illud non ſit terminata. 10.339

Iuriſdictio competens Ordinario, ſi concedatur alteri, cenſetur conceſſa priuatiuè. 6.50

Iuriſdictio conditionalis non poteſt prorogari ante conditionis euentum etiam de conſenſu partium. 7.449

Iuriſdictio conditionalis, vel conceſſa ad tempus non perpetuatur per citationem ante aduentum temporis, vel conditionis. 10.102

Iuriſdictio Conſeruatoris acquiſita, vel aucta conſuetudine, aut præſcriptione tollitur per contrariam conſuetudinem, & præſcriptionem. 7.530. & *tribus ſeqq.*

Iuriſdictio Conſeruatoris an extendatur ad ſucceſſorē vniuerſalem, vel ſin-

Digitized by Google

gularem aduerſarij impetrantis. 10.298. & *ſeq.*

Iuriſdictio Conſeruatoris an poßit prorogari poſt tempus præfixum. 7.436. *vel ad maius tempus.* 437

Iuriſdictio Conſeruatoris an præſcribi poßit ab habente Ordinariam. 7.505

Iuriſdictio Conſeruatoris an prorogari poßit de caſu ad caſum ex conſenſu partium. 7.448. & *ſeq.*

Iuriſdictio Conſeruatoris an ſuſpendatur pendente tempore ad appellandum. 9.195. & *quid pendente tempore ad petendum Apoſtolos.* 196

Iuriſdictio Conſeruatoris eſt ſimpliciter delegata. 7.36. *æquiparatur tamen ordinaria.* 37. *cum aliquot ſeqq.*

Iuriſdictio Conſeruatoris, & executio ſententiæ ſuſpenditur dum huius nullitas incidenter cognoſcitur. 9.198. *vſque ad* 202. & *quid ſi principaliter.* 203. & *ſeq.*

Iuriſdictio Conſeruatoris ex integro acquiri nequit per conſuetudinem, aut præſcriptionem ab eo, qui nullam habet iuriſdictionem. 7.503. & *duobus ſeqq.*

Iuriſdictio Conſeruatoris expirat per obitum concedentis quoad negotia non cœpta ipſo iure abſque ope exceptionis. 10.112. *nec prodeſt partium conſenſus.* 113. *quid ſi Conſeruator, vel pars ignorat obitum.* 114. *cum ſeq.*

Iuriſdictio Conſeruatoris in eo expirat ſi pronuntiet, ſe nullam habere iuriſdictionem. 10.251. *aut deferat appellationi, licèt non legitimæ.* 252. *aut pronuntiatus ſit ſuſpectus.* 253. *ſed nec in his caſibus omnino expirat.* 254

Iuriſdictio Conſeruatoris in eo expirat, ſi ſubdeleget in totum, neque re integra cauſam auocet. 10.353

Iuriſdictio Conſeruatoris in totum amitti præſcriptione non poteſt in aliqua ciuitate, vel diœceſi. 7.522. *ſiue ad terminos iuris deputatus ſit, ſiue cum maiori facultate.* 524

Iuriſdictio Conſeruatoris iuxta terminos iuris deputati circa quid verſetur. 1.14

Iuriſdictio Conſeruatoris minui poteſt conſuetudine interpretatiua iuris. 7.526. *Item inductiua.* 527

Iuriſdictio Conſeruatoris minui poteſt præſcriptione. 7.529

Iuriſdictio Conſeruatoris nequit ita prorogari de conſenſu partium, vt trahat reum vltra vnam dietam à fine ſuæ diœceſis, vel vt procedat extra ciuitatem, vel diœceſim deputationis. 7.446. *idq́; etiam per approximationem.* 447

Iuriſdi

Iuriſdictio Conſeruatoris nequit partium conſenſu prorogari vltra obitum concedentis quoad negotia non cœpta. 7.439. *maximè ſi conceſſa ſit ad beneplacitum.* 440

Iuriſdictio Conſeruatoris partium conſenſu nequit prorogari quoad perſonam concedentis. 7.410

Iuriſdictio Conſeruatoris poteſt augeri conſuetudine. 7.507. *& qualis eſſe debeat hæc conſuetudo.* 508.*& ſeq.*

Iuriſdictio Conſeruatoris præſcriptione poteſt extendi. 7.514. *cum duobus ſeqq.*

Iuriſdictio Conſeruatoris præſcriptione, vel conſuetudine quæſita, poteſt de conſenſu partium prorogari. 7.452. *non tamen de loco ad locum.* 453

Iuriſdictio Conſeruatoris, priùs electi non expirat per electionem alterius, vbi adſit clauſula, articulum verò ab altero inchoatum, &c. 10.379. *ſecus ſi non adſit, & tamen plures dati ſint.* 380. *niſi ex datis in ſolidum alter ſit impeditus.* 381

Iuriſdictio Conſeruatoris prorogari nequit vltra tempus præfinitum, ſi adiectum ſit decretum irritans, vel quid ſimile. 7.438

Iuriſdictio Conſeruatoris prorogari poteſt ad cauſas criminales, mixti imperij, & dubias, ſeu de non notorijs, vbi horum cognitio ei per reſcriptum concedatur. 7.444

Iuriſdictio Conſeruatoris prorogari poteſt ad cauſas maioris, vel minoris quantitatis, quàm ſint conceſſæ. 7.445

Iuriſdictio Conſeruatoris prorogari poteſt de re ad rem, ſeu de cauſa ad cauſam. 7.441. *ſimilem tamen.* 442. *& duobus ſeqq.*

Iuriſdictio Conſeruatoris prorogari poteſt ex conſenſu partium de vno modo cognoſcendi ad alium. 7.450.*& ſeq.*

Iuriſdictio Conſeruatoris prorogari poteſt ex ſe partium conſenſu in omni ſpecie prorogationis. 7.386

Iuriſdictio Conſeruatoris prorogari poteſt partium conſenſu de tempore ad tempus. 7.426

Iuriſdictio Conſeruatoris, quæ vſus eſt in aliquibus cauſis, an quoad alias perpetuetur poſt mortem procuratorum. 6.45

Iuriſdictio Conſeruatoris quando expiret, aut ſuſpendatur ipſo iure, vacante beneficio, cuius ratione fuit deputatus, aut electus. 10.191

Iuriſdictio Conſeruatoris ſuſpenditur per condemnationem impetrantis cum bonorum amiſſione, donec is reſtituatur. 10.287. *cum ſeq. quid de aduerſario.* 303.*& ſeq.*

Iuriſdictio contra inferiores præſcriptione, & conſuetudine acquiritur priua-

tiuè.7.497. remanet tamen apud eos in habitu, quam aliquando reſu-munt. 498

Iuriſdictio delegata ad vniuerſitatem cauſarum prorogari poteſt. 7.384.385.386.*&* 409

Iuriſdictio delegata Epiſcopo etiam generaliter à iure non tranſit in Capitulum ſede vacante. 10.166. *ſecus ſi ordinario iure etiam ſpeciali ei competat.* 167

Iuriſdictio delegata præſcriptione, aut conſuetudine quæri ex integro non poteſt. 7.504

Iuriſdictio delegata prorogari nequit de perſona ad perſonam, poteſt tamen de re ad rem, de tempore ad tempus, & de loco ad locum. 7.386

Iuriſdictio delegati non perpetuatur citatione anomala, ſeu nulla, niſi pars præſens ſit. 10.101

Iuriſdictio delegati non perpetuatur per actum præuium citationi. 10.99. *niſi eum faceret cum parte.* 100

Iuriſdictio delegati per citationem ſolùm decretam perpetuatur. 10.96. *quod verum eſt reſpectu iudicis, non partis.* 97. *cum ſeq.*

Iuriſdictio delegati perpetuatur etiam per ſolam citationem tam iure ciuili, quàm canonico. 10.93.*& duob. ſeqq.*

Iuriſdictio etiam delegata inter iura alicui competentia numeratur. 10.152

Iuriſdictio etiam merè delegata poteſt prorogari ad perſonam non expreſſam in reſcripto, vbi eam res contingat. 7.424. *Item ad perſonam acceſſoriam, vt fideiuſſorem.* 425

Iuriſdictio genericè ſumpta diuiditur in imperium, & ſimplicem iuriſdictionem. 7.2. *& quomodo definiatur.* 3

Iuriſdictio ordinaria Epiſcopi qaando tranſeat in Capitulum. 10.165

Iuriſdictio ordinaria eſt naturalis, & fauorabilis, ſicut delegata eſt odioſa. 7.343

Iuriſdictio ordinaria perfecta non competit Conſeruatori. 7.26. *niſi in litteris declaretur eſſe loco Ordinarij.* 27

Iuriſdictio Ordinarij quando ſolùm excitetur, vel fiat delegata, dum Princeps ad eum reſcribit. 9.94.*&* 99

Iuriſdictio per vnum ex pluribus iudicibus datis perpetuata, vbi poßit, eſt perpetuata etiam quoad alios. 10.107. *& quando dicatur poſſe.* 108

Iuriſdictio poteſt prorogari per conſuetudinem in omni ſpecie prorogationis. 7.475.*& ſeq.*

Iuriſdictio præſcriptione, aut conſuetudine quæritur per vſum actuum iuriſdi

Digitized by Google

riſdictionalium. 7.499
Iuriſdictio præſcriptione quæſita non extenditur ab vna ſpecie ad aliam. 7.500. *& an intra eandem de loco ad locum, de tempore ad tempus, de perſona ad perſonam, aut de re ad rem.* 501
Iuriſdictio qualibet ſiue ordinaria, ſiue delegata poteſt partium conſenſu prorogari de tempore ad tempus. 7.427
Iuriſdictio ſimplex contentioſa quoad omnia competit Conſeruatori. 7.34
Iuriſdictio ſimplex, immo & generica acquiri poteſt præſcriptione. 7.479
Iuriſdictio ſimplex quid ſit. 7.6
Iuriſdictio ſimplex quomodo diuidatur, aut ſit delegabilis. 7.10
Iuriſdictio ſiue voluntaria, ſiue contentioſa conſuetudine acquiri ab eo poteſt, qui nullam habet. 7.477. *cum ſeq.*
Iuriſdictio voluntaria regulariter non competit Conſeruatori. 7.26
Iuriſdictione conceſſa venit iuriſdictio ſimplex, & mixtum, non merum imperium. 7.18. *niſi Princeps conceßiſſet pleniſſimam iuriſdictionem.* 19. *ſed & tunc non veniunt Principi reſeruata.* 20
Iuriſdictione conceſſa veniunt omnia, ſine quibus ea nequit explicari. 7.80
Iuriſdictione perpetuata in vna cauſa quando ſit perpetuata quoad reliquas ſimul commiſſas. 10.105. *quid in delegatione ad cauſarum vniuerſitatem.* 106
Iuriſdictionem habet Conſeruator quicunque. 7.1
Iuriſdictionem iudicis quænam impediant, ſeu retardent. 9.1
Iuriſdictionem non amittit excommunicatus, aut ſuſpenſus, niſi ſit denuntiatus, aut notorius clerici percuſſor. 10.227. *& quæ ſit ratio.* 228. *&* 30.
Iuriſdictioni ſui Epiſcopi primæua inſtitutione omnes ſubijciuntur. 7.528. *&* 532
Iuriſdictionis vſum non amittit Conſeruator per excommunicationem, aut ſuſpenſionem, licèt de his conſtet per duos teſtes, vel publicam famam. 10.231. *vel ſit nominatim ſolùm excommunicatus per decretum, aut etiam denuntiatus, ſed ſub conditione.* 232
Ius ad rem in beneficialibus quomodo acquiratur; & an vacet. 10.192
Ius ad rem non ſufficit habere quoad beneficium, cuius ratione quis deputatur Conſeruator. 193. *ſed requiritur poſſeßio cum titulo ſaltem præcedente.* 194
Ius humanum quando redundet in diuinum. 7.519

Digitized by Google

L

LAESIO enormis, vel enormiſsima quæ dicatur. 9.141
Laico poteſt dari Clericus Conſeruator etiam à Papa. 6.1.& 3
Laicorum Conſeruatores ſoli non continentur in §.nec aliquis, aut toto c.fin. de off.deleg.in 6.contra quoſdam. 6.2
Laicorum Vniuerſitati dari poteſt Conſeruator etiam à Papa. 6.3.& ſeq.
Laicos Magiſtratus an poſsit Conſeruator Apoſtolicus coërcere, cùm ſuam iuriſdictionem impediunt. 8.160
Laicus an poſsit dari Conſeruator à Papa cum facultate cenſuras exercendi. 5.12.& quatuor ſeqq.
Laicus an poſsit eſſe Aſſeſſor Conſeruatoris Apoſtolici. 9.67.cum ſeq.
Laicus an poſsit eſſe delegatus Epiſcopi in vna cauſa Eccleſiaſtica ciuili. 5.5.& quid in criminali, vel ſpirituali. 6
Laicus habens delictum, vel rem communem cùm clerico quando coram Eccleſiaſtico iudice conueniri poſsit, vel debeat. 7.557.cum ſeq.
Laicus iudex an cognoſcere poſsit de nullitate, vel iniuſtitia ſententiæ Conſeruatoris cùm ab eo petit brachium ſeculare. 8.261
Laicus nequit de poteſtate ordinaria dari à Papa Conſeruator in cauſis non ſpectantibus ad forum Eccleſiaſticum. 5.1
Laicus poteſt à iudice Eccleſiaſtico mulctari in pecunia. 8.272. Item capi, & carcerari. 273
Laicus poteſt dari Conſeruator à Papa pro Clerico; vel Eccleſia in cauſis, in quibus laicus eſt eorum iudex competens agendo. 5.2. item inter Clericos, ſeu Eccleſias, aut inter laicum actorem, & reum Clericum ſaltem in cauſis temporalibus. 4
Laicus poteſt ex delegatione Papæ excommunicare, & aliàs cenſuras ferre iuxta communiorem. 5.13. Contraria tamen fortè verior. 14. omnino autem poteſt habere nudum miniſterium. 15. immò & auctoritatem, ſi ſit clericus coniugatus. 16
Laicus quando poſsit coram Eccleſiaſtico iudice conueniri, remiſsiuè. 4.9
Laudum quando nullum ſit, remiſsiuè. 9.152
Legati Papæ alij nati, alij miſsi, alij de latere. 4.24. & in quo differant, aut conueniant. 25
Legatus de latere nequit cauſam à Conſeruatore expreſsè auocare. 9.51. neque etiam tacitè. 54
Legatus etiam de latere inhibere non poteſt Conſeruatori in cauſis ei commiſsis. 9.84
Legatus nequit ſe intromittere in cauſa appellationis à Conſeruatore, etiam

Digitized by Google

etiam eam committendo. 9.186
Legatus Papæ Conſeruatorem dare poteſt ſecundùm aliquos. 4.26. *Contrarium verius eſt.* 27
Legatus Papæ impropriè venit nomine ſedis Apoſtolicæ. 4.28
Legatus Papæ vices eius gerit. 9.85
Legatus ſedis Apoſtolicæ eſt minor Conſeruatore Apoſtolico in cauſa ei commiſſa 8.164
Legatus ſedis Apoſtolicæ poſſitne compelli à Conſeruatore Apoſtolico ſuam ſententiam exequi. 8.248
Legatus ſedis Apoſtolicæ ſententiam Conſeruatoris an confirmare poſſit. 8.249
Legem condere non poteſt Conſeruator. 7.24
Legitimare an poſſit Conſeruator. 7.25
Legitimatio perſonæ requiritur in cauſis, quas Conſeruator ſummariè cognoſcit. 8.106. *dummodo ſit fundata in iure naturali.* 107. *& quid in patris conſenſu.* *ibid.* & 108
Leucæ quot requirantur ad dietam. 7.360
Lex habens cenſuram annexam non ligat, niſi ſit vſu recepta. 7.611
Lex habens cenſuram annexam recepta ſi abrogetur conſuetudine, deſinit ſimul cum cenſura obligare. 7.612
Lex non obligat, niſi promulgata. 10.382. *& vſu recepta.* 383. *& an recepta præſumatur.* 384
Lex vſu non recepta quando non liget, aut recepta quando abrogetur. 5.152. & 10.385
Libellus aliquis, licèt non ſolemnis offerri debet coram Conſeruatore iuxta terminos iuris deputato. 8.9
Libellus ſolemnis non requiritur in Conſeruatore procedente ſummariè, ſed bene aliqua petitio. 8.109. *& in quo hæc differant.* 110
Libellus ſolemnis non requiritur in notorijs facti, vel iuris, quod à notorio facti ſurgit. 8.15. *& quid in notorio probationis.* 16
Libellus ſolemnis ſi offeratur in cauſa ſummaria, quæ proteſtatio fieri debeat. 8.111
Liquidum quid dicatur. 7.106
Lis, cauſa, controuerſia, iudicium, & negotium quid differant. 10.3
Lis pendere ad effectum, vt nihil innouetur, quando dicatur. 10.5. *& quando vt perpetuetur iuriſdictio delegati, vel ſubdelegati.* 6. *quid fauore liberationis, vel quoad vitium litigioſi.* 7. *& quid in alijs caſibus.* 8
Lis pendere quando dicatur, vt eius rei mentio fieri debeat in auocatione. 10.9

Litigio

Litigioſa res quando dicatur. 7.325
Litis conteſtatio, & ſimilia ordinatoria iudicij non requirũtur coram Conſeruatore ad terminos iuris deputato. 8.17. *cum tribus ſeqq.*
Litis conteſtatio non eſt neceſſaria in cauſis à Conſeruatore ſine figura iudicij terminandis. 8.114.*& ſeq.*
Litis conteſtatio per quæ fiat. 8.115
Litis pendentis mentio facienda in reſcripto, aliàs eſt nullum. 10.4
Litteræ Conſeruatoriæ conceſſæ ad certum tempus, quod labatur ante mortem concedentis, per talem lapſum expirant etiam quoad negotia cœpta. 10.334. *niſi partium conſenſu iuriſdictio prorogetur.* 335
Litteræ Conſeruatoriæ conceſſæ ad tempus certum non expirant per eius lapſum quoad poteſtatem exequendi ſententiam. 10.336
Litteræ Conſeruatoriæ conceſſæ ad tempus præfixum non iuriſdictioni, ſed iudici non expirant per eius lapſum. 10.337
Litteræ Conſeruatoriæ contra certam perſonam poſt annum inutiles ſunt parte opponente. 10.400. *ſecus ſi non opponat.* 406
Litteræ Conſeruatoriæ durant poſt annum, ſi poſteriores aduerſarius non impetret. 10.410
Litteræ Conſeruatoriæ poſteriores non facientes mentionem de primis poſt annum reconualeſcunt. 10.407
Litteræ Conſeruatoriæ Religionis an proſint Prælato; & Collegij, ac ſingulis; Titularis, an Commendatario; & Monachorum an proſint Prælatis, vel Nouitijs. 7.551
Litteræ pleræq; Pontificiæ circa Conſeruatores emanatæ vim legis non obtinent. 1.13. *præter quaſdam Gregorij XIII.* 14
Locis Pijs dari Conſeruatores poſſunt. 6.8
Locus deputationis Subconſeruatoris, vel Conſeruatoris quomodo ſit accipiendus. 7.61.*& ſeq.*
Locus non vbi res ſita eſt, neque originis, ſed domicilij Rei conuenti attenditur in impetratione delegati iudicis. 7.63

M

M*AGIS, & minus non mutant ſpeciem.* 5.117
Magiſtratus laicus etiam ſupremus an compellatur per cenſuras præbere brachium ſeculare. 8.262
Maior pars multitudinis ſufficit etiam in notorio facti momentanei. 7.135
Maior pars Vniuerſitatis in agendis repræſentat Vniuerſitatem. 7.131. *nec*

vales

Digitized by Google

valet conſuetudo, vt omnes, vel ſaltem duæ partes ex tribus concordent. 132

Maleficium negante reo à ſe, vel iniuria factum, ſuper hoc recipiet Conſeruator probationes. 7.81

Mandatum procuratorium, eiúſve actio non expirat morte mandantis. 10.115

Manifeſta iniuria quomodo ſumatur in definitione Conſeruatoris. 1.17

Manifeſtum à publico in quo differat. 7.113. & in quo à probatione. 114. à notorio. 116. & famoſo. 117

Manifeſtum aliud de iure, aliud de facto. 7.99

Manifeſtum continet in ſe publicum, & famoſum. 7.109

Manifeſtum in ſpecie ſumptum quomodo definiatur. 7.112. & aliquot ſeqq.

Manifeſtum ponitur pro notorio & in c.1. & fin. de off. deleg. in 6. ſicut & aliàs nonnunquam. 7.110

Manifeſtum quid differens eſt à fama, euidenti, indubitato, liquido, publico, noto, & notorio. 7.100. cum multis ſeqq.

Manifeſtum quomodo probetur. 7.118

Manifeſtum quòt teſtes requirat. 7.115

Manifeſtum ſpecie differt à notorio, minuſq́; eo eſt, item à publico, & famoſo. 7.111

Maritus diuertens ab vxore ob adulterium an lucretur dotem, vel ei teneatur ad alimenta. 7.243. & ſeq.

Matrimonialis cauſa an poſſit coram Conſeruatore tractari. 7.261

Mendicantium Ordines qui ſint. 6.14

Mentio primi reſcripti quando ſit facienda in ſecundo, vt valeat. 10.401. & ſex ſeqq.

Meri imperij quædam eſſe poſſunt, & ſimplicis iuriſdictionis, diuerſis rationibus. 7.11

Merum imperium diuiditur in maximum, maius, magnum, paruum, minus, & minimum, & quid vnumquodq́; ſit. 7.8

Merum, & mixtum imperium acquiri poteſt præſcriptione. 7.479

Merum, & mixtum imperium Eccleſiaſticum à ſolo Prælato poteſt præſcribi, niſi ſimul præſcribat ſubiectos. 7.484

Metus excommunicationis iuſtus eſt. 6.26

Miliare conſtat ex mille paſſibus. 7.355

Miliaria dieta, aut leuca quomodo computentur. 7.359

Militaribus Ordinibus, eorumq́; Militibus dari Conſeruator poteſt. 6.20

Minima capitis diminutione an mori quis dicatur, & quid ea ſit. 10.85

Minor, aut etiam dimidia pars multitudinis non ſufficit ad notorium facti. 7.133

Minoritæ, & qui eorum priuilegijs gaudent, an ratione delicti, contractus, vel rei ſitæ in loco non exempto poſſint coram loci Ordinario conueniri. 7.269. & ſeq.

Miſerabiles perſonæ in cauſis ciuilibus poſſunt coram Ordinario conuenire Clericos Seculares, & Regulares extra clauſtra degentes quomodolibet exemptos. 7.274. & 276. & quæ ſint miſerabiles perſonæ. 275

Miſerabilibus perſonis, à quibus Conſeruatores dentur. 4.5. cum ſeq.

Miſſus in poſſeſſionem à Conſeruatore poteſt ab eo defendi ſaltem intra annum. 8.252

Mittere in poſſeſſionem poteſt quilibet Conſeruator. 7.29

Mixta actio, eſt, quæ partim ad publicam, partim ad priuatam quoque vtilitatem dirigitur. 7.233. *æquè tamen principaliter.* 234

Mixta cauſa dici poteſt, cùm agitur, vt quis amoueatur ab officio tamquam immeritus, & damnoſus. 7.250

Mixta cauſa dicitur, cùm pœna partim fiſco, partim actori applicatur. 7.235

Mixta cauſa dicitur, cùm quis agit ad ſeparationem tori. 7.236. & multis ſeqq.

Mixta cauſa eſt, cùm agitur contra vaſallum ad feudi priuationem ob feloniam. 7.246

Mixta ſiue cauſa turbatæ poſſeſſionis. 7.247. *aut querelæ inofficioſi.* 248

Mixtam cauſam eſſe, & pro crimine competere actionem ciuilem, & criminalem differunt. 7.251

Mixtas cauſas nequit Conſeruator cognoſcere regulariter, ſicut neque criminales poteſt. 7.253

Mixtum imperium diuiditur in maximum, maius, magnum, paruum, minus, & minimum; & quid eorum quodq; ſit, quodve poſſit delegari. 7.9

Mixtum imperium quoad actus Principi reſeruatos non competit Conſeruatori. 7.25

Mixtum imperium quoad actus requirentes perfectam iuriſdictionem ordinariam non conuenit Conſeruatori. 7.26

Mixtum iudicium requirit, vt ad ciuilem, & criminalem effectum principaliter ſaltem tacitè agatur. 7.249

Mixtum non fit iudicium criminale, aut ciuile per id, quod venit in conſequentiam. 7.242

Moleſtiæ

Digitized by Google

Moleſtiæ nomen cur poſitum non fuerit in definitione Conſeruatoris. 7.95. *& quid comprehendat.* 96
Monachus contraueniens priuilegio Monaſterij an ei præiudicet. 10.428
Monaſterium in cauſis mercedum, & miſerabilium perſonarum coram quo ſit conueniendum. 7.276
Monitio à citatione quid differat. 8.31
Monitio competens præmittenda excommunicationi qualis eſſe debeat etiam cùm à Conſeruatore inferenda eſt. 8.176
Monitoriales ad effectum reuelandi quando, & cur dentur. 7.287
Monitorias generales ad effectum reuelandi an concedat Conſeruator. 7.285. *cum aliquot ſeqq. & an Vicarius Epiſcopi, Capituli ſede vacante, vel exempti.* 286
Mori ciuiliter dici poteſt qui dignitatem, officiúmve dimittit. 10.86. *quiq; Religionem profitetur.* 87
Mori ciuiliter media capitis diminutione qui dicantur. 10.68
Mors alia naturalis, alia ciuilis. 10.61
Mors ciuilis quando naturali æquiparetur. 10.91
Mors ciuilis ſtrictè ſumpta duplex eſt, alia, qua cum ciuitate libertas; alia, qua ſola ciuitas amittitur. 10.62. *& ſeq.*
Morte naturali aduerſarij impetrantis Conſeruatorem eius iuriſdictio ceſſat in cauſis contra eundem aduerſarium non cœptis. 10.295. *quid ſi impetratus ſit pro, vel contra dignitatem.* 296. *aut defunctus conueniendus aliàs erat expreſſus in reſcripto.* 297
Morte naturali aduerſarij iuriſdictio Conſeruatoris non ceſſat in negotijs cœptis etiam per ſolam citationem. 10.299
Morte naturali aduerſarij non ceſſat iuriſdictio Conſeruatoris quoad hoc vt impetrans poſſit coram eo conueniri. 10.300
Morte naturali Conſeruatoris expirat in eo omnis poteſtas. 10.147. *ſi tamen ſtatim reſurgeret, eam recuperaret.* 148. *& aliquot ſeqq.*
Morte naturali Subconſeruatoris in eo expirat iuriſdictio Conſeruatoris. 10.276. *quid ſi duo Subconſeruatores, vel à duobus dentur.* 277
Mortuus quis habetur quoad dignitatem cùm habet in ea ſucceſſorem. 10.127
Mortuus reſurgens an recuperet bona, vxorem, Epiſcopatum, aut Religionem. 10.149
Mortuus reſurgens quando non recuperet iuriſdictionem Conſeruatoris quoad negotia cœpta, vel non cœpta. 10.153
Motus proprius omnem ſubreptionem excludit. 6.64
Mulieri, cuius pudor maculatur inuitæ, violentia fieri dicitur; ſicut iniu-

ria, ſi valentis. 7.91
Munera à partibus accipere nequit Conſeruator Apoſtolicus. 8.215
Mutari quando poſſit Conſeruator, vbi plures dati ſint. 10.380

N

NEGANTE reo à ſe, vel iniuria factum maleficium, Conſeruator ſuper hoc recipiet probationes. 7.81
Negare probabiliter, factum eſſe notorium quando quis dicatur. 8.61
Negatione res fit dubia, & quomodo. 8.59. & ſeq.
Negligentia primi impetrantis in præſentando non præſumitur. 10.408
Nomen Conſeruatoris electi à Regularibus dandum in ſola Curia Epiſcopi, in cuius diœceſi deputatus eſt. 6.38
Nomina præſcriptionis, & conſuetudinis à iure, & Doctoribus ſæpe confunduntur maximè in materia iuriſdictionis. 7.482
Notarij acta, licèt inhabilis, concurrente communi errore valent. 10.453
Notarij Conſeruatorum munera, & xenia accipere à litigantibus non prohibentur. 8.223. & ſeq.
Notarij Conſeruatorum recipiunt ſalarium ab ipſis Conſeruatoribus moderandum. 8.241
Notarius an, & quando recuſari poſſit. 9.27
Notarius, qui cum Conſeruatore extra domicilium ſe transfert, an habeat à partibus expenſas. 8.232
Notorietas delicti probanda eſt coram Conſeruatore iuxta terminos iuris deputato ad fundandam eius iuriſdictionem. 8. 66. aliàs non poteſt procedere. 68
Notorietas, & notorium ipſum probari poteſt duobus teſtibus. 8.70
Notorietatis qualitas ſemper eſt probanda. 8. 63. niſi delictum fiat coram populo, & iudice ſedente pro tribunali. 64. aut, reus factum confiteatur. 65. & qualitas quando dicatur notoria. 7.163
Notorium aliud facti, aliud iuris. 7.122
Notorium Collegio, aut Vicinia an poſſit cognoſci à Conſeruatore iuxta terminos iuris deputato. 7.203
Notorium dicitur ſaltem præſumptiuè quod fit in platea publica, quæ ſit capax maioris partis multitudinis. 7. 136. modò probetur, quòd platea plena erat hominibus. 137
Notorium dubium probari debet coram Conſeruatore. 8.59. nec ſufficit, pronuntiari ab eo delictum eſſe notorium, vbi non conſtet de delicto, vel à tali declaratione fuiſſet appellatum. 60

Noto

Digitized by Google

Notorium facti aliud continui, aliud interpolati, aliud momentanei. 7.124
Notorium facti continui cognoſci poteſt à Conſeruatore ad terminos iuris deputato. 7.201. *Item facti interpolati, vel momentanei.* 202
Notorium facti dicitur omne illud quod celari non poteſt ſiue factum ſit continuum, ſiue interpolatum. 7.128. *quid in momentaneo.* 129
Notorium facti dicitur omne illud, quod ſit coram omni multitudine, vel eius maiori parte. 7.130. *& duob. ſeqq.*
Notorium facti quomodo definiatur. 7.123. *& aliquot ſeqq.*
Notorium facti, quomodo requirat, vt fiat in loco publico, vel de die. 7.143
Notorium facti ſimpliciter requirit, quòd illud ſciat maior pars ciuitatis, ſi id veriſimile eſt, aliàs ſufficit maior pars viciniæ. 7.139. *& tribus ſeqq.*
Notorium fictionis an inducatur ex defectu purgationis indictæ. 7.171
Notorium generatim, ſed propriè ſumptum quomodo definiatur. 7.121
Notorium in prouincia, ciuitate, vel vicinia eſt quod ſcit maior pars illius reſpectiuè. 7.138
Notorium iuris an dicatur ante concluſionem in cauſa. 7.162
Notorium iuris an ſit propriè notorium, & in eo ſeruari debeat iuris ordo. 7.206.
Notorium iuris approbationis, & fidei, ſeu reſultans ex actis an poſſit cognoſci à Conſeruatore ad terminos iuris deputato. 7.204. *ſi tamen ſint acta alterius iudicij, dempta conceſſione iudiciali.* 205
Notorium iuris cur ſic dictum. 7.125. *quomodo definiatur.* 126. *& quot ſint eius ſpecies.* 127
Notorium iuris debet probari. 8.56. *quid ſi ſit præſumptionis.* 57
Notorium iuris diſpoſitionis, præſumptionis, & fictionis an poſſit cognoſci à Conſeruatore ad terminos iuris deputato. 7.207
Notorium iuris eſt quod reſultat ex depoſitione teſtium. 7.154
Notorium iuris eſt quod reſultat ex probationibus legitimè factis. 7.150. *etiam per viam exceptionis plenè examinatæ, & ad finem, ad quem opponitur.* 151. *etiam in ſummario ad effectum ſummarij.* 152
Notorium iuris non inducitur ex probationibus iudicialibus, quæ patiantur coloratam partis exceptionem. 7.161. *& duob. ſeqq.*
Notorium iuris reſultat ex omnibus iudicialiter actis. 7.153
Notorium iuris reſultat ex ſententia, ſeu condemnatione. 7.195. *& quando.* 196. *& aliquot ſe-*
Notorium licèt non probandum, eſt tamen allegandum. 8.72. *eti- torium iuris.*

Notorium locum habet etiam in contractibus, & alijs, præter delicta. 7.149

Notorium non requirit eſſe notorias circumſtantias facti defenſionem excludentes. 7.147.*& ſeq.*

Notorium probandum eſt, ſi agatur contra abſentem. 8.62

Notorium quid ſit, & quot modis ſumatur. 1.18

Notorium, quod eſt tale extra locum tantùm iudicij, probandum eſt. 8.58

Notorium regulariter non habet locum in facto negatiuo. 7.144.*ſecus per confeſſionem partis, vel inſtrumentum.* 145.*& indirectè, nimirum per coarctationem negatiuæ.* 146

Notorium regulariter non eſt probandum. 8. 54.*ſi tamen ſit facti tranſeuntis, vel interpolati, de eo, vbi negetur, vel non ſit notorium iudici, vt iudici, debet conſtare.* 55

Notorium repugnans ſententiæ quomodo eam nullam reddat. 8.86

Notum quid ſit. 7.119. *& quotuplex.* 120

Nouitius Religionis approbatæ, licèt Clericus non ſit, aut Religioſus, gaudet tamen priuilegio canonis, & fori. 10.391

Nullitas actus quando ſit pœna. 7.607

Nullitas coram quo iudice proponatur, remiſſiuè. 9.208

Nullitas poteſt principaliter intentari vſque ad 30. annos, & quando perpetuò. 9.170

Nullitas poteſt proponi vel acceſſoriè ad appellationem, vel æquè principaliter, vel omnino principaliter. 9.164.*& trib. ſeqq.*

Nullitas principaliter intentata regulariter non ſuſpendit Conſeruatoris iuriſdictionem, neque ſententiæ illius executionem. 9.203.*fallit tamen id multis modis.* 204

Nullitas proponitur acceſſoriè, cùm dicitur Appello, alijſq; modis. 9.165.*&* 176. *& quando æquè principaliter cum appellatione.* 166. *aut omnino principaliter.* 167

Nullitas ſola includit incidenter, & in ventre appellationem, ſicut appellatio nullitatem. 9.169

Nullitatem proponens incidenter ad appellationem, ſi in hac ſuccumbat, poteſt illam denuò principaliter intentare, ſecus ſi illam ab initio principaliter intentauit. 9.205

Nullitatem proponens incidenter ad appellationem, vbi hæc deſerta rema-[illegible]at poteſt nullitatem denuò principaliter intentare. 9.206.*Idem ſi cum [illegible]one nullitatem æquè principaliter propoſuit.* 207

[illegible]xceptio quando impediat executionem trium ſententiarum conformium.

formium.9.199. maximè vbi ea exceptio requirit altiorem indaginem. 200.cum ſeq.

Nullitatis exceptio quando impediat executionem vnius, vel duarum ſententiarum,quæ tranſierint in iudicatum, ſiue ea requirat altiorem indaginem,ſiue non. 9.199.& 202

Nullitatis exceptio quando requirat altiorem indaginem. 9.201

Nullitatis materia remiſſiuè. 9.208

Nullitatis proſequendæ tempus quod ſit. 9.171

Nullum eſt quicquid citra ſpecialem facultatem fit contra c.ſi.de off.deleg. in 6.diſpoſitionem. 7.606.& trib.ſeqq.

O

OBEDIENTIAE *præſcribi non poteſt.* 7.521.& 523

Obſeruatio priuilegij, legis, aut reſcripti non eſt vera conſuetudo. 7.509

Obſides, & captiui apud hoſtes an poſſint heredes inſtitui, vel teſtari. 10.76

Obtinēs dignitatem,vel perſonatum,qui erat Conſeruator,ſi mortuus reſurgat,recuperat iuriſdictionem. 10.151

Obtineri quando aliquid dicatur. 5.73. & 114. *item* 10.193. *cum ſequ.*

Oeconomus non poteſt,vt ſic,deputari Conſeruator 5.105

Officium Conſeruatoris an, & quando expiret in aliquo ex pluribus datis cum clauſula, quòd ſi non omnes,&c.vel ſi ambo,&c. 16.157.& 159. *& quid in clauſula,vt omnes,aut duo,vel vnus eorum,aut ſimili.* 160. *aut datis ſimul, ſi vnus dicta opinione ſua alijs contraria receſſit ante ſententiam.* 161

Officium Conſeruatoris Apoſtolici expirat per obitum concedentis quoad negotia non cœpta. 10.109.*hoc eſt,omnes omnino cauſas non cœptas.*110. *Idem in quouis Conſeruatore ſiue priuilegiorum, ſiue dato ad defendendum ab iniurijs,ſiue alio.* 111

Officium Conſeruatoris conceſſum per modum gratiæ factæ,donec reuocauero,durat etiam re integra poſt mortem concedentis. 10.142

Officium Conſeruatoris conceſſum per modum gratiæ non expirat morte concedentis etiam quoad negotia non cœpta. 10.145

Officium Conſeruatoris dati à Principe ſeculari eius morte naturali expirat quoad negotia non cœpta. 10.123.& *ſeq. Item ciuili per renuntiationem,priuationem,aliámve amiſſionem Principatus.* 126.*cum ſeq.*

Officium Conſeruatoris expirétne in altero ex duobus datis ſimpliciter, per mortem

Digitized by Google

mortem alterius. 10.154. Quid ſi fiat inhabilis ad iudicandum. 155. aut amoueatur tamquam ſuſpectus, vel à ſuperiore. 156. aut vbi ante mortem commiſiſſet vices ſuas alteri, qui non cœperit vti iuriſdictione. 158

Officium Conſeruatoris expirat quoad negotia non cœpta per mortem ciuilem, qua Papa amittit Pontificatum. 10.117. ſecus ſi captus ſit ab hoſtibus. 118. & ſequ. vel aliàs citra amiſſionem ciuiliter moriatur. 121

Officium Conſeruatoris expirat morte concedentis quoad non cœpta, vbi certum tempus non eſt præfinitum, aut nondum elapſum. 10.326

Officium Conſeruatoris non expirat morte concedentis quoad negotia cœpta. 10.134. Quotquot illa ſint. 135 nec requiritur partium conſenſus, obſtátve diſſenſus. 136

Officium Conſeruatoris non expirat morte concedentis ſiue negotium ſit cœptum quoad delegatum, ſiue quoad ſubdelegatum ſolum. 10.146

Officium Conſeruatoris non expirat quoad negotia cœpta morte concedentis vbi etiam de ea certi ſint Conſeruator, vel pars. 10.137. & quouis modo vacet dignitas, cuius ratione datus eſt. 138

Officium Conſeruatoris non expirat, ſi vnus ex collegis ſimul datis, qui moritur habet ſucceſſorem in dignitate, cuius ratione, & ſub cuius nomine ſolus, aut cum collega datus fuit, ſecus ſi cum clauſula quod ſi non omnes, &c. 10.161

Officium Conſeruatoris per modum gratiæ, vel delegationis conceſſum ad beneplacitum concedentis eius morte expirat etiam quoad negotia cœpta. & quid ſi dictum ſit, donec reuocauero. 141. & ſeq.

Officium Conſeruatoris renuntiatione futuræ impetrationis, aut electionis eiuſdem ab impetrante facta non ſuſpenditur. 10.357

Officium Conſeruatoris ſuſcipere cogitur is, qui deputatus eſt, & ſuſceptum dimittere nequit ſine iuſta cauſa. 10.340. & ſeq.

Officium Eccleſiaſticum obtinentes vt ſic nequeunt Conſeruatores deputari. 5.102

Officium Eccleſiaſticum quid ſit, & quotuplex. 5.86

Officium iudicis nobile, & mercenarium quid ſit. 7.7

Officium propriè quid importet. 7.562

Officium tacitè quoque declinare non poteſt Conſeruator, aut ſuſceptum dimittere ſine iuſta cauſa. 10.348

Ordinaria iuriſdictio an requirat commemorationem territorij. 7.41

Ordinaria iuriſdictio perfecta non competit Conſeruatori. 7.26. niſi in litteris declaretur eſſe loco Ordinarij; vel perſona defendenda omnino ab

Ordina

Ordinarij iuriſdictione eximatur. 27
Ordinarij iuriſdictio quando ſolùm excitetur, vel fiat delegata. 9.94. & 99
Ordinarius adiri poteſt pro iuribus ceßis, non obſtantibus quibuſuis Conſeruatorijs, præter exceptas à Concil.Trid ſeſſ.24. cap. 5. de reform. in fine. 7.326
Ordinarius an poßit cognoſcere de validitate duorum reſcriptorum delegationis. 9.89. & 110
Ordinarius dicitur Epiſcopus, eius Vicarius, & omnes iuriſdictionem Epiſcopalem habentes. 9.99
Ordinarius non debet violenter reſiſtere mandato Apoſtolici delegati. 9.87
Ordinarius non poteſt ſe intromittere in cauſa delegati Apoſtolici etiam eo mortuo. 9.88
Ordinarius non poteſt violenter reſiſtere Conſeruatori exequenti ſuam ſententiam etiam iniuſtam, aut rei mandanti, vt illam exequatur. 8.255
Ordinarius non tenetur inſerere copiam ſuæ commißionis. 7.49
Ordinarius poteſt abſolutos per delegatum Papæ ſtante eius malitia, vel negligentia in procedendo reuocare in priſtinā excommunicationem. 9.90
Ordinarius poteſt reſiſtere delegato Papæ procedenti extra caſum commiſſionis. 9.93
Ordinarius præſumitur ſcire qualitates beneficiorum ſuæ diœceſis. 6.56
Ordinarius quando dicatur melius ius fouere in iuriſdictione, quàm Conſeruator, vt ei poßit inhibere. 9.96. & 99
Ordinarius quando compeſcat exemptum ex officio abſque impedimento Conſeruatoris. 7.269. & 9.93
Ordinarius, qui proceſſum Monitorialium ad effectum reuelationis abſoluit, an poßit de cauſa principali cognoſcere. 7.290
Ordinarius recuſari non ita facilè poteſt. 9.21
Ordinarius tenetur parere delegato Apoſtolico ei mandanti, vt ſententiam ipſius delegati exequatur, poteſtq́; ad id ab eo compelli. 8.246. *quid ſi poſt mandatum vnius delegati alter mandet contrarium.* 247. *aut ille Ordinarius ſit Legatus.* 248
Ordinatoria iudicij an ſint neceſſaria in notorijs iuris. 8.21
Ordinatoria iudicij pleraque neceſſaria non ſunt coram Conſeruatore iuxta terminos iuris deputato. 8.17. *cum trib. ſeqq.*
Ordo aliqualis iuris ſeruandus eſt à Conſeruatore ad terminos iuris deputato. 8.7
Ordo aliqualis iuris ſeruari debet in notorijs. 8.8

Ordo iuris cauſarum ſummariarum medius eſt inter ordinem plenariarum, & eum, qui in notorijs adhibetur. 8.5

Ordo iuris, etiam qui in ſummarijs adhibetur, non eſt neceſſariò ſeruandus à Conſeruatore ad terminos iuris deputato. 8.1.& 5

Ordo iuris in notorijs non ſeruatur ſaltem de neceßitate. 8.2. licèt cauſa ſit ciuilis. 3. aut iurauerit quis eum ſeruare in omni cauſa. 4.& 6.

Ordo iuris plenariæ cauſæ proprius poteſt de conſenſu partium etiam tacito adhiberi à Conſeruatore in cauſa ſummaria. 8.148. poteſt tamen eas pænitere conſenſus, niſi expreſſus fuerit. 149

Ordo iuris plenarius an ſaltem de conſenſu partium poßit adhiberi à Conſeruatore iuxta terminos iuris deputato. 7.451

Ordo iuris proprius cauſæ ſummariæ non poteſt adhiberi etiam de conſenſu partium in plenaria. 8.150. ſecus ſi iudex procedat, vt arbitrator. 151. item quoad aliquos actus licèt procedat, vt iudex. 152

Ordo iuris ſaltem partibus conſentientibus ſeruari poteſt à Conſeruatore ad terminos iuris deputato. 8.6

P

PAPA, & Princeps poteſt dare Conſeruatorem abſque qualitatibus cap. fin. de off. deleg. in 6. etiam ſine conſenſu partium. 7411. & duob. ſeqq.

Papa excommunicationem, vel ſuſpenſionem non incurrit. 10.122

Papa poteſt dare Conſeruatorem. 4.1. etiam contra laicos pro tuitione perſonarum, ac rerum Eccleſiaſticarum. 2. Item pro Hoſpitalibus, alijſq; Pijs locis. 3

Papa poteſt dare Conſeruatorem Clerico pro bonis patrimonialibus etiam contra laicum. 4.7

Papa poteſt dare Conſeruatorem contra laicum in caſibus, in quibus laicus poteſt coram Eccleſiaſtico iudice conueniri. 4.8

Papa poteſt dare Conſeruatorem contra quoſcunque pro Eccleſia, vel Pio loco in actione reali, ac mixta, & perſonali quoque ſaltem pro Regularibus. 4.4

Papa quando poßit dare Conſeruatorem pro miſerabilibus perſonis. 4.5. & ſequ.

Papa ſtatuere generaliter nequit, vt Clerici conueniantur coram iudice laico. 5.7. poteſt tamen aliquas eorum cauſas ciuiles, vel criminales laico delegare. 8. & an ſpirituales. 9.& ſeq.

Papæ vt Paſtori ſummo ſubſunt omnes Reges, & Imperatores. 7.518

Papatus,

Digitized by Google

Papatus,& Epiſcopatus iuris diuini ſunt. 5.11

Par in parem an habeat aliquando imperium. 6.43. & 8.168. *cum duob. ſeqq.*

Pars procurans, vt Conſeruator deputatus ad terminos iuris extendat ſuam poteſtatem ad iniurias non notorias, incurrit excommunicationem. 7. 584. *licèt hac pars ſit Epiſcopus.* 585. *& ante ſententiam.* 586

Participans in crimine, ob quod quis excommunicatus fuit, in eandem incidit excommunicationem. 7.577

Participatio cum excommunicato quando prohibita ſit iure diuino, vel humano. 7.520

Paſſus conſtat ex quinque pedibus. 7.356

Patriarchæ,& Primates nequeunt dare Conſeruatorem. 4.30

Patriarchæ præcipui qui ſint. 5.46

Patriarcha, ſeu Primates conſecrati poſſunt eſſe Conſeruatores. 5. 52. *licèt titulares tantùm ſint.* 53. *immò & ſolùm confirmati, non tamen dumtaxat electi.* 54. *cum ſeq.*

Patris conſenſus, cùm filius agere vult, quando in ſummarijs cauſis requiratur. 8.107. *cum ſeq.*

Peccatum vitare fauorabile eſt. 9.91

Percuſſio notoria Clerici poſtea communiter ignorata non aufert vſum iuriſdictionis. 10.235

Percuſſor notorius Clerici vitandus quando dicatur. 10.234

Periculum in mora facit, vt multa permittantur. 9.92

Perſonæ quando inferatur iniuria, & an ſemper ſit atrox. 8.203

Perſonalis commiſſio quando dicatur. 10.203

Perſonalis deputatio Conſeruatoris vacante dignitate, cuius ratione deputatus eſt, non tranſit in ſucceſſorem, ſed ipſe, ſi viuat, poteſt procedere. 10.201. *etiam quoad negotia non cœpta.* 202

Perſonatum obtinens in Eccleſia Cathedrali, vel Collegiata poteſt eſſe Conſeruator. 5.98

Perſonatum obtinet Canonicus, qui in optione præfertur aliter, quàm ob antiquitatem. 5.100

Perſonatus quid ſit. 5.85

Pes conſtat ex quindecim, vel ſexdecim digitis. 7.357

Petitio aliqua, non ſolemnis libellus exigitur coram Conſeruatore ſummariè procedente. 8.109. *& in quo hæc differant.* 110

Petitio aliqua requiritur in notorijs. 8. 10. *non tamen in eiſdem connexis.* 14

Pia loca quæ ſint, remiſſiuè. 4.3

Digitized by Google

Plures Conſeruatores eſſe poſſunt vnius loci, vel perſonæ, & quot modis. 8.156

Plures Conſeruatores dati vt Ordinarij in dubio iuriſdictionem cenſentur cumulatiuè, non priuatiuè habere. 6.39. *licèt vnus ſit generalis, alius ſpecialis.* 40. *item in ſolidum.* 41. & 46. *non ob id tamen poſſunt inuicem inhibere.* 42. & 46

Plures habens Conſeruatores an poßit adire magis diſtantem à reo conueniendo. 7.381

Pluribus datis Conſeruatoribus iuriſdictio perpetuata quoad vnum, etiam perpetuatur quoad alios, licèt nondum cœperint vti iuriſdictione. 10.143. *quonis modo deſinat poteſtas in delegante.* 144

Poculenta, & eſculenta quænam poßit accipere Conſeruator Apoſtolicus. 8.217. & *quæ pœna ſit plus accipientibus.* 221

Pœna an incurratur ex actu nullo. 7.602

Pœna compromißi ſoluenda eſt ab adeunte iudicem eo pendente. 9.121. *niſi adiret, vt cogeret arbitros ad ferendum laudum, vel eligendum tertium.* 122. *aut procurator adiret ſine ſpeciali mandato, nec ſequeretur ratificatio domini.* 123

Pœna corrumpentis iudicem, & iudicis corrupti, remißiuè. 8.212

Pœna, de qua in cap. fin. §. vt autem, de off. deleg. in 6. quando locum habeat. 6.35

Pœna iniuriæ, præſertim criminalis quæ ſit. 7.293

Pœna pecuniaria à lege, vel ſtatuto impoſita in dubio an veniat applicanda fiſco, vel parti. 7.219

Pœna pecuniaria poteſt etiam laicis imponi à iudice Eccleſiaſtico. 7.264

Pœna pecuniaria, quæ fiſco applicatur, an à Conſeruatore imponi poßit. 7.255

Pœna, qua quis amittat ciuitatem, deportetur, relegetur, flagelletur, aut alia corporalis an poßit imponi à Conſeruatore. 7.23

Pœnæ ſunt reſtringendæ; & ab ijs quæuis cauſa, ſaltem probabilis, excuſat. 6.37

Pœnitentiarius ſummus Vrbis an vt ſic poßit eſſe Conſeruator. 5.106

Poſſeßio dignitatis, cuius ratione deputatur quis Conſeruator, non poſſeßio officij Conſeruatoris requiritur, vt error communis ius faciat. 10.454

Poßideri debet cum titulo ſaltem præcedente beneficium, cuius ratione quis deputatur Conſeruator. 5.114

Potentior quis dicatur. 7.329. & 332

Poteſtas dandi Conſeruatorem an poßit acquiri præſcriptione, aut conſuetudi

ſuetudine. 7.502
Præbendam Theologalem, Pœnitentialem, aut Doctoralem obtinens in Metropolitana Mediolanen. deputari poteſt Conſeruator. 5.99
Præcentor an eſſe poßit Conſeruator. 5.94
Præcepta quædam initio iudicij fieri ſolent abſque plena cognitione cauſæ. 6.25
Præceptum generale ſuperioris non habens tamen vim legis eius morte expirat. 10.395
Præceptum loco ſententiæ fieri poteſt in iudicio ſuper notorio. 8.81
Prælati, de quib. in Extrauag. 1. de elect. in commun. validè procedunt, licèt non ſeruent ibi diſpoſita. 5.515
Prælatus nequit in totum renuntiare priuilegio eligendi Conſeruatorem. 8.369. & duob. ſeqq.
Prælatus ſine conſenſu ſuperioris validè repudiat Legatum. 10.359. & an requiratur conſenſus Capituli, ſi Eccleſia ſit Collegiata. 360
Prælatus ſolus an præiudicet Eccleſiæ ſuæ in quæſitis, vel quærendis; aut in omittendo, vel faciendo. 10.361
Præpoſiti Clericorum Regularium an eligi poßint Conſeruatores. 5.30
Præpoſitus in Eccleſia Cathedrali, vel Collegiata deputari poteſt Conſeruator. 5.91
Præſcribi non poteſt contra obedientiam, viſitationem, & procurationem. 7.523
Præſcribi non poteſt facultati aliquid faciendi, aut libero arbitrio ſiue tacito, ſiue expreſſo. 10.418. & ſeq.
Præſcriptio an poßit ſimul eſſe conſuetudo. 7.467
Præſcriptio eſt etiam rerum corporalium, & mobilium, non conſuetudo. 7.463
Præſcriptio eſt rerum; conſuetudo, morum. 7.461
Præſcriptio, & conſuetudo in materia præſertim iuriſdictionis ſæpe pro eodem ſumuntur. 7.482
Præſcriptio, & conſuetudo in quibus conueniant. 7.455. & in quibus differant. 456. & multis ſeqq.
Præſcriptio immemorabilis an ſit æqualis centenariæ. 7.490. & ſeq.
Præſcriptio non extenditur. 7.466
Præſcriptio non requirit conſenſum aduerſarij. 7.460
Præſcriptio non ſtat cum priuilegio, ſicut conſuetudo. 7.465
Præſcriptio poteſt eſſe erronea, non conſuetudo. 7.464
Præſcriptio quadragenaria an ſola in omnibus currat contra Eccleſias inferiores. 7.469

Digitized by Google

Præſcriptio requirit ſæpe titulum, & ſemper bonam fidem, non item conſuetudo. 7.457
Præſcriptio tollit quod eſt, conſuetudo inducit quod non eſt. 7.462
Præſcriptione acquiritur ius priuato, conſuetudine in publico. 7.456. 458. & 481
Præſcriptionis requiſita quæ ſint. 7.471
Præſentans priùs reſcriptum quando præferatur. 10.402. & ſeq.
Præſentatio reſcripti iuſtitiæ non ſufficit ad perpetuandam iuriſdictionem. 10.103.
Præſumptiones ceſsionis ſimulatæ quando ceſſent. 7.330. & ſeq.
Præuentio, aut prælatio quando habeat locum inter Conſeruatores. 8.170
Præuentio non inducitur, niſi per citationem executam. 10.98
Pæuentionis materia, remiſsiuè. 8.171
Præuentus validè procedit, donec de præuentione doceatur. 6.48
Primates qui ſint, & an diſtinguantur à Patriarchis. 5.45
Primiceriatus an ſit dignitas, vel perſonatus. 5.101
Primicerius an deputari poßit Conſeruator. 5.93.94. & 101
Princeps dare poteſt iudices, & Conſeruatores imperitos. 5.165. qui tamen debent aſſumere Aſſeſſorem. 166
Princeps ſecularis an dare poßit Conſeruatorem. 4.32. & duob. ſeqq.
Princeps ſecularis dare poteſt Conſeruatorem laicum contra laicum. 4.35. & quid poßit talis Conſeruator. 36. & an poßit dare Clerico, vel Eccleſiæ. 37. aut Clericum contra laicum. 38. vel Clericum ad ſuſcipiendam deputationem cogere. 41
Princeps ſecularis non poteſt dare Conſeruatorem contra Clericum, vel Eccleſiam. 4.42
Princeps ſecularis recognoſcens ſuperiorem dare nequit Conſeruatorem. 4.43
Principis propria quando veniant in conceßione iuriſdictionis, aut imperij. 7.21
Prior Clauſtralis nequit eſſe Conſeruator citra certam ſcientiam, aut expreſſam facultatem Papæ. 5.20. neque eius delegatus. 21
Prior Clauſtralis quis ſit, & quis Conuentualis. 5.23
Prior Conuentualis poteſt eſſe Conſeruator. 5.24
Prioratus ſaltem Conuentualis eſt dignitas. 5.25
Priores Clerici Seculares quando poßint eſſe Conſeruatores. 5.81. & 94
Priores Conuentuales ſaltem habent perſonatum in Eccleſia Collegiata. 5.27. & alicubi vocantur Abbates. 28
Priores Hoſpitalis Hieroſolymitani poſſunt eſſe Conſeruatores, etiam cum

facul

Digitized by Google

facultate cenſurandi, ſi Clerici ſint. 5.32
Priores Mendicantium quorumcunque deputari poſſunt Conſeruatores. 5.29
Priuilegia Ordinum Regularium quomodo inter eos communia ſint. 6.17
Priuilegia paria non conquaſſantur, cùm vnus agit de lucro captando, alter de damno vitando. 7.349
Priuilegia Regularium eligendi Conſeruatorem, & eius electio non ſunt neceſſariò in iudicio oſtendenda. 7. 50. *debet tamen electio nota fieri Ordinario.* 51. *& regiſtrari in actis Notarij.* 52
Priuilegiatus contra pariter priuilegiatum non vtitur priuilegio, ſed iure communi. 7.346
Priuilegijs Mendicantium etiam quoad facultatem eligendi Conſeruatorem, plerique Ordines Regularium gaudent. 6.13.14.& 17
Priuilegio contraueniens ſibi non alijs præiudicat, quibus in ceteris non poteſt. 10.427.*cum ſeq.*
Priuilegio contraueniens vnico actu cum proteſtatione, quòd non intendit renuntiare priuilegio, an ſibi præiudicet. 10.429
Priuilegio Eccleſiæ aliquid faciendi non niſi ſpatio 40. *annorum præſcribitur.* 10.420.& 422
Priuilegio Monaſterij an Monachus contraueniendo præiudicet. 10.428
Priuilegium audiendi, & celebrandi diuina tempore interdicti an proſit familiaribus. 7.539
Priuilegium conceſſum perſonæ an extendatur ad familiares. 7.541
Priuilegium cum clauſula decreti irritantis, vel alia prohibitiua an amittatur contrauentione, vel præſcriptione, ſeu conſuetudine. 10.430
Priuilegium, & reſcriptum ad aliquid faciendum eſt perpetuum. 10.417
Priuilegium finem accipit tempore in eo præſtituto. 10.414
Priuilegium fori faciliùs conceditur, quàm immunitatis ab oneribus. 7.538
Priuilegium habens generalem derogatoriam an tollatur per poſterius contrarium habens clauſulam, quorum tenores, &c. 7.350
Priuilegium in ſpecie, & potentius præfertur. 7.347. *& quæ illa ſint.* 348
Priuilegium, ne ſuſpendi, interdici, aut excommunicari quis poßit, quomodo ſit accipiendum, & quid operetur. 7.261.& 269
Priuilegium non amittitur actu contrario, qui non ſit ſortitus effectum. 10. 431. *aut coacto.* 432
Priuilegium quæſitum conſuetudine quot actibus contrarijs amittatur. 10. 434

Digitized by Google

Priuilegium quando amittatur per actum contrarium. 10. 423. *& multis ſeqq.*

Priuilegium, quo quis vti non potuit, quia caſus non euenit, aut fuit impeditus, non amittitur per non vſum. 10.422

Priuilegium regulatur iuxta cauſam eius expreſſam, vel tacitam. 10.415

Priuilegium, vt nequeat, niſi volens, coram alio, quàm Conſeruatore ſuo conueniri, Eccleſia non amittit per actus contrarios, niſi ſpatio 40. *annorum.* 10.424. *priuatus verò etiam Clericus, per vnicum actum.* 425. *& ſeq.*

Probatio plena requiritur in cauſis ſummarijs. 8.123

Probatio qualibet iudicialis notorium iuris non inducit, ſi patiatur coloratam partis exceptionem. 7.161. *& duob. ſeqq.*

Probationes neceſſaria admittendæ ſunt à Conſeruatore in cauſis ſummarijs. 8.121. *& aliquot ſeqq.*

Probationes ſuper exceptionibus rei admitti debent à Conſeruatore iuxta terminos iuris deputato. 7.148

Procedere extra ciuitatem, vel diœceſim deputationis nequit Conſeruator etiam de conſenſu partium. 7.376. *&* 446. *idq́ etiam per approximationem.* 447

Proceſſus Conſeruatoris ante notitiam auocationis eſt validus. 10.29

Proceſſus Conſeruatoris ante notitiam auocationis motu proprio facta an ſit validus. 10.44. *quid ſi eius ſcientiam ſine intimatione habeat.* 45. *aut auocatio fiat ob delictum.* 46

Proceſſus Conſeruatoris ante notitiam auocationis validúſne ſit vbi in litteris auocatorijs adſit mandatum, vt reuocetur quicquid poſt earum datam eſt innouatum. 10.30

Proceſſus Conſeruatoris deputati in diœceſi an ſit peragendus in locis inſignibus eiuſdem. 7.375. *&* 9.54

Proceſſus Conſeruatoris etiam ante notitiam reuocationis eſt inualidus, vbi adſit decretum irritans. 10. 33. *etiam ad inſtantiam partis appoſitum.* 34. *& vbi actus quoque fieret ab ignorante pro ignorante.* 35

Proceſſus Conſeruatoris, qui communi errore putabatur habere qualitatem, cuius ratione deputatus eſt, valet. 10.450. *& ſeq.*

Proceſſus debet publicari coram Conſeruatore in cauſis ſummarijs. 8. 129. *aliàs pars poterit appellare; non tamen erit nullus proceſſus, ſi publicatio omittatur.* 130

Proceſſus iudicis ante notitiam reuocationis nullus eſt à data ſecundi reſcripti, vbi nullitas nemini noceat. 10. 47. *Item quoad tertios.* 48. *& vbi Papa reuocat etiam quicquid poſtea geſtum eſt.* 49. *ſed*

per

Digitized by Google

per verba clara. 50

Proceſſus iudicis reuocati valet, donec pars excipiat, & alÿs in caſibus. 10. 25. & multis ſeqq.

Proceſſus ſubdelegati poſt reuocationem eſt nullus regulariter ſolùm poſt notitiam reuocationis. 10.59

Procurator an poßit interuenire in cauſa criminali, vel mixta. 7.237. cum ſeq. & 245

Procurator excommunicati quando repelli poßit, remißiuè. 10.314

Procurator in cauſa ſeparationis tori cur interuenire poßit. 7.245

Procurator quando reuocari poßit, vel cenſeatur expreßè, vel tacitè. 10.398

Pronuntiare poteſt Conſeruator in ſummarÿs ſuper emergenti, & principali ſimul. 8.141. cum ſeq.

Pronuntiare, vt in cedula, non poteſt Conſeruator, ſed debet de ſcripto ſententiam recitare, publicare, & conſignare Notario. 8.211

Pronuntiare, vt in cedula quid ſit. 8.205

Propria Principis, non tamen reſeruata, quanto tempore contra eum præſcribantur. 7.494. & quanto contra priuatum, aut Eccleſiam. 495. & an ſit neceſſarius titulus, vel ſcientia, aut patientia. 496

Prorogatio iuriſdictionis à Clerico facienda quid requirat. 7.387

Prorogatio iuriſdictionis de caſu ad caſum an detur. 7.392. aut de cauſa ad cauſam. 393. aut de vno modo cognoſcendi ad alium. 394

Prorogatio iuriſdictionis de perſona ad perſonam difficiliùs ceteris admittitur. 7.385

Prorogatio iuriſdictionis poteſt fieri in vltimo momento, licèt actus non poſſet tunc finiri. 7.434

Prorogatio iuriſdictionis poteſt fieri poſt tempus, quod præfixum ſit eius exercitio, non ſubſtantiæ. 7.435

Prorogatio iuriſdictionis quoad tempus debet, & cenſetur fieri cum ÿſdem qualitatibus. 7. 432. & debet fieri tempore non finito, nec poſt illud transferri. 433

Prorogatio iuriſdictionis, vt fiat partium conſenſu requirit in iudice iuriſdictionem in actu, & in parte conſenſum non erroneum. 7.382. item quòd hæc iuriſdictio ſit ordinaria, vel ei æquiparetur. 383

Prorogationes duæ diuerſarum ſpecierum poſſunt concurrere. 7.443

Prorogationis iuriſdictionis materia, remißiuè. 7.454

Prorogationis iuriſdictionis quot ſint ſpecies, & quæ. 7. 391. & tribus ſeqq.

Proteſtatio an ſit facienda à primo impetrante cùm non habet copiam indi-

ciſ,ad hoc,vt per annum expectetur. 10.405
Protonotarij vt ſic nequeunt deputari Conſeruatores. 5.112
Publicato proceſſu nequeunt etiam in ſummarijs examinari teſtes ſuper iiſdem Capitulis,aut directò contrarijs. 8.131
Publicum quid ſit. 7.107. & quomodo ſe habeat reſpectu notorij, & famæ. 108
Pudorem habentis Conſeruatorem maculans poteſt ab eo puniri. 7.92
Punire poteſt Conſeruator ad priuatam vtilitatem pro tuenda ſua iuriſdictione,& executione eius,quod decreuerit. 7.263

Q

QVALIFICATAE perſonæ cur eſſe debeant Conſeruatores, & ceteri delegati Apoſtolici. 10.174.& ſeq.
Qualitas,cuius ratione quis delegatus fuit,ſufficit, quòd adſit tempore delegationis. 10.173. Idem in ſubdelegato. 174.& 282
Qualitas notoria quando dicatur. 7.163
Qualitas requiſita in delegato dimitti poteſt ante citationem abſque amiſſione delegationis. 10.176.& 180
Qualitas requiſita in ſubdelegato ſufficit quod adſit tunc, cùm fit ſubdelegatio. 10.174.& 282
Qualitas tribuens iuriſdictionem in primis eſt probanda. 8.67
Qualitas tribuens iuriſdictionem iudici exempti coram quo probanda. 6.57.& duob.ſeqq.
Qualitatem requiſitam ad Conſeruatorem mutans poteſt procedere ſiue in cœptis,ſiue in non cœptis. 10.195. niſi deputatio facta ſit ſub nomine dignitatis. 196
Qualitatem requiſitam ſi ob delictum amittat Apoſtolicus delegatus, aut Conſeruator,non poteſt ampliùs procedere poſt ſecutam ſententiam amiſſionis. 10.177. & quid ſi fuerit amotus,vel ſuſpenſus ſolùm ab adminiſtratione. 178
Qualitates de iure requiſitæ poſſunt ex conſuetudine non adeſſe in Conſeruatore. 7.506
Qualitates in iudicibus communiter requiſitæ ſaltem de honeſtate,remiſsiuè. 5.168
Qualitates requiſitæ de iure in Conſeruatore non excluduntur per Regulam Clementis VIII.de Conſeruatoribus. 5.155
Quinquennium dumtaxat durant regulariter litteræ Conſeruatoriæ. 10.323.& 325.quædam verò vlteriùs durant. 324

Recon

Digitized by Google

R

RECONVENTIO *an fiat in cauſis ſummarijs, & quomodo.* 8. 113

Recuſari debet Conſeruator Apoſtolicus ante litis conteſtationem. 9.29. *poteſt tamen poſtea, præſtito iuramento, ſi poſt eam recuſans habuit notitiam cauſæ ſuſpicionis.* 30

Recuſari non ita facilè poſſunt Cardinalis, & Ordinarius. 9.21

Recuſari non poteſt delegatus Papæ, qui ante recuſationem committit, vices ſuas in totum. 9.45. *niſi ſubdelegatus commiſſionem non recepiſſet, vel mortuus eſſet ante illius vſum, eámve delegatus reuocaſſet.* 46

Recuſari poteſt Conſeruator Apoſtolicus etiam poſt concluſionem in cauſa, & probari cauſa ſuſpicionis, ſi ea poſt concluſionem ſuperuenit. 9.31

Recuſari poteſt Conſeruator in cauſis merè ſummarijs, ſed ex grauiori cauſa, quàm in plenarijs. 9.18. *& duob. ſeqq.*

Recuſari poteſt indiſtinctè Conſeruator in plenarijs cauſis, ſicut alij iudices. 9.22

Recuſari quinam non poſſint. 9.44

Recuſari regulariter nequit Conſeruator ad terminos iuris deputatus. 9.9

Recuſatio admittitur in manifeſtis criminibus. 9.12

Recuſatio admittitur vbi pœna arbitraria imponitur. 9.13

Recuſatio an cenſeatur remota, ſi remota ſit appellatio. 9 10. *& ſeq.*

Recuſatio non admittitur etiam in non notorijs vbi recuſatio ipſa ſit notoriè calumnioſa. 9.17

Recuſatio omnino reijcitur in notorio facti permanentis, non autem tranſeuntis. 9.15

Recuſatio reijcitur in notorijs ſiue cauſa ſit ciuilis, ſiue criminalis. 9.16

Recuſationis cauſa de iure ciuili non debet neceſſariò exprimi, ſed ſufficit iuramentum. 9.6. *de iure Canonico eſt exprimenda.* 7

Recuſationis cauſa debet regulariter de iure Canonico proponi coram iudice recuſato. 9 8

Recuſationis materia, remiſſiuè. 9.48

Recuſato iudice vt ſuſpecto de iure Canonico eliguntur arbitri, coram quibus probetur cauſa ſuſpicionis. 9. 4. *fallit tamen id in tribus caſibus.* 5.

Recuſatus an poſſit ante electionem arbitrorum ſtatim ſubdelegare cauſam. 9.42

Recuſatus poſt recuſationem an validè procedat. 9.43

Reditus ad ius commune fauorabilis eſt. 7.532
Reditus rei ad primæuam naturam facilis eſt. 7.531
Reductio arbitramenti, non arbitrij admittitur, ſuſpenditq́; executionem laudi, & iuriſdictionem iudicis. 9.136. *niſi adſit dolus.* 137. *vel iniquitas manifeſta, qualis eſt, enormiſſima læſio.* 138. & *ſeq.*
Reductio, cui partes renuntiarunt an ſuſpendat executionem laudi, vel iuriſdictionem iudicis. 9. 134. *quid ſi iam petita eſt executio laudi.* 135
Reductio laudi ad arbitrium boni viri quando coram Conſeruatore petenda ſit. 9.142. & *ſeptem ſeqq.*
Reductio laudi, eiuſq́; petitio ſuſpendit iuriſdictionem Conſeruatoris. 9. 132
Reductio laudi in arbitrio intra decem dies, in arbitramento intra 30. annos petenda eſt. 9.131
Reductio laudi non eſt regulariter petenda coram iudice arbitratoris. 9. 143. *ſed Rei.* 144
Reductio laudi petenda eſt coram iudice Eccleſiaſtico vbi agitur de iuramento, vel peccato. 9. 145. *aut re Eccleſiæ.* 146. *vel iure ſpeciali.* 147. & *aliàs vbi laicus conueniri coram eo poteſt.* 148. & 151
Reductio laudi quando petenda ſit coram Ordinario omiſſo Conſeruatore. 9.150
Reductio petenda eſt coram ſuperiore Eccleſiaſtico vbi ex duobus arbitris alter ſit Clericus, & reductio peti debeat coram ſuperiore arbitri. 9.151
Reductio quando peti poſſit coram iudice arbitratoris. 9.149. & *ſeq.*
Reductione laudi ad arbitrium boni viri pendente ſuſpenditur executio laudi. 9. 129. *immò & pendente tempore ad eam petendam.* 130
Reductione laudi pendente quando non ſuſpendatur executio laudi, vel iuriſdictio Conſeruatoris. 9.133. & *trib. ſeqq.*
Referendarij ſignaturæ ſanctiſſimi an poſſint eſſe Conſeruatores. 5.111
Reges & Reginæ poſſunt habere ſibi ſubditum in Conſeruatorem. 5.141
Regula Cancellariæ Apoſtolicæ vnde dignoſcatur. 5.146
Regula Clementis VIII. de Conſeruatoribus nunc locum non habet. 5. 150. & *alicubi tempore Clementis recepta non fuit, vnde ibi vim legis non habuit.* 151. & *ſequ. neque afficit ſingulares perſonas impetrantes.* 153
Regulæ Cancellariæ dum durant, vim legis habent, & omnes ligant. 5.147. *licèt non ſint in corpore aliarum Regularum.* 148
Regulæ

Digitized by Google

Regulæ Cancellariæ expirant morte Pontificis, qui eas edidit. 5.149
Regulæ Cancellariæ ſunt ſtricti iuris. 5.154
Regulares degentes extra clauſtra coram quo ſint conueniendi. 7.273.274. *& 276. & quid in degentibus intra clauſtra.* 278
Regulares exempti nunc ſunt à iuriſdictione Ordinarij locorum, paucis caſibus exceptis. 6.16
Regulares Italiæ quando poſſint reuocare, vel mutare Conſeruatorem electum, vel eius nomen Ordinarijs locorum indicare teneantur. 10.376. *& duob. ſeqq.*
Regulares quando dicantur degere extra clauſtra. 7.277
Regularibus optimo conſilio dati ſunt Conſeruatores. 6.15. *& ſeq.*
Regularibus ſaltem à Papa dari poſſunt Conſeruatores ſiue vt ſingulis, ſiue vt vniuerſis. 6.12
Regularis ſimplex tonſuratus poteſt deputari Conſeruator à Papa ex certa ſcientia. 5.17. *aliàs non poteſt.* 19
Regularium Conſeruator procedere non poteſt poſthabitis articulis, omiſſis citationibus ad iuramenta teſtium, & omni appellatione remota, contra quoſdam. 8.90
Regularium Conſeruator procedere non poteſt ſola facti veritate inſpecta. 8.88. *& ſeq.*
Regularium Conſeruator ſtatim ac eſt electus, cenſetur deputatus à Papa. 10.377
Regularium Conſeruatores debent, ac poſſunt eſſe de iure omnes in Eccleſiaſtica dignitate conſtituti. 5.97
Regularium Conſeruatoriæ an ſint hodie ſublatæ per Conſtitutiones Pontificias, ijſve obſtet Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 20. de reform. 6.18
Regularium Conſeruatoriæ non expirãt morte concedentis etiam quoad negotia cœpta, ſed ſunt perpetuæ. 10.327. *cum aliquot ſeqq.*
Regularium nomine veniunt regulariter omnes tria vota ſolemnia emittentes. 10.386. *etiam Clerici Societatis Ieſu.* 387
Relatione pendente ſuſpenditur iuriſdictio iudicis. 9.54
Relationis iudicialis quot ſint ſpecies, & quæ. 9.51
Relationis ſpecies ſimilis aſſumptioni Aſſeſſoris eſt petitio conſilij ſapientis, differunt tamen. 9.52
Relegati qui ſint, & quomodo differant à deportatis. 10.69. *&* 72
Relegationis loco quæ pœna nunc ſit. 10.71
Relegatus etiam in perpetuum habet teſtamenti factionem, licèt in ſententia bonis priuetur. 10.78
Relegatus ſolùm in perpetuum amittit bona ipſo iure. ~.79

Digitized by Google

Religioſum eſſe, & gaudere priuilegijs Religioſi non idem eſt. 10.390
Remedium cap. redintegranda, competit ceſſionario. 7.316
Renuntians priuilegio eligendi Conſeruatorem alijs non præiudicat. 10. 364. *nec in alijs etiam ſibi.* 365. *nec Principis reſtitutioni.* 366. *nec ſibi donec renuntiatio à concedente ſit acceptata.* 367
Renuntians priuilegio, ſeu gratiæ quando ijs nequeat ampliùs vti. 10.372
Renuntiare electioni, & impetrationi Conſeruatoris poteſt Prælatus, & beneficiatus, & quando. 10.358.359. & 369. *cum duob. ſeqq.*
Renuntiare iuri futuro an, & quando quis poſſit. 10.355. & *ſeq.*
Renuntiare litteris Conſeruatorijs impetratis, vel præſentatis poteſt perſona priuata, & Collegium non pium. 10. 362. *ſufficitq́; generalis renuntiatio.* 363
Renuntiare quis poteſt facultati, quam habet eligendi Conſeruatorem, vt eum non eligat; & qui non habet., ne impetret. 10. 354. *cum aliquot ſeqq.*
Renuntiari an poſſit diſpoſitioni habenti decretum irritans. 7.418
Renuntiatio delegationis inducitur per ſubdelegationem in totum. 10.
Renuntiatio electionis, vel impetrationis Conſeruatoris debet fieri expreſſe, & in ſpecie. 10.356
Renuntiatio non extenditur ad priuilegia, & alia ignorata. 10.368
Renuntiatio priuilegij in dubio non præſumitur. 10.433
Reſcriptum primum quando reuocetur per ſecundum in prima inſtantia. 10.404
Reſcriptum ſecundum, in quo mentio non ſit de primo, quando valeat. 10. 401. & *ſex ſeqq.*
Reſeruata Principi in ſignum ſingularis prærogatiuæ quomodo præſcribantur. 7.487.491. & *ſeq.*
Reſeruata Principi in ſignum ſingularis prærogatiuæ requirunt titulum ſaltem præſumptum. 7.492
Reſeruata Principi in ſignum ſupremi dominij præſcribi non poſſunt. 7. 485. *ſecus ſi tantùm in ſignum prærogatiuæ ſingularis.* 486
Reſeruatio an nouum ius tribuat. 10.275
Reſignatio beneficij alia expreſſa, alia tacita, expreſſa alia pura, alia conditionalis; & hæc vel ad fauorem ſimplex, vel cauſa permutationis, vel cum regreſſu, ingreſſu, vel acceſſu. 10.186
Reſignatio beneficij tacita quibus modis fiat. 10.187
Reſtituere in integrum poteſt Conſeruator. 7. 31. *non tamen contra propriam ſententiam definitiuam.* 32. *nec Subconſeruator.* 33
Reſtitutio in integrum peti poteſt ab Eccleſia, quam Prælatus læſit etiam in

in quærendis. 10.371
Reſtitutus à Principe recuperat bona, quibus erat priuatus. 10.83. *quid in lite.* 10.303. & *ſeq.*
Reuocari, aut mutari quando poſſit Conſeruator prius electus, ab eo, cui non datur facultas plures eligendi. 10.396. & *trib. ſeqq.*
Reuocata quando cenſeatur à Principe facultas eligendi ſibi Conſeruatorem. 10.373. *poſitiue reuocari.* 375
Reuocatio coniugis nulliter profeſſi ex Monaſterio exempto an ſpectet ad Conſeruatorem, vel Ordinarium. 7.261
Reuocatio ſubdelegati in totum, qui vti cœpit iuriſdictione, non valet, niſi ſubdelegatio facta ſit cum clauſula, donec vices ſuas duxerit reuocandas. 10.58
Reus habens facultatem, vt non conueniatur, niſi coram ſuo Conſeruatore, poteſt conſentire, vt conueniatur coram Ordinario, vel Conſeruatore actoris. 7.352

S

SACRISTA, Cuſtos, & ſimiles nequeunt eſſe Conſeruatores. 5.103
Salarij Iudicum, Aſſeſſorum, & Notariorum materia, remiſſiuè. 8.243
Salarium accipere de iure nequit Conſeruator in cauſis ſibi commiſſis. 8.234. *quid de ſportulis.* 235. & *duob. ſeqq.*
Salarium Notariorum ſuorum moderantur Conſeruatores quoad acta, non quoad inſtrumenta. 8.241. & *ſeq.*
Scholarium Collegia, & Vniuerſitates, in quibus adſunt Clerici, pro Eccleſiaſticis habentur, & Scholares ipſi coram ſolo Eccleſiaſtico iudice conueniuntur. 6.5
Scientia Conſeruatoris ea eſſe debet, quam requirit qualitas tribuens habilitatem ad hoc munus. 5.162. & *ſeq.*
Scientia denuntiationis cenſura irretiti quomodo habeatur. 10.236
Scientia, & patientia aduerſarij, vel ſuperioris, eiúſve officialium an, & quando requiratur in præſcriptione. 7.472
Scientia neceſſaria in Epiſcopo, & alijs dignitatibus, ſeu qualitatibus requiſitis in Conſeruatore deputando, quæ ſit. 5.163
Scientia peculiaris requiſita in Conſeruatore, vt iudex eſt. 5.164
Scientia quando præſumatur, & quomodo probetur etiam quoad cenſuras, & pœnas incurrendas. 7.579
Scire quiſque omni iure debet quod ad officium ſuum rectè exequendum pertinet. 9.62

Religioſum eſſe, & gaudere priuilegijs Religioſi non idem eſt. 10.390
Remedium cap.redintegranda, competit ceßionario. 7.316
Renuntians priuilegio eligendi Conſeruatorem alijs non præiudicat. 10.364. *nec in alijs etiam ſibi.* 365. *nec Principis reſtitutioni.* 366. *nec ſibi donec renuntiatio à concedente ſit acceptata.* 367
Renuntians priuilegio, ſeu gratiæ quando ijs nequeat ampliùs vti. 10.372
Renuntiare electioni, & impetrationi Conſeruatoris poteſt Prælatus, & beneficiatus, & quando. 10.358.359.*&* 369.*cum duob.ſeqq.*
Renuntiare iuri futuro an, & quando quis poßit. 10.355.*& ſeq.*
Renuntiare litteris Conſeruatorijs impetratis, vel præſentatis poteſt perſona priuata, & Collegium non pium. 10. 362. *ſufficitq́ generalis renuntiatio.* 363
Renuntiare quis poteſt facultati, quam habet eligendi Conſeruatorem, vt eum non eligat; & qui non habet, ne impetret. 10. 354. *cum aliquot ſeqq.*
Renuntiari an poßit diſpoſitioni habenti decretum irritans. 7.418
Renuntiatio delegationis inducitur per ſubdelegationem in totum. 10.
Renuntiatio electionis, vel impetrationis Cõſeruatoris debet fieri expreßè, & in ſpecie. 10.356
Renuntiatio non extenditur ad priuilegia, & alia ignorata. 10.368
Renuntiatio priuilegij in dubio non præſumitur. 10.433
Reſcriptum primum quando reuocetur per ſecundum in prima inſtantia. 10.404
Reſcriptum ſecundum, in quo mentio non ſit de primo, quando valeat. 10. 401.*& ſex ſeqq.*
Reſeruata Principi in ſignum ſingularis prærogatiuæ quomodo præſcribantur. 7.487.491.*& ſeq.*
Reſeruata Principi in ſignum ſingularis prærogatiuæ requirunt titulum ſaltem præſumptum. 7.492
Reſeruata Principi in ſignum ſupremi dominij præſcribi non poſſunt. 7. 485. *ſecus ſi tantùm in ſignum prærogatiuæ ſingularis.* 486
Reſeruatio an nouum ius tribuat. 10.275
Reſignatio beneficij alia expreſſa, alia tacita, expreſſa alia pura, alia conditionalis; & hæc vel ad fauorem ſimplex, vel cauſa permutationis, vel cum regreſſu, ingreſſu, vel acceſſu. 10.186
Reſignatio beneficij tacita quibus modis fiat. 10.187
Reſtituere in integrum poteſt Conſeruator. 7.31. *non tamen contra propriam ſententiam definitiuam.* 32. *nec Subconſeruator.* 33
Reſtitutio in integrum peti poteſt ab Eccleſia, quam Prælatus læſit etiam in

in

in quærendis. 10.371

Reſtitutus à Principe recuperat bona, quibus erat priuatus. 10.83. *quid in lite.* 10.303. *& ſeq.*

Reuocari, aut mutari quando poſſit Conſeruator prius electus, ab eo, cui non datur facultas plures eligendi. 10.396. *& trib. ſeqq.*

Reuocata quando cenſeatur à Principe facultas eligendi ſibi Conſeruatorem. 10.373. *poſitiue reuocari.* 375

Reuocatio coniugis nulliter profeſſi ex Monaſterio exempto an ſpectet ad Conſeruatorem, vel Ordinarium. 7.261

Reuocatio ſubdelegati in totum, qui vti cœpit iuriſdictione, non valet, niſi ſubdelegatio facta ſit cum clauſula, donec vices ſuas duxerit reuocandas. 10.58

Reus habens facultatem, vt non conueniatur, niſi coram ſuo Conſeruatore, poteſt conſentire, vt conueniatur coram Ordinario, vel Conſeruatore actoris. 7.352

S

SACRISTA, *Custos. & ſimiles nequeunt eſſe Conſeruatores.* 5.103

Salarij Iudicum, Aſſeſſorum, & Notariorum materia, remiſſiuè. 8.243

Salarium accipere de iure nequit Conſeruator in cauſis ſibi commiſſis. 8.234. *quid de ſportulis.* 235. *& duob. ſeqq.*

Salarium Notariorum ſuorum moderantur Conſeruatores quoad acta, non quoad inſtrumenta. 8.241. *& ſeq.*

Scholarium Collegia, & Vniuerſitates, in quibus adſunt Clerici, pro Eccleſiaſticis habentur, & Scholares ipſi coram ſolo Eccleſiaſtico iudice conueniuntur. 6.5

Scientia Conſeruatoris ea eſſe debet, quam requirit qualitas tribuens habilitatem ad hoc munus. 5.162. *& ſeq.*

Scientia denuntiationis cenſura irretiti quomodo habeatur. 10.236

Scientia, & patientia aduerſarij, vel ſuperioris, eiúſve officialium an, & quando requiratur in præſcriptione. 7.472

Scientia neceſſaria in Epiſcopo, & alijs dignitatibus, ſeu qualitatibus requiſitis in Conſeruatore deputando, quæ ſit. 5.163

Scientia peculiaris requiſita in Conſeruatore, vt iudex eſt. 5.164

Scientia quando præſumatur, & quomodo probetur etiam quoad cenſuras, & pœnas incurrendas. 7.579

Scire quiſque omni iure debet quod ad officium ſuum rectè exequendum pertinet. 9.62

Digitized by Google

Sententia declaratoria requiritur ad amiſsionem iuriſdictionis etiam vbi ipſo iure quis priuatur beneficio. 10.183
Sententia definitiua ferri debet à Conſeruatore in cauſa ſummaria. 8.143 poteſt tamen eius loco, ſi præceſsit cauſa cognitio, iubere res capi, & diſtrahi pro debito. 144
Sententia definitiua, licèt lata ſine probatione, ſi tranſijt in iudicatum, inducit notorium. 7.200
Sententia definitiua quando declarari, aut reuocari poſsit à iudice, qui eam tulit. 9.163
Sententia in notorijs requiritur. 8.76. non tamen ſolemnis. 77. & quid in notorio iuris. 78
Sententia in notorijs, ſicut in ſummarijs ferri poteſt concluſione non facta, & ſtando, vel ſedendo. 8.82. item per alium. 83. non tamen ſine ſcriptis. 84
Sententia in ſcriptis debet proferri à Conſeruatore in ſummarijs; poteſt tamen per alium, & ſtando. 8.147
Sententia interlocutoria habens vim definitiuæ an reuocetur occaſione appellationis à definitiua. 9.161
Sententia lata in ſummario iudicio non inducit notorium. 7.198
Sententia lata ſuper nullitate incidenter propoſita eſt interlocutoria, nec per ſe requirit iuris ordinem; ſecus ſi principaliter. 9.168
Sententia merè interlocutoria, vel habens vim definitiuæ quæ ſit. 9.159
Sententia notorium iuris inducit. 7.195. modò tranſierit in iudicatum. 196. & an debeat eſſe publicè lata. 197
Sententia, quæ ſaltem vim definitiuæ non habeat, non inducit notorium. 7.199
Sententia quomodo declaranda ſit iuxta petitionem. 8.13
Sententia ſuper notoria iniuria ferri debet à Conſeruatore iuxta terminos iuris deputato. 8.75. cum ſeq.
Sententiæ interlocutoriæ grauamen an ſit exprimendum in appellatione à definitiua. 9.162
Sententiæ merè interlocutoriæ poſſunt reuocari etiam poſt appellationem, non autem habentes vim definitiuæ. 9.160
Sententiam debet Conſeruator ferre in termino citationis. 8.208. cum duobus ſeqq. eamq; ſtatim de ſcripto recitare, publicare, & Notario conſignare. 211
Sententiam ferre ſtando poteſt Conſeruator iuxta terminos iuris deputatus. 8.206. & an diebus feriatis. 207
Septorum nomine quid veniat. 6.54

Serui

Digitized by Google

Serui Eccleſiarum an poßint uti earum Conſeruatorijs. 7.550
Serui pœnæ quinam efficiantur, & quomodo. 10.64
Seruiētes Militiæ ſacræ, etiam Hieroſolymitanæ quando ſint omnino exempti ab Ordinario, vel ei ſubſint tamquam Apoſtolicæ ſedis delegato. 6.52. *& multis ſeqq.*
Seruientes Militijs ſacris quomodo gaudeant earum priuilegijs poſt Concil Trid. & moderationem Gregorij XIII. 6.22. *& ſeq.*
Seruitus aduerſarij impetrantis ſuſpendit in ea cauſa Conſeruatoris iuriſdictionem, donec liber fiat. 10.301. *niſi cum ſucceſſore cauſa iam cœpta ſit terminata, vel alia cœpta.* 302
Seruitus ſuperueniens aufert iuriſdictionem à Conſeruatore ſolùm quoad vſum. 10.162. *quem recuperat liber factus.* 163
Seruo facto Conſeruatore, aut eius Collega quid agendum. 10.168. *& ſeq.*
Seruus fit homo liber captus ab hoſtibus. 10.65. *item libertus, qui vt ingratus erga patronum condemnatur.* 66. *& ille, qui ad pretium participandum paſſus eſt ſe venundari.* 67
Simpliciter committi cauſam quid importet. 8.93
Simulata ceßio quando præſumatur. 7.320.321.328.330. *& ſeq.*
Singuli non idem ſunt, quod vniuerſi. 5.132
Socius, & conſors in iniuria, vel alia re cum eo, qui impetrauit Conſeruatoriam, poteſt ea vti. 7.553. *& duob. ſeqq.*
Solemnitates ſententiæ, & proceſſus remiſſæ in cauſis ſummarijs remittuntur quoque in notorijs. 8.85
Solitum conuenit præſcriptioni, & conſuetudini. 7.516
Speciei conuenit, deq; ea prædicatur id, quod conuenit generi. 7.396. *ſiue affirmatiuè, ſiue negatiuè.* 397
Speciei non conuenit conueniens generi, à quo fuit nominatim excepta. 7.398. *& vbi quibuſdam ſpeciebus enumeratis genus ſubijcitur.* 399. *vel præmittitur.* 400
Speciei non conuenit conueniens generi, ſi ſpecies ſit priuilegiata, vt dotis. 7.400. *& cùm generi certa qualitas adijcitur.* 401. *vel generalis diſpoſitio eſſet inutilis ſpeciei.* 402. *vel ratio ceſſet.* 403. *aut veriſimiliter diſponens noluit ſpeciem comprehendi.* 404
Speciei non conuenit in cauſa arbitraria quod conuenit generi. 7.405
Speciei non conuenit quod conuenit generi ſpecificè ſumpto. 7.406
Speciei quomodo conueniat quod conuenit generi. 7.408
Species inuicem non prædicantur, niſi ſint cognatæ. 7.407
Species præcedens reſtringit genus ſequens. 10.124
Species ſubalterna Conſeruatorum cum poteſtate iuxta terminos iuris com-

Nnnnnn

munis vnica eſt habens ſub ſe tres ſpecies infimas. 2.1
Species ſubalterna Conſeruatorum generatim ſumptorum duplex eſt, altera ſecundùm ius commune, altera ſecundùm ſpeciale. 2.2. *& hæc plures habet ſpecies ſaltem accidentales.* 3
Spiritualia quædam instituta ſunt à Chriſto, quædam ab Eccleſia. 5.10
Spiritualis cauſa etiam incidens à ſolo Eccleſiaſtico iudice tractari, & committi poteſt. 6.4
Sportulas moderatas accipere poteſt Conſeruator, ſi adſit conſuetudo. 8.235 *non tamen in cauſis ſummarijs, aut miſerabilium perſonarum.* 236. *& quid in Prouincia Mediolanen.* 237
Status cauſæ facienda eſt mentio in huius auocatione. 10.10
Stylus cuiuſque fori etiam iuri contrarius in ordinatorijs iudicij eſt attendendus. 6.28
Stylus Curiæ quando ius faciat. 7.540
Stylus fori Ordinarij potiùs, quàm delegati in ordinatorijs etiam quoad cauſas delegatas attenditur. 9.80
Subconſeruator an ſuſpenſionem cap. fin. de off. deleg. in 6. incurrere poſſit. 7.575. *& duob. ſeqq.*
Subconſeruator cenſuras ferre poteſt. 7.280
Subconſeruator cogitur ſuſcipere ſubdelegationem, eamq́; retinere iuſta cauſa ceſſante. 10.344. *debet tamen delegatus deferre dignitati Epiſcopi recuſantis.* 345. *& ſeruare ſeruanda in cenſuris ferendis, ſi ijs vti velit.* 346
Subconſeruator etiam de conſenſu partium qualitatibus cap. fin. de off. deleg. in 6. carere nequit. 7.414
Subconſeruator habere debet qualitates requiſitas in Conſeruatore, licèt hic fuerit ea in re diſpenſatus, aut etiam in eo, vt de exigentibus iudicialem indaginem cognoſcat; cum clauſula quoque non obſtantibus iuribus, quæ diſponunt de Conſeruatoribus. 5.120
Subconſeruator neque tacitè poteſt detrectare ſubdelegationem, aut acceptatam ſine iuſta cauſa dimittere. 10.349
Subconſeruator nequit ſubdelegare aliquam cauſam. 7.70. *licèt à Conſeruatore habeat facultatem ſubdelegandi.* 71
Subconſeruator poteſt ſubdelegare articulum non iuriſdictionalem. 7.72
Subconſeruatore ſeruo effecto eius iuriſdictio ſuſpenditur, donec libertati reſtituatur. 10.278. *& ſi Epiſcopus ſit, non tranſit interim in Capitulum.* 279. *& quas cauſas liber factus recuperet.* 280
Subconſeruatoris deputatio nomine proprio facta non tranſit in ſucceſſorem vacante dignitate, cuius ratione fuit deputatus; ſecus ſi ſub nomine

Digitized by Google

mine dignitatis. 10.283

Subconſeruatoris iuriſdictio ad beneplacitum conceſſa à Conſeruatore hoc mortuo expirat etiam quoad negotia cœpta. 10.262

Subconſeruatoris iuriſdictio expirat mortuo Conſeruatore re integra. 10 255 *licèt ij Collegæ fuiſſent.* 256. *vel ſubdelegatio facta ſit, donec abfuero, vel vices reuocauero.* 257

Subconſeruatoris iuriſdictio expirat, mortuo Conſeruatore re integra, quoad totum officium, & omnes ſpecies Conſeruatorum, ſine ope exceptionis, & non obſtante partium conſenſu, aut earum, vel iudicis ignorantia. 10. 258

Subconſeruatoris iuriſdictio morte ciuili Conſeruatoris non ſuſpenditur quoad negotia cœpta. 10.266

Subconſeruatoris iuriſdictio non ſuſpenditur, ſi Conſeruator priuetur officio, quoad cœpta negotia. 10.267

Subconſeruatoris iuriſdictio mortuo Conſeruatore non expirat quoad negotia cœpta. 10.259. *licèt Collegæ fuiſſent.* 260. *vel fuiſſet ſubdelegatus, donec abſuero, aut vices reuocauero.* 261

Subconſeruatoris iuriſdictio ſuſpenditur quoad non cœpta, ſeruitute Conſeruatoris, aut banno, quo ciuitatis iura amittit. 10. 263. *ſed eam recuperat, Conſeruatore iura recuperante.* 264. *niſi interim alius eſſet datus Conſeruator, vel idem priuatus officio.* 265

Subconſeruatoris morte naturali, vel ciuili regulariter in Conſeruatore non expirat, aut ſuſpenditur iuriſdictio. 10. 249. *niſi facta ſit ſubdelegatio in totum ſine clauſula, donec vices, &c. ſed tunc ea expirauit, cum facta eſt talis ſubdelegatio.* 250

Subconſeruatoris officium an expiret, ſi labatur tempus Conſeruatoriæ, vel Conſeruator renuntiet officio, vel eius electioni pars renuntiet, illámve reuocet. 10.268

Subconſeruatoris ſuſpenſione, vel excommunicatione eius officium ſuſpenditur. 10.284

Subdelegare an poßit Conſeruator vices ſuas in totum, hoc eſt, ſimul omnes cauſas. 7.73

Subdelegare debet Conſeruator intra ciuitates, & diœceſes, in quibus deputatus fuit. 7.59

Subdelegare nequit Conſeruator niſi perſonas, quæ Conſeruatores eſſe poſſunt. 7.65. *licèt in litteris dicatur, non obſtantibus iuribus, quæ diſponunt de Conſeruatoribus.* 66. *aut Papa ex certa ſcientia non habentem qualitates cap. fin. de offic. delegat. in 6. dediſſet.* 67. *cum duobus ſeqq.*

Digitized by Google

Subdelegare nequit delegatus Papæ poſt recuſationem ſine conſenſu recuſatoris. 9.47

Subdelegare poteſt Conſeruator citationes, & ſententiarum denuntiationes abſque ſpeciali facultate. 7.56

Subdelegare poteſt Conſeruator vices ſuas citra litterarum beneficium, ſi id habeat conſuetudo. 6.29

Subdelegare vices ſuas, ſeu Subconſeruatorem conſtituere an poſſit Conſeruator. 7.53.55.& 73

Subdelegati proceſſus an valeat poſtquam Princeps auocauit cauſam à delegato. 10.27

Subdelegatio facta à Conſeruatore ad beneplacitum expirat eius morte ciuili. 10.269

Subdelegatio facta à Conſeruatore excommunicato, vel ſuſpenſo denuntiato, aut notorio Clerici percuſſore nulla eſt. 10.273

Subdelegatio fieri poteſt à delegato Papæ poſt recuſationem de conſenſu recuſatoris, licèt recuſatio probata non ſit, modo ſuper ea non fuerit pronuntiatum. 9.47

Subdelegatio poteſt à Conſeruatore fieri vbi id habeat in litteris. 7.58

Subdelegatio quando fieri nequeat etiam ex iuſta cauſa. 10.342

Subdelegationis cauſæ in Conſeruatore quæ ſint, remiſſiuè. 7.74

Subdelegationis forma, & effectus, remiſſiuè. 7.75

Subdelegato proportionabiliter conueniunt diſpoſita in delegato. 10.281

Subdelegatus in totum ſi vti cæpit iuriſdictione reuocari validè non poteſt, niſi ſubdelegatio facta ſit cum clauſula, donec vices ſuas duxerit reuocandas. 10.58

Subditus ratione dominij, iuriſdictionis, vel diſtrictus Eccleſiaſtici, aut temporalis nequit eſſe Conſeruator eius; cui ſubditus eſt. 5.134.& *aliquot ſeqq. ſecus in ſimplici delegato.* 135. & *in Regibus ac Reginis.* 141

Subiecti immediatè Romanæ Eccleſiæ patiuntur præſcriptionem ordinariam. 7.473

Subreptio, & obreptio quando vitient reſcripta, diſpenſationes, & gratias. 10.413

Subreptio, vel obreptio quando vitiet reſcriptum, aut priuilegium Conſeruatorum, remiſſiuè. 10.60

Subrogatum in pænalibus an, & quando ſapiat naturam eius, in cuius locum ſubrogatur. 6.34.& 7.576

Subſtantialia iudicij à iure ciuili inducta omittere poteſt Conſeruator, cui cauſa commiſſa ſit ſine figura iudicij. 8.96

Digitized by Google

Succentor an poſſit deputari Conſeruator. 5.94. & 101

Suffraganeus Epiſcopus non poteſt eſſe Conſeruator ſui Metropolitani. 5. 139. *immò nec Clericus ſuffraganei.* 140

Summariè committi cauſam non idem eſt, ac committi ſimpliciter, de plano, ac ſine ſtrepitu, & figura iudicij, ſecundùm quoſdam. 8.92. & *an verum id ſit.* 94

Summariè, dictio æquiuoca eſt, plura ſignificans. 8.91. & 94

Summariè tantùm commiſſa cauſa an ſit verè ſummaria. 8.94

Superioris nomen quomodo ſumatur. 5.36

Superuacaneum non eſt quod ponitur declarationis, vel tollendæ dubitationis gratia. 1.19

Supplere an poſſit iudex quoad factum in notorijs. 8.11

Suſpecto iudice exiſtente quid faciendum ſit de iure ciuili. 9.3. & *quid de iure Canonico.* 4. & *multis ſeqq.*

Suſpectum iudicem habere durum eſt; neque ad id quis cogitur. 9.2

Suſpenſio à iuriſdictione Eccleſiaſtica quid prohibeat, & an eam violans fiat irregularis. 7.563

Suſpenſio ab officio, de qua in c.fi.de off.deleg. in 6. an ſit ab officio Conſeruatoris, vel potiùs cenſura. 7.561. & *duob.ſeqq.*

Suſpenſio ab officio, de qua in c.fin.de off.deleg.in 6. an contineat etiam ſuſpenſionem à beneficio. 7.566. *cum duob.ſeqq.*

Suſpenſio ab officio quid importet. 10.225. *cum ſeq.*

Suſpenſio ab officio ſimpliciter lata ad quæ loca extendatur, & quantum duret. 10.226

Suſpenſio ad tempus lata in pœnam poſt illud tollitur ſine abſolutione. 7. 581. *ſecus in excommunicatione.* 582

Suſpenſio cap.fin.de off.deleg. in 6. incurritur à ſciente. 7. 578. & *quid in ignorante.* eod. & *ſeq.*

Suſpenſio cenſura non habet locum in laico, nec eius iuriſdictionem ſuſpendit. 10.129. & *quid in ſuſpenſione prophana.* 130. *aut vbi Princeps ſit perſona Eccleſiaſtica.* 131. & *ſeq.*

Suſpenſio cenſura ſuſpendit iuriſdictionem etiam in delegato. 10.132. *Eccleſiaſticam tamen, non ſecularem.* 133

Suſpenſio Conſeruatoris aufert ab eo non iuriſdictionem, ſed illius vſum. 10.224

Suſpenſione Conſeruatoris quando ſuſpendatur iuriſdictio in Subconſeruatore. 10.274. & *quid ſi hic ſit Vicarius Epiſcopi Conſeruatoris.* 275

Suſpenſionem ab officio ad annum incurrit Conſeruator ad terminos iuris

deputatus, ſi de cauſis dubijs cognoſcat. 7.560

Suſpenſionem ab officio nõ incurrit Conſeruator, cui poteſtas data eſt cognoſcendi de cauſis dubijs, ſi de ijs cognoſcat. 7.564. *Item habens Epiſcopalem iuriſdictionem, ſi id faciat in perſonas, & loca ſibi ſubiecta.* 565

Suſpenſus ab officio amittit diſtributiones quotidianas, & reliquos prouentus beneficij pendentes ab ordinis executione. 7.569

Suſpenſus ab officio an agendo tueri poßit iura Eccleſiæ. 7.567

Suſpenſus ab officio an ſit etiam à beneficio. 7.568

Suſpicionis cauſa coram quo proponenda, vel probanda ſit. 9.35

Suſpicionis cauſa legitimè non probata Conſeruator iuriſdictione ſua vtitur. 9.41

Suſpicionis cauſa orta poſt litis conteſtationem ante concluſionem, poſt concluſionem poterit proponi, ſi notoria omnino ſit, aut eius notitia ſuperuenit concluſioni. 9.32

Suſpicionis cauſa poteſt probari poſt concluſionem in cauſa, ſi poſt eam ſuperuenit. 9.31

Suſpicionis cauſa probata Conſeruator negotium vel committit alteri de recuſatoris aſſenſu, vel ad ſuperiorem tranſmittit. 9.41

Suſpicionis iuſtæ cauſæ in plenarijs quæ ſint, remiſsiuè. 9.19

Syndicus Vniuerſitatis an incurrat cenſuram ob eius delictum. 7.595. & *ſeq.*

Syndicus Vniuerſitatis, & ſinguli de ea quando excommunicationem c. fin. de off. deleg. in 6. incurrant. 7.596. & *aliquot ſeqq.*

T

TACITI, & *expreßi an ſemper eadem ſit vis.* 10.370

Tempore ad appellandum pendente an ſuſpendatur iuriſdictio Conſeruatoris. 9. 195. & *quid pendente tempore ad petendum Apoſtolos.* 196.

Tempore feriato ob neceßitatem hominum poteſt Conſeruator in cauſis ſummarijs, non feriato ob honorem Dei, vel Sanctorum, aut in ferijs repentinis. 8.119

Tempus certum, ad quod fertur cenſura, non eſt vtile, ſed continuum. 7.616. *debetq́; compleri etiam quoad vltimum diem.* 617

Tempus certum præfixum Conſeruatoriæ quando incipiat currere. 10.388

Tempus certum, putà annus, ad quod fertur cenſura, quomodo ſit computandum. 7.618. *etiam in anno biſſextili.* 619

Tempus

Digitized by Google

Tempus decendij ad appellandum conſuetudine prorogari poteſt. 7.476

Tempus tot dierum, ad quos fertur cenſura, quomodo computandum ſit in anno biſſextili. 7.620

Tenor Conſtitutionis Gregorij XIII.de taxis,& alijs ſeruandis à Conſeruatoribus in Prouincia Mediolanen. 8.243

Tenor Ordinationis Clementis VIII.de Conſeruatoribus,vt ſint Iudices ſynodales. 5.145

Terminum habere pro ſeruato quid ſit. 8.204

Terminum pro ſeruato habere an poßit Conſeruator. 8.208. *cum duobus ſeqq.*

Terminus ad allegandum ante ſententiam non eſt neceſſarius in cauſis ſummarijs. 8.134

Territorium quomodo habeat Conſeruator. 7.42

Tertius comparens pro ſuo intereſſe quando ab eodem iudice debeat audiri. 7.554. *vel admitti ad appellandum.* 9.179

Tertius procurans, vt Conſeruator extendat ſuam poteſtatem, non incurrit excommunicationem, niſi poſtea cum litigante participet in crimine. 7.604

Teſtes æquiparantur inſtrumentis,& illorum appellatione veniunt. 7.155

Teſtes excommunicati quando repellantur. 10.322

*Teſtes in iudicio ſummario debent eſſe iurati, citra partis conſenſum; & quidem parte præſente,vel citata.*8.126. *& rectè concludere, ac ſecretò examinari.* 127

Teſtes in iudicio ſummario non ſunt neceſſariò citandi,modò fuerint requiſiti,nec ſe obtulerint. 8.128

Teſtes, qui probare poſſunt factum notorium,quales eſſe debeant. 7.142

Teſtes recipere,& examinare poteſt Conſeruator ſiue habeat plenam iudicis poteſtatem,ſiue debeat ſummariè procedere. 8. 154. *immò licèt deputatus ſit iuxta terminos iuris.* 155

Teſtes rei notoriæ tot eſſe debent, vt non poſſint eſſe totidem in contrarium. 7.134

Teſtis toleratus reſpectu alicuius criminis,quòd aliàs inhabilem eum reddit, an repellatur. 10.458

Theſaurarius an poßit deputari Conſeruator. 5.95.96.& 104

Titulus aliquando requiritur in centenaria præſcriptione, nunquam tamen in immemorabili. 7.491

Tortura quando ſit meri imperij,vel ſimplicis iuriſdictionis. 7.12

Trahere,& trahi poſſunt,ſi conſentiant,aliæ perſonæ,quàm expreſſæ in Conſeruatoria. 7.423.& ſeq.

Digitized by Google

Trahere quis non poteſt tamquam coram Conſeruatore reum, etiam de illius conſenſu coram eo, qui neque rei, neque actoris eſt Conſeruator. 7.420. *ſecus ſi ſaltem alterutrius Conſeruator eſſet.* 421

Trahere reum vltra vnam dietam per ſui quoque approximationem nequit Conſeruator. 7.376. *etiam de conſenſu partium.* 446. *cum ſeq. & quid nunc liceat ex formulis Conſeruatoriarum.* 377. & 380.

Trahere reum vltra vnam dietam poßitne Epiſcopus Conſeruator. 7.378

Trahi quis olim non poterat vltra duas dietas extra propriam diœceſim. 7.366. *& quid poſtea ſtatuerit Bonifacius VIII. præſertim de vna dieta.* 367

Tribunal erectum habere non poteſt Conſeruator ad inſtar tribunalis Ordinariorum. 8.212. *vbi eligere illud debeat.* 213. *& an ſemel electum mutare poßit.* 214

Tribunal erigere Conſeruatores non poſſunt niſi in Curia Epiſcopi, in cuius diœceſi deputati ſunt, non in alterius. 6.38

V

VACANTE per renuntiationem, aut translationem beneficio, cuius ratione quis deputatus eſt Conſeruator, an, & quando eius poteſtas expiret, vel ſuſpendatur. 10.172. *& multis ſeqq.*

Vacare beneficium quibus modis dicatur. 10.181. *cum pleriſque ſeqq.*

Verba accipienda ſunt cum effectu. 10.347

Verbum, decernimus, importat ipſo iure. 7.609

Veritas conuicij quando excuſet ab actione iniuriarum, remißiuè. 7.301

Vicarij Epiſcoporum, poſſunt, ſi adſit conſuetudo, eſſe Conſeruatores. 5.78

Vicarij Epiſcoporum quomodo de facto ſint Conſeruatores Regularium. 5.77

Vicarij Regularium Præpoſitorum an poßint eſſe Conſeruatores. 5.30

Vicarijs Epiſcopi pluribus exiſtentibus cui cenſeatur facta commißio, & quid ſi vnicus aliquem ſibi ſubſtituit. 10.212

Vicario ciuitatis alicuius facta commißio non manet apud eum, ſi fiat eiuſdem Epiſcopus, ſed tranſit ad ſucceſſorem Vicariatus. 10.197

Vicario Epiſcopi facta commißio præſentari poteſt Vicario habentis iuriſdictionem Epiſcopalem in ea diœceſi, & ad eius ſucceſſorem tranſibit. 10.210. *& quid in Vicario Epiſcopi tantùm confirmati.* 211

Vicario Epiſcopi facta commißio tranſit in ſucceſſorem Vicariatus. 10.208

Vicarius Capituli ſede vacante ſuccedit in commißione facta Vicario Epiſcopi. 10.209

Digitized by Google

Vicarius Epiſcopi, Capituli ſede vacante, aut exempti an concedat monitorias generales ad effectum reuelandi. 7.286
Vicarius Epiſcopi in ſpiritualibus alius generalis, alius non. 5.61
Vicarius Epiſcopo excommunicato amittit ſolum vſum iuriſdictionis ordinariæ, non delegatæ. 10. 198. *cum ſequ. & quid Epiſcopo mortuo.* 200
Vicarius foraneus Epiſcopi nequit eſſe Conſeruator Apoſtolicus. 5. 62. *nec delegatus ſedis Apoſtolicæ.* 63
Vicarius generalis Epiſcopi non obtinet perſonatum in Eccleſia Cathedrali, vel Collegiata. 5.76
Vicarius generalis Epiſcopi poteſt ſecundùm aliquos deputari, eligíve Conſeruator. 5.66. *immò & Vicarius Capituli ſede vacante.* 67. *Contrarium communius, & verius.* 69. *cum multis ſeqq. & approbatum à quatuor Romanis Pontificibus.* 75
Vicarius generalis Epiſcopi propriè an habeat dignitatem in Eccleſia Cathedrali, vel Collegiata. 5. 68. & 70. *vel perſonatum.* 68. & 76
Vicarius, ſeu Officialis Epiſcopi alius principalis, ſeu generalis, alius foraneus. 5.60. & 63.
Vicarius Vrbis an vt ſic poſsit deputari Conſeruator. 5.107
Vicecancellarius Vrbis an vt ſic eſſe poſsit Conſeruator. 5.106
Vicedominus, ſeu Oeconomus non poteſt vt ſic deputari Conſeruator. 5.105
Violentia, & iniuria fieri an dicatur ad hoc, vt Conſeruator etiam contra laicos procedere poſsit, cùm quis turbatur in ſua poſſeſsione, aut eius priuilegia violantur. 7.312
Violentia, & iniuria inſtrumento probatur. 7.309
Violentia iniuriæ addit vim, & impetum. 7.87
Violentia, ſeu vis quinque modis committitur. 7.89
Violentiæ materia, remiſsiuè. 7.312
Violentiæ nomen ſatis continetur ſub nomine iniuriæ ſaltem manifeſtæ. 1.16
Violentiæ ſpecies omnes cognoſcere poteſt Conſeruator. 7.93
Violentiam, & iniuriam modicam non cognoſcit Conſeruator. 7.311
Violentum quid ſit. 7.88
Vis, & metus quomodo inter ſe differant. 7.94
Viſitationi, eiuſq; procurationi præſcribi non poteſt. 7.523
Vniuerſitas an poſsit præſcribere. 7.458
Vniuerſitas cur nequeat excommunicari. 7. 597. *& an validè poſsit.* 598
Vniuerſitas inducit conſuetudinem in ijs tantùm, quæ ſtatuere poteſt; præſcribit verò etiam in alijs. 7.459

Oooooo

Digitized by Google

Vniuerſitas procurans, vt Conſeruator ſine ſpeciali facultate cognoſcat de non notorijs, an incurrat excommunicationem, vel potiùs aliam cenſuram. 7.593. *& trib. ſeqq.*
Vniuerſitas quas cenſuras poßit incurrere. 7.594. & 596
Vniuerſitate excommunicata ſinguli culpabiles ligantur. 7.598. *& an ſucceſſores eorum, vel qui de nouo eum locum inhabitant.* 599. *aut ſoli Prælati, vel maiores.* 600
Vniuerſitati laicorum dari poteſt Conſeruator etiam à Papa. 6.3. *& ſeq.*
Vſus quid differat à præſcriptione, & conſuetudine. 7.525
Vti cœpiſſe iuriſdictione iudex dicitur per ſolam citationem. 10.57
Vtilitas Eccleſiæ quando ſit publica. 7.230
Vtilitas publica an requiratur, vt error communis ius faciat. 10.451. & 457

X

X*ENIA an poßint accipi ab Aſſeſſoribus, & Notarijs Conſeruatorum.* 8.223. *& ſeq.*
Xenia muneris nomine propriè non veniunt. 8.217
Xenia, quæ paucis diebus conſumi poſſunt, poteſt Conſeruator à litigantibus accipere. 8.216. *quot ſint hi dies.* 218. *an famuli includantur.* 219. *an ab vtroque litigante accipi poßint.* 220. *& quæ pœna ſit plus accipientibus.* 221
Xenia, quæ triduo conſumi poſſunt, accipere valet Conſeruator, aliúſve delegatus Apoſtolicus in Prouincia Mediolanen. 8.218. & 243

Finis Indicis Rerum ſingularium huius Tractatus.

BIBLIOTECA NA
ROMA

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

R. SALVAREZZA
RESTAURO
Via Val Sassina, 55
Tel. 899.223

Digitized by Google